ſ *Nullique liceat imprimere*, &c.] Magnum ſanè beneficium attulit vniuerſo Orbi, ac Reip. litterariæ primæuus litterarum vſus, & earum colligendarum, ſeu conſcribendarum ratio, quibus mentis noſtræ conceptus memoriæ mandare, aliiſque communicare, nouo quaſi loquendi genere datum fuit: ſed nec minus beneficium præſtitit excellentiſſimum typographicæ artis inuentum quo facilè earundem litterarum editione ſeu expreſſione, ea quæ antea non niſi immenſo labore, grauiſſimiſqoe ſumptibus in ſcripturam redigi poterant, hodie compendioſiore methodo, & minoribus expenſis ex vnico authographo, exiguo tempore pluries multiplicata redduntur, & cuique in publicum exhibenda communicantur, quod equidem inuentum, ſuperiori Germaniæ, ac vbi præcipuè Moguntinæ acceptum referunt Naucler. *in ſua chronologia, vol 2 generat.49. ad annum* 1140. Munſterus *in ſua coſmographia lib.3.* Polyd. Virgil. *de inuentoribus rerum lib 2.cap.7.* Henricus Pantaleon *de viris illuſtribus Germaniæ part 2. ad annum* 1440. Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 25. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.24. num.1. pag* 279.

ɛ *In canone Concilij nouiſſimi Lateranenſis*, &c.] Cuius diſpoſitionem innouat Concilium Trident. in præſenti, vt dicit Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 21 ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid innouatas, conſtit 24 p.275.& ſeqq.*

5 ζ *Et ſi regulares fuerint*, &c.] Vide Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.1. q 8.art.6 & tom 2. quæſt.104. art.1. in fine*, Galet. *in Margarita caſuum Conſcient. verb. legere*, Hieron. Roder. *in compendio quæſt Regul. reſol.*89. Merij ſum *de officio, & poteſt Epiſcopi, part 3. alleg 99. num* 14 Nouat. *in ſum. Bullarij tit. de librorum impreſ. n.2.* alterum Nouar. fratrem *in lucerna Religioſor verb impreſſio librorum, à princip.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.3. diſput 5.quæſt.1. num* 50.

η *Qui autem ſcripto*, &c.] Referunt quidam generaliter ad omnes eos, qui libros, vel ſcripturas quaſlibet ab Ordinario non examinatas, nec approbatas communicant, vel euulgant, ſicut etiam conciones, lectiones, & annotationes de rebus ſacris priuatim ſcriptas, publicare, aut aliis communicare tuta conſcientia non poſſe credant, niſi examinatæ & probatæ priùs fuerint. Alij autem exiſtimant id magis reſtringendum & referendum ſolùm ad ſcripta, ſeu libros contra prohibitionem impreſſos, aut imprimendos, & quos contingit aliquando vel nondum typis editos, vel antea ſemel excuſos praua, aut fraudulenta intentione de integro tranſcribi, aut aliis communicari. Sed quidquid ſit, referunt Azor. *d. cap.17.q.1.* & Stephan. VVeyms *d. conſtit.14. num 13. in fine*, illud notorium eſſe quòd vſus vbique locorum iam paſſim obtinuerit, vt orationes, prælectiones, & ſcripta ſimilia, etiam de rebus ſacris, ſine præuia cenſura, & inſcriptione nominis Auctoris aliis paſſim & liberè communicentur, præſertim quando nulla ſubeſt malæ verſationis ſuſpicio. Lectiones, annotationes, diſputationes, conciones, & alia ſimilia, necnon tractatus permanentes, tum ad deuotionem, tum ad quietationem conſcientiarum, ſtimulationes Fratrum, & cætera huiuſmodi, quæ ſibi inuicem communicant. Fratres non poſſe ſine licentia Superiorum euulgari, refert deciſum Galet *d. verb. legere* 3. & reſoluit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. deciſ 260. n 6. part.4.*

θ *Probatio in ſcriptis detur.*] Vt ſcilicet promptior, certiorque probatio omni occaſione proferri poſſit; & quo magis illius veritas vnicuique publicè poſſit innoteſcere, iubet Concilium, vt ſemper in fronte libri vel ſcripti, vel impreſſi authentice examinatio, ſeu cenſura præponatur, vt aduertit Stephanus VVeyms *d. conſtitutione 24. n.10. pag.*282. 6

ι *Vt probanda probentur, & reprobentur improbanda*] Ex his verbis colligit Stephanus VVeyms *d conſtitutione 24 n.8. pag 28. in fine*, quòd in examinatione librorum diligens ac diſcreta adhiberi debet obſeruatio vt illa, quæ Fidei Catholicæ, aut pietati, moribuſque honeſtati aliquo modo ſunt contraria, exterminentur, & expungantur; eaque admittantur, ſeu probentur, quæ publico bono, ac Religioni potiſſimum Chriſtianæ, poſſint eſſe vtilia, aut officioſa.

κ *Poſt hæc temeritatem*, &c.] De prædicatoribus, quòd debeant in ſuis concionibus abſtinere à fabulis, & falſis reuelationibus priùs ſtatuerat Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. *ſeſſ.* 1 quod refert Frater Ludouicus Miranda *in man. Prælator. tom.1. quæſt.50. artic.1. concluſ.1. & 2.* Et de Prædicatorum munere, officio, & ſcientia, vide Gilbert. Schenich. *de Eccleſiaſt. vita, lib.3. cap.53. cum ſequentibus.* 7

λ *Et ſententia ſacræ Scripturæ*, &c.] Quòd nefas ſit, Scripturarum ſacrarum verba ad profanam & vanam interpretationem conuertere, docet Azor. *inſtitut. moral parte 1. lib.8. cap.2. quæſ.4.* & vide ad quid Emman. de Valle *de incantat. & enſalm. opuſculo 7. ſect.3. cap.1. n.2.* 8

μ *Per Epiſcopos coërceantur.*] Vide Mourı *de incantat. & enſalm ſect.3. cap.1. num.5. verſ. vnde dicendum*, Ioſeph Vela *de poteſtate Epiſcop. circa puniunda, & inquirenda crimin part.1. ſub num.79.* Epiſcopum contra quoſcumque etiam laicos torquentes ſententias, & verba ſacræ Scripturæ ad ſcurrilia, & fabuloſa grauiùs procedere poſſe, reſoluit Paul. Fuſc *de viſitat. lib.2. cap.21. n* 34. aduertens inde factum eſſe, & optimè, vt in profeſſione Fidei facienda à Prælatis, Theologis, & aliis, inſeratur illa clauſula inter alias ſponſiones de admittenda ſacra Scriptura, & quòd eam nunquam quiſquam accipiet, & interpretabitur niſi iuxta vnanimem ſenſum Patrum in conſtit. Pij IV. incip. *Iniunctum nobis.* 9

Quòd Prædicatores in ſuis Concionibus fabulas, & falſas reuelationes prædicantes debeant rigoroſè ac ſeuerè puniri ab Epiſcopis diœceſanis, ex Concilio Lateran *d ſeſſ.11.* & ex hoc decreto, colligunt Ludou. Miranda *d. quæſt.50. art 7. concluſ.1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract.11. cap.7. quæſ.8 reſolut 3. in fine.* Aloyſ. Ricc. *in deciſione Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.397. num.2. part.4.* Ioann de Solorzano *de Indiarum iure tom.2 lib.3. cap.26 num.64. & 65.* Nouarr. *in lucerna Religioſ. verb. Prædicatores num.1. pag.202.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.3. alleg. 76. num.48. & 49.* 10

SESSIO

SESSIO V.

Decretum de Peccato originali.

1 *Peccatum originale.*
2 *Infantes baptizandi.*
3 *Baptizari debent Chriſtianorum paruuli recentes, quantumuis parentes recuſarent.*
4 *Iudæorum, & aliorum infidelium infantes ante vſum rationis inuitis parentibus licitè baptizari non poſſunt.*
5 *Infans qua ætate dicatur habere vſum rationis.*
6 *Baptiſmus confert gratiam.*
7 *Peccatum originale, & peccata actualia, quæ commiſſa ſunt ante Baptiſmum, remittis gratia in Baptiſmo producta.*
8 *Pœnalitates in hac vita de facto nō tollit Baptiſmus.*
9 *Concupiſcentia manet in baptizatis. Peccatum non eſt in ſenſualitate ſine conſenſu voluntatis.* ibid.
10 *Conceptio immaculata B. Virginis.*
11 *Paulus V. quid ſtatuerit circa Conceptionem immaculatam B. Virginis.*
12 *Gregorius XV. de eadem re.*
13 *Prædicatoribus Fratribus conceditur licentia in quibuſcumque priuatis eorum colloquiis diſſerere de materia Conceptionis B. Virginis.*
14 *Vniuerſitates ſtudiorum nonnulla ſtatuto ſe adſtrinxerunt defendendi opinionem piam immaculata Virginis in ſuo conceptu.*

VT fides noſtra Catholica, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo purgatis erroribus, in ſua ſinceritate integra, & illibata permaneat: & ne populus Chriſtianus omni vento doctrinæ circumferatur: cùm Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hoſtis, inter plurima mala, quibus Eccleſia Dei his noſtris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiuſque remedio non ſolùm noua, ſed vetera etiam diſſidia excitauerit: ſacroſancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis: iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, ſacrarum Scripturarum & ſanctorum Patrum, ac probatiſſimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius Eccleſiæ iudicium & conſenſum ſecuta, hæc de ipſo peccato originali ſtatuit, fatetur, ac declarat.

Hebr. 11. Epheſ. 1. Geneſ. 3. Infrà 117. & 134.

1. *a Si a quis non confitetur* primum hominem Adam, cùm mandatum Dei in paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatum, ſanctitatem, & iuſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe, incurriſſéque per offenſam præuaricationis huiuſmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate, *b* qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt, diaboli, totum Adam per illam præuaricationis offenſam, ſecundùm corpus, & animam in deterius commutatum fuiſſe, anathema ſit.

a Conc. Araus. c. 1. Geneſ. 2. *b* Conc. Araus. c. 5. [margin partly illegible]

2. Si quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini, aſſerit, nocuiſſe: & acceptam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam eum perdidiſſe: aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudiſſe; non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, anathema ſit, cùm contradicat Apoſtolo dicenti: *c* Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.

c Rom. 5. 1. Cor. 15. Concil. Arauſicanum, c. 2. Rom. 5.

3. *d Si quis hoc Adæ peccatum*, quod origine vnum eſt & propagatione non imitatione transfuſum omnibus ineſt vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti *e*, qui nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis *f* iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, aut negat ipſum Chriſti Ieſu meritum per Baptiſmi Sacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tam adultis, quàm paruulis applicari, anathema ſit: quia non *g* eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri: Vnde illa *h* vox: Ecce Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: *i* Quicumque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

d Cap. placuit. c. regenerante. & c. quæris in fin. de conſecr. diſt. 4. *e* 1. Tim. 2. *f* 1. Cor. 1. Col. 1. cap. multipl. de pœn. diſt. 4. *g* Act. 4. *h* Ioan. 1. c. nemo. de conſecrat. diſt. 4. *i* Galat. 3.

4. *γ Si quis paruulos recentes* ab vteris matrum baptizandos negat, etiamſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit *l* in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam, vnde ſit conſequens, vt in eis forma Baptiſmatis, in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit, quoniam non aliter intelligendum eſt id, quod dixit Apoſtolus: *m* Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit: propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apoſtolorum,

l Con. Mileuitan. c. 2. Con. Aphr. 77. & c. placuit. de cō. diſt. 4. *m* Rom. 5. c. placuit c. quæris in fi. & c. regenerante. de conſ. diſt. 4.

etiam

Digitized by Google

etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur quod generatione contraxerunt. *n* Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

5. *δ Si quis per Ieſu Chriſti* Domini noſtri gratiam, quæ in Baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, ſed illud *o* dicit tantùm radi, aut non imputari, anathema ſit, in renatis enim nihil odit Deus: quia *p* nihil eſt damnationis iis, qui verè *q* conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem: qui non *r* ſecundùm carnem ambulant, ſed *ſ* veterem hominem exuentes, & *t* nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati (pueri innoxij,) ac Deo dilecti effecti ſunt, *u* hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli remoretur. *ε Manere autem in baptizatis concupiſcentiam*, vel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur, & ſentit: quæ cum ad *x* agonem relicta ſit, *ζ nocere non ſentientibus*, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet: quinimo, qui legitimè *y* certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando *z* Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus declarat Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum ſit, *a* ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat: ſi quis autem in contrarium ſenſerit, anathema ſit.

η Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem, ſed obſeruandas eſſe *b* conſtitutiones felicis recordationis Xyſti Papæ IV. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.

n Ioan. 3. c. Filius, & c. non dubito, de conſ. diſt. 4. & c. debitum, cum ſequent. de Bapt. *o* Ex c. 13. lib. 1. com. 2. epiſt. Pela. *p* Rom. 8. *q* Rom. 6. & c. prop. de cōſecr. d. 4. *r* Rom. 8. *ſ* Gloſſ. 3. *t* Eph. 4. c. quomodo, renouari, de pœnit. d. 4. *u* Rom. 8. Galat. 3. *x* Ex cap. vlt. lib. 1. de pœn. & rem. *y* 2. Tim. 2. *z* Rom. 6. 7. & 8. Coloſſ. 3.

a reſpicit cap. 3. lib. 1. tom. 2. ep. Pel. & alios locos eiuſdem. *b* In extra commun. lib. 3. de relig. & ven. ſanct. c. graue nimis. Vide poſt finem huius libri.

2. VIde Nauarr. *in man. prælud* 8. *n princip.* Iodoc. *in theſauro Catholico tom. 2. lib.* . Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 31. & 32 de iuſtitia originali, & lib 4. cap. 25. de peccato originali.* Iul. Lauot. *de Indulgent. p. 2 cap. 1 n. 4. cum multis ſeqq.* alios refero *in collectan ad cap maiores, de Baptiſmo.* Torreblancam *de iure ſpirit lib. 4. cap. 4. à n. 49.* Hurtado *de Sacram. diſp. q. de Baptiſmo, diffic. 1. & 2.* vbi quòd per Baptiſmum tolluntur, & eradicantur peccata omnia tam originale, quàm actualia.

α Si quis non confitetur, &c.] Vide Azor. *d. lib. 4. cap. 25. q. 1.* vbi definitum aſſerit peccatum originis eſſe in poſteros à primo parente per propagationem traductum.

β Si quis hoc Adæ peccatum, &c.] Vide Azor. *d. l. 4. cap 26 prope fin.* vbi definit peccatum originis eſſe priuationem iuſtitiæ originalis debitæ communi ſanguinis propagationi ab Adamo deriuatæ. Vaſq. *tom. 2. diſp. 151. num. 18. & 19.* Molfeſ. *in ſum. Theolog moral. tract* 8 *c. 6 n. 6 & 26.*

γ Si quis paruulos recentes, &c.] Vide Ægid. de Coninch *de Sacram & cenſur tom. 1. q. 68. n. 55* Valent. *diſp. 4. q 3. punct* 1. Azor. *d p. 1 lib 4. cap. 34. verſ. quartus error.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 27. n. 66.* Bonac. *de Sacramentis diſp. 2. q. 2 punct. 6. num. 10. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram. diſp. 3. de Baptiſmo, diffic 2* vbi *diſp. 4. diffic. 3.* ſtatim *in princ.* quòd Baptiſmus confert paruulis gratiam, per quam deletur originale peccatum.

3. Poſſunt enim & debent baptizari Chriſtianorum paruuli recentes, quantumvis parentes recuſarent, qui tunc tanquam apoſtatæ poſſent puniri, vt docent Sot. *in 4. diſt. 5. q. vnic. art. 2 concl. 2 ante 2. arg. verſ. ſecus de Chriſtianorum prolibus*, Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſten. lib. 2. cap 32. in fine*, Bonac. *d punct. 6. n* 10. Torreblanca *de iure ſpirit lib. 2. cap 5. n 28 cum ſeqq.* Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Bapt. cap.* 10. Valent. *tom. 4. diſp. 4 q. 3. puncto* 2.

4. Iudæorum verò, & aliorum infidelium infantes ante vſum rationis inuitis parentibus licitè baptizari non poſſe, niſi habeant vſum rationis, & petant Baptiſmum, docent Gregor. Lop. *l. 2. gloſſ. 3. tit. 23 p. 2.* S. Thom. *2. 2. q. 10. art. vlt.* S. Anton. *in ſum p. 2 tit. 12. c. 2. § pueri Iudæorum*, Peter. *l. 12. verb. tornar à la ſe Catholica, tit. 3. l. 8.* Card. Pariſ. *conſ. 2. n. 58.* Natt. *conſ 434. lib. 2.* Nauarr. *conſ. 4. ſub tit. de conuerſ. infidel.* Simanch. *de Cathol inſtit tit. 29 n. 52.* Menoch. *illuſtr. lib. 1. cap. 8 n. 12.* Cueb *inſtit. Canon lib. 5. tit de Baptiſmo, num. 130.* Cornel. Benincaſ. *in tract. de paupert. ſpec. 5 num* 8. Marquard. *de Iudæis p. 2. cap. 2. ſub n. 6. verſ. ſed Dominus*, Afflict. *deciſ. 151.* Vaſq. *in 3 p. S. Thom. tom. 2. p. 155.* Azor *d. p. 1. lib. 8. c. 25.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cenſur. tom. 1. diſput. 68. art. 1.* Suar *tom 3. diſput. 25. ſect. 3.* Paſchal. *de patria poteſtate p. 1. c. 1. ſub num. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 27. n. 68.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2 c 32. per tot.* Bonacin. *d. punct. 6. num. 11.* Torreblanca *d. lib. 2. c. 5. n 42.* Hurtado *de Sacram. diſp. 3. de Baptiſmo, diffic. 3. & 4.*

Qua verò ætate infans dicatur habere vſum rationis ad hoc vt poſſit inuitis parentibus baptizari, diuerſæ ſunt Doctorum ſententiæ? De quibus vide Burſat. *conſ. 231. n 3 l. 3.* Paſchal. *d p. 1. cap. 7. n. 6.* Barthol. ab Angelis *de Sacram. vbi de Baptiſmo, § 33.* Nald. *in ſum. verb. Baptiſmus, num. 6.* Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub 7 c. 1. à num.* 10. Bonacin. *d puncto 6. num. 11. verſ. ſi dubitetur*, Anton. Ricciul. *d. lib 2. cap. 33 per tot.* inter quos receptior tenet ſententia, baptizandum eſſe ſi iam compleuit ſeptennium. 5.

δ Si quis per Ieſu Chriſti, &c.] Vide Couarr. *in cap. alma mater part. 1. § 10. n. 11.* Ægid. *d tom 1. q. 69. art 6 num. 1.* Valer Reginald. *d. lib. 27 n. 61.* Bonacin. *d diſp. 2. puncto 7. n 2.* vbi quòd Baptiſmus confert gratiam ſimul cum reliquis virtutibus, & donis, quæ gratiam conſequuntur, modò non adſit obex ex parte ſuſcipientis, & citat Tolet. Petr. Ledeſm. Vaſq. & alios. 6

Gratiam in Baptiſmo productam remittere peccatum originale, & peccata actualia, quæ commiſſa ſunt ante Baptiſmum, docent Barthol. ab 7

Angelis

Angelis *de Baptiſmo, dial.* 2. §. 156. Petr. de Ledeſma *in ſum. part.* 1. *de Sacram.* vbi de Baptiſmo, *c.* 19. Bonacin. *d. puncto* 7. *n.* 4. Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. Baptiſmus, num.* 24. ac proinde delere omnem pœnam peccatis debitam, tradunt S. Thom. 3. *p. quæſt.* 69. *art.* 2. Petr. de Ledeſma *d. cap.* 9. *verſ. tertera concluſion*, Iul. Lauor. *d. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. Bonacin. *d. puncto* 7. *num.* 5. ſcilicet quoad Deum; & in foro poli, *gloſſ. fin. in cap. gaudemus, de diuort.* Dec. *conſ.* 130. *& in cap. quæ in Eccleſiarum, n.* 83. *cum ſeqq. de conſtit.* Conatt *var. l.* 2. *cap.* 10. *ſub n* 4. Surd. *de aliment tit.* 7. *q.* 1 *n.* 45. Sanch. *de matr. l.* 10. *diſp.* 3. *n.* 5. Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 98. *num.* 150. Cened. *ad Decret. collect.* 23. *n.* 3. Anton. Ricc. *d. tract. lib.* 4. *cap.* 58. *n.* 17.

8 Pœnalitates tamen in hac vita de facto non auferre aſſerunt S. Thom. *d. quæſt* 69. *art.* 3. Valer. Reginald *d. lib.* 27. *n* 63. Bonacin. *d. puncto* 7. *n.* 7. Ego ipſe *in collect. ad c. maiores, n.* 8. *de Baptiſmo.*

9 ε *Manere autem in Baptizatis concupiſcentiam, &c.*] Vide Henriq. *in ſum. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. § 2. *&* §. 7. Ægid. da Coninch. *d. q.* 69. *art.* 3. *n.* 6. Iul Lauor. *de Indulg. p.* 2. *c.* 13. *n.* 22. *&* 23. nouiſſimè Fr. Mag. Franciſcum de Araujo *in* 1. 2. *S. Thomæ, tom.* 1. *q.* 74. *art.* 4 *dub.* 4. *n.* 33 *in princ. pag.* 366. vbi dicit Concilium in præſenti definire, concupiſcentiam, ſiue prauam inclinationem appetitus ad malum non habere rationem culpæ, ſed appellari peccatum; quia eſt ex peccato, ſcilicet originali; & inclinat in peccatum, ſcilicet actuale, & ideò dicitur fomes peccati, qui relinquitur in renatos poſt Baptiſmum ad agonem & pugnam, vt ei reſiſtendo magis mereantur, Hurtado *d. diſput.* 4. *de Baptiſmo diffic.* 1. *in fine.*

ζ *Nocere non conſentientibus, &c.*] Nullum eſſe peccatum in ſenſualitate ſine conſenſu voluntatis; probat ex hoc text. Fr. Mag Franciſcus de Araujo *d. q.* 74. *art.* 4. *dub* 3. *n* 31. *pag.* 264.

10 a *Declarat tamen, &c.*] Vide Stephanum VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit.* 18. *pag.* 203. *cum ſeqq.* vbi dicit innouari *Extrauag. cum præ excelſa, & Extrauag. graue nimis, de relig. & vener. Sanct. inter communes*, per text. Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declarat. De immaculata Beatiſſimæ Virginis Conceptione libros integros edidêre Luſitanus Fr. Ægidius, de præſentatione, & Hiſpanus Ferdinandus Quirinus de Salazar, illamque immunem fuiſſe à peccato originali multis comprobant, Henriquez *in ſum. lib.* 3. *cap.* 11. §. 3. *prope fin.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 57. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 3. *in princ. n.* 17. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *num.* 2. Vaſq. *in* 3. *p. S. Thomæ, tom.* 2. *diſput.* 116. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 346. Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.* 1 *cap.* 20. *num.* 14. Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13 *num.* 139. Martin. Delri *diſquiſ. Magic. lib.* 4. *cap.* 1. *quæſ.* 3. *ſect.* 9. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 34. *quæſ* 3. Galgan. *de Iure publico, lib.* 3. *tit.* 70. Paul. Comitol *reſponſ. moral lib.* 6. *q.* 40. Portel. *in dubiis Regular. verb. Conceptio Deiparæ*, Villalob. *in ſum. part.* 1. *tract.* 17. *diffic.* 25 Hieronym. Roderic. *in compendio quæſt. Regul. reſol.* 30. nouiſſimè Fr. M. Franciſc. de Araujo *in* 1. 2. *S. Thomæ tom.* 1 *q.* 81. *art.* 3. *p.* 417. *cum ſeqq.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Episc p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 109. *cum ſeqq.*

Huius interim Decreti, & dictarum Extrauagãtiũ verba paulò latiùs explicauit Pius Papa V. per declaratoriam vnam Bullam, quam pridie Kalend. Decembris 1570. deſuper edidit; cuius tenorem ſummariè referre operæpretium idcirco videtur;

Is enim ſaluberrimis iſtis Prædeceſſorum ſuorum, & præſertim Synodi Tridentinæ decretis inſiſtendo, permiſit quidem cuique libertatem priuatim opinandi in quamlibet partem prædictæ controuerſiæ, prout vel magis pium, vel magis probabile iudicauerit: ſed vetuit ne quiſquam publicè, præcipuè in concionibus popularibus, & vbi promiſcua virorum & mulierum multitudo conuenire ſolet, alterutram partem diſputare, aut aſſerere, vel contrariam refellere cum ratione & argumentorum deductione præſumeret, aut etiam deſuper ſcripta, aut libros edere, cuiuſvis pietatis, aut neceſſitatis prætextu; adiiciens pœnam incontrauenientes ſuſpenſionis à Diuinis ipſo facto, & abſque noua declaratione incurrendæ (ſi modò in Sacris fuerit conſtitutus) & priuationis ipſo iure omnis gradus & dignitatis, quibus fungi reperientur: & inſuper cenſuram perpetuæ inhabilitatis ad ſimilia munera poſtmodum iterum obtinenda & obeunda: à quibus abſolui non poſſint niſi à ſolo Romano Pont. & volens nihilominus, vt etiam aliis grauioribus pœnis; ſi opus fuerit, à proprio Prælato pro delicti menſura infligendis ſubiiciantur. Illud tamen in eadem ſua Bulla prædictus Pius Papa V. adhuc permiſit; vt quandiu per Sedem Apoſt. alterutra pars diffinita non foret; poſſint viri docti in publicis Academiarum diſputationibus, & in generalibus, & in particularibus Capitulis de iſta quæſtione diſſerere, & argumentis vtramlibet partem vel ſuſtinere, vel impugnare, dummodo tamen neutræ veluti erroneæ præiudicetur.

At ſanctæ mem. Paulus V. volens ſubmouere diſſenſiones, iurgia, & ſcandala, quæ cum magna Dei offenſa in populo Chriſtiano oriuntur, ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ, quòd B. Virgo fuerit cum peccato originali concepta, Feria quinta die 30. Auguſti anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, 1617. in generali Congregatione S. Romanæ Eccleſiæ, & vniuerſalis Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem habita poſt longam & maturam diſcuſſionem conſtituit, vt in poſterum nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & aliis actibus publicis id aſſerere, donec res à Sede Apoſt. definiatur; cuius decreti verba tranſcripſit Campan. *d. cap.* 13. *num.* 140. & Hieron. Roderic. *d. reſol.* 5. *n* 2. & reperitur impreſſum *tom.* 4. *Bullari, conſtit.* 7. *Pauli V.* & de eo mentionem facit Stephan. VVeyms *d. loco, n.* 15. 11

Poſtmodum Gregorius XV. in eadem generali Congregatione S. Romanæ & vniuerſalis Inquiſitionis, die 24. Maij 1622. ex cauſis eiſdem euitandi ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in Populo Chriſtiano, & vt accepit, in aliquibus Regionibus iam ortæ ſunt ex ſermonibus priuatis, occaſione aſſertionis affirmatiuæ extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & ſcripta, mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis cuiuſvis Ordinis, & Inſtituti Regularibus, & aliis quibuſcũque tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, ne de cætero donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſt. definitus, vel per Sanctitatem ſuam, & Sedem Apoſt fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus, & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen quibus à Sede Apoſt. fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum, & in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio ac Diuinis Officiis celebrandis eadem Sanctitas ſua non alio, quàm Conceptionis nomine omnes tam ſæculares, 12

Digitized by Google

culares, quàm cuiuſvis Ordinis Regulares vti debere voluit, & contra tranſgreſſores ſtatuit Ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis vbique locorum deputatos Inquiſitores procedere poſſe, & in eos ſeuerè animaduertere, reperitur hoc decretũ impreſſum *tom 4. Bullarij conſt. 29.* Gregorij XV. & refert Iul. Lauor. *de Indulgent. part. 2. c. 2. n. 129.* & de eo meminit Steph. VVeyms *d. loco n. 17.*

13. Demum idem Gregorius XV. in conſtit. ſua incip. *Eximij*, ſub dat 28. Iulij 1622. omnibus, & ſingulis Ordinis Prædicatorum Fratribus licentiam conceſſit, vt de cætero in quibuſcumque priuatis eorum colloquiis, ſeu conferentiis inter ſe dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis de materia Conceptionis B. Mariæ Virginis diſſerere, & tractare abſque vllo pœnarum in dictis Decretis Pauli V. & eiuſdem Gregorij contentarum incurſu, liberè & licitè poſſint, & valeant: quod Decretum reperitur impreſſum poſt dictam Conſtit. 9. Gregorij XV. & in compendio Bullarij Flauij Cherubini in fine, & de eo meminit Iul. Lauor. *de Indulgentia p. 1. cap. 21 n 33.*

Vnde effectum eſt, vt ad imitationem Pariſienſis, & Colonienſis Academiarum, nonnullæ aliæ pro decreto ſtatuerint, ne cuivis gradus Magiſterij, aut Doctoratus concederetur, niſi prius iureiurando ſe adſtrinxerit defendendi opinionem piam immaculatæ Virginis in ſuo Conceptu, ita in Vniuerſitate Complutenſi, Valentiæ, & Oſſunæ factum fuiſſe refert Miranda *in lib. de Conceptione Virginis, cap. 9. fol. 677. cum ſeqq* vbi refert formulam iuramenti: & eodem iuramento ſolemniter ſe adſtrinxit ipſa ciuitas, ſeu Senatus Salmanticenſis, quam imitati ſunt alij plures Eccleſiarum Cathedralium, & Ciuitatum Capitulares, & Magiſtratus, vt Cæſarauguſtæ in Arragonia, & Eboræ in Portugallia, teſte Portel. *in addit ad dubia Regularia, verb Conceptio Deiparæ num. 4.* vbi *a num. 1.* multis rationibus, iuribus, & Doctorum, ac miraculorum teſtimoniis probat contra quendam Doctorem Cæſarauguſtanum præfatum iuramentum, ſeu votum publicè celebratum ab Academiis & communitatibus eſſe licitum, ſanctum, laudabile, ac pium. 14.

DE REFORMATIONE.

De Interpretatione ſanctæ Scripturæ in Eccleſiis neceſſaria, atque aliis ad id pertinentibus.

CAPVT PRIMVM.

1. *Præbenda Theologalis quomodo erigenda.*
2. *Conſuetudo quod detur à Capitulo ſtipendium perpetuum Theologo, qui doceat, ſeruanda eſt, vbi non eſt conſtituta præbenda Theologalis.*
3. *Lector ſacræ Scripturæ etiam Scholaſticæ vacare poteſt à lectione menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris.*
4. *Electio Lectoris ſoli Epiſcopo competit.*
5. *Præbendam Theologalem obtinens ſi legere vllo modo nolit quomodo cogendus,* & num. 6.
7. *Epiſcopus poteſt cogere Canonicos, & Confeſſarios ſub pœna pecuniaria ad Congregationem caſuum conſcientiæ.*
8. *Canonicatum, & Præbendam Magiſtralem cum Parochiali obtinens ſi in ea, vt tenetur, reſideat, fructus Canonicatus, & Præbendæ percipere poteſt.*
9. *Lector ſacræ Scripturæ non poteſt obtinere aliud beneficium incompatibile.*
10. *Theologus habens Præbendam, ſi legitimè obtineret Parochialem, tenetur in ea reſidere amiſſis diſtributionibus*
11. *Canonicus Theologalis non poteſt compelli ad ponendum ſubſtitutum.*
12. *Præbenda Theologalis dum vacat, quis munus legendi ſupplere debeat.*
13. *Quid ſi clericus ſecularis non reperiatur idoneus pro lectura præbendæ?*
14. *Canonici & cæteri Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis tenẽtur accedere ad lectionẽ ſacræ Scripturæ.*
15. *Præbendæ Theologalis deputatio non habet locum in Cathedralibus Regular.*
16. *Procedit in Collegiatis, quarum præbendæ ſunt de iurepatr. laicorum.*
17. *Inſigne oppidum quod dicatur.*
18. *Idem de Canonicatu ſi nulla ſit præbenda.*
19. *Comprehendit Præbendam, cuius fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus.*
20. *Theologo Canonico in vim vnionis de Præbenda vacatura non competit ius aduerſus vacaturam per reſign.*
21. *Præbendæ vacantes in menſibus reſeruatis non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
22. *Præbendæ Theologalis erectio quatenus locum habeat in ea quæ optatur.*
23. *Electio perſonæ ad Præbendam Theologalem vacantem in menſe Ordinario, pertinet ad ſolum Epiſcopum, collatio verò ad illos, ad quos antea ſpectabat.*
24 *Præbendæ Theologalis collatio erectæ poſt Conc. ſpectat ad illum, ad quem ante Conc. ſpectabat.*
25. *Electio perſonæ cui conferendus eſt Canonicatus habens annexum onus lectionis ſacræ Theologiæ, eiuſdemque collatio.*
26. *Præbenda erecta, & deputata pro Theologo, à ſequenti Canonico optari non poteſt.*
27. *Theologus Canonicus non eſt admittendus ad ius optandi.*
28. *Præbendam Theologalem obtinens non poteſt illam dimittere, & aliam optare.*
29. *Canonicus Theologus, qui reſignauit in manibus Ordinarij Præbendam Theologalem, poteſt obtinere mediante optione pinguiorem cum ſui retentione ſtalli in choro.*
30. *Canonicus Theologus an poſſit ex conſuetudine obtinere dignitatem in eadem Eccleſia.*
31. *Optio in præbenda primò vacatura poſt Conc. locum non habebit, ſi ante optionem præceſſerit erectio in Theologalem.*
32. *Theologus poſt quam vacauerit Præbenda ſuo officio vnita, & eam adeptus fuerit, debet ſedere in loco ſui Canonicatus.*

   Præbendam Theologalem obtinens debet relinquere primum locum antiquioribus Canonicis. ibid.

33. *Lectori Theologo ex gratia debentur diſtributiones quotidianæ pro tota die qua legerit.*

34. *Præbendam*

34. *Præbendam Theologalem obtinens diſtributiones quotidianas percipit quamvis choro non interſit.*
35. *Theologus Canonicus non cenſetur in die qua legit, præſens matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur ſero præcedeti prò die ſequẽti.*
36. *Theologo illa die qua legerit tribuendæ ſunt diſtributiones quotidianæ omnium horarum, licèt choro non interfuerit.*
37. *Et etiam emolumenta quæcumque perſonaliter intereſſentibus dari ſolita.*
38. *Beneficium aliud aſſignari non poteſt pro Theologo vbi ſunt præbendæ, & Canonicatus.*
39. *Theologiam ſcholaſticam ſi doceat Theologus ſatisfit.*
40. *Ordinarij arbitrio remittitur tempus, hora, & materia S. Scripturæ ſuper qua legendum ſit.*
41. *Curatus ruralis non poteſt abeſſe vt Grammaticam doceat in vrbe,*
42. *Epiſcopus vti Sedis Apoſtolicæ delegatus poteſt regulares ſuæ diœceſis compellere vt lectionem S. Scripturæ in ſuis monaſteriis habeant.*
43. *Ordinarij licentia, ſeu examen etiam quoad vitam & mores, non requiritur ad lectionem S. Scripturæ in conuentibus Regularium habendam.*
44. *Magiſter ludi litterarij examinari poteſt ab Epiſcopo in iis dumtaxat, quæ ſpectant ad fidem, doctrinam Chriſtianam & bonos mores.*
45. *Docentes S. Scripturã in ſcholis publicis, & diſcipuli, qui in illis ſtudent, plenè gaudent priuilegiis omnibus de perceptione fructuum in abſentia.*
46. *Idem de docentibus, vel ſtudentibus ius Canonicum.*
47. *Canonicus vt fructus in abſentia percipiat, debet legere in ſtudio generali de licẽtia Vniuerſitatis.*
48. *Studium generale dicitur quod eſt erectum, & inſtitutum per Papam, Regem, ſeu Principem.*
49. *Studium quod non eſt Vniuerſitas non facit quòd in eo Canonici ſtudẽtes percipiãt fructus in abſentia.*
50. *Scholares in Eccleſiis cathedralibus non gaudent eiſde priuilegiis, ſicut ſtudentes in ſtudiis publicis.*
51. *Canonicus fructus ſui canonicatus percipit in abſẽtia legendo in Vniuerſitate cum licentia clauſtri.*
52. *Otioſi, qui non ſtudent, & ſcholas non frequentant, non gaudent priuilegiis ſcholaſticorum, nec abſentes cauſa ſtudij fructus ſuorum beneficiorum percipiunt.*
53. *Abſens cauſa ſtudij non percipit quotidianas diſtributiones.*
54. *Ius Canonicũ docentes in publica Vniuerſitate eiuſdem ciuitatis gaudent ibi priuilegiis de percipiẽdis in abſentia præbendarum ſuarum fructibus.*
55. *Canonico in publica Vniuerſitate docenti ius Canonicum non debentur diſtributiones quotidianæ ſi choro non interſit, quamvis omnes reditus illis ſolis conſiſtant.*
56. *Canonicus abſens ſtudiorum cauſa percipit diſtributiones, dempta tertia parte, ſi in illis omnes Capituli reditus conſiſtant.*
57. *Diſtributiones quotidianas, & tertiam partem in diſtributionẽ conuerſam non poſſunt capere habẽtes quaſcumque facultates percipiendi fructus beneficiorum ſuorum in abſentia ſtudiorũ cauſa.*
58. *Diſtributiones dẽpta tertia parte lucratur Canonicus abſens cauſa ſtudij, quãdo præbẽda eſt tenuis, & fere omnes fructus conſiſtit in diſtributionibus.*
59. *Licentia Epiſcopi non requiritur in docentibus publicè in ſcholis S. Scripturam, aut ius Canonicum, ſed bene in ſtudentibus.*
60. *Licentia ſtudiorum cauſa non ſuffragatur vltra quinquennium.*
61. *Parochiales Eccleſias obtinentibus poſt Concil. Trid. ſtudendi licentia, ac in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi non datur.*
62. *Parochis non licet cauſa ſtudiorum à ſuis parochialibus Eccleſiis poſt Concil. abeſſe.*
63. *Parochus ciuitatis poterit inibi in publica Vniuerſitate S. Scripturam legere.*
64. *Parocho vbi conceditur per Sedem Apoſtolicam ſtudendi facultas, quæ exigi ſoleant, oſtenditur.*

EADEM ſacroſancta Synodus, piis ſummorum Pontificum, & probatorum ª Conciliorum conſtitutionibus inhærens, eaſque amplectens, & illis adiiciens; ne cœleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus Sanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, ſtatuit & decreuit quod α *in illis Eccleſiis*, in quibus præbendæ, aut præſtimonium, ſeu aliud quovis nomine nuncupatum ſtipendium β *pro lectoribus ſacræ Theologiæ* deputatum reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates & alij locorum Ordinarij, eos γ qui præbendam, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi obtinent, ipſius ſacræ Scripturæ expoſitionem, & interpretationem per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, γ *& aliis locorum Ordinariis eligendum*, etiam per ſubtractionem fructuum δ *cogant, & compellant.* ε *De cætero verò præbenda*, præſtimonium, aut ſtipendium huiuſmodi non niſi perſonis idoneis; & quæ ζ *per ſe ipſos* id munus explicare poſſint, η *conferantur*: & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida. b θ *In Eccleſiis autem Metropolitanis, vel Cathedralibus*, ſi ciuitas inſignis, vel populoſa; ι *ac etiam Collegiatis* exiſtentibus κ *in aliquo inſigni oppido*, etiam nullius diœceſis, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, λ *vbi nulla præbenda*, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, μ *præbenda quomodocumque*, ν *præterquam ex cauſa reſignationis*, ξ *primò vacatura*, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata intelligatur. Et quatenus in ipſis Eccleſiis nulla, vel non ſufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Epiſcopus ipſe per aſſignationem fructuum c *alicuius ſimplicis beneficij*, eiuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum ſuæ ciuitatis, & diœceſis, vel aliàs, prout commodiùs fieri poterit, de Capituli conſilio ita prouideat, vt ipſa π *ſacræ Scripturæ lectio* habeatur: ita tamen, vt quæcumque aliæ lectiones, vel conſuetudine, vel quavis alia ratione inſtitutæ, propter id minimè prætermittantur; Eccleſiæ verò, quarum annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua eſt Cleri, & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commodè haberi non

ª Vide Conc. Lat. ſub Innoc. 3 c. 13.

b Cap. quia, & cap. fin. de mag. & infrà ſeſſ. 23. de reform. c. 18.

c Infrà ſeſſ. 24 cap. 12. de reform.

Digitized by Google

d Concil. Conſtantinop 6.c.5. cum alleg. à me in tract. de priu. 88. c.1.& c.quia de mag. Cõcil. Later. ſub Alex. 3. c.18. & ſub Innoc.3.c.2. & infrà ſeſſ.29.c.18. de reform. el. ne in agro,de ſtatu monach. c.5.de mag.

poſſit, p *ſaltem d Magiſtrum habeant*, ab Epiſcopo cum conſilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliósque ſcholares pauperes Grammaticam gratis doceat, vt deinceps ad ipſa ſacræ Scripturæ ſtudia, annuente Deo, tranſire poſſint. Ideóque illi Magiſtro Grammatices, vel alicuius ſimplicis beneficij fructus quos tandiu percipiat quandiu in docendo proſtiterit, aſſignentur; dum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudetur obſequio: vel ex capitulari vel Epiſcopali menſa condigna aliqua merces perſoluatur: vel aliàs Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat ſuæ Eccleſiæ, & diœceſi accommodam, ne pia hæc, vtilis, atque fructuoſa prouiſio quovis quæſito colore negligatur. *e In monaſteriis quoque monachorum*, vbi commodè fieri queat, etiam lectio ſacræ Scripturæ habeatur: qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, *r Epiſcopi locorum*, *in hoc*, vt Sedis Apoſtolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conuentibus verò aliorum Regularium, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, ſacræ Scripturæ lectio ſimiliter habeatur, quæ lectio à Capitulis generalibus, vel prouincialibus aſſignetur dignioribus Magiſtris. In gymnaſiis etiam publicis, vbi tam honorifica, & cæterorum omnium maximè neceſſaria lectio hactenus inſtituta non fuerit, religioſiſſimorum Principum, ac Rerumpublicarum pietate, & charitate ad Catholicæ fidei defenſionem, & incrementum, ſanæque doctrinæ conſeruationem & propagationem inſtituatur: & vbi inſtituta foret, & negligeretur, reſtituatur. Et ne ſub ſpecie pietatis impietas diſſeminetur: ſtatuit eadem ſancta Synodus neminem ad huiuſmodi lectionis officium tam publicè, quam priuatim admittendum eſſe, qui priùs ab Epiſcopo loci de vita, moribus, ſcientia *v examinatus, & approbatus* non fuerit: quod tamen de lectoribus in clauſtris Monachorum non intelligatur. *φ Docentes verò ipſam ſacram Scripturam, χ dum publicè ψ in ſcholis ω docuerint*, & *e* ſcholares, qui in ipſis ſcholis *αα ſtudent*, *ββ priuilegiis omnibus de perceptione fructuum*, præbendarum, & beneficiorum ſuorum, in abſentia à iure communi conceſſis, planè gaudeant, & fruantur.

e Cap.fin. de mag. all. in meo tract. de priuil. ſchol. priu. 98.

1. Vide Nauarr. *in man.cap.27.num.*107 Reboff.*in concord.tit.de collat.*§.1.*verb. Theologalem,pag.* 543. Tamburin.*de iure Abbatum tom.*3.*diſp.*5.*q.*11.*num* 57. Sebaſt.Medic.*in ſumma peccatorum,part.*2.*cap.*2.*tit.*3.*q.*74 *num.*2 9. Paul.Fuſc. *de viſitat.lib.*1.*cap.*17.*n.*11.*&* 12 Zerol.*in praxi Epiſc part.*1 *verb. Præbenda Theologalis.* Valer.Regin.*in praxi fori pœnit.lib* 20 *n.*53. Valer.*in Margarita caſuum conſcient. verb.legent.* Nicol.Garc. *de benef part.* 5.*c* 4.*à n* 130. Monet. *de diſtribut.quotid.part.*2.*q.*10.*& de commutat.vlt volunt. cap.* 10.*n.*91.*cum multis ſeqq.* Homobon.de Bonis *de humana vitæ ſtatibus, c* 11 *in princ. & cap.*12 Aloyſ.Ricc. *in praxi aurea reſol.*127.*& in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol p.*4.*deciſ.*101. Me ipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.*3.*alleg.*56.*& de Canonicis, & Dignitatibus c.*27.

2. *a In illis Eccleſiis*, &c.] Vbi non eſt conſtituta præbenda Theologalis, & viget conſuetudo quòd detur à Capitulo ſtipendium perpetuum Theologo, qui docendi officio fungatur, ea ſeruanda eſt: quod ſi illud etiam poterit Theologum reddere diligentiorem in ſui muneris functione, triennium eius conductionis Ordinarius vnà cum Capitulo præfinire debet, ita deciſum refert Zerol. *in praxi Epiſc* 1. *verb. Præbenda Theologalis*, *verſ. ad ſecundum.*

3. *β Pro lectoribus S.Theologiæ.*] Etiam ſcholaſticæ, vt per Galet. *d.verb legent*, quem refero Ego ipſe *de officio & poteſt.Epiſc.p.*3.*alleg.*56.*n.*6. vbi *n.*7. ex eodem reſoluo huiuſmodi lectorem menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris à lectione vacare poſſe, de quo etiam Garc. *d.p.*5.*c.*4.*n* 157.

4. *γ Et aliis locorum Ordinariis eligendum*, &c] Electio Lectoris ſoli Epiſcopo competit, nec ſucceſſori præiudicium fit, ſi aliter per prædeceſſores fuit obſeruatum, & id intelligendum eſt de his Canonicatibus Theologalibus, qui erecti non ſunt ante Concilium; ſi verò erecti eſſent ante Concil. ſeruandum eſt quod ante Concil. fiebat, refert ita deciſum Nicol.Garc. *d p* 5.*c* 4.*num.*16.

5. *δ Cogant, & compellant*, &c.] Præbendam Theologalem obtinens, ſi legere vllo modo nolit, poterit Epiſcopus illum cogere comminationibus pœnarum, ſequeſtrationibus fructuum, aſſignatione portionis de eiſdem fructibus alteri, qui ipſius loco legat, demum creſcente contumacia, ad alias pœnas etiam priuationis deuenire poterit, factáque priuatione ad corroborandum Concilij decretum, Epiſcopus declarare debet talem præbendam & Canonicatum affectum fuiſſe, & eſſe ex Concil. pro S. Scripturæ Lectore, tunc deligat perſonam idoneã, quæ id munus per ſeipſum exequi valeat, & illi per Ordinarium collatorem huiuſmodi præbenda conferatur, ita Aldan. *vbi ſuprà n.*5. vbi refert ſic deciſum *in vna Maioricen.* Et Rot.*deciſ.*147.*n.*1. apud Farinac. *p.*1.*in poſthum.* atteſtatur ſacram Congregat. Concilij cenſuiſſe Canonicum Theologalem poſſe compelli, vt per ſe, & non per ſubſtitutum muneri ſuo ſatisfaciat, niſi adeſſet legitima abſentiæ cauſa, & *n.*2. reſoluit Capitulum non poſſe concedere licentiam, vt Canonicus habens præbendam Theologalem poſſit abeſſe, ſed id ſpectare ad Epiſcopum.

Et ſi Ordinarius inferiorum fuerit negligens, 6.
putà Prior, Abbas, Præpoſitus, & cæteri ſimiles alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, poterit Epiſcopus in cuius diœceſi ſunt, ſupplere, id eſt, cogere, refert deciſum Aldan. *d.loco.*

Vnde poſſe Epiſcopum cogere Canonicos & 7.
Confeſſarios ſub pœna pecuniaria ad Congregationem caſuum conſcientiæ, refert deciſum Sel. *d.loco num.*25. *ſub die Iulij* 1620. Ego ipſe *d.c.*27. *num* 29.

ε De cætero vero præbenda, &c.] Obtinens Cano- 8.
nicatum, & Magiſtralem præbendam cum Parochiali, ſi in ea, vt tenetur, reſideat, fructus Canonicatus, & præbendæ percipere poteſt, ita tamen vt quotidianas diſtributiones amittat, atque alia prætetea, quæ abſentes iuſta de cauſa percipere non poſſunt. In præbenda autem Magiſtrali idoneum virum ſibi ſubſtituat, qui ex veteri inſtituto annexum ſuæ præbendæ munus obeat ſacræ Scripturæ interpretandæ, ita refert deciſum Aldan. *d. loco num.*6.

ζ Per

Digitized by Google

9 ζ *Per ſeipſos*, &c.] Et ideò Lectorem S. Scripturæ non poſſe obtinere aliud beneficium incompatibile, refert deciſum Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 1. tit. 3. num 2.*

10. Si Theologus huiuſmodi habens præbendam legitimè obtineret Parochialem, tenetur in ea reſidere amiſſis diſtributionibus quotidianis, & aliis emolumentis, quæ tamen deſeruientibus dari ſolent: in officio autem arbitrio Ordinarij alium deputare debet, aſſignato ei competenti ſalario, Aldan. *d. loco.*

11. Canonicus Theologalis non poteſt compelli ad ponendum ſubſtitutum, quando ex capite infirmitatis ſanabilis impeditur, quo minus per ſeipſum legere valeat; eo verò caſu, quo quis eſſet ſubſtituendus, electio ſubſtituti ad Epiſcopum ſpectat, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 199.* Et ideò cum quidam Canonicus Theologus inſtaret ſibi licere legere per ſubſtitutum ſtante impedimento infirmitatis, fuit illi conceſſa licentia ad ſex menſes, refert Aldan. *vbi ſuprà n. 4.* vbi teſtatur ita deciſum *ſub die 13. Nouembris* 1627.

12. Præbenda Theologalis dum vacat, poteſt Epiſcopus fructus applicare alicui perſonæ, quæ ſuppleat munus legendi, ex Sel. *in ſelectis Canon. c. 2. num. 15.* vbi refert ita deciſum *in Camerin. 8. Februarij* 1594. & debet dari in commendam vni Canonico idoneo eiuſdem Capituli, ſi adſit, donec Titularis prouideatur, ſecundùm Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 8. num. 26.* quem refero *d. alleg. 56. num. 14.*

13. Quando Clericus ſæcularis idoneus non reperitur pro dicta præbenda, ſtatuerunt Pius V. & Gregorius XIII. collationem huius Canonicatus ſuſpendendam eſſe donec inueniatur idoneus Theologus ſæcularis, ſi fieri poſſit: interim verò nullum eſſe ab Epiſcopo fructuum ipſius Canonicatus cuſtodem, aut curatorem deputandum; ſed eos omnes Superiori alicuius Monaſterij tradendos, qui curet, vt aliquis idoneus Theologus ex ſuis Regularibus publicè ſacram Scripturam in Cathedrali doceat, provt hìc mandatur, eique in primis neceſſaria ſubminiſtret ex dictis fructibus; quod ſi quid reliquum erit, in Monaſterij vſum conuertatur, ita Aldan. *vbi ſuprà n. 2.* Zerol. *d. verb. Præbenda Theologalis, §. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 56. num. 15.*

14. Canonici, & cæteri Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis tenentur accedere ad lectionem S. Scripturæ Theologi illam legentis, ex Sel. *in ſelectis Canon. cap. 2. num. 3.* vbi refert deciſum *ſub die 11. Auguſti* 1618.

η *Conferantur.*] A quo autem hæc collatio fieri debeat, Concilium non expreſſit, quare pertinebit ad eum, ad quem antea de iure ſpectabat, vt infrà ex dicendis *num. 24.* apparebit.

15. θ *In Eccleſiis autem Metropolitanis, vel Cathedralibus*, &c.] Præbendæ Theologalis deputatio non habet locum in Eccleſiis Cathedralibus Regularibus, vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, nec Eccleſiæ numeratæ, provt eſt Cathedralis Pampilouenſ. ſed cogendi ſunt Monachi vt prouideant de Lectore idoneo Theologiæ, qui publicè legat non ſolùm ipſis Monachis, ſed omnibus aliis audire volentibus, ex Aldan. *vbi ſuprà num. 8.* vbi teſtatur ita deciſum *in Pampilonenſ. 9. Septembris* 1573. refero *d. c. 27. n. 2.*

16. ι *Ac etiam Collegiatis.*] Habet locum etiam in illis, quarum præbendæ ſunt de iurepatronatus laicorum, vt refert deciſum Monet. *de commut. vltim. volunt. c. 11. num 262.* & Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. num. 162.* vbi addit, quòd in eis deputari debet præbenda primò vacatura, concurrentibus omnibus requiſitis, & quòd perſona non nominetur ante vacationem, & quòd illius electio ſpectabit ad Epiſcopum; collatio verò ad quem legitimè ſpectabat ante deputationem.

17. κ *In aliquo inſigni oppido.*] Quod dicatur oppidum inſigne, iudicis arbitrio relinquendum eſſe reſolunt gloſſ. *verb. copia, in cap ſtatutum, de reſcript. in 6.* Lap. Specul. Tiraquell. & alij apud Menoch. *de arbitr. caſu 158. num 4.* Maiſobr. *de Synodo Diœceſana c. 4. dub. 14.* Ego ipſe *de Canonicis & Dignitat. c. 2. à num. 18.* Principalis verò qualitas, quæ locum inſignem reddit, eſt numerus habitatorum, Bonif. de Vitalin. *in Clem. grauis, num. 56. de ſent excommun.* Nauarr. *conſil. 1. de verbor. ſignific.* vbi reſpondit oppidum Fonſecæ Toletanæ Diœceſis eſſe inſigne, quia habebat octingentos municipes.

18. λ *Vbi nulla præbenda*, &c.] Vbi nullæ ſunt præbendæ, eò quòd Canonicatus tantùm diſtributiones quotidianas habeant idem ſtatuendum eſt quod de præbendis, cum illarum loco ſuccedant, refert deciſum Aldan. *vbi ſuprà num. 7.*

19. μ *Præbenda quomodocunque.*] Comprehendi quoque præbendam, cuius fructus omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, ſicut reliquas, teſtantur reſolutum Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 4. num* 128. Ego ipſe *d. cap. 27. n. 7.* Aldan. *citato loco.* Si verò vacauerit, portio non includitur hoc decreto, quia non venit appellatione præbendæ, vt refert deciſum Garc. *d. num. 128.*

20. ν *Præterquam ex cauſa reſignationis.*] Theologo Canonico in vim vnionis factæ ab Epiſcopo de præbenda vacatura, non competit ius aduerſùs Canonicatum vacaturum per reſignationem, ex Sel. *d. c. 2. n. 4.* vbi refert deciſum *in Monopolitana ſub die 29. Auguſti* 1626. refero *d. c. 27. n. 10.*

21. ξ *Primò vacatura.*] Non tamen in menſe Apoſtolico, quia non comprehenduntur ſub hoc decreto præbendæ vacantes in menſibus reſeruatis, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 128.* Requiri actualem deputationem, vt præbenda primò vacatura Theologalis ſit, & in Theologalem erecta, refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 155.* quem refero *d. alleg 56. n. 3.* & ideo ſi in prouiſione præbendæ non fuit facta actualis deputatio, non poteſt prouiſus compelli obire munus lecturæ, ex eod. Garc. *loco proximè citato.*

22. Præbendæ Theologalis erectio non habet locum in ea, quæ vigore ſtatuti à ſequenti Canonico optatur; ſed illa præbenda, quam dimiſerit Canonicus, qui nouiſſimè optat, huic muneri vnita, & affecta remanet, ita teſtatur deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. n. 130. in vna Lunen. Sarzanen 6. Iulij* 1592.

23. Electionem perſonæ ad huiuſmodi præbendam Theologalem vacantem in menſe Ordinario pertinere ad ſolum Epiſcopum, collationem verò ad illos, ad quos antea ſpectabat, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 4. n. 162.* Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſſ. 9. num. 83.* Ego ipſe *d. alleg. 56. n. 4.* Si verò vacauerit in menſe Apoſtolico, vel aliàs eſſet reſeruata, ſeu affecta, electionem perſonæ, & collationem ſpectare ad Papam, reſoluunt idem Garc. *d. cap 4. num. 164.* & Gonzal. *d. loco.* Contra Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Beneficium § 3. & verb. Præbenda Theologalis, §. 4.* exiſtimantes electionem ad Ordinarium ſemper ſpectare.

24. Præbendæ Theologalis collatio erectæ poſt Conc. ſpectat ad eum, ad quē ante Concil. ſpectabat, etiam in caſu, quo ante Concil. electio ſpectabat ad Capitulum, & inſtitutio ad Epiſcopum, ex

Sel *d.cap.2.n 13.* vbi refert ita deciſum *in vna Toletana ſub die* 24. *Septembris* 1592.

25. Electio perſonæ, cui conferendus eſt Canonicatus habens annexum onus lectionis S. Theologiæ ex præſcripto Concil. pertinet ad Epiſcopum, collatio verò eidem perſonæ facienda ab eis ad quos ante Concil. pertinebat, quamvis regulariter in ea Eccleſia electio ſola Canonicorum pertineat ad Capitulum, & confirmatio, ſiue inſtitutio ad Epiſcopum, ex Sel. *loco citato*, vbi refert ita fuiſſe deciſum *in Aretina* 31. *Iulij* 1627.

26. Præbenda ſic erecta, & deputata pro Theologo à ſequenti Canonico optari non poteſt, prout referunt deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ* 34. *n.* 80. Monet. *de optione Canon. c. 1. q. 6. n.* 129 Nicol. Garc. *in addit ad d. p. 5. c. 4 n.* 132. Ego ipſe *d. alleg.* 56. *num.* 10.

27. Præbenda Theologalis ſicut non poteſt ab aliquo Canonico optari, cùm detur per electionem præuio examine, ita Theologus non eſt admittendus ad ius optandi, refert deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. cap.* 14 *n* 134. & dicitur ſic deciſum *ſub die* 13. *Februarij* 1601.

28. Præbendam Theologalem obtinens non poteſt illam dimittere, & aliam optare, ad inſtar aliorum Canonicorum, ita Sel. *d. loco*, vbi refert ſic fuiſſe reſolutum ſub *die* 8. *Iunij* 1601. prout aſſero *d. c.* 27. *num.* 11.

29. Canonicus Theologus, qui reſignauit in manibus Ordinarij præbendam Theologalem, poteſt obtinere mediante optione pinguiorem præbendam cum retentione ſui ſtalli in choro, ex Aldan. *d. loco*, vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum *ſuper ſacris Ritibus in vna Veronen.* 2. *Septembris* 1497. cuius memini Ego ipſe *d. c* 27 *num.* 22.

30. Canonicus Theologus ſtante conſuetudine in Eccleſiis Cathedrali, vt per quemlibet Canonicum habentem præbendam Canonicatui annexam obtineatur vna ex dignitatibus in eadem Eccleſia, quæ nullum habet onus, ſeu emolumentum, ſed ſolùm ſedet ſupra Canonicos, & illos in proceſſionibus præcedit, poteſt dictam dignitatem obtinere, ex Sel. *d loco*, vbi refert reſolutum *ſub die* 28. *Nouembris* 1628. cuius deciſionis memini *d. cap.* 27 *n* 23.

31. Optio in præbenda primò vacatura poſt Conc. locum non habebit, ſi ante optionem præceſſerit erectio in Theologalem; ſi verò non præceſſerit optio, non poteſt ampliùs erigi in Theologalem, ita refert deciſum Nicol. Garc *d. cap. 4. n.* 130.

32. Theologus poſtquam vacauerit præbenda, quæ ſuo officio fuit vnita, & eam adeptus fuerit, debet ſedere in loco ſui Canonicatus, vt atteſtatur reſolutum idem Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. n.* 111. Nam præbenda Theologalis non eſt dignitas, & ideò primum locum eam obtinens relinquere debet antiquioribus Canonicis, ex Sel. *d. loco*, vbi dicit ita fuiſſe deciſum *in vna Mediolanenſ.* cuius reſolutionis memini *d. cap* 20. *num.* 25.

33. Lectori non debentur diſtributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit, ex diſpoſitione Iuris communis, per gloſſ. vlt. *in cap. quia nonnulli, de Magiſtr.* tamen ſanctæ mem. Gregorius XIII. ex gratia illas deberi ei voluit, non modò pro illis horis, vt ſi mane legat pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die. Ita referunt deciſum Piaſec *in praxi Epiſc. p. 2. c 3. n.* 9. *verſ ſimiliter.* Gonz. *ad reg* 8. *Cancell.* § 7 *proœm n.* 180. Nicol. Garc. *de benef. part. 2. cap. 2. num.* 118. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarr lib. 2 tit.* 20 *leg* 1. §. 2. *de reſidentia*, *n.* 68. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 27. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 495. *&* 498. *in* 1. *edit. alias reſol.* 386. *num.* 6. *& reſol.* 389. *num* 6. *in* 2 *edit.* Bonacin. *de horis Canonic. diſp.* 2 *q.* 5. *puncto* 3. §. 6. Caſtro Palao *in opere morali tract* 7. *diſp.* 3. §. 6. *n.* 1. Ioan. à Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 2 *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 33 *cum ſeqq.* Trullench. *in expoſit. Decalogi lib.* 2. *cap.* 8 *dub.* 12 §. 6 *n.* 1. Ego ipſe *d. alleg. num.* 8. *& de Canonic. cap.* ...

Diſtributiones quotidianas quamvis lucrifacere minimè debeat obtinens præbendam Theologalem, ſi diuinis non interſit, etiam eo die, quo lectionem habet, vt tamen diligentiùs huic muneri præſtantiſſimo Theologalem obtinens vacare queat, illi conceditur, vt deinceps omnibus illis diebus, quibus huiuſmodi munere functus fuerit, diſtributiones quotidianas percipiat, quamvis choro non interſis, Sel. *citato loco*, vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum *in cauſa Oriolen.* 5. *Auguſti* 1616. 34.

Theologus, qui Diuinis pro præſente habetur diebus, quibus legit, non cenſetur præſens matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur ſero præcedenti, pro die ſequenti, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d p. 3. cap. 2 n.* 118. Armend. *d loco, num.* 7. 35.

Theologo illa die, qua legerit, tribuendæ ſunt diſtributiones quotidianæ omnium horarum, licèt choro non interfuerit, ex Sel. *d. loco*, qui refert ita reſolutum *in Fanen.* 3. *Auguſti* 1624. 36.

Obtinens Theologalem impeditus ſtudio, & lectione ad huiuſmodi præbendam ſpectante, lucrari poteſt non ſolùm diſtributiones, ſed etiam emolumenta quæcunque perſonaliter intereſſentibus dari ſolita, etiamſi choro non interſint, ex Sel. *d loco num* 19. vbi refert deciſum *in Oriolen.* 12. *Auguſti* 1618. 37.

o *Alicuius ſimplicis beneficij, &c.*] Ergo vbi ſunt præbendæ & Canonicatus, non poteſt aſſignari aliud beneficium pro iſto Theologo, vt refert deciſum Aldan. *d. loco, num* 10. 38.

ꝟ *Sacræ Scripturæ lectio.*] Satisfieri Concilio etiam ſcholaſticam Theologiam docendo, refert deciſum Garc. *d. p. 5. cap. 4. n.* 156. & Aldan. *vbi ſuprà n.* 15. & citati *ſuprà num* 1. 39.

Tempus, horam, & materiam ſacræ Scripturæ, ſuper qua legendum ſit, remitti arbitrio Ordinarij; referunt deciſum Aldan. *vbi ſuprà.* Nicol. Garc. *d. p. 3. c 4. n.* 156. Ego ipſe *d alleg.* 56. *n* 6. *& de Canon. cap.* 27. *num.* 26. 40.

p *Saltem Magiſtrum habeant, &c.*] Fieri tamen non poteſt, caſu, quo deficit Magiſter Grammaticæ in vrbe, vt Curatus ruralis ibi habitet, relicto idoneo vicario, & approbato ab Ordinario, etiamſi Curatus ſolemnibus ſaltem feſtis officium in parochia exercere vellet, ita referunt deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell gloſſ. 6. n.* 254. Sanctarell. *var. reſolut. q. 3. n* 31. & citati per me *de officio & poteſtate Parochi, part. 3. cap. 8. num.* 28. 41.

q *In monaſteriis quoque Monachorum.*] Etiam Carthuſianorum ſtrictioris clauſulæ, vt refert deciſum Aldan. *vbi ſuprà n.* 16.

r *Epiſcopi locorum in hoc, &c.*] Poſſe Epiſcopum, vti Sedis Apoſtolicæ delegatum, Regulares ſuæ diœceſis compellere, vt lectionem S. Scripturæ in monaſteriis ſuis habeant, per hunc textum aſſerunt Fuſc *de viſitat. l. 2. cap.* 15 *num.* 73. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 2 cap 2. num* 59. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 1. num.* 41. *verſ item.* Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rubr.* 12 *cap* 13. *num.* 5. Lezana *in ſum. quæſt. Regul. cap.* 11 *n* 11. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3 *diſp.* 2 *q. 5. n.* 3. Ego ipſe *d alleg.* 56. *num.* 16. vbi refero Paulum V. fel. record. *Conſtit. ſua* 42.

incip.

incip. *Apoſtolicæ ſeruitutis, ſub dat. Kalend. Auguſti* 1610. ordinaſſe, vt in omnibus Regularium domibus, ſeu monaſteriis lectio linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & à Regularibus diligenter addiſcatur, refert, me citato, Tamburin. *d.tom.3.d.2.q.5 num 3.*

43. Non requiri licentiam, ſeu examen Ordinarij ad illam lectionem S. Scripturæ in conuentibus Regularium habendam, refert deciſum Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb legere, & verb. licentia.*

Examinandi igitur, & approbandi ab Epiſcopo non ſunt de vita, moribus, & ſcientia admittendi ad officium legendi S. Scripturam in conuentibus Regularium, ex Sel. *loco citato num* 18. vbi refert ita deciſum *in vna Mediolanen.*

44. *v Examinatus, & approbatus.*] Magiſter ludi litterarij examinari poteſt ab Epiſcopo in iis dumtaxat, quæ ſpectant ad fidem, doctrinam Chriſtianam & bonos mores, Aldan *vbi ſuprà n.17.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum.

45. *φ Docentes verò ipſam S. Scripturam,* &c.] Priuilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia conceſſis à iure communi *in cap vlt de magiſtr.* plenè gaudere, & frui docentes S Scripturam in ſcholis publicis, & diſcipulos qui in illis ſtudent, tradunt Rebuff *in praxi tit. de diſpenſ. de non reſident. n.25 & in tract. de priuileg. ſchol priuil. 29. & 31.* Horat Luc. *eodem tract. priuileg. 99. & 100.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. c.33 num. 2. & tom. 2. cap 76 num. 1. & in ad it. ad Bullam Cruciatæ, c.7. ad 4 concluſ. num. 27.* Nicol. Garc. *part. 3. cap. 2. n. 54.* Veg. *in ſumm. part. 1. cap. 36. caſu* 41. Fulc *de viſit lib. 2 cap. 9. n. 10.* Petr. Leſnaud. *in tract. de priuileg. Doctorum p. 2 §. 12.* Iacob. Beni. *in tract. de priuileg. Iureconſult. part. 1. priuileg. 15. n. 1.* Carol. de Grattis *de effectib. cleric. in prælud. à n. 106.* Vgolin *de officio Epiſcopi, cap. 19 in princ. num. 6. & cap. 43 §. 2* Azor. *in Inſt moral. part 2. lib. 7 cap. 4. q. 3. & cap. 5. quæſ. 1. & 8* Gonzal. *ad regul. 8 Cancell §. 7. proœm n. 180* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ collect* 446. Monet *de diſtribut quotid. part. 2 quæſt. 10. à princip.* Sanctarell *var reſol quæſt 5 à n. 9.* D. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3 c. 14 n. 26.* Trullench. *in expoſit. Decalogi lib 1 cap 8. dub. 12. §. 9. à princ.* Ego ipſe *d. alleg. 56. num.* 18. *& de Canon. c. 27. num 46.*

46. Idem dicendum de docentibus, vel ſtudentibus ius Canonicum, quia hodie ad Eccleſiam bene regendam non minus prodeſt ius Canonicum, quàm Theologia, vt concludunt Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 63.* Iacob. Beni. *d tract. de priuileg. Iuriſconſult. p. 1. priuileg. 15. n 4.* Carol de Graſſis *in d prælud n. 95. cum ſeqq.* Sanctarell. *d quæſt 3. n.* 18. Monet. *d. cap. 10 n 4.* Ego ipſe *d. alleg 56. num.* 28. vbi cum eodem Monet. *citato loco, n. 21.* dico quid tenendum in docentibus, vel ſtudentibus iuri ciuili, de quo etiam Sanctarell. *d. quæſt. 3. num. 10.* Caſtr. Palao *d §. 9 num. 3.* Trullench. *d. §. 9 num. 4.*

47. *χ Dum publicè.*] De licentia tamen vniuerſitatis, ſeu clauſtri, ſiue Collegij Doctorum ratione ſtipendij, ſeu cathedræ, prout deciſum refert Nicol. Garc. *d cap 2. num. 59. & 60.* quem cito *d. alleg. 56. num. 27.*

48. *ψ In ſcholis.*] Generalibus ſcilicet, ſeu celebri Vniuerſitate, ſicut tradunt Lel. Zech *de repub Eccl. tit de cleric. n 7. verſ* 28. Horat. Luc. *ad finem tract. de priuileg. ſchol. n. 23.* Florez de Mena *var. lib. 3 q. 14 n 19.* Ego ipſe *d alleg. 56. n* 21.

Dicitur autem ſtudium generale, quod eſt erectum, & inſtitutum per Papam, Regem, ſeu Principem, vt per Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi p. 10.* *conſil.* 32. Perez *l. 1. tit. 10. lib. 1. ordin* Ortia *in patrocinio pro Cæſaraugustano gymnaſio, p. 1. à n 13. & p. 3. num. 2.* quos refero *d alleg. 56. n. 22.*

Vnde non ſufficere ſtudium quod non ſit Vniuerſitas, quamvis in eo optime legatur, & publicè 49.
cuicunque audire volenti, dixi *d. alleg. 56. n. 22.* contra Monet *d. q 10. n. 17.* Sanctarell. *d. q. 3 n. 22.*

Et ideo ſcholares in Eccleſiis cathedralibus 50.
non gaudere eiſdem priuilegiis, ſicut ſtudentes in ſtudiis publicis, & Academiis, referunt deciſum Nicol. Garc *d. cap. 2. num* 117. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib 2. tit. 23 l 2. §. 2. de reſident. num. 124.*

ω Docent.] Fructus ſui canonicatus in abſen- 51.
tia percipit Canonicus legendo in Vniuerſitate Theologiam cum licentia clauſtri, etiamſi non haberet cathedram, nec ſalarium, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 2 c. 5 n.* 61.

aa Student.] Otioſos verò, qui non ſtudent, & 52.
ſcholas non frequentant, non gaudere priuilegiis ſcholaſticorum; nec abſentes cauſa ſtudij fructus ſuorum beneficiorum percipere, reſoluunt Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa. part 1. num.* 215. Maſcard. *de probat. concluſ. 1290. n. 9 cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom 1 quæſt. 9. art* 1. Prosp. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij, verb. reſidentia, verſ. limita.* Sanctarell. *d quæſt. 3. num.* 16. Ego ipſe *d. alleg. 56. n* 24.

bb Priuilegiis omnibus de perceptione fructuum, 53.
&c.] Abſentem cauſa ſtudij non percipere quotidianas diſtributiones, probat text *in c licet, de præbend.* & hoc idem, cùm circa illum Concil. in præſenti nihil innouauerit, deciſum referunt Gutrier. *canon lib 2. c. 15 n. 12.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. diſtributiones quotidianæ, §* 3. Sandoual. *de officio Eccleſ. part. 6. cap. 17.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 78* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. reſidentia, verſ. quod autem* Nicol. Garc. *d. c. 2 n.* 111. Monet. *d. cap. 10. num* 23. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 166 n. 17.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi, c. 19. §. 2. n. 6.* Armend. *d loco, num. 67.* Aloyſ. Ric. *in d praxi fori Eccleſ. deciſ. 495. in 1. edit. aliàs reſol. 526 num. 3. in 2. edit.* Ego ipſe *d. alleg. 56 num* 19.

Docentes ius Canonicum in publica Vniuerſi- 54.
tate, priuilegiis de percipiẽdis in abſentia præbendarum ſuarum fructibus gaudent, & potiuntur, quamvis præbendæ, quas obtinent, ſitæ ſint in cathedrali eiuſdem ciuitatis, in qua publici lectoris munere funguntur, ita ſub *die 14. Aprilis,* 1595. deciſum refert Nicol. Garc *in addit. ad d part. 3. cap. 2. num* 85.

Canonico in publica Vniuerſitate docenti ius 55.
Canonicum non debentur diſtributiones quotidianæ, ſi in choro non interſit, quamvis omnes reditus in ſolis diſtributionibus quotidianis conſiſtant, ex Sel *d loco,* vbi teſtatur reſolutum *in vna Limen* 18. *Decembris,* 1617.

Canonicus abſens ſtudiorum cauſa percipit 56.
quidem fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas; quòd ſi in huiuſmodi diſtributionibus omnes Capituli reditus conſiſtant, percipit etiam diſtributiones, dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit: nullo autem caſu debet ipſe Canonicus percipere diſtributiones Miſſis, aut defunctorum anniuerſariis applicatas, ita referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3 ſub num. 9.* Nicol Garc *in addit. ad d part 3. c. 12. n* 53. Armend. *d lib. 1. tit. 23. de reſidentia Canon. n* 8. Solorzano *d. tom 2. lib. 3 c. 14 n.* 21. Caſtr. Palao *d § 9. n. 15. in fine* Trullench *d. § 9. in princ.* Ego ipſe *d alleg. n. 56. num* 18. & 19.

57. Habentes quaſcunque facultates percipiendi fructus beneficiorum ſuorum in abſentia ſtudiorum cauſa, nec diſtributiones quotidianas, eo ipſo abſentiæ tempore, nec præbendæ ſuæ tertiam partem in eius generis diſtributiones Tridentini decreti auctoritate conuerſam capere poſſunt, vt referunt deciſum Aloyſ. Riec. *d. reſol.* 386. *n.* 3. *in fine.* Monet. *d. cap.* 12. *num.* 24. Ego ipſe *d. alleg.* 56. *n.* 19. *prope fin.* Abſentia enim ſtudiorum cauſa etiam obtenta licentia à Sede Apoſtolica non excuſat ab amiſſione iſtius tertiæ partis, ſicut nec excuſat ab amiſſione diſtributionum quotidianarum, ita referunt deciſum Gonzal. *d.* §. 7. *proœm. n.* 179. Armendar. *d. loco, n.* 123.

58. Quia, quando præbenda eſt tenuis, & ferè omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus, tunc abſens cauſa ſtudij lucratur etiam diſtributiones, dempta tertia parte, vt reſoluit Aloyſ. Riec. *in praxi aurea, reſol.* 70. *num.* 3.

59. Quamvis in docentibus S. Scripturam, vel Theologiam, aut ius Canonicum publicè in ſcholis, & ab Vniuerſitate conductis licentiam Epiſcopi non requiri, referat ſibi fuiſſe reſponſum Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 559. *ad* 4. nec ad docendum habeant vllam temporis determinationem, ſed fructus percipere poſſint quandiu docuerint, ſecundùm Monet. *d. q.* 10. *n.* 16. quem refero *d. alleg.* 56. *num* 32. In ſtudentibus verò huiuſmodi licentiam deſiderati probat text. *in cap. tuæ fraternitatis, de cleric. non reſid. & in cap cùm ex eo, de elect. lib.* 6. ita Pius IV. *in ſua Conſtit.* incip. *Sanctiſſimus*, ſub *die* 24. *Nouembris* 1564. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 88. Monet *d. q.* 10. *num.* 9. Vnde his ſi minores ſint 30. annis, & velint in publico, celebrique gymnaſio Theologię, vel ſacris Canonibus ſtudere, teneri Ordinarium licẽtiam concedere, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 82. & 86. Armendar. *d. loco n.* 121. Sanctarell.
60. *d. q.* 3. *n.* 23. Ego ipſe *d. alleg.* 56. *n.* 29. Quæ tamen licentia illis non ſuffragatur vltra quinquennium impetrata à die, quo ſtudere cœpit, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 101. & reſoluunt Leſſ. *de iuſtitia lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 29. *n.* 163. *in princip.* Sanctarell. *d. quæſt.* 3. *n.* 17. Monet. *d. quæſt.* 10. *n.* 14. Armendar. *d. loco num.* 99. & 102. Ego ipſe *d. alleg.* 56. *num.* 31.

Parochiales Eccleſias obtinentibus poſt Conc. Trident. ſtudendi licentia, ac in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi non datur, vt refert deciſum Nicol. Garc. *p.* 3. *cap.* 2 *num.* 84. Ego ipſe *de officio Parochi, cap.* 8. *num* 27. quia hodie per Concilium non admittuntur, niſi qui per concurſum magis idonei fuerunt iudicati, ex eodem Garc. *d. cap.* 2. *num.* 81. 61.

Et ideò Parochis non licet cauſa ſtudiorum à ſuis parochialibus Eccleſiis poſt Concil. abeſſe, nec Epiſcopus licentias ad id concedere poteſt, illæque ſi conceſſæ fuerint, non ſuffragantur, vt reſolutum atteſtantur Triullench. *d.* §. 9. *n.* 3. *verſ. obtinentibus.* Nicol. Garc. *in addit. ad d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 81. vbi etiam ait deciſum parochialis poſſeſſionem non poſſe denegari habenti cathedram in Vniuerſitate pro interpretando iure Canonico, quia ſi non reſideat, poterit poſtea puniri. 62.

Parochus verò ciuitatis poterit inibi in publica Vniuerſitate S. Scripturam legere, ita tamen vt cura animarum per ipſum exercenda nihil detrimenti patiatur, ita refert reſolutum Aldan. *citato loco n.* 20. 63.

Sed quando Parocho ex gratia conceditur per Sedem Apoſtolicam ſtudendi facultas, vt fructus ſuos faciat, hæc *infrà* ſcripta exigi ſolent. Primum, vt ſtudeat Theologiæ, aut iuri Canonico in celebri Vniuerſitate. Secundum, vt non ſit ætatis triginta annorum, niſi iam ſtudia incepiſſet & illa nondum abſoluiſſet. Tertium ad quinquennium tantùm è principio ſtudij computandum, adiuncta clauſula vt infra annum promoueatur. Quartum, vt interim cura animarum per idoneum vicarium ab ordinario eligendum, aſſignata illi congrua portione fructuum, exerceatur. Ita Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 81. 64.

De Prædicationis munere exequendo, & licentia Superiorum ad id requiſita.

CAPVT II.

1. *Doctores de prædicationis munere agentes.*
2. *Prædicare eſt præcipuum Epiſcoporum munus.*
3. *Epiſcopus vel debet per ſeipſum prædicare, vel ſumptibus ſuis alium conducere.*
Epiſcopus cùm prædicat omnes ſilere debent. ibid.
4. *Prædicandi munus poteſt per Epiſcopum committi clerico, qui non ſit in ſacris.*
5. *Prædicatorem deputandi munus pertinet ad Epiſcopum impeditum aliqua cauſa, ex delibatis* 10 cap. inter cætera, de offic. ordin.
6. *Prædicatoris electio, & deputatio in cathedralibus ſemper ſpectat ad Epiſcopos. Limita vt n.* 7.
8. *Capitulum in electione prædicatoris in Eccleſia cathedrali nihil poteſt.*
9. *Prædicatorem in Eccleſia cathedrali ſumptibus propriis conducere debet Epiſcopus.*
10. *Conſuetudo immemorialis nominandi, vel præſentandi prædicatorem Epiſcopo pro Eccleſiis inferioribus, non eſt ſublata.*
11. *Epiſcopus non poteſt compellere vniuerſitatem ad præſtandam ſolitam eleemoſynam prædicatori, ſi ipſum voluerint deputare.*
12. *Conſuetudo ſeruanda eſt, quæ ſolent ex publico ciuitatis ærario eleemoſynæ dari.*
13. *Penſionarius non tenetur contribuere pro mercede concionatoris, vbi eſt conſuetudo quòd populus talem impenſam faciat.*
14. *Curati cogendi ſunt ad ſubeunda per ſeipſos, & non per ſubſtitutos, ea munia ad quæ tenentur.*
15. *Parocho per ſeipſum concionanti minimè licet prætendere eleemoſynam.*
16. *Parochi per ſeipſos inter Miſſarũ ſolẽnia ſermonẽ habere poſſunt, etiã quãdo Epiſcopus ipſe prædicat.*
Paſtores prædicandi officium non negligant, qui curare debent, vt diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, quantum fieri poteſt, verbum Dei populo prædicetur. ibid.
17. *Regulares prædicare volentes, à quibus licentiam habere debeant.*
18. *Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Epiſcopo licentiam obtinere ſed tantum a ſuis ſuperioribus.*
19. *Epiſcopus ſi non modo benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verùm etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent in ſuis Eccleſiis, tunc illo contradicente prædicare poterunt.*

20. *Licen*

20. *Licentia Epiſcopi requiritur ad hoc, vt Regulares prædicare poſſint in Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſunt, & eos examinare poterit.*

21. *Regulares prædicantes in Eccleſiis quæ ſuorum Ordinum non ſunt abſque licentia Epiſcopi, an ab eo puniri poſſint.*

22. *Gregorius XV.*

23. *Epiſcopus poteſt interdicere Regulari ne prædicet licentia non petita, etiam non reddita cauſa.*

24. *Prædicatores errores, aut ſcandala diſſeminantes per Epiſcopum a prædicatione interdici debent.*

25. *Quæſtores eleemoſynarios abolendos præcipit.*

QVia verò Chriſtianæ Reipub. [a] non minùs neceſſaria eſt prædicatio Euangelij, quàm lectio, & [b] *hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus*: ſtatuit, & decreuit eadem ſancta Synodus, *omnes Epiſcopos*, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum Prælatos teneri per ſeipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium. Si verò contigerit Epiſcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento: iuxta formam generalis Concilij [c] *viros idoneos aſſumere teneantur* ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictæ ſubiaceat vltioni. [c] *Archipreſbyteri quoque* plebani, & quicunque Parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, Eccleſias quocumque modo obtinent, per ſe, vel alios idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, [d] *diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus* plebes ſibi commiſſas pro ſua & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis: docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiandóque eis, cum breuitate & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat: vt pœnam æternam euadere, & cœleſtem gloriam conſequi valeant. Id verò ſi quis eorum præſtare negligat, etiam ab Epiſcopi iuriſdictione quavis ratione exemptum ſe eſſe prætenderet: etiam ſi Eccleſiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monaſterio, etiam extra diœceſim exiſtenti, forſan annexæ, vel vnitæ, modò re ipſa in diœceſi ſint, prouida paſtoralis Epiſcoporum ſollicitudo non deſit; ne illud impleatur: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque vbi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, ſeu alias ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur, ita vt etiam, ſi ei ſic expedire viſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſoluatur, donec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum impleat.

a Infrà ſeſſ. 24. cap. 4. de ref.
b 11. Tol. c. 1.
c Concil. Later. ſub Inn. 3. c. 10. c. inter cætera de offic. iud. ord. Vide poſt ſinẽ huius lib.
d Conc. Conſt. 6. c. 8. cap. ex t. 5. habetur et à de ver. ſig. & Conc. Later. vlt. ſeſſ. 11.
Hierem. Thren. 4.

Si quæ verò Parochiales Eccleſiæ reperiantur ſubiectæ monaſteriis in nulla diœceſi exiſtentibus: ſi Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, à Metropolitanis, in quorum prouinciis diœceſes ipſæ ſitæ ſunt, tanquam quo ad hoc, Sedis Apoſtolicæ delegatis, compellantur, neque huius decreti executionem conſuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiue recurſus impedire valeat, quovſque deſuper à competenti iudice, qui ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta procedat, cognitum & deciſum fuerit. [e] *Regulares verò cuiuſcumque Ordinis*, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, prædicare non poſſint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Eccleſiis verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum, [f] etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur: ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint, ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant.

e Conc. Lat. vlt. ſeſſ. 11. de modo præd.
f Cap. excõmunicamus. §. quia verò de hæret. infrà ſeſſ. 24. c. 4. de refor.

Si verò, quod abſit, prædicator errores, aut ſcandala diſſeminauerit in populum, etiam ſi in monaſterio ſui, vel alterius Ordinis prædicet: Epiſcopus ei prædicationem interdicat. Quòd ſi hæreſes prædicauerit, contra eum ſecundùm iuris diſpoſitionem aut loci conſuetudinem procedat: etiamſi prædicator ipſe generali, vel ſpeciali priuilegio exemptum ſe eſſe prætenderet, quo caſu Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, & tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi ne quis prædicator vel ex falſis informationibus, vel aliàs, calumnioſè vexetur, iuſtámve de eis conquerendi occaſionem habeat. *Caueant præterea Epiſcopi*, ne aliquem, vel eorum, qui cùm ſint nomine Regulares, extra clauſtra tamen, & obedientiam religionum ſuarum viuunt: vel Presbyterorum ſæcularium: niſi ipſis noti ſint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in ſua ciuitate, vel diœceſi prædicare permittant, donec ab ipſis Epiſcopis ſuper ea re, ſancta Sedes Apoſtolica conſulatur, à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veritate, & expreſſo mendacio ab indignis extorqueri veriſimile non eſt.

Quæſtores [g] *verò eleemoſynarij*, qui etiam quæſtuarij vulgò dicuntur, cuiuſcunque conditionis exiſtant, nullo modo nec per ſe, nec per alium prædicare præſumant: & contra facientes ab Epiſcopis, & Ordinariis locorum, priuilegiis quibuſcunque non obſtantibus, opportunis remediis omnino arceantur.

g Concil. Later. ſub Innoc. 4. c. 62. c. cum ex eo de pœnit. & remiſſ. Clem. abuſionibus eod. tit. infrà ſeſſ. 22. de reform. c. vt officium. § compeſcendo de hæret. in 6.

Indictio futuræ Seſſionis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit, & decernit, primam futuram Seſſionem tenendam,& celebrandam eſſe, die Iouis, feria quinta poſt feſtum beati Iacobi Apoſtoli.

Prorogatu deinde fuit Seſſio ad diem 13. *menſis Ianuarij*, 1647.

1. VIde Paul.Fuſc.*de viſitat.lib.* 2.*cap.*20. *num.*23. Sbroz.*de officio vicarij,lib.*2.*cap.*21.Marc.Ant. Genuenſ.*in man. Prælatorum, c.*32. Steph.Quarant. *in ſumm. Bullarij.verb. Prædicator.* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*18.*num.*118.*cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*392. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p* 2 *cap.*3. *num* 16. Lauter.de Franchis *de controu.inter Epiſc.& Regul. c.*6.*verſ* 1. Fr.Ioan. de la Cruz, *de ſtatu Religion.lib.*1 *c.*7. *dub.*2. Campan. *in diuerſ. iuris Canon.rub.*12.*cap.*13 *num.*6.*cum ſeqq.* Armend.*in addit ad recopil. legum Nauarræ, lib.*4. *tit* 30 *l.*3. *de prædicatoribus ſacræ Scripturæ,* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ p.*1.*c.*8.*à princ.* Fr.Lud. Miranda *in man. Prælatorum tom* 1.*q* 50. *art.*2. nouiſſimè Steph. VVeyms *ad* 24. *conſtitutiones ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit* 5.*pag.*40. *cum ſeqq.* vbi innouatur *cap. inter cætera, de offic. Ordin.* per decretum in præſenti Trullench. *in Decal. lib.*3. *cap.*1. *dub.*4. *n.*9. Tambur. *de iure Abbat. tom.*3. *diſp.*5. *q.*11. *à n.*58. Metipſum *de officio,& poteſt. Epiſcopi p.*3. *alleg.*76. *& de officio, & poteſt. Parochi, p.*1. *cap.*14. *& infrà ſeſſ* 24. *de reform cap.*4.

2. *a Et hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus.*] Ita Campan *in diuerſ.iuris Canon rub.*12.*c.*13.*n.*13.Ego ipſe *d alleg* 76.*n.*1. *& infrà ſeſſ.*24. *de reform.cap.*4. *num* 2.Stephan.VVeyms *citato loco*, *n.*1 Intellige, in propria diœceſi, quia extra illam non conceditur prædicatio Epiſcopo,cùm poſſit prohiberi ab Ordinatio,cuius eſt diœceſis, ita Fuſc. *d. c.*20. *n.*23. Piaſec *d.c.*3. *n.*6. vbi ait ſic fuiſſe per Clementem VIII. reſolutum,Aloyſ.Ricc *in deciſ. curiæ Archip Neapol.deciſ.*180.*p.*2.*& in praxi rerum fori Eccleſ deciſ* 343.*in* 1.*edit.aliàs reſ.*465 *per tot.*Campan. *d.cap.*13.*n.*7.*in princ.* Stephan. Gratian. *dicto cap.*393 *à n.*9. vbi *n.*11. reſoluit priuilegium Epiſcoporum,vt per vniuerſum mundum poſſint prædicare, iuxta illud *Matth.*9. *Marc.vlt in cap in nono* 21 *diſt.* intelligi,niſi in alienis diœceſibus prohibeantur ab Epiſcopis locorum,quaſi poteſtas prædicandi intelligenda ſit in proprio populo, non in alieno, Fuſ.*d.cap.*20.*n.*13.*in fine.*Ego ipſe *d.allegat.* 36. *n.*3. Stephan.VVeyms *d.loco n* 8.

3. *β Omnes Epiſcopos,* &c.] Vnde Epiſcopum vel debere per ſe ipſum prædicare, vel ſumptibus ſuis alium conducere,refert deciſum Aldan *in compend. Canon deciſ.lib.*1.*tit.*4 *n.*1.quia dum legitimo detinentur impedimento, tenentur aſſumere alios ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum idoneos,potentes in opere & ſermone, *cap.inter cætera,de offic.Ordin.* hic innouatum. Stephan.VVeyms *d. loco num.*2.Sed cum prædicauerit Epiſcopus, omnes prædicatores ſilere debent, illiſque poteſt inhibere, vt eo tempore à prædicatione abſtineant, ex eod Aldan. *d.tit.*4 *n.*2. vbi refert ita reſolutum *in Bituntina* 17. *February*, & 2. *Martij* 1629. niſi prædicare volens eſſet Parochus in ſua propria Eccleſia, vt infrà videbimus *n* 16.

4. *γ Viros idoneos aſſumere teneantur.*] Dummodo ſint clerici ſaltem in minoribus Ordinibus conſtituti,poteſt enim prædicandi munus committi per Epiſcopum etiam clerico,qui non ſit in Sacris, vt reſoluunt Rendina *in promptuario recept.ſent tom.*1. *tit.*17.*n.*24.Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de tempor. Ordin.deciſ.*2,Armendar. *d. loco, num.*36. Poſſeuin. *de officio curati cap.*3.*n* 14.*in fine*, Vgolin. *de officio Epiſcopi,cap.*42.§.2 *num.*1.Ego ipſe *d. alleg.*76. *num.*45. ſed non laico, ex Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. *ſeſſ.*11.Aldan. *d.tit.*4. *num.*3. vbi teſtatur ita deciſum *ſub die* 23.*Iunij* 1580.

Munus deputandi prædicatorem pertinere ad 5.
Epiſcopum impeditum aliqua cauſa,ex delibatis *in cap inter cætera de offic.ordinar.*niſi in contrarium ſit conſuetudo ab immemoriali tempore, referunt deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop p* 1.*verb.prædicatio,* §.7. Franc.Leo *d.cap.*8.*ſub num* 4. Armend. *d.loco num.*2. Campan. *d.cap.*13.*n.*14.

In Eccleſiis verò Cathedralibus ſemper ſpectat 6.
ad ſolos Epiſcopos electio, & deputatio prædicatoris, nulla habita ratione cuiuſcunque conſuetudinis, etiam immemorabilis, qua talis deputatio Capitulo, vel Epiſcopo vnà cum Capitulo, ſiue de eius conſilio, aut cuivis alteri competeret,prout teſtatur reſolutum Armendar. *d.loco n.*3. quem refero Ego ipſe *d. allegat.* 67. *num* 6. refert ipſam declarationem nouiſſimè Steph. VVeyms *d. loco num.*10. vbi atteſtatur ex ſuo voto per ſacram Congr.Illuſtriſſim. DD.Cardin. Concilij Trident. Interpretum inter plures alias quæſtiones controuerſas deciſum, & declaratum extitiſſe quoad deputationem Concionatoris in Eccleſia Cathedrali Tornacenſi, ſpectare illam ad eundem Epiſcopum, etiam non obſtante contraria conſuetudine immemoriali; ſubditque quòd Capitulum, vel Canonici ſe non poſſunt de cætero intromittere in huiuſmodi deputationem, neque aliquem ad prædicandum in Cathedrali deputare, vel admittere, contradicente, vel inconſulto Epiſcopo, & nequidem ex prædicatoribus ab ipſo Epiſcopo alias approbatis.

Erit tamen in optione Epiſcopi, vtrùm ipſe ma- 7.
lit prædicatorem in ſua Cathedrali eligere, aut deputare, quando populus illum etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare conſueuiſſet, vel prædictam nominationem ex immemorabili conſuetudine relinquere; ita tamen vt Epiſcopus electionem deputationémque prædicatoris erogando non compellar. Sin verò populum prædicta facultate eligendi prædicatorem Epiſcopus vti ſinat, eundem populum cogere poteſt ad eas impenſas,& eleemoſynas prædicatori præſtandas, quas ipſe populus in hanc cauſam præſtare ſolitus eſt,vt refert deciſum Armend. *d.loco num* 11. vbi *n.*17. pariter dicit reſolutum,in electione Epiſcopi eſſe prædicatorem in ſua Cathedrali deputare, quando aliàs pertineret ad populum ex immemorabili conſuetudine, & tunc non poſſe Epiſcopum compellere populum ad ſolitam eleemoſynam, & impenſas prædicatori præſtandum;ſecus ſi Epiſcopus fineret vt populus nominaret, & ſolitus eſſet præſtare, refero ego ipſe *d.alleg.*76. *num.*11.& nouiſſimè Steph. VVeyms *d. loco n.*11.*&* 12.

Capitulum in electione prædicatoris in Eccle- 8.
ſia Cathedrali nihil poteſt, ex Armendar. *d. loco num.*21. quem refero *d. allegat.*76. *n.*7.

Sumptibus propriis conducere debet Epiſcop. 9.
prædicatorem in Eccleſia Cathedrali,non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, & immunitatibus,vt refert Armendar. *d.num.*5. vbi *num.*16. ait, ſic decreuiſſe Pium V. ſubditque poſtea Gregorium

gorium XIII. ſtatuiſſe deinceps rationem habendam eſſe conſuetudinis immemorabilis, & Epiſcopum hac ratione poſſe cogere.

10. In Eccleſiis verò inferioribus non eſt ſublata immemorabilis conſuetudo nominandi, vel præſẽtandi prædicatorem Epiſcopo pro illis Eccleſiis, ex Armend. *d. loco n. 15. propè fin.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *vbi ſuprà n. 23.* Et vbi in eis viguerit conſuetudo quòd populus ſoluat concionatori, ea ſeruanda eſt, niſi forſan facultas nominandi prædicatorem vniuerſitati ab immemorabili tempore competeret, & Epiſcopus talem nominationem ſibi vendicauerit, vt refert deciſum idem Armendar. *d. loco n. 22.* quem cito *d. alleg. 76. num. 12.*

11. Epiſcopus enim non poteſt compellere vniuerſitatem ad præſtandam ſolitam eleemoſynam prædicatori, ſi ipſum prædicatorem voluerit deputare; ſecus verò ſi ſinat vniuerſitatem, vti conſueuit, eligere ſibi prædicatorem, ab ipſo tamen approbandum: ſi verò adeſſet conſuetudo immemorabilis quòd vniuerſitas ſoluat, & Epiſcopus eligat, tunc ea ſeruanda erit. Ita Aldan. *d. tit. 4. num. 5.* vbi ait ſic fuiſſe deciſum *in Ariminen. 29 Octob. 1585. & in Conuerſan. 16. Maij 1588.*

12. Si ex publico ciuitatis ærario concionatori ſolent eleemoſynæ dari, ea conſuetudo ſeruanda eſt, vt referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Prædicare.* Armendar. *d. loco n. 24.*

13. Penſionarius non tenetur contribuere pro mercede concionatoria, præſertim vbi eſt conſuetudo quod populus talem impenſam faciat, ita teſtatur reſolutum Armendar. *d. loco num. 13. & 25.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 76. num. 13.*

14. *d Archipresbyteri quoque*, &c.] Cogendi ſunt igitur Curati ad ſubeunda per ſeipſos, & non per ſubſtitutos, ea munia ad quæ tenentur: tolerandum autem vt per ſubſtitutum ſuppleant in illis tantùm caſibus, quibus expreſſis verbis canonum, decretorúmve Concilij permiſſum eſt eis, vt per vicarios, coadiutores, vel ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi. Ita refert deciſum Aldan. *d. tit. 4. num 6.*

15. Parocho per ſe ipſum concionanti minimè licet, prætextu cuiuſcunque paupertatis prætendere ſibi præſtari eleemoſynam ſolitam dari prædicatoribus aliàs ab vniuerſitate electis. Ita Aldan. *d. tit. 4. n 8.* vbi refert deciſum *in Veſtana 20. Martij 1621.* & illius memini *de officio, & poteſt. Parochi, cap. 14. num. 7.*

16. Parochi per ſe ipſos inter Miſſarum ſolemnia ſermonem habere poſſunt, etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat. Ego ipſe *d. cap. 14. n. 3.* vbi aſſero ſic fuiſſe reſolutum *in Terulen. 11. Iunij 1631.* cuius memini *in tract. de Parocho p. 1. cap. 14. n 3.* & Lezana *in ſum. quæſt. Regul. cap. 20. n. 6.*

e Diebus ſaltem dominicis, & feſtis ſolemnibus, &c.] Debent ergo Paſtores prædicandi officium non negligere, & curare, vt diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, quantum commodè fieri poſſit; verbum Dei populo prædicetur; vt per Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. de diebus feſtis c. 16. n. 7.* vbi aduertit Concilium *in præſenti, & in cap 4. ſeſſ. 24. de reform.* non videri tam rigorosè ac præcisè id præcipere, vt peccare grauiter cenſeantur, ſi interdum, vel ſæpiùs illud omittant, quia non vtitur Concilium verbis tantam obligationem indicantibus, ſed mandat vt id faciant illis diebus, & aliis per Quadrageſimam, & Aduentum, *ſi ita oportere duxerint*, & deinde, *& aliàs quotieſcumque id opportunè fieri poſſe iudicauerint.*

17. *f Regulares verò cuiuſcunque Ordinis*, &c.] Vide Fr. Emman *quæſt. regul. tom 3. q 32. art. 1. cum ſeqq.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, cap. 42. § 2 n. 4.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Præl. tom. 1. quæſt. 50. art. 2.* Campan. *d. cap. 13. à n. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 123.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aureà reſol. 290.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 2. cap. 3. q. 36.* Portel. *in dubiis Regul. verb. Prædicatores,* Hieron. Roderic *in compend. quæſt. regul reſol. 112. de Prædicatoribus,* Metipſum *d. alleg. 76. numero* 18. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 42 num. 3.* vbi *n. 4.* ſubdit quòd poſſunt Epiſcopi compellere Regulares ad emittendam profeſſionem Fidei antequam prædicationis munus incipiant, ſi ita Epiſcopo videbitur.

Regulares in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Epiſcopo licentiam obtinere, ſed tantùm à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinari, & approbari debent, ac ab eo habere licentiam, & cum ea ſe perſonaliter coram Epiſcopo præſentare, ab eoque petere benedictionem, tametſi eam minimè obtinuerint, ita Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 3. q. 32. art. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. numero* 113. Aloyſ Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 633 in 2. edit. & in deciſ Curiæ Archiepiſc. Neap. deciſ. 219. part. 2.* Galet *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. licentia,* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib 2. tit. 18. l. 7 de Relig. n 56.* Ego ipſe *d. alleg. 76. num. 19.* vbi *num. 20.* cum Ludouic. Miranda *in man. Prælat tom. 1. quæſt. 50. art. 3. concluſ. 1.* aduerto decretum Concil. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 4.* de non prædicando, contradicente Epiſcopo, quoad Regulares intelligendum eſſe ad limitandum de illo tempore, & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe facere ſolemniter prædicari, non verò aliàs, ne contrariari videatur textui, in præſenti concedenti Prædicatoribus Regularibus in Eccleſiis ſuorum Ordinum cum ſola Epiſcoporum benedictione poſſe prædicare, etiam non habita expreſſa licentia. 18.

Quod adeò verum eſt, ſufficere benedictionem petitam, licèt non obtentam, ita tamen vt ſi Epiſcopus non modò benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verùm etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent, tunc illo contradicente in ſuis quidẽ Ordinis Eccleſiis licet illis prædicare, quemadmodum S. Concil. Trident. decretis ſalubriter eſt cautum, Aldan *d. tit. 4. n. 10.* vbi refert ita cenſuiſſe S. Congreg. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, *ſub die 30. Ianuarij 1629.* 19.

In iis verò Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſunt, vltra licentiam ſuorum Superiorum etiam requiritur Epiſcopi licentia obtenta, vt per hunc textum tradunt Aldan. *d. loco,* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regul. reſol. 112. num 2.* Et hoc caſu poſſe Epiſcopum examinare Regulares huiuſmodi prædicare volentes in Eccleſiis, quæ non ſunt ſuorum Ordinum, tenet Aldan *d. loco,* aſſerens ſic fuiſſe reſolutum *in Vgentin. 22. Ianuarij 1628.* quidquid dixerint Henriq. *in ſumm lib. 10. cap. 23. in commento, litt. L,* Fr. Ludou. Miranda *d. quæſt. 50. art. 2. concl. 1. in med.* Campan. *d cap. 13. num. 9,* Hieron. Roderic. *d. num. 2. in fine.* 20.

Regulares, qui abſq; licẽtia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decreto Concil. in præſenti cõtra fecerint, non poſſunt tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuis Superioribus Regularibus. Ita deciſum referunt Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. priuilegia Regularium,* Zerol. *in praxi Epiſc p. 1 verb. excommunicatio cauſa materialis, § . 4.* Pialec. *in ſimili praxi* 21.

part.

part.2.cap.3.n.41.verſ. Prædicans, Campan. *d.c.13. num.10.* Pottel. *in dub. Regul. verb. Prædicatores, n.1.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 112. n. 3.* Aloyſ Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 401. vbi de pœna Regularis prædicantis in aliena diœceſi cum licentia Epiſcopi, abſque tamen licentia ſui Superioris.

22. Sed hodie per conſtit. Gregorij XV. incip. *Inſcrutabili, ſub dat. 9. Februarij* 1622. contrarium eſt dicendum: verba autem dictæ conſtit. ſunt quæ ſequuntur: *Ac demum habeat Epiſcopus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoſcunque exemptos, tam ſæculares, quam Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint.* Et illos coercere, & punire poſſe etiam cenſuris Eccleſiaſticis, fuit declaratum per S.D.N. Vrbanum VIII. in quadam conſtit. in forma Breuis, directa Epiſcopi Giennen. *ſub dat. 30. Ianuarij* 1629.

23. Si præſentatus Ordinario fuerit prædicator idoneus, non eſt illi deneganda licentia, vt refert deciſum Armendar. *d.l.3. de prædicatoribus ſacræ Scripturæ, num.8.* Poteſt tamen Epiſcopus interdicere Regulari ne prædicet licentia non petita, etiam non reddita cauſa, ſicut teſtantur reſolutum Fräc. Leo *d.p.3.cap.8. num.9.* Piaſec *d.p.2. cap.3. num.41. verſ. ſi item.* Ego ipſe *d. alleg 76 num.28.* nam licet Ordinarius ad libitum, & ſine rationabili cauſa ſuſpendere non poſſit à prædicatione, ex eodem Armend. *d. loco n.9.* quem refero *d. alleg. 76. n.21.* ſi nihilominus ſuſpendat, non tenetur cauſam exprimere, quare ad hoc prohibendum moueatur, vt dicunt deciſum Franc. Leo *d. cap.8 n.9.* Campan. *d. cap.12. n.8.* Ego ipſe *d. loco num.22.*

h Si verò, quod abſit, &c.] Ex hoc decreto prædicatores errores, aut ſcandala diſſeminantes, per Epiſcopum à prædicatione interdici debent: ſi autem hæreſes prædicauerint, contra eos etiam quomodolibet exemptos, tanquam Sedis Apoſtol. delegatus, ſecundùm iuris diſpoſitionem, & loci conſuetudinem procedere valet, curando tamen ne falſis informationibus, vel aliàs calumnioſè aliquis eorum vexetur, ita Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.2. q.32. art.8.* Fr. Leo *d. p.2. c.2. n.61.* Fr. Ludou. Miranda *d.q.50. art 7.* Campan. *d. c.13. n.24.* Galet. *in margarita caſuum conſcient verb. prædicare, c. vlt.* Pottel. *in verb. prædicatores, n.12.* Hieron. Roderic. *d reſol. 112. num 12.* Ego ipſe *d. allegat. 76. n.48. & 49.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ c.42. num.13. in fine*, vbi ait poſſe Epiſcopos procedere contra Regulares errores prædicantes, & *num.14* contra eos, qui relationes, aut miracula non authentica prædicauerint. Tambur. *d. tom.3. diſput.5. q.11. num.60.* 24.

i Caueant præterea Epiſcopi, &c.] Vide Lud. Miranda *d. art.7. ad fin.* Hieron. Roderic. *dict. reſol. 112. n.13.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.3. q.32. art.9.* 25.

l Quæſtores verò eleemoſynarij, &c.] Vide Nauar. *de indulgent. not.31. à n.46.* Paul. Fuſc *de viſit. lib.1. c.30. n.36.* Henriq. *in ſum. lib.7. c.29 à princip.* Cened. *in collect. ad Sextum, collect.9.* Fr. Emman. *d.q.32. art.11.* Iul. Lauor. *de indulgent p.2. cap.13.* Aloyſ. Ricc *in praxi aurea, reſol.290.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 112. num.15.* Meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.3. alleg.109 & infrà ſeſſ.21. de reform. c.9.*

SESSIO VI.

Decretum de Iuſtificatione.

1. *Doctores referuntur de Iuſtificatione agentes.*

PROOEMIVM.

CVM hoc tempore, non ſine multarum animarum iactura, & graui Eccleſiaſticæ vnitatis detrimento erronea quædam diſſeminata ſit de iuſtificatione doctrina, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Eccleſiæ tranquillitatem, & animarum ſalutem, ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea, nomine Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Reuerendiſſimis Dominis, Dominis, Ioan. Maria, Epiſcopo Prænestino de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbytero, Sanctæ Eccleſiæ Cardinalibus & Apoſtolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Chriſti fidelibus veram ſanámque doctrinam ipſius iuſtificationis, quam Hebr.4. Sol Iuſtitiæ Chriſtus Ieſus, fidei noſtræ auctor, & conſummator, docuit, Apoſtoli tradiderunt, & Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto ſuggerente, perpetuò retinuit, diſtrictiùs inhibendo, ne deinceps audeat quiſquam aliter credere, prædicare, aut docere, quàm præſenti decreto ſtatuit, ac declaratur.

1. VIde Vegam *in opuſculo de iuſtific.* Iodoc. Coce. *in theſauro Catholic. tom. 2. lib. 3. de iuſtificatione.* Et verbum *Iuſtificari*, quid ſignificet in ſacris Scripturis, tradit Pagnin. Gaudent. *de dogmatibus & ritibus veteris Eccleſiæ, part. 2. cap.52.*

De Naturæ, & Legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.

CAPVT PRIMVM.

a Cœleſt. I. ep.1. cap.4. PRimùm declarat ſancta Synodus, ad iuſtificationis doctrinam probè, & ſincerè intelligendam, oportere, vt vnuſquiſque agnoſcat, & fateatur, quòd *a* cùm omnes homines in

in prænaticatione Adæ innocentiam perdidiſſent, *b* facti immundi, &, vt Apoſtolus inquit, *c* natura filij iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali expoſuit, vſque adeò ſerui erant peccati, & ſub *d* poteſtate diaboli, ac mortis, vt non modò gentes per vim naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam litteram legis Moyſi, inde liberari aut ſurgere poſſent, tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, *e* viribus licèt attenuatum, & inclinatum.

a 1. Cor. 15. Rom. 5. b Iſaiæ 64. c Epheſ. 2. c. ſupra ſeſſ. 5. in princ. d Rom. 6. Hebr. 2. e Conc. 2. Arauſ. c. 15.

1\. VIde Apoſtol. ad Rom. 5. verſ. 12. *In omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt*; & 1. ad Corinth. 15. verſ. 22. *In Adam omnes moriuntur.* S. Auguſt. *lib. 2. de nupt. & concupiſcentia, c. 27. & 28. & lib 6. contra Iulianum c. 4.* S. Ambroſ. *lib. 1. de pœnit. cap. 2.* S. Gregor. Niſſen. *in diſp. de reſurrectione & anima, & in lib. de beatitudinibus orat. 6.* Gregor. Nazianz. *orat. de Baptiſmo*, Leo *epiſt. 84. & ſerm. 4. de Natali*, Chryſoſt. *homil. de Adamo, & Eua*, Cyprian. *lib. 3. epiſt. 1. ad Fidum*, S. Thom. *1. quæſt. 81. art. 2. & 3.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 4. cap. 30.*

De Diſpenſatione, & Myſterio Aduentus Chriſti.

CAPVT II.

1\. *Chriſtum veniſſe patet.*

QVo factum eſt, vt cœleſtis Pater *a* miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum, filium ſuum, ante legem, & legis tempore à multis *b* ſanctis Patribus, declaratum, ac promiſſum, cùm venit beata illa plenitudo *c* temporis, ad homines miſerit: vt & Iudæos, qui ſub lege erant, redimeret, & *d* gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. *e* Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non ſolùm autem pro *f* noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

a 2. Cor. 1. b Gen. 49. cum ſim. c Galat. 4. d Rom. 9. e Rom. 2. & 5. Coloſſ. 1. 1. Tit. 2. & 2. Tit. 1. & multiplex. de pœnit. d. 1. f Ioan. 1. 2. Cor. 5.

1\. CHriſtum veniſſe patet Geneſ. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, ſicut ex illis verbis probant Irenæ. *lib. 4. c. 33.* Cyprian. *epiſt. 63. aliàs lib. 2. epiſt. 3.* Iuſtin. Martyr *in dial. contra Triplicium*, Auctor quæſtionum ad Antiochum *q. 103.* Idem probatur ex Daniel. *cap 9.* vbi Lyran. & tradunt Euſeb. *lib. 8. demonſtrat. c. 2* Chryſoſt. *orat. 2. contra Iudeos.* Genebrard. *lib. 2 chronograph. circa finem*, Gelaſ. *lib. 4. c. 14.* Driedo *l. 3. de dogmatibus ſacra Scriptura, cap. 5. p. 4.* Ioan. Lucidus *lib. 2 de emendat. temporum.* Suar. *3. p. tom. 1. diſp. 1. & 2.* Valent. *tom. 4. diſp. 1. q. 1. puncto 2.* Ioan. Putean. *tom. 2. q. 1. art. 1. dub. 4.* Tanner. *tom. 4. diſp. 1. q. 1. dub. 2.* Bonacin. *de ſacroſancta Chriſti Incarnat. diſ. 2. q. 1. puncto 2.*

Qui per Chriſtum iuſtificantur.

CAPVT III.

1\. *Per Chriſtum iuſtificamur.*
2\. *Hominis propagatio exemplo probatur.*

VErùm, & ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed ij dumtaxat, quibus meritum paſſionis eius communicatur. Nam ſicut reuera homines, *a* niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti, *a cùm in ea propagatione*, per ipſum dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant: ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur: cùm ea renaſcentia per meritum paſſionis eius gratia, qua iuſti fiunt; illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos *b* ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ; in quo habemus redemptionem peccatorum.

a Alluſio ad verba Aug. ep. 89. Omnes qui renaſcuntur in iuſtificationem, &c. quæ alibi crebrò inculcat. b Infrà canon. 1. Coloſſ. 1.

1\. PEr Chriſtum iuſtificamur, & ſaluamur, ad Roman. 5. *Cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt; multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus*; ad Hebr. 13. *Propter quod & Deus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt*, & cap. 9. *Si ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis*; & 1. Ioan. 1. *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.* Vide Sayr. *de Sacramentis in genere, lib. 2. c. 2. quæſ. 9. art. 3. verſ tertio.*

2\. *Cùm in ea propagatione.*] Hanc propagationem exemplo probat Concil. Arauſic. II. *cap. 24.* vbi ait de palmite, *qui ſi non in vite manet, areſcit, & vigorem non niſi ex vite habet*; Idem dicit Concil. Mogunt. *cap. 6. tom. 3. fol. 931.* Auguſt. *lib. 2. de peccato mort. cap. 27.* S. Thom. *part. 2. quæſt. 81. art. 2. ad 3.*

Digitized by Google

Iuſtificationis impij Deſcriptio, & Modus eius in ſtatu Gratiæ inſinuatur.

Capvt IV.

1. *Baptiſmus in re, vel in voto neceſſarius ad iuſtificationem.*
Iuſtificatio quid ſit. ibid.
2. *Baptiſmus neceſſarius neceſſitate medij in re, vel ſaltem in voto.*
3. *Baptiſmum in voto habere quis dicatur.*

Galat. 4. Tit. 3. a Ioan. 3. c. filius & c. non dubito, de conſec. diſt. 4.

QVibus verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur: vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum, Saluatorem noſtrum, quæ quidem tranſlatio poſt Euangelium promulgatum, α *ſine lauacro* regenerationis, β *aut eius voto* fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: a Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

1. VIde Sayr. *de Sacrament. in genere, lib.2. cap.2. quaſ.9. art 3. in fine*, Ægidium de Coninck. *de Sacram.& cenſur. tom.1. q.68. à num.23.* Gabr. Vaſq. *in 3. part S.Thom. tom.2. diſp.151. n.18. & diſp.158. n.27.* Filliuc. *in quaſt.moral. tom 1. tract 2. de ſacrament. Baptiſmi, num.118. & 120.* Ioan. de Lugo *de Sacram.tract de Pœnit.diſp.14 ſect.7.n 90.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2.c.4. n.60.* Hurtado *de Sacram. diſp.1. de Baptiſmo, diffic.14. in fine*, vbi quòd Baptiſmus in re, vel in voto neceſſarius eſt ad iuſtificationem, & *diffic.15. verſ.Soar.* dicit quòd iuſtificatio eſt tranſlatio ab ſtatu in quo quis naſcitur filius Adæ ad ſtatum gratiæ, & *diffic.10. verſ. quod autem.*

2. α *Sine lauacro,* &c.] Vide S.Thom. *part.3.q.68. art.2.* Sot. *in 4. diſt.5. quaſt.1. art.2.* Veg. *de iuſtificat. lib.9 cap 4. fol 220.*

Baptiſmum eſſe neceſſarium neceſſitate medij in re, vel ſaltem in voto, quando non adeſt facultas illum ſuſcipiendi in re, aſſerunt SS.Patres, Concilia, & vnanimis Doctorum ſententia apud Henriq. *in ſumm.lib.2.cap.3.* Vaſq. *part.3.diſp.149.cap.1. 2. & 3. & diſp.152.cap.2.* Sayr. *d. lib.2.c.8. quaſ.2. art.1.* Barthol. ab Angelis *de Sacram. Baptiſmi, §.8.* Card. Tuler. *in inſtruct. ſacerd.lib. 2.cap.21 in princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.27. n.7.* Ægid. de Coninck *d. tom.1. quaſt.62. n.66.* Hurtado *de Sacram diſp.1 de Bapt. diffic.14.* vbi *diffic. 13.* quærit à quo tempore Baptiſmus cœperit eſſe neceſſarius neceſſitate medij.

β *Aut eius voto.*] Illum dici habere Baptiſmum in voto, qui facit aliquid in quo continetur votũ, & propoſitũ Baptiſmi ſuſcipiendi, reſoluit Bonac. *de Sacr diſp.q.2 punct.2. num.2.* Et dicit Paul. Layman *in Theologia moral.lib.5.de Sacram.tract.2. c.6. n 6. verſ.dico 2.* per actum contritionis, ac dilectionis Dei ſuper omnia, in qua continetur etiam propoſitum, ſeu votum ſaltem implicitum ſeruandi mandata Dei, & conſequenter in noua lege recipiendi Sacramentum Baptiſmi, (ſi eius ſuſcipiendi copia ſit) hominem adultum verè à peccatis iuſtificari, & ius adoptionis filiorum Dei conſequi. 3.

De Neceſſitate Præparationis ad Iuſtificationem in adultis, & vnde ſit.

Capvt V.

1. *Neceſſitas præparationis ad iuſtificationem in adultis.*
2. *Conuerſio mentis in Deum vnde ſit.*

a Infra Canon. 3. b Proſ.lib.1. de voc.gen. c.28. & 29. c Zach. 4. Ioël.2.c. cõuertimini de pœn diſt.1. d Thr. 5. Hier.in fin. orationis, & cap. 31.

DEclarat prætereà ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur, vt, qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ac ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & cooperando, diſponantur: a ita vt, tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem neque homo ipſe nihil omninò agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui b illam & adiicere poteſt, neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit. Vnde in ſacris litteris, cum dicitur: c Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; libertatis noſtræ admonemur. Cùm reſpondemus: d α *Conuerte nos Domine ad te*, & conuertemur: Dei nos gratia præueniri confitemur.

1. VIde Sot. *in 4.diſt.4. q.2. art.5. col.10* Nauarr. *in man. cap.2. n.29.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ Bellarm.p.2.lib.5.cap.3.verſ. quaſtio ſecunda,* Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. tom.2. diſp.2. dub 4. num.34.* Molfeſ *in ſumm. Theologiæ moralis, tract.1. cap.8. num.38.*

2. α *Conuerte nos Domine ad te.*] Quidam Scholaſtici putant poſſe hominem ſe ſufficienter per actiones naturales diſponere ad obtinendum gratiam, ita Durand. *in 2. diſt.28.q.1.* Gabr. etiam *in 2. diſt.28.q.vnic.& in 4. diſt.14.quaſt.2.art.2.* Sed contrarium eſt aſſerendum, nam conuerſio mentis in Deum, per quam homo iuſtificatur, debet eſſe ex actibus ſupernaturalibus, vt patet ex Conc. Mileuit. *can. 4.* Arauſic. *can.7. 23. & 25.* Irenæo *lib 4. c.28.* Cyprian. *lib.2 epiſt.2.& lib.3.ad Quirin.cap.4.* Aug *lib.de prædeſtinat.Sanctorum, c.3.* Ambroſ. *lib.2. in Lucam, cap.3.* Hieron. *cap.63. in Iſai.*

Modus

Modus Præparationis.

CAPVT VI.

1. *Diſpoſitio hic non de dilectione perfecta Dei ſuper omnia, ſed de imperfecta, qua amatur Deus ex amore concupiſcentiæ vt bonum noſtrum, intelligitur.*
Pœnitentia aliqua, ſeu dolor animi ex motiuo ſupernaturali ſuſceptus de peccatis neceſſariò requiritur ad conſequendam iuſtificationem primam in Sacramento Baptiſmi, & Pœnitentiæ. ibid.
2. *Pœnitentia orta ex timore diuinæ iuſtitiæ bona eſt.*
3. *Iuſtificari non poteſt homo de potentia ordinaria abſque actu pœnitentiæ.*
Homo poteſt iuſtificari de potẽtia Dei abſoluta. ibid.

a DIſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam*, dum excitati diuinâ gratiâ, & adiuti fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt, atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, β *à diuina iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur*, ad conſiderandum Dei miſericordiam ſe conuertendo: in ſpem eriguntur, fidentes, Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: illúmque tanquam omnis iuſtitiæ fontem, diligere incipiunt: ac propterea mouentur *a* aduerſùs peccata per odium aliquod, & deteſtationem, hoc eſt, per eam Pœnitentiam, γ *quam ante Baptiſmum agi oportet*: denique dum proponunt ſuſcipere Baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: *b* Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Et, *c* Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, *d* Timor Domini expellit peccatum. Et, *e* Pœnitentiam agite, &, Baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Et, *f* Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti docentes eos ſeruare, quæcumque mandaui vobis. Denique, *g* Præparate corda veſtra Domino.

a Infra c. 14. ſeſſ. 14. cap. de contritione.
b Marc. 2.
c Matth. 9.
d Eccl. 1.
e Act. 2. c. agunt. & c. propriè, de cõſecr. d. 4.
f Matt. vlt. Luc 24. c. prima cap. & qua & cap. propriè, de conſecr. d. 4.
g 1. Reg. 7.

1. a DIſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam.*] Vide Paul. Fulc. *de viſit. lib. 1. cap. 18 n. 11. in fine*, Vaſq. *diſp.* 203. *n.* 98. vbi nomine diſpoſitionis, quam Concil. in præſenti numerauit inter diſpoſitiones, non intelligi dilectionem perfectam Dei ſuper omnia, ſed imperfectam, qua amatur Deus ex amore concupiſcentiæ vt bonum noſtrum. Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract de pœnit. lib* 1. *q.* 53. *in princip* Bald. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. p. 2. lib. 5. c. 3. verſ. quæſtio*, Ægid. de Coninck. *de Sacram. & cenſur tom. 2. diſp* 2. *dub.* 6. *n.* 56. Bonacin. *de Sacram. diſp. 5. q. 5. ſect. 1. punct. 8. à princip.* Molf. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 7. cap. 2. num* 21. Paul. Laymann. *in Theolog. morali, tract. 1. c 6. n 4. verſ. aſſertio 1. & tract. 6. c. 1. n. 5.* Ioan. de Lugo *de Pœnitent. diſp. 5. ſect. 8. n. 123. & diſp. 8. ſect. 4. n. 99. & 100.* Hurtado *de Sacram. diſp. 4. de Bapt. diffic 4. propè fin. & diffic. 5. in princ.* Trullenc. *in Decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 2. n. 7. & dub. 6. num. 1.*

2. β *A diuina iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur.*] Ergo pœnitentia, quæ ex hoc timore oritur, bona eſt, vt per Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitentia lib. 1. q. 43.*

γ *Quam ante Baptiſmum agi oportet.*] Vide Nauarr. *in man. cap. 1. à n. 38. in cap. vlt. de Pœnit. diſt. 7. num. 10.* Henriq. *in ſumm. lib. 1. cap. 22. §. 5.* Suar. *de Sacram. diſp. 7. ſect. 4. §. occurrebat*, Ægid. de Coninck *tom. 1. quæſt. 62. art. 1. dub. 2. à num. 51.* Paul. Layman. *citato loco.*

3. Non poſſe hominem de potentia ordinaria iuſtificari abſque actu pœnitentiæ, patet ex Actor. 2. *Pœnitemini, & conuertimini vt deleantur peccata veſtra*; & ex Ezech. 18. *Conuertimini, & agite pœnitentiam*, refertur *in c. agunt, & in c. propriè, de conſecrat. diſt. 4.* & ex Luc. 13. *Si pœnitentiam non habueritis, ſimul omnes peribitis*, docent S. Thom. *p. 3. q* 86. *art. 2.* vbi Nugn. *dub. 1 concl. 2. & 3.* & Suar. *diſp 6. ſect. 1. aſſert 1.* Henriq. *in ſumm lib. 4. c. 21. § 1.* Valent. *tom. 4 diſp 7. quæſt. 3. puncto 3. in princ.* pariter reſoluentes, de potentia Dei abſoluta poſſe hominem iuſtificari à peccato mortali abſque vlla pœnitentia, modò ceſſet actus peccati.

Quid ſit Iuſtificatio impij, & quæ eius Cauſæ.

CAPVT VII.

1. *Diſpoſitionis nomine Concilium eam intelligit, quæ diſponit, & requiritur ad effectum Sacramenti ſuſcipiendum.*
Spiritus ſanctus dat gratiam iuxta menſuram diſpoſitionis, & cooperationis hominis. ibid.
In iuſtificatione adultorum, quæ fit in Baptiſmo vnuſquiſque recipit gratiam ſecundùm propriam diſpoſitionem & cooperationem hominis. ibid.
2. *Vnica, excluſiua dictio, quid operetur.*
3. *Chriſtus eſt habitus infuſus, & non actus ſolùm.*

a HAnc diſpoſitionem, ſeu præparationem*, iuſtificatio ipſa conſequitur: quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum: vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundùm ſpem vitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt,

finalis quidem gloria Dei & Chriſti, ac vita æterna: efficiens verò, miſericors Deus, qui
a 1.Cor.6. gratuitò *a* abluit, & *b* ſanctificat, ſignans, & vngens *c* Spiritu promiſſionis ſancto, qui
b Tit.3. *c* Epheſ.1. eſt pignus hæreditatis noſtræ: meritoria autem, dilectiſſimus vnigenitus ſuus, Dominus
d Epheſ.2. Rom 5. noſter, Ieſus Chriſtus, qui cùm *d* eſſemus inimici, propter nimiam charitatem, qua di-
e Epheſ 2. lexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis *e* iuſtificationem meruit, & pro
f cap. nihil nobis Deo Patri ſatisfecit: inſtrumentalis item, ſacramentum Baptiſmi, quod *f* eſt Sa-
eſt. de conſ. diſt.4. cramentum fidei, ſine qua nulli vnquam contingit iuſtificatio: demum *β* *vnica formalis*
cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit: qua videlicet,
ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ: & non modò reputamur, ſed verè iuſti
nominamur, & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam ſecundùm men-
g 1.Cor.12. Epheſ.4. ſuram, quam *g* Spiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult, & ſecundùm propriam cu-
iuſque diſpoſitionem, & cooperationem; *γ* *quanquam enim nemo poſſit eſſe iuſtus*, niſi
h Philipp.3. cui merita paſſionis Domini noſtri Ieſu *h* Chriſti communicantur: id tamen in hac
impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum
i Rom.5. charitas *i* Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atque ipſis inhæret,
δ *vnde in ipſa* iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit
k Infr. c.10. homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem. *k* Nam fides, niſi
ad eam ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque corporis eius
l Iacob.2.in fin. viuum membrum efficit, qua ratione veriſſimè dicitur, *l* Fidem ſine operibus mortuam,
m Galat. 5. & 6. c. Circumciſ. de pœn. diſt.2. & otioſam eſſe. Et, In *m* Chriſto Ieſu neque Circumciſionem aliquid valere, neque
præputium: ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptiſmi Sacra-
mentum ex Apoſtolorum traditione Catechumeni ab Eccleſia petunt, cùm petunt fidem,
vitam æternam præſtantem, quam ſine ſpe, & charitate fides præſtare non poteſt; vnde
n Matth.19. & ſtatim verbum Chriſti audiunt: *n* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Itaque ve-
o Lucæ 15. ram, & Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam *o* ſeu primam ſtolam pro illa, quam Adam
c. quomodo renouari, de pœn. diſt.4. ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam, candidam &
immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare, vt eam perferant ante tribunal Domini
noſtri Ieſu Chriſti, & habeant vitam æternam.

1. *α* HAnc diſpoſitionem, ſeu præparationem, &c.] Vide Nauarr *in man. c.11. n.13. ad fin.* Torreblanc. *de iure ſpirit. lib.2. cap.2. n.10.* Barthol. à S. Fauſto *de pœnit. lib.3 q.24. verſ. tandem*, Ægid. *de Sacram. & cenſur. tom.1. q.62. art 4. dub. vnic. n.128. & q.69. n.8. & tom.2. diſp.2. dub.2. n.17. & dub 10. n. 8. cum ſeqq.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig l.2. c.2. dub.3. con. luſ.1. reg.1.* Moiſ. *in ſumm. Theolog moralis, tract 1. c 8. n.29. & tract.4 c.1. n.77.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom.1 tract.1. de Sacram. c.6. n.94. 95. 96. & tract 10. n 96. & 133.* Ioan. de Lugo *de Sacr. in genere, diſp.9. ſect.9. n.74* vbi *n.75.* ait, nomine diſpoſitionis Concilium intelligere non quidē eam, quæ diſponit ad Sacramentum, ſed quæ diſponit, & requiritur ad effectū Sacramenti ſuſcipiendum, idem Ioan. de Lugo *in tract. de Pœnit. diſp.8. ſect.4. n.99. cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom.3. tract. de Pœnit. lib.3. q.95.* vbi ait, docere hunc text. Spiritum ſanctum dare gratiam iuxta menſuram diſpoſitionis, & cooperationis ex parte hominis. Hurtado *de Sacram. diſp.3. de Sacram. in genere diffic.5. verſ. ſed horum*, vbi ait, in iuſtificatione adultorum, quæ fit in Baptiſmo, vnumquemque recipere gratiam ſecundùm propriam diſpoſitionem & cooperationem, & *diſp.4. de Baptiſmo, diffic.3. verſ. quod verò, & de Pœnit. diſp.2. diff.21.*

β *Vnica eſt cauſa formalis*, &c.] Vide Hurtado *de Sacram. tract. de Pœn. diſp.1. diffic.7. in verſ. Tridentinum*, vbi dicit illam particulam, *vnica*, quæ excluſiua eſt, tantùm excludere iuſtitiam increatam Dei, & fauorem aliquem extrinſecum Dei, non pluralitatem formarum, quæ nobis inſint, quarum qualibet ſit ſufficiens ad iuſtificationem. 2.

γ *Quanquam enim nemo poſſit eſſe iuſtus*, &c.] Vide Vaſq. *in 3 p. S. Thomæ tom.1. diſp.231. n.37.* 3.

δ *Vnde in ipſa*, &c.] Vide Axor. *inſtit. moral. p.1. lib 9 c.3. q.3.* vbi quòd charitas eſt habitus infuſus, & non actus ſolum.

Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iuſtificari?

CAPVT VIII.

1. *De conuerſione hominis ad Deum, & num 2.*
2. *Actus ad gratiam habitualem, ſeu ad iuſtificationem diſponentem, qualis eſſe debeat?*

Rom.9. *α* CVm verò Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem, & gratis: ea verba in eo
ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, &
expreſſit: vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis ini-
Hebr.11. tium, fundamentum, radix omnis iuſtificationis: ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, &
Infrà c.9. ad filiorum eius conſortium peruenire: gratis autem iuſtificari ideo dicimur, quia nihil
eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gra-
Roman. 11. Epheſ.2. tiam promeretur: ſi enim gratia eſt, iam non ex operibus, alioquin, vt idem Apoſtolus
Tit.3. inquit, gratia iam non eſt gratia,

Vide

1. VIde Trullench. *in Decalog. lib. 1. c. 1. dub. 2. n. 3.* Ad actiones, quibus ad Deum conuertimur, actiuè conuerti cum auxilio Dei ſupernaturali, docent Auguſt. *ſerm 13. de verbis Apoſt.* Ambroſ. *lib. 2. in Lucam, c 3.* Hieron. *in c. 1. ad Epheſ.* Auguſt. *lib. 2 de peccat. mort. & remiſſ. cap. 1. & lib. de correctione, & gratia.*

2. Homines ad Deum liberè conuerti, probant Ignat. *Epiſt. ad Magnetianos*, & Auguſt. *homil. lib. 50. homil. 16.*

Actum ad gratiam habitualem, ſeu ad iuſtificationem diſponentem debere eſſe ſupernaturalem, ſeu ex gratia elicitum, nec enim ad Deum poteſt homo ſe præparare ſuis viribus, docent S. Thom. *p. 2. q. 109 art. 6.* Bonauent. *in 2. diſp. 28. art. 2. q. 1.* Dued. *de captiu. & red. gen. hum. tract. 41 cap. 2. p. 2. & lib. de concord. c. 3.* Veg. *lib. 6. in Trid c. 3. cum ſeqq. & in opuſc. de iuſtific. quæſt. 8.* 3.

a Cùm verò Apoſtolus dicat, &c.] Vide Torreblancam *de iure ſpirit. lib. 14. c. 1. n. 17. & c. 6. n. 9.*

Contra inanem Hæreticorum Fiduciam.

CAPVT IX.

1. *Homines non poſſunt habere certitudinem de ſua iuſtitia, iis exceptis, quibus Deus ſpecialiter reuelaret.*

a Q*Vamvis autem neceſſarium ſit credere*, neque remitti, neque remiſſa vnquam fuiſſe peccata, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum; nemini tamen fiduciam, *a* & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt, cùm apud Hæreticos, & Schiſmaticos poſſit eſſe, immò noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminémque à peccatis abſolui, ac iuſtificari, niſi eum *b*, qui certò credat ſe abſolutum, & iuſtificatum eſſe: atque hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici: quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis, déque mortis, & Reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet: nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, déque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: ſic quilibet, dum ſeipſum ſuámque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

Tit. 3.
a Infrà c. 15. & 19.
b Infr. c. 14.

1. IN hac vita non poſſe homines habere certitudinem de ſua iuſtitia, iis exceptis, quibus Deus ſpecialiter reuelaret, docet S. Thom. *2. 2. q 11. art. 5.* Theologi communiter *in 1. ſent. diſt. 17.* Vega *lib 9. in Concil. Trid* Soi *lib 3. de natura, & gratia, c. 10. cum ſeqq.* Roferſ. *contrà art. 10. & 11. Lutheri*, Caſtr. *lib. 7. aduerſus hereſes, verb. gratia*, Ball. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de pænit. lib. 3. q. 94.* vbi per hunc text. tenet quòd nemo poteſt certitudine infallibili certò ſcire ſe habere Dei gratiam iuſtificantem. Probatur ex Apoſt. ad Rom. 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, &c. & ad Rom. 12. *Tu autem fide ſtas, noli altum ſapere*, &c. & ad Cor. 10. *Qui ſtat, videat ne cadat*, & ad Philippenſ. 2. *Cum timore, & tremore ſalutem veſtram operamini*, & Apocal. 3. *Tene quod habes, ne fortè accipiant coronam tuam.*

a Quamvis autem neceſſarium ſit credere, &c.] Vide Torreblanc. *de iure ſpirit. lib. 14 cap. 1. n. 18.*

De accepta Iuſtificationis Incremento.

CAPVT X.

1. *Homo iuſtus toto tempore vitæ ſuæ poteſt in gratia creſcere.*

SIc ergo iuſtificati & amici Dei, ac domeſtici facti, *a* euntes de virtute in virtutem renouantur, vt Apoſtolus inquit, de die, in diem: hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & *b* exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem, per obſeruationem mandatorum Dei, & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: *c* Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterum: *d* Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. Et rurſus: Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Hoc verò iuſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia cùm orat: Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

a Pſ. 83. inf. ca. 4. 2. Cor. 4. in fin. Coloſſ. 3.
b Rom 6.
c Apoc. vlt.
d Ezech. 18. Iacob 2.

VIde *Clem. ad noſtram, de heret.* Hieron. *contra Iouinian.* Auguſt. *in lib. de hereſib. hereſi 82. & tract. 24. ſuper Ioannem*, S. Thom. *2. 2. q. 24. art. 46. & 9.* Paul. Fuſ. *de viſitat. lib. 1. cap. 18. num. 22.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. in tract. de pænit. diſp. 24. num. 34.*

1. Hominem iuſtum toto tempore vitæ ſuæ poſſe in gratia creſcere, probatur *Ezechiel. 18. Prouerb. 4. Eccleſ. 9. Pſal. 83. Apocal. vlt. & ad Epheſ. 4.* docent Leo *ſerm. 2. de Quadrageſ.* Hieron. *in cap. 9. Eccleſ.* Proſp. *lib. 1. de vita contemplatiua, cap. 8. & 9. & in lib. ſententiarum Auguſt. ſent. 102.* Aug. *ſerm. 15. de verbis Apoſtoli, & in Pſal 69. & lib. 3. contra duas epiſtolas Pelagij, cap. 7.*

Barboſ. Collect. in Concil. Trident.

De Obſeruatione Mandatorum, deque illius Neceſſitate, & Poſſibilitate.

Capvt XI.

1. *Homo exiſtens in peccato mortali poteſt habere multos actus bonos qui nullo modo ſunt peccata.*
2. *Nihil impoſſibile homini à Deo præcipi.*

NEmo autem, quantumvis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathema prohibita voce vti, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. *a Nam a Deus* b *impoſſibilia non* c *iubet*, ſed *d* iubendo monet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis. *e* Cuius mandata grauia non ſunt, cuius *f* iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt: qui *g* autem diligunt eum, vt ipſemet teſtatur, ſeruant ſermones eius: quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt; licèt enim in hac mortali vita quantumvis ſancti, & iuſti in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti. *h* Nam *i* iuſtorum illorum vox eſt humilis, & verax: Dimitte nobis debita noſtra. Quo fit, vt iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulandum in via iuſtitiæ ſentire debeant, quo liberati iam à peccato, *k* ſerui autem facti Deo, *l* ſobriè, iuſtè, & piè viuentes proficere poſſint per Chriſtum Ieſum: per quem *m* acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. *n* β *Deus namque o ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit*, niſi ab eis priùs deſeratur, Itaque nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum, hæreditatémque conſecuturum, etiamſi Chriſto non *p* compatiatur, vt & conglorificetur. Nam & Chriſtus ipſe, vt inquit Apoſtolus, *q* cùm eſſet filius Dei, didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos, dicens: Neſcitis, quòd ij qui *r* in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium: ſic currite vt comprehendatis. *ſ* Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne fortè, cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps Apoſtolorum Petrus *t*: Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. *u* Vnde conſtat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius eſt, pœnas æternas mereri: atque etiam eos qui ſtatuunt, in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam *x*, cùm ſcriptum ſit: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem *y*, & de Moſe dicit Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem.

a Ex Aug. c. 43. lib. de nat. & gr. *b* 1. Ioan. 5. intr. cap. 18. *c* Conc. Arauſ. 2. c. 25 *d* Aug. de Hier. in epiſt. ad Cteſiph. *e* 1. Ioan. 5. *f* Matth. 11. Ioan 11. *g* Ioan. 14 Conc Aphr. c. 81 82. & 83. *h* Conc Mileuit. c. 7. 8. & 9. *i* Marc. 16. Luc. 11. cap. vnü. 13. diſt. c. adhuc. & eide quotidianis, de pœn. diſt. 3. *k* Rom. 5. *l* Tit. 2. *m* Infrà can. 10. *n* Rom. 5. *o* Aug. lib. de nat. & gratia 26 & Proſp. ſent. 7. ad c. Gallorum, & reſp. ad 7. ob vinc. *p* Rom. 8. *q* Philip. 2. Heb. 5. *r* 1. Cor. 9. *ſ* 1. Cor. 9. *t* 2. Petr. 1. *u* Infrà c. 25. *x* Infrà c. 31. Pſalm. 118. *y* Heb. 11.

1\. VIde Suar. *de legib. lib. 6. cap. 1. à num. 7.* Hieron. Rodente. *in compend. quæſt. regular. reſolut. 90. num. 19. verſ. 3.*

Collige ex text. orthodoxæ Religionis doctrinæ illos aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni opere bono venialiter peccare, & eos, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare; hominem enim exiſtentem in peccato mortali poſſe habere multos actus bonos, qui nullo modo ſunt peccata, conſtat ex hac *ſeſſ. can 7. & c. 7. & ſeſſ. 14. c. 4. & can. 5.* & ex Concil. Arauſic. *cap. 4. & 5.* & ex *Actor. 10.* vbi habetur dixiſſe Angelum Cornelio: *Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectum Dei*; & tamen eo tempore nondum Cornelius erat iuſtus, vt docent *ibi* Theophil. Euthym. & Chryſoſt. *homil. de fid. leg. nat in tom. 3. & orat. de Anima tom. 1.*

a Nam Deus impoſſibilia non iubet.] Nihil impoſſibile homini à Deo præcipitur, Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœnit. lib. 5. q 14. in 2. p. & tract. de Suffrag. lib. 1. q. 14. in 2. p.*

β *Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit*, &c.] Vide Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. diſput. 8 ſect. 8. n. 180.*

Prædeſtinationis temerariam Præſumptionem cauendam eſſe.

Capvt XII.

NEmo quoque, quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeò præſumere debet, vt certò ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum: quaſi verum eſſet, quòd iuſtificatus aut amplius peccare non poſſit, aut, ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat: nam, niſi ex ſpeciali reuelatione, ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

Infrà c. 15. & 16 c. corripiantur in fin. 14 q. 1. Ezech. 18. Galat. 3.

Vide

VIde Chryſoſt. *homil.12. in epiſt. ad Philippenſ.* Hieron. *lib.2. aduerſus Pelagian.* Aug. *lib.11. de ciuitate, cap.12. & in lib. de correct. & gratia, cap.13. & in lib. de bono perſeuerantia, cap.13.* Greg. *lib.6. in 1. Regum.* Proſper, *lib.2. de vocat. gentium, cap. vlt.* Bernard. *ſerm.1. de ſeptuageſ. & epiſt.107.* Torreblanc. *de iure ſpirit. lib.2. cap 2. num.18.* De diuina prædeſtinatione tractant Magiſt. *in 1. ſentent. diſt.35.40. & 41.* ibique Doctores, præſertim D. Bonauent. Ægid. Sot. Durand. Ocham, & alij, inter quos nouiſſimè Guillelm. à Rubione, Riccard. Tappetus *art.7. contra Lutherum*, Turrian. *in opuſc. de electione diuina.* Moncæ. *diſput. Theolog. diſp.4. c.2.* Catharin. *lib.1. de prædeſtinat. cap. vlt. & lib.2. in fine.* Item S. Thom. *p.1. art 23. cum ſeqq.* ibique Doctores nouiores, inter quos Cajet. Suar. Molin. Valent. Vazq. Leſſ. Bañes, Zumel. Becan. *in p.1. cap.14.* & alibi paſſim. Item Suar. *opuſc. de auxiliis, lib.3. c.16. cum ſeqq.* Bellarm. *lib.2. de gratia, & libero arbitrio, cap.15.* Aluarez *de auxiliis, lib.5. diſp.34. cum ſeqq.* Pennot. *in propugnaculo humanæ libertatis lib.6. c.1. cum ſeqq.* & ab iis citati.

De Perſeuerantiæ Munere.

CAPVT XIII.

SImiliter de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt, *a* Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: quod quidem aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet, & eum qui cadit, reſtituere, nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut *b* cœpit opus bonum, ita perficiet *c* operans velle, & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant, & cum *d* timore, ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiuniis, & caſtitate; formidare enim debent, ſcientes, *e* quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloriam renati ſunt: de pugna, quæ ſupereſt cum carne, cum mundo cum diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent, dicenti: *f* Debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus: ſi enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

a Matt.10. & 24. e. Euangeliũ 7. q.1. & c. non recrebatur. de pœn d.1. infrà can. 16. & 18. Ezech. 18. *b* Theſſ.1. & 2. *c* 2. Cor.10. *d* Philip 2. *e* 1. Petr.1.2. *f* Rom.8.

NEmo ſibi certum aliquid pollicetur; quare 1. *ad Timotheum* 4. ſpiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis diebus deficient quidam à fide; & cap.6. *quam quidem appetentes errauerunt à fide*, & 2. Timoth. 2. *ne forte det illis Deus pænitentiam, & reſipiſcant*, Ioë, c.2. *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus*; vide Ægid. de Coninx *de Sacram. & cenſuris, tom.2. diſp.2. num.* 154. Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis, opuſc.1. ſect.2. cap.5. num.31.*

De Lapſis, & eorum Reparatione.

CAPVT XIV.

1. *Peccato mortali remiſſo quoad culpam, neceſſe eſt de potentia Dei ordinaria remitti etiam reatum pœnæ æternæ.*
2. *Peccato remiſſo quoad culpam, non ſemper remittitur totus reatus pœnæ temporalis.*

QVi verò ab accepta *a* iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cum excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iuſtificationis modus eſt lapſis reparatio: quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam ſancti *b* Patres aptè nuncupauerunt. Etenim pro iis, qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus Sacramentum inſtituit Pœnitentiæ, cùm dixit: *c* Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vnde docendum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum multò aliam eſſe à baptiſmali; eáque contineri non modò ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, *d* aut cor contritum, & humiliatum: verùm etiam eorundem Sacramentalem Confeſſionem ſaltem in voto, & tempore faciendam, & Sacerdotalem abſolutionem, itémque ſatisfactionem per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, *a* *quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto* vnà cum culpa remittitur, *b* *ſed pro pœna temporali*, quæ, vt ſacræ litteræ docent, non tota ſemper, vt in *e* Baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam *f* acceperunt ingrati Spiritum ſanctum *g* contriſtauerunt, & templum Dei violare non ſunt veriti. *h* De qua pœnitentia ſcriptum eſt: Memor eſto vnde excideris: age pœnitentiam & prima opera fac. Et iterum: *i* Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et rurſus: *k* Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.

a Infr. c.13. & 29. *b* Hier. tom. 1. in ep. ad Demet. quæ incipit, inter omnes ſpeſan, ex Tert. lib. de pœn. c. ſecundũ poſt naufragium, de pœn diſt.1. *c* Ioan.20. Matth 16. *d* Pſal.50 c. ſacrific. de pœn. diſt 1. *e* Ita & Flor. Conc. in decret Eugen. *f* Epheſ.4. *g* 1. Cor. 3. *h* Apoc.2 e. quia ſanctitas 50. d. & c. minor. de pœn. d. 3. *i* 2. Cor.7. *k* Matth. & Luc. 3.

VIde Iodoc. Coce *in theſaur. Cathol. tom. 2. lib 7. art. 1.* Sayr *de Sacram. in genere lib. 2 cap. 2 q. 8. art 3. verſ quo ſuppoſito.* Onuphr. *diſp 3. de pœnit. ſect. 2 quæſt vlt. circa* [b] *n.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract 3. c. 3. q. 13. verſ. mortales & tract. 5 c 25. q. 92.* Melfel. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract. 1 c. 8. n. 25 & tract. 7 cap. 6. n. 41.* Ioan. Sane *in ſelect. diſp 40 n. 5.* Ioan de Lugo *de Sacram. tract. de pœnit diſp. 14 ſect. 7. n. 90.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 1. cap 10. n. 23 cum ſeqq* Filliuc. *in quæſt. moralib. tom. 1 tr 6. n. 82.* Iul. Lauor *de Indulgent. p. 2. c. 3. n. 33. cum ſeqq. & c. 5. num. 29.* vbi ait regulariter in pœnitentia imponenda eſſe opera pœnalia, quales ſunt orationes, eleemoſynæ, & ieiunia.

1. *a Quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto, &c.*] Remiſſo peccato mortali quoad culpam, neceſſe eſſe de potentia Dei ordinaria remitti etiam reatum pœnæ æternæ, tradunt Card. Bellarm. Henriq. Ægid. de Coninex, & alij, quos refert Bonac. *de Sacram. diſp. 5. q 6. ſect. 1. puncto 4. n. 1.*

ß Sed pro pœna temporali, &c.] Vide Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ fund. 1. fol. 1.* Ægid. de Conink *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 4. n. 23.* Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffrag. lib. 1. q. 14. in fine*, vbi dicit hunc text. docere, ſatisfactionem non fieri pro pœna æterna, quæ cum culpa remittitur, ſed pro temporali. Remiſſo enim peccato quoad culpam, non ſemper remitti totum reatum pœnæ temporalis, docent S. Thom. *p. 3. q. 86 art. 4.* vbi Nugn. *verſ. in hoc art.* Card. Bellarm. *lib. 4. de pœnit. cap. 1.* Zerol. *de pœnit. cap. 2. q. 16.* Bonac. *in d. puncto 4. num 2.* vbi *num. 3.* quærit, vtrùm reatus pœnæ temporalis, qui dimiſſo peccato remanet, ſemper ſit æqualis? 2.

DE REFORMATIONE.

De Reſidentia Prælatorum in ſuis Eccleſiis.

CAPVT PRIMVM.

1. *Doctores de reſidentia Prælatorum agentes.*
2. *Conſtitutiones de reſidentia agentes*
3. *Animarum cura eſt onus Angelicis humeris formidandum.*
4. *Epiſcopi ad Epiſcopalem dignitatem quales eſſe debeant.*
5. *Epiſcopi vt reſideant curare debent Metropolitani.*
6. *Reſidere tenetur Epiſcop. qui habet Eccleſiã in loco vbi omnes incolæ totius diœceſis ſunt ſchiſmatici.*
7. *Alternatiua non gaudet Epiſcopus non reſidens in ſua diœceſi, etiam ex cauſa à Concil. approbata.*
8. *Epiſcopo, qui ob eius abſentiam amiſit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia.*

EADEM ſacroſancta Synodus, eiſdem Præſidentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad reſtituendam collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam, deprauatóſque in Clero, & populo Chriſtiano mores emendandos ſe accingere volens, ab iis, qui maioribus Eccleſiis præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendum; integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum. Confidens itaque per Domini, ac Dei noſtri miſericordiam, prouidámque ipſius Dei in terris Vicarij ſolertiam omnino futurum, vt ad Eccleſiarum regimen; *a onus quippe Angelicis humeris formidandum*, qui maximè digni fuerint, *ß quorumque prior vita*, ac omnis ætas, à puerilibus exordiis vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſticæ laudabiliter acta teſtimonium præbeat, ſecundùm venerabiles beatorum *a* Patrum ſanctiones aſſumantur: omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis quibuſcunque, quovis nomine, ac titulo, præfectos monet, ac monitos eſſe vult, vt *b* attendentes ſibi & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos regere Eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus præcipit, *c* in omnibus laborent, & miniſterium ſuum impleant: implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, *γ quarum* d *ſanguis* de eorum eſt manibus à ſupremo iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant: cùm certiſſimum ſit, *e* non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit. Ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum eſt, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenaque cœleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium ſollicitudine, ouili derelicto, atque ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, ſe detinent occupatos: placuit *f* ſacroſanctæ Synodo antiquos canones, qui temporum, atque hominum * incuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos innouare: quemadmodum virtute præſentis decreti innouat: ac vlteriùs, pro firmiori eorundem reſidentia: & reformandis in Eccleſia moribus, in hunc qui ſequitur, modum ſtatuere, atque ſancire. *d Si quis à Patriarchali*, Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia ſibi quocumque titulo, cauſa, nomine, ſeu iure commiſſa, quacumque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, ſeu iuſtis, *g* & rationabilibus *h* cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Eccleſiæ, pauperibus loci per ſuperiorem Eccleſiaſticum applicandorum

a Cap. in ſacerdotibus, & c Ep. co- ... dist. ... & infra ſeſſ. 24. de reformat. c 1.
b Act. 20.
c 1 Tim 4 Ioan 10 c. ſi rector, 43. d c. aduerſus 7. q. 1 c. niſi, de renunc.
d Ezech. 33. & 34. Act. 20. Epheſ. 43. diſt. c. 8. 11. q. 1. & infrà.
e Seſſ. 24 c. 1. in fin. de reformat.
f cap. peruenit, cũ multis ſeq. 4. q 1. de elect. non reſid. pertractum, & cap. cum ex eo, de elect. in 6.
* incuria.
g Vide ſeſſ. 23 c. 1. de reform. vbi cauſæ ſubindicantur.
h Cap. ex tuæ, de cler. non reſid. c quoniam, § porrò, vt lite nõ conteſt.

plicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. *i* Quòd ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam ab ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciatur, ε *Metropolitanus ſuffraganeos* Epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per literas, ſeu nuntium Romano Pontifici denuntiare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior, aut minor contumacia exegerit, ſupremæ Sedis auctoritate animaduertere, & Eccleſiis ipſis de *k* Paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

i Infrà ſeſſ. 23 de reformat.c.1.&2.

k Cap. ex parte de cler. non reſid.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. c 54. litt. C. in princ. in nouiſſ. edit.* Marc. Anton. Genuenſ *in manuali paſtorum, c.31.* Vaſq *in opuſc. moralib. cap. 4. §. 2. dub. 4. num. 151.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2 tit. 23. l. 2. §. 2. ſub tit. vtrùm Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, vel debeant in eis reſidere,* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 1. à n. 687.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part 1. c. 3 n 29. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 58.* Sanctarell. *var reſolut quæſt. 4.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, c. 4. §. 13.* Metipſum *in ſimili tract p. 3. alleg. 53. & infrà in collect. ad ſeſſ 23. de reform. cap. 1.*

2. Super reſidentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium, & reſidere debentium emanauit conſtitutio Pij IV. incip. *in ſuprema, ſub dat. Kalend. Decemb.* 1564. Item ſuper executione Concilij, & litterarum eiuſdem Sanctiſſimi contra Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, & alias perſonas Eccleſiaſticas non reſidentes in eorum Eccleſiis, emanauit alia Conſtitutio eiuſdem Pij IV. *ſub dat. 11. May* 1565.

3. α *Onus quippe Angelicis humeris formidandum.*] Vide S. Bernard. *ſerm. 3. de aduentu Domini, & de conſiderat. ad Eugen. lib. 1. in princip. & ad Epiſcopum Londonien. epiſt. 24. & ad Cardin. epiſt. 2. 3. & 6.* Metipſum *de officio, & poteſt. Parochi c. 3.* vbi ex multis ſacræ Scripturæ locis, & SS. Patrum teſtimoniis oſtendi grauitatem formidandi oneris, quod paſtorum humeris imponitur, dum illis animarum cura committitur.

4. β *Quorumque prior vita,* &c.] Prouidet ſancta Synodus primum in genere, ad Epiſcopalem dignitatem eligendos non eſſe niſi quorum prior vita, ac omnis ætas à puerilibus exordiis vſque ad perfectiores annos eſſet cognita, & per Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtipendia laudabiliter per acta probata, vt per Stephan. VVeyms *ad Conſtitutiones 24. ab antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid innouatas conſtit 2. pag. 18.*

γ *Quarum ſanguis de eorùm eſt manibus,* &c.] Refert Ioſeph. Vela *de Epiſcoporum poteſtate circa inquirenda & punienda crimina, p. 1. num. 13.*

δ *Si quis a Patriarchali,* &c.] Vide Azor. *inſtit. moral part 2. lib 7. cap. 6.* Gonzal. *ad reg 8. Cancell. gloſſ. 14. n. 9.* vbi dicit & loquitur de obligationibus incumbentibus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis incumbentibus, quæ nequaquam ab illis impleri & præſtari poterunt, qui gregi ſuo non vigilant. Fr. Emman. *in addit ad Bullam Cruciatæ p 2. fol mihi 215. verſo,* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi. p 3. alleg 53. n 5.*

ε *Metropolitanus ſuffraganeos,* &c.] Ad Metropolitanum, vel in eius abſentia, ad Epiſcopum antiquiorem pertinere, curare, vt Prouinciales Epiſcopi in ſuis Eccleſiis commorentur, & ſuper eorum abſentia inquirere, notant Armend *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2 titul 23. lib. 2. §. 2. ſub tit. vtrùm Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, num. 5. & 6.* Ego ipſe *d. alleg. 53. num. 5 in fine,* & me citato, in illo loco Sanctarell. *var. reſol. q. 4. num. 7.* 5.

Reſidere tenetur Epiſcopus, qui habet Eccleſiam in loco vbi omnes incolæ totius diœceſis ſunt ſchiſmatici, & ideò incorrigibiles, vt nulla adſit ſpes proficiendi apud illos, ita Aldan. *in compendio canonic. reſol. lib. 2 tit. 4 num. 11.* vbi refert deciſum *ſub die 2. Septembris* 1617. 6.

Epiſcopum non reſidentem in ſua diœceſi, alternatiua non gaudere, referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Epiſcopus,* Steph. Gratian. *diſcept forenſ. cap. 156.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerū fori Eccl. deciſ. 540. in 1. edit. aliàs reſol. 462. in 2. edit.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 43. n. 84.* Etiamſi abſit ex cauſa a Concilio approbata, vel aliàs pro exercitio ſui officij, prout Sanctiſſimum reſpondiſſe referunt Nicol. Garc. *de benef. p. 5 cap 1. n. 463.* Ioan. Anton. Maſſobr *in ſua praxi habendi concurſum, pral. 23. dub. 3 in vlt. impreſſ.* Ego ipſe *d. alleg. 53. n. 35. & in tract. de Canon. c. 14. n. 23.* Quia particula, *verè,* quæ ad præſens reperitur in modernis regulis Cancellariæ veram præciſè requirit reſidentiam, vt docent Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 467.* Monet. *de optione canonica, c. 3 n. 79.* Ego ipſe *d. c. 14. n. 23.* 7.

Epiſcopo, qui ob eius abſentiam amiſit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia? Vide Aloyſ. Riccium *in d praxi fol 581.* Monet. *de diſtrib. quotid. c. 3 q. 3 n 95.* Metipſum *d. alleg 53. ex n. 36.* & me citato, in illo loco Ioan. Anton. Maſſobr. *d prælud. 23. dub 4 ſecundùm Romanam impreſſ.* latè Rot. *in Papien. beneficij 10. Aprilis 1617 coram bonæ memoriæ Martino Andrea,* quam ad literam refero *d allegat. 33 à n. 44.* & Ioan. Anton. Maſſobr. *d. prælud 23. dub. 2 à num. 5.* 8.

De Reſidentia in Eccleſiaſticis Beneficiis.

CAPVT II.

1. *Doctores de reſidentia in beneficiis Eccleſiaſticis agentes.*
2. *Beneficium ſimplex obtinentem non poteſt Epiſcopus cogere perſonale aliquod ſeruitium impendere.*
3. *Ordinariis non datur facultas diſpenſandi in reſidentia.*
4. *Reſidere quibus pœnis, & iuris remediis cogantur beneficiarij.*
5. *Abbas Commendatarius SS. Vincentij & Anaſtaſij non tenetur reſidere.*
6. *Papa dat facultatem non reſidendi ad biennium, quinquennium, &c. ex iuſta cauſa.*

Et percipiendi quotidianas diſtributiones, etiamſi non interſit diuinis ibid.
Et nequis perſonaliter cogatur reſidere in altero beneficio incompatibili quod habet. ibid.
7. *Cauſa rationabiles ex quibus abeſſe poſſunt beneficiary, remiſſiaè.*

EPiſcopis inferiores, quævis beneficia Eecleſiaſtica α *perſonalem reſidentiam de iure, ſiue conſuetudine* exigentia, in titulum, ſiue commendam obtinentes, ab eorum Ordinariis, quemadmodum eis pro bono Eecleſiarum regimine, & diuini eultus augmento locorum, & perſonarum qualitate penſata, β *expediens videbitur*, opportunis iuris remediis γ *reſidere cogantur*: δ *nulliſque priuilegia, ſeu indulta* perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis, a ſuffragentur. ε *Indulgentiis verò, & diſpenſationibus* temporalibus, ex veris, ζ *& rationabilibus cauſis* tantum conceſſis, & coram Ordinario legitimè probandis, ᶜin ſuo robore permanſuris, quibus caſibus nihilominus officium Epiſcoporum, tanquam in hac parte à Sede *b* Apoſtolica delegatorum, prouidere, η *vt per deputationem idoneorum Vicariorum*, & congruæ portionis fructuum aſſignationem, eura animarum nullatenus negligatur: nemini, quo ad hoe, priuilegio, ſeu exemptione quacunque ſuffragante.

a C. fin. de reb. in 6.
b c cũ ex eo de ele. in 6.
c. beneficiũ, de regul. eo lib. & infr. ſeſſ. 7. c. 1 & 6. de reform.

1. VIde Mandoſ *de ſignatura gratiæ tit. de diſpenſ. de non reſidendo*, Horat. Luc. *de priuileg. ſcholaſt. priuil.* 98. Matth. Suarex *in practica, & ordine viſitandi, cap.* 1 *num* 5 Salzed. ad Bernard. *c.* 54. *littera C, verſ. illi*, Fr. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 62. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23 *de reſidentia ſub rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem, teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, & ſub rub. ſed an parochi debeant reſidere in ſuis curatis*; Mcriplum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, c.* 8. *de reſidentia parochorum, & in tract. de Canonicis, cap* 20. *de reſidentia Canonicorum*, & quibus pœnis puniantur non reſidentes.

2. α *Perſonalem reſidentiam de iure, vel conſuetudine*, &c.] Er idcò beneficia ſimplicia obtineotem noo poſſe Epiſeopum eogere perſooale aliquod ſeruitium impendere, cùm ex antiquiſſima totius Eecleſiæ eooſuetudine non teneatur, refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 32.

3. β *Expediens videbitur.*] Per hæe verba noo dari facultatem Ordinariis diſpenſandi à reſidentia ex quavis ratione, referr deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib* 2 *tit.* 23. *l* 2. §. 2 *de reſidentia parochorum, num.* 101.

4. γ *Reſidere cogantur.*] Quibus autem pœnis, & iuris remediis, dixi *d. tract. de officio, & poteſt. parochi, cap* 8. *n.* 67. *cum ſeqq & d. tract. de Canon. c.* 10. *ex n.* 15. & *infrà* latiùs *in collect. ad ſeſſ.* 23. *de refom. c.* 1.

5. Abbas commendatarius SS. Vineeorij, & Anaſtaſij Amandulæ Firman. diœceſis Ordinis S. Benedicti non tenetur reſidere io ea, quamvis illa euram habeat animarum ſæcularium, ſed huiuſmodi eura eſt exereenda per vicarium Presbyterum ſæcularem, ab Ordinario approbandum, vt refert deciſum Aldan. *in compend canon. reſol. lib.* 1 *tit.* 5 *n.* 3.

δ *Nulliſque priuilegia, ſeu indulta*, &c.] Vide Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1 *q* 60. *num.* 6. Stephan. VVeyms *d. loco, num.* 2. vbi ait, Concilium voluiſſe, vt ſi qui fuerint, qui haberent indulta, vel temporalia, vel perpetua de noo reſidendo, vel de fructibus in abſentia pereipiendis, illa minimè illis ſuffragentur; ſi qui verò habeant tempotalem indulgentiam, vel diſpeoſatiouem ex veris, & rationabilibus cauſis conceſſam, patitur illam in ſuo robore permanere, ſed ita demum ſi cauſæ eædem fuerint coram Ordinatio legitimè probatæ. Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 32. vbi reſoluit per elauſulam generalem in præcitatis Concilij verbis, noo fuiſſe derogatam Eugenianam conſtitutionem conceſſam Vniuerſitatibus ſtudiorum; quem refert, & explicat Sanctarell *var reſol. q.* 16. *num.* 2. & 3. vbi *num.* 4. reſpondet, in hoe decreto tolli priuilegia, & iodulta perpetua de oon reſidendo, & de fructibus in abſentia percipiendis, vt apertè indicatur illis verbis, *indulgentiis quoque, & diſpenſationibus temporalibus*, &c. at priuilegium, quod eoneeditur Voiuerſitatibus, non eſt perpetuum, ſed temporale, quandiu ſcilicet ſeholaſticus, & Magiſter ſtudet, & docet in illis, & propterea dieendum eſt per Concilium non tolli priuilegium conceſſum Vniuerſitatibus.

ε *Indulgentiis verò, & diſpenſationibus temporalibus in ſuo robore permanſuris.*] Papa enim poterit dare facultatem non reſidendi ad biennium, quinquennium, vel in perpetuum ex qualibet iuſta cauſa, *cap. licèt canon. de elect. in.* 6. Reboff. *in praxi benef. tit de diſpenſat. de non reſident. n* 19. & 53. *& in concord rub. de collat.* §. 1. *gloſſ. reſidentia, verſ. quaro* 1. Valenzuela *conſ.* 4. *num.* 158. vbi *n.* 159. ſubdit quòd ex priuilegio, aut diſpenſatione Papali eoneedi poteſt vt quotidianas diſtributiones quis poſſit percipere, etiamſi non interſit Diuinis. Et addit Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſt.* 6. *num.* 2. poſt Rebuffum quòd Pootifex poteſt diſpeuſare, & diſpeoſando veniam dare, ne quis perſonaliter eogatur reſidere in altero beoefieio ineompatibili, quod habet, eſt enim iuris poſitiui neeeſſitas reſidendi, &c. 6.

ζ *Rationabilibus cauſis.*] Quæ autem ſint, dixi *in collect. ad ſeſſ.* 13. *de reform. c.* 1 *& de officio, & poteſt. parochi cap* 8. *ex n.* 46. 7.

η *Vt per depatationem idoneorum Vicariorum*, &c. Vide Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 7. *c.* 6 *n.* 116. & *infrà in collect. ad ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 7. & *ſeſſ.* 25. *etiam de reform cap.* 16.

Exceſſus ſæcularium Clericorum, & Regularium agentium extra Monaſteria, ab Ordinario loci vt deputato à Sede Apoſtol. corrigantur.

CAPVT III.

1. *Regularis manens extra clauſtrum de licentia Superioris, ſi delinquit, puniri poteſt ab Ordinario.*
2. *Religioſus manens de Superioris licentia ſub regulari obſeruãtia in aliqua grangia ſui monaſterij, ſi delinquat,*

delinquat, non ab ordinario, ſed à ſuo ſuperiore puniri debet.

3. *Regularis, ſi cum ſcandalo delinquat in officio, ad quod ab Ordinario loci deputatus fuit, poteſt ab eodem puniri.*

4. *Canonicus regularis iuſſu ſui ſuperioris degens in ædibus parochialis Eccleſiæ, ſuæ Congregationi vnita, ſi delinquat, à quo puniendus.*

5. *Epiſcopus poteſt viſitare, & corrigere Regulares degentes extra clauſtra, occaſione docendi doctrinam Chriſtianam.*

6. *Extrauag.* cum Matthæus 3. de hæret. *inter communes, non corrigitur per hoc decretum.*

7. *Punitio, & correctio Regularium delinquentium cum ſcandalo extra monaſteria, an per cenſuras ab Ordinario ſit facienda.*

1 ᵃ E*Ccleſiarum Prælati* ad corrigendum ſubditorum exceſſus prudenter, ac diligenter intendant: & nemo ſæcularis Clericus, * cuiuſvis perſonalis, ᵝ *vel Regularis*, ᵞ *extra monaſterium* degens, ᵟ *etiam ſui Ordinis priuilegij* à *prætextu* tutus cenſeatur, quominus, ſi deliquerit, ab Ordinario loci tanquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundùm canonicas ſanctiones viſitari, ᵋ *puniri, & corrigi valeat.*

* Fortè legendum vel cuiuſvis ordinis regularis.
ᵃ Infra ſeſſ. 13. de reform. c. 1. & 42 ſeſſ 14. c. 4. & 5. de reform.

VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2 cap* 20. *num.* 16. Campan. *in diuerſorio iuris Canon. sub* 12. *c* 13. *à princip.* Aloyſ. Ricc *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. p.* 1 *deciſ* 213 *num* 4 *& part.* 4. *deciſ.* 131. late Ioſeph Vela *de poteſtate Epiſcop. circa inquirenda & puniendà crimina part.* 1. *n.* 35. *cum ſeqq. & à n.* 1. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp* 5. *quæſt.* 11. *n* 61. *& n* 87. Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 105. *n.* 14. *cum ſeqq.*

ᵃ *Eccleſiarum Prælati*, &c.] Textum iſtum dum tribuit Prælatis iuriſdictionem corrigendi exceſſus ſubditorum, intelligi conceſſiſſe Prælatis Regularium priuatiuè ad Ordinarium, tenent Puteo *deciſ.* 239. *aliàs* 238. *in nouis, lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *n.* 22. Cened. *ad decret. collect.* 87. *n.* 4. *verſ. ſecundo.*

ᵝ *Vel Regularis.*] Etiam Militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani, ſicut tenet Nauarr. *conſ.* 21. *incip. An Milites S. Ioannis, ſub tit. de Regul. in antiq. alias conſ.* 12. *in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ ſub eodem tit. deciſ.* 26. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 42. *num.* 21. *cum ſeqq.* Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regul quæſt.* 5. *n.* 2. *& q* 6. *verſ. ſeptimo fallit*, Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. c.* 11, *n* 8. Fr. Emman. *quæſt. regul tom.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 4. *& quæſt.* 63. *art.* 7 *verſ. quinto.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ part.* 3. *collect.* 503. *verſ. Amplia primo, & d. part.* 4. *deciſ.* 231. *n.* 3. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib* 13 *c* 4. *quæſ.* 3. Campan. *d. cap.* 11. *num* 12. Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 81. *n* 11. Nouatin. *de elect. fori ſect.* 2. *q.* 69. *n.* 11 *in vltim. impreſſ.*

1. ᵞ *Extra monaſterium.*] Regularem manentem extra clauſtrum de licentia ſuperioris, etiam in domo deputata ad erectionem monaſterij niſi in dicta domo ſit regularis obſeruantia, vt ſaltem viuat ſub ſuperiore conuentualiter, ſi deliquerit, poſſe puniri ab Ordinario, referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop part.* 2. *cap* 3 *n* 42. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 12 *in fine.* Ego ipſe *d. alleg* 105 *num.* 16. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap* 59. *num.* 2 *ad fin.* Ciarlin *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap* 50. *num.* 6. Aduerte, quòd hodie ſecundùm decreta S. Congr. Conc. *de celebrat. Miſſarum ſub dat. Romæ* 21. *Iunij* 1625. Monaſteria, Conuentus & alia Religioſorum loca, in quibus duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis, detractis omnibus detrahendis, ſuſtentari non poterunt, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni, etiamſi nunquam deliquerint, ſubiecta eſſe intelliguntur.

2. Si verò Religioſus aliquis manſerit de ſuperioris licentia ſub regulari obſeruantia in aliquo membro, vel grangia ſui monaſterij pro Religionis ſeruitio, delinquat, non ab Ordinario, ſed à ſuo ſuperiore puniri debet, ſecundùm formam c. 14. *infrà ſeſſ.* 25. *de regul* quia cùm huiuſmodi ſuperior illi poſſit dare licentiam, *ſeſſ.* 25. *c.* 4. & dicta loca ſint membra dependentia à ſuis monaſteriis, cenſentur eodem iure, & gaudent priuilegiis ſuorum monaſteriorum, *cap. recolentes, §. cæterum de ſtatu monach* ita Aloyſ. Ricc. *in deciſ Curia Archiep. Neapol. part.* 4. *deciſ.* 131 *n* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 105. *n.* 17. Ciarlin *d. c.* 50. *n.* 8.

Regularis, qui dum extra clauſtra de licentia ſui ſuperioris degit, ab Ordinario loci deputatus fuit alicui officio exercendo, & in eo cum ſcandalo deliquit, ab eodem Ordinario puniri poteſt ex hoc decreto, ita Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 6. *num.*.. vbi refert ita deciſum 14. *Februarij* 1583. 3.

Canonicus regularis iuſſu ſui ſuperioris degens in ædibus parochialis Eccleſiæ ſuæ Congregationi vnitæ, in qua curam animarum exercet, & Sacramenta adminiſtrat, ſi delictum non concernens curam animarum, nec Sacramentorum adminiſtrationem, commiſerit, non poteſt ab Epiſcopo puniri vigore huius decreti, quaſi extra monaſterium degat, ita Aldan *d. loco*, vbi dicit fuiſſe reſolutum 8 *Februarij* 1601. 4.

Epiſcopus poteſt viſitare, & corrigere Regulares degentes extra clauſtra occaſione docendi doctrinam Chriſtianam, ex Aldan. *d. tit.* 6. *n.* 4. vbi ait, ſic deciſum fuiſſe *in Malinen. de anno* 1626. quod non habere locum in Patribus Societatis IESV, qui munere docendi doctrinam Chriſtianam funguntur, dum tamen habeant illis in locis ſuperiores, qui curam ipſorum gerant, & apud quos ſe recipiant, iuxta regulæ inſtitutum viuentes, tenuit Aldan. *vbi ſuprà n.* 5. aſſerens ita deciſum *in vna Limen* 10 *Iunij* 1591. 5.

ᵟ *Etiam ſui Ordinis priuilegij prætextu.*] Textum in Extrauag. *cùm Matthæus* 3. *de hæret.* inter communes, non corrigi per hoc Concilij decretum, teſtatur Cened. *ad Sextum collectan.* 14. *num.* 3. *cum ſeqq.* 6.

ᵋ *Puniri, & corrigi valeat.*] Non tamen per cenſuras, vt exiſtimarunt Sanch. *de Matrim. lib.* 7 *diſp.* 31 *n.* 22. *&* 23. *& in præcepta Decalogi lib.* 6. *c.* 1. *n.* 14. Ludouic. Miranda *in manu Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 35. *art.* 12. Portel *in addit ad dub regularia, verb. Epiſcopus, num.* 5. Fr. Emman. *in addit ſumm. tom* 3. *c.* 105. *num.* 2. Villalob. § 2. *ſumm. tract* 35. *diffic.* 5. *num.* 17. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol* 62. *de excommun. n.* 7. Sed vide quæ habentur *ſeſſ.* 25. *de Regul. c.* 14 *num.* 10. 7.

Quarum

Digitized by Google

Quarumcunque Eccleſiarum maiorum Capitula toties, quoties voluerit Epiſcopus, & alij maiores Prælati, &c. viſitent, corrigant, & emendent, non obſtantibus, &c.

Capvt IV.

1. *Viſitare, & corrigere poteſt Epiſcopus ſua Capitula, ſi non ſunt exempta, non obſtantibus priuilegiis ex fundatione.*
2. *Capitulum, & Eccleſias ſibi ſubiectas viſitare poteſt Epiſcopus toties quoties opus fuerit.*
3. *Viſitatio perſonarum capitularium ex hoc decreto intelligitur citra punitionem, & priuationem.*
4. *Viſitare ſi velit Epiſcopus ex hoc decreto debet id perſonaliter agere.*
5. *Ordinarij appellatione quis comprehendatur.*
6. *Viſitare ſine Canonicis adiunctis poteſt Epiſcopus iuxta formam huius decreti.*
7. *Viſitare tenetur Epiſcopus tantùm per ſe ipſum Eccleſiam collegiatam, ſi exemptio probetur per ſcripturas, & inſtrumenta authentica*
8. *Archiuum & ſcripturas Capituli non poteſt Epiſcopus vigore huius decreti viſitare.*
9. *Cathedralis Eccleſiæ viſitationem protrahere non poteſt Epiſcopus.*
10. *Viſitare debet Epiſcopus in loco ordinario Capituli quando viſitat totum Capitulum, ſecus quando viſitat particulares perſonas.*
11. *Epiſcopus in viſitatione præparatoria poteſt exigere iuramentum à viſitatis, ſecus in ſpeciali.*
12. *Viſitare non poteſt Epiſcopus in eius domibus Epiſcopalibus.*
13. *Subcollectores Apoſt. non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
14. *Curatos & Sacerdotes deputatos ad curam in Eccleſiis parochialibus ſubiectis Commendatori Ordinis Teutonici punire poteſt Ordinarius.*
15. *Non ſubſtulit facultates alias ex immemorabili, & laudabiliter obſeruata conſuetudine.*
16. *Non tollit concordias confirmatas à Sede Apoſtolica.*
17. *Viſitare perſonaliter quando teneatur Epiſcopus.*

a Seſſ.25. c. 2. de reform. & c.4 de reform. ſeſſ.14. b Infrà ſeſſ. vlt. de reform. cap.6. ſeſſ.14. c.2. Vide 1. cum ſeq.7.

CApitula a Cathedralium, & aliarum maiorum Eccleſiarum, illorúmque perſonæ, nullis exemptionibus, *a conſuetudinibus*, ſententiis, iuramentis, *β concordiis*, quæ tantùm ſuos obligent auctores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſſint, quo minus à ſuis Epiſcopis, & aliis maioribus Prælatis, *γ per ſe ipſos*, ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adiunctis, iuxta *b* canonicas ſanctiones, toties, quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apoſtolica, poſſint, & valeant.

Nicen. c.27. & 2. Arc. in c.13. & Anton. cap.13. Sur. cap 18. & 19. & 3. Carth. cap.20. & 21. Concil. Aur 3. cap.153. c. placuit q.1. & inf. ſeſſ.14 de reformat. cap.3 & 8.

VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.3. litt. A, verſ. comperit, in nouiſſ. edit.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.2. quæſt.21 art.7.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.3. c.40. à princip. & præcipuè quæſt.4.* Franc. Leon *in theſauro fori Eccleſ. part.2. c.2. n.64.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.1. tit.6. de viſitat. n.18. cum ſeqq.* Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.3. alleg.73 n.4. cum ſeqq. & addit. ad c.6. ſeſſ. 25. de reformat.*

1. Epiſcopus ſua Capitula viſitare poteſt, & corrigere, ſi non ſunt exempta, non obſtantibus priuilegiis ex fundatione, ſi verò exempta ſint, ſeruanda eſt forma præſcripta *infrà ſeſſ 25. cap.6.* ac proinde ſeruare tenentur decreta illius Concilij Prouincialis, cui interfuerit eorum Epiſcopus, vt refert deciſum Armendar. *d. tit.6 de viſitat. num.*19. 21. & 23.

2. Viſitare Capitulum & Eccleſias ſibi ſubiectas poteſt Epiſcopus toties quoties opus fuerit, & pluries in anno, ſi aliquid acciderit quod iteratam Epiſcopi viſitationem expoſcat, Aldan. *in compendio canon. reſol. lib.1. tit.7. n.1.* vbi refert ita deciſum 24. *Ianuarij* 1602.

3. Viſitatio perſonarum Capitularium, quæ iuxta Canonicas ſanctiones, vt dicitur in hoc decreto, facienda eſt, intelligitur iuxta diſpoſitionem iuris communis, citra punitionem & priuationem, Rot. *in Calaguritana iuriſdictionis* 25. *Maij* 1580. *coram Bubalo, part.2. diuerſ. deciſ.*328.

4. Viſitare ſi velit Epiſcopus ex hoc decreto, debet id perſonaliter agere, ſecus ſi ex aliis Concilij decretis, cùm id per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem facere poſſit, ſi modò legitimè impeditus fuerit, vt permiſſum eſt *ſeſſ.24 c.3. de reformat.* etiam de viſitandis exemptis ageretur, cum *d. cap.3* exemptiones tollat, atque etiam de viſitandis hoſpitalibus, ex *cap.8. ſeſſ.22* agatur; ita refert deciſum Aldan *d. tit.7. n.2.*

Ordinarij appellatione, cuius in litteris erectionis Collegiatæ fit mentio, nullatenus eſt intelligendus Archipresbyter einſdem Eccleſiæ collegiatæ, ſed Epiſcopus dumtaxat, ideòque Eccleſiam ipſam, illiúſque dignitates, Canonicatus, & beneficia pro tempore obtinentes, atque alios quoſcunque miniſtros non eidem Archipresbytero, ſed Epiſcopi dumtaxat, viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecti ſunt; ita Aldan. *citato loco*, vbi teſtatur deciſum *in vna Vicen.* 5.

Viſitare ſine Canonicis adiunctis poteſt Epiſcopus iuxta formam huius decreti, quòd ſi compilato proceſſu, formato iudicio, prout iuris fuerit, contra aliquem Capitularem procedere velit in caſu, quo accuſatum, vel inquiſitum de crimine comprehenderit, non poteſt ſine adiunctis, ita Aldan. *vbi ſuprà* 6.

Viſitandi facultas ſublatis priuilegiis tributa Epiſcopo quoad Eccleſias Collegiatas per hoc decretum, & quoad alias, per *cap.8. ſeſſ.22. & c 9. ſeſſ.24.* habet locum non ſolùm vbi priuilegium Eccleſiæ eſt reſtrictum ad certos caſus, verùm etiam cùm vniuerſale eſt, ſine vlla caſuum reſtrictione, ita Aldan. *tit.7. num.6.* vbi dicit reſolutum *in Hamuracen. 16. Iulij* 1576.

Viſitare tenetur Epiſcopus tantùm per ſe ipſum Eccleſiam collegiatam, ſi exemptio Capituli probetur, non per immemorabilem, ſed per ſcriptu- 7.

raſ,

tas, & inſtrumenta legitima, ex Aldan. *d. tit. 7. n. 7.* vbi dicit deciſum *in Palentina de Auiles.*

8. Viſitare non poteſt Epiſcopus vigore huius decreti archiuium, & ſcripturas omnes Capituli in eo exiſtentes, ex Aldan. *d. tit. 7. n. 8.* vbi dicit reſolutum *in Tiraſonen.*

9. Viſitationem Eccleſiæ Cathedralis protrahere non poteſt Epiſcopus, ſed debet continenter proſequi, neque ad extraneos actus diuertere, & quamprimùm legitimo impedimento ceſſante, vt eam perficiat, incumbere, ita Aldan. *d. tit. 7. n. 9.*

10. Viſitare debet Epiſcopus in loco ordinario Capituli, quando viſitat totum Capitulum, ſecus quando viſitat particulares perſonas, & non poteſt imponere pœnas ordinarias, niſi ordinariè cum Adiunctis procedendo, vbi illi fuerint, nec poteſt ponere edicta ſub cenſuris ad reuelanda delicta clericorum, quia correctio eſt priùs facienda inter ſe, & ipſum ſolum, ex Aldan. *d. tit. 7. n. 10.* vbi teſtatur deciſum *ſub die 21. Aprilis* 1593.

11. Epiſcopus poteſt in viſitatione præparatoria, exigere iuramentum à viſitatis, ſecus in ſpeciali, & de rebus nedum ſcandaloſis, & publicis, ſed etiam ſecretis in viſitatione inquirere, & in viſitatione præparatoria mandare, vt detur copia teſtium, ſecus in ſpeciali. Tanquam ſuſpectus autem recuſari non poteſt cùm generalem viſitationem aggreditur, aut cùm ad ſpecialem deſcendit, ſi modò ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedens pœnas imponat delictorum non ordinariaſ, ſed eas tantùm, quæ morum emendationem reſpiciunt, & modum corrigendi non excedunt, ita Aldan. *vbi ſuprà num. 12.* vbi ait reſolutum *in Abulen. 1. Decembris* 1588.

12. Viſitare non poteſt Epiſcopus in eius domibus Epiſcopalibus, ſed dum viſitare voluerit, Capitulum debet accedere ad locum ſolitum, quo ſcilicet Capitulares congregari, & eorum actus expediri conſueuerunt, ſi id tamen commodè fieri poteſt, ſin minus, ad locum congruum, & communem; ſed non tenetur accedere ad locum Capituli, quoties proſequi velit viſitationem alicuius perſonæ de Capitulo; ſi tamen Capitulum occaſione viſitationis conuocare ipſe voluerit, non poteſt extra locum ſolitum illud congregare, ex Aldan. *d. tit. 7. num.* 13.

13. Subcollectores Apoſtolici tanquam prorſus exempti non comprehenduntur ſub hoc decreto, *ex ſeſſ. 7. c. 1. & ſeſſ. 25. c. 6. de reform.* ita refert deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. n. 81. & 82.*

14. Curatos, & Sacerdotes deputatos ad curam in Eccleſiis parochialibus ſubiectis Commendatori Ordinis Teutonici punire poteſt Ordinarius, ad præſcriptum huius decreti, *ex cap. 6. ſeſſ. 25. de reform.* ita Aldan. *d. tit. 7. n. 14.* vbi ait ſic fuiſſe deciſum *in Curien. 5. Aprilis* 1631.

15. *α Conſuetudinibus.*] Non ſuſtulit facultates alias ex immemorabili, & laudabiliter obſeruata conſuetudine Decano, & Capitulo, ſingulares Capituli ipſique ſubiectas perſonas cumulatiuè cum Epiſcopo, ſeorſum tamen ab eodem (ipſum Epiſcopum toties quoties ſua auctoritate vti volentem non excludendo) viſitandi, corrigendi, & emendandi; quia Concil. non dicit eam facultatem conceſſiſſe Epiſcopo priuatiuè, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum excluſione non conſtat, & ab eis debitè punitus non eſt cogendus coram Epiſcopo denuò ſe purgare, vel ab eodem iterum puniri, ita referunt deciſum Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. § 2. proœm. num.* 21. Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 194. in 3. declar.* Armend. *d. tit. 6. de viſitat. n. 28.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 154. n. 40.* Ego ipſe *d. alleg. 73. num. 5.*

16. *β Concordiis.*] Non tollit concordias confirmatas à Sede Apoſtolica. Rot. *deciſ. 16. part. 2. diuerſ.* Nicol. Garc. *d. part. 3. cap. 2. n. 217.* Derogat enim concordiis præterquam confirmatis à Sede Apoſt. & illæ tantùm confirmationes intelliguntur præſeruatæ in decretis Concilij, quæ emanarint ex certa ſententia, & cum cauſæ cognitione, vt refert deciſum Garc. *d. c. 2. num. 222.* Et ideò concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, etiamſi cum ea concurrat conſuetudo immemorialis, fuit per Concil. derogatum, ex eod. Garc. *d. cap. 2. num.* 223.

17. *γ Per ſeipſos.*] Perſonaliter ſcilicet, & non per Vicarios, etiam generales, etiamſi de viſitandis exemptis ageretur, vel etiamſi ageretur de viſitandis hoſpitalibus, iuxta *cap. 8. ſeſſ. 22. de reformat.* latè Ioan. Sanci. *in ſelectis diſp. 50. num. 1. cum ſeqq. pag. 374. in impreſſ. Lugdunenſi.* Secus ſi velit viſitare ex aliis Concilij decretis, cùm per ſuum Vicarium generalem id agere poſſit, aut per Viſitatorem, ſi modò legitimè impeditus fuerit, vt permiſſum eſt *infrà c. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* ſic deciſum referunt Sbroz. *in addit. ad ſumm. tract. de offic. vicar. lib. 3. p. 120.* Armend. *d. tit. 6. de viſitat. num.* 107. vbi *num.* 124. ſubdit Epiſcopum poſſe viſitare etiam Eccleſias exemptas, ſed tunc per ſe ipſum tantùm. Materia huius cap. & ſenſus illorum verborum torſit multorum intellectus. In primis Nauarr. *cap. 3. de officio Ordin.* inquit controuerſiam exortam fuiſſe olim inter Epiſcopos & Capitula contendentia, nunquam poſſe Epiſcopum illa viſitare abſque Adiunctis à Capitulo deſignatis. Decernit igitur Concilium, inquit Nauarrus, & qui illum ſequuntur, opus non eſſe Epiſcopo ad peragendam viſitationem Adiunctis, ſed poſſe per ſeipſum ſolum: non quòd illa particula, *per ſeipſum ſolum*, id denotet quòd perſonaliter debeat Epiſcopus intereſſe, ſed ad excludendos Adiunctos eſſe additam; ac ſi Concilium dicat: Ad celebrandam viſitationem Capituli decerno non conſtringi Epiſcopum Adiunctos vocare, ſed id libertati ipſius relinquo, modo velit, quos ſibi videbitur in ſocios ſumere, vel abſque Adiunctis viſitare, non verò quòd liberum non ſit Epiſcopo viſitationem delegare. At Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctor. q. 14. n. 14.* credit perſonam ipſam Epiſcopi intereſſe debere viſitationi, adeò vt non poſſit illam committere alteri. Latè Ioan. Sanci *d. diſput. 50. ferè per tot.* & præcipuè *à num. 20.* plures intelligendi modos refert, & videtur concludere poſſe Epiſcopum viſitare per ſe, & per eius delegatum, quia totum hoc decretum in Epiſcoporum fauorem, non vero in Capitulorum iuuamen redundat, cùm facultate viſitandi illa fruatur Epiſcopus contra quaſcunque exemptiones, concordias, conſuetudines, &c. quæ Capitula potuiſſent habere ad non ſubeundam viſitationem; credit ergò quòd ſi conſtringeretur Epiſcopus per propriam perſonam viſitationi operam dare abſque libertate illam delegandi, non leue onus illi incumberet; ſit ergo ex intentione Concilij fauentis Epiſcopis in hoc decreto, poſſe ipſos viſitatores delegare. In ſpeciali quod Sereniſſimus Infans Cardinalis Toletanæ diœceſis Archiepiſcopus non teneatur per propriam perſonam Capitulum Eccleſiæ Cathedralis viſitare, ſed id agere poſſit per Coadminiſtratorem, declarauit Sacra Congregat. Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum propoſito dubio,

zed by Google

dubio: *An Coadminiſtrator Sereniſſimi Cardinalis Infantis Archiepiſcopi Toletani poſſit per ſe ſolum viſitare Eccleſiam Toletanam, eiuſque Capitulum, & perſonas? Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum ſæpius auditis partium Procuratoribus, & Aduocatis, reque accurato ſtudio perpenſa atque diſcuſſa cenſuit Coadminiſtratorem poſſe etiam per ſe ſolum Toletanam Eccleſiam, eiuſque Capitulum, & perſonas viſitare. Cornuus Cardin. de Torrez,* refert Ioan. Sanct. *d. diſp. 50. in fine.*

Pontificalia in aliena Diœceſi non exerceantur, aut Ordinatio fiat ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitiis.

CAPVT V.

1. *Doctores referuntur de materia huius capitis agentes.*
2. *Epiſcopus alienus non poteſt à Patriarcha induci ad ſubeunda munera Pontificalia in diœceſi alicuius Epiſcopi ſuffraganei, niſi de ipſius licentia.*
3. *Archiepiſcopo prohibitum eſt Pontificalia exercere in Eccleſiis ſuffraganeorum abſque licentia Ordinarij.*
4. *Epiſcopus non poteſt ordinare in alterius diœceſi de licentia Ordinarij perſonas illi non ſubiectas, niſi habuerint dimiſſorias.*
5. *Pontificalia exercens in aliena diœceſi de Ordinarij loci expreſſa licentia poteſt Ordines conferre etiam ſuis propriis diœceſanis.*
6. *Epiſcopus in alterius diœceſi de licentia Ordinarij poteſt tam ſubditos proprios, quàm Epiſcopi licentiam concedentis ordinare.*
7. *Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non poteſt promoueri ab Epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia Epiſcopi illius diœceſis.*
8. *Familiares triennales Epiſcopi an alius de eius licentia ordinare poßit.*
9. *Primam clericalem tonſuram ſuis ſubditis conferre non poteſt Epiſcopus in aliena diœceſi abſque licentia Ordinarij loci.*
10. *Ordines in loco exempto volens conferre Epiſcopus alienus, debet habere licentiam ſuperioris loci exempti, & illius Epiſcopi, intra cuius fines locus exemptus conſtitutus eſt.*
11. *Pontificalia exercere non poteſt Epiſcopus in loco exempto vocatus ab inferiore Prælato ipſius loci ſine licentia Epiſcopi, intra cuius fines locus exemptus conſtitutus eſt.*
12. *Suffraganeus datus Epiſcopo cum facultate exercendi Pontificalia de eius licentia, non poteſt illo mortuo ea exercere.*
13. *Confirmationis Sacramentum in alterius diœceſi non poteſt Epiſcopus ſuis ſubditis conferre ſine licentia Epiſcopi in cuius diœceſi reperitur.*
14. *Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum, non poteſt in Eccleſia ſua iuriſdictionali Pontificalia exercere.*
15. *Commendatarius Abbatiæ exiſtentis intra fines alicuius diœceſis non poteſt vocare Epiſcopum pro miniſtrando Sacramento Confirmationis ſuis populis, niſi de conſenſu & licentia Epiſcopi in cuius diœceſi eſt Abbatia.*
16. *Epiſcopus vicinior quæ poſſit in Abbatia nullius diœceſis.*
17. *Archiepiſcopus non poteſt vti Cruce, nec Mozzetta Legato præſente in ciuitate.*
18. *Nuntius non debet exercere Pontificalia in Eccleſia Archiepiſcopi ſine eius licentia.*
19. *Benedictum non ſolemnem, non comprehendit Concil. in hoc cap.*
20. *Epiſcopus & vicarius extra territorium habent facultatē faciendi actus voluntariæ iuriſdictionis.*
21. *Excommunicare, & abſoluere ſubditum ſuum poteſt Epiſcopus extra territorium.*
22. *Abbatibus titularibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum vſu mitræ non licet illam deferre extra proprias eorum Eccleſias abſque ſpeciali Sedis Apoſt. indulto.*
23. *Baldachinum erigere poſſunt Epiſcopi in Eccleſiis Regularium Pontificalia exercentes.*
24. *Abbatibus Caſſinen. & Oliuetanis quomodo permittatur vſus Baldachini.*
25. *Epiſcopo exercenti Pontificalia etiam extra Cathedralem, in ciuitate tamen, tenentur aßiſtere qui ſolent aſſiſtere.*
26. *Canonici & dignitates Cathedralis ſi adſint, tenentur aſſiſtere Epiſcopo pontificaliter celebranti in Eccleſia collegiata, vel parochiali.*
27. *Vicarius generalis non poteſt cōcedere licentiā alteri Epiſcopo exercēdi Pōtificalia in ſua diœceſi.*
28. *Ordinarij nomine venit Epiſcopus in præſenti.*
29. *Epiſcopi poſſūt ordinare perſonas alteri Ordinario ſubiectas, ſi ab eo litteras dimiſſorias habuerint.*
30. *Epiſcopus ſuſpenditur à Pontificalibus ſi ordinauerit in aliena diœceſi abſque licentia expreſſa Ordinarij loci, vel cum ea perſonas non ſubditas.*
31. *Pontificalium nomine quæ veniant.*
32. *Miſſam cum mitra, & baculo celebrare non poteſt ab exercitio Pontificalium ſuſpenſus.*
33. *Suſpenſo à Pontificalibus non prohibetur exercitium iuriſdictionis Epiſcopalis.*
34. *Contra malè ordinantes, & malè ordinatos extat conſtitutio S.D.N.*
35. *Ordinatio Epiſcopi proprij extra territorium eſt valida, quamvis punibilis ſit.*

α NVlli *Epiſcopo* liceat cuiuſvis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœceſi exercere, β *niſi de Ordinarij* loci γ *expreſſa licentia,* & δ *in perſonis eidem Ordinario ſubiectis tantùm,* ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ε *ab exercitio Pontificalium,* ζ *& ſic ordinati ab executione Ordinum* ſint ipſo iure ſuſpenſi.

Indictio futuræ Seßionis.

Placétne vobis proximam futuram Seſſionem celebrari die Iouis feriâ quintâ poſt primam Dominicam ſubſequentis Quadrageſimæ, quæ erit dies tertia menſis Martij? *Reſponderunt,* PLACET.

Digitized by Google

1. Vide Nauarr. *conſil.63. de ſent. excommun. in antiq. alias conſil.12. de clerico excomm. min.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de ſent. excomm. deciſ.66.* Salzed. ad Bernard. *in pract.26. litt. A, in princip. ſecundum nouiſſ. impreſſ.* Henriq. *in ſum. lib.11. c.3. §.2. in fine.* Gutiert. *canon. l.1. c.26. n.26.* Flam. Parif. *de reſignat. benefic. l.1. q.17. n.17.* Marchio. *de ſacram. Ordin. tract.1. p.5. c.11.* Narbona *l.59. gloſſ.1. n.22. tit.4. lib.2. Recop.* Petr. Greg. *ſyntagm. iur. lib.16. cap.9. n.3.* Anguian. *de legibus l.2. controuerſ.1. n.71.* Alzed. *de præcell. Epiſcop. dignit. p.2. c.5. num.17.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verb. Archiepiſcop. n.2. & p.2. verb. Epiſc. p.45.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.1. tract. de Sacramento Ordinis, cap.8. concluſ.4. dub.4.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.38. art.3. concluſ.1.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p.1. cap.1. num.46.* Cened. *ad decretum collect.52. num.1.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.2. §.2. num.5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p.2. deciſ.188. num.10.* Bonacin. *de cenſuris diſp.3. q.6. puncto 3. n.27.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, n.63.* Bonacina *de ſuſpenſ. in particulari diſp.3. q.1. punct.12. num.1.* Campan. *in diuerſorio iuris canon. rubr.9. c.1. num.6.* Metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.2. allegat.6.*

2. Epiſcopus alienus non poteſt a Patriarcha induci ad ſubeunda munera Pontificalia in diœceſi alicuius Epiſcopi ſuffraganei, niſi de ipſius licentia, vt refert deciſum Galer. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Epiſcopus,* Ego ipſe *d. alleg.6. n.14.*

3. Pontificalia exercere in Eccleſiis ſuffraganeorum abſque licentia Epiſcopi ordinarij prohibitum eſt Archiepiſcopo, ita Aldan. *in compendio canon. reſolut. l.1. tit.8. n.2.* vbi refert deciſum à *S. Congreg. Epiſcop. ſub die 18. Aprilis* 1599.

4. Epiſcopus in alterius diœceſi de licentia Ordinarij loci non poteſt ordinare perſonas, quæ non ſunt ſubiectæ illi ordinario, niſi habeant dimiſſorias generales à ſuis ordinariis, ita refert deciſum Armendar. *d. l.7. de Epiſcopis, n.68.*

5. Epiſcopus exercens Pontificalia in aliena diœceſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, poteſt Ordines conferre etiam ſuis propriis diœceſanis, non obſtante hoc decreto, ex Aldan. *d. tit.8. n.3.* vbi teſtatur ſic reſolutum *ſub die 6. Iulij* 1595. & idem tenet Armendar. *d. loco n.55.*

6. Epiſcopus in alterius diœceſi ex[illegible] poteſt præuia licentia illius, tam ſubditos proprios, quàm Epiſcopi licentiam concedentis abſque incurſu pœnarum ordinare, ex Aldan. *d. loco,* vbi refert deciſum *die 22. Februarij* 1630.

7. Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non poteſt promoueri ab Epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia Epiſcopi illius diœceſis, per *cap.11. ſeſſ.7.* niſi Epiſcopus illius diœceſis conſtitueret ſuum vicarium illum Epiſcopum externum vt pro ſe promoueat, ſicut non ſufficit ſimplex licentia, ſed conſtitutio in ſui locum requiritur, vt probatur ex *d. c.11.* ibi, *vel ab eo quod pro eo,* &c. ita Aldan. *d. tit.8. n.5.*

8. Familiares trienales Epiſcopi, in cuius diœceſi exercet alius de eius licentia Pontificalia, poterit inuitatus ordinare, ſi Epiſcopus, qui hanc facultatem exercendi Pontificalia illi dedit, expreſſè etiam dedit licentiam huic familiari quòd poſſit ordinari ab eo, ac etiam familiarem alterius Epiſcopi extranei, ſi expreſſa adſit ipſius licentia, cùm talem familiarem Concil. habeat pro ſubdito illius Epiſcopi, & ſicut Epiſcopus verè ſubditum ſuum poteſt facere ordinari ab alio, ſic & iſtum, refert deciſum Aldan.

Epiſcopus in aliena diœceſi non poteſt conferre 9.
primam clericalem Tonſuram ſuis ſubditis, abſque licentia Ordinarij loci, vt reſoluit Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.6. c.1. n.2.* quem refero *d. alleg.6. n.15.* Nic. Garc. *de benef. p.1. c.5. n.142.* Acuña *ad c. illud, n.3. diſt.71.* Narbona *l.20. gloſſ.2. n.135. tit.1. lib.4. Recop.* Sanch. *in opuſc. moral. to.1. l.7. c.1. dub.5. n.2.* Iul. Cæſ. Madius *de ſacris Ordinib. c.5. n.4.* contra Rebuff. *in ex nominat. q.14. n.29. & 65. & in praxi benef. rubr. de Eccleſ. & à quibus, & quomodo ordinemur n.13.* Henriq. *in ſum. l.3. c.6. §.6.* Bonac. *de Sacram. diſp.3. q. vnic. puncto 4. n.13.* Tolet. *l.1. ſum. c.48. n.6. alias c.49. n.4.* Moliſ. *d. c.2. n.15.* Azor. *inſtit. moral. p.2. l.3. c.48. quæſ.5. verſ. quæres.* Villalob. *in ſum. to.1. tract.8. diffic.7. n.17.* Maurit. Alzedo *de præcellentia Epiſcop. dignit. p.2. c.5. n.18.* Ant. Diana *moral. reſol. p.4. tra.4. reſol.143.* exiſtimantes id el licere.

Et in Eccleſiis Regularium, vel aliis locis ſuæ diœceſis exemptis, aut alterius cum licentia, vt ſuprà, Pontificalia exercens Epiſcopus, poteſt ſolium, thronum, & Baldachinum, conferre, vt per Lauront. de Franch. *in controuerſ. inter Epiſc. & Regul. pag.95. in reſp. ad 1.*

Epiſcopus alienus volens conferre Ordines in 10.
loco exempto, non ſolùm debet habere licentiam Superioris loci exempti, ſed etiam illius Epiſcopi, intra cuius fines locus exemptus eſt conſtitutus, vt referunt deciſum Armend. *d. l.7. de Epiſcopis, n.55.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſol.495. in notab. de materia Epiſc.* Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Epiſcopus, pag.100. col.2.* Ego ipſe *d. alleg.6. n.12.*

Non poteſt enim Epiſcopus Pontificalia exerce- 11.
re in loco exempto, & iuriſdictionis non Epiſcopi, ſed inferioris, vocatus tamen ab ipſo inferiore, ſine licentia Epiſcopi, intra cuius diœceſis fines eſſet locus ille, etiamſi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Epiſcopum quem maluerit ad miniſtrandum ſacramentum Confirmationis, dummodo locus ipſius exempti ſit intra fines diœceſis alicuius, ita vt non ſit nullius, quia tunc poſſet, vt teſtatur reſolutum Armend. *d. l.7. n.68.*

Suffraganeus datus Epiſcopo Vilnen. cum facul- 12.
tate exercendi Pontificalia officia in diœceſi, & ciuitate Vilnen. de expreſſo conſenſu & licentia moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi, non poteſt eadem Pontificalia exercere, vt exercuit viuente Epiſcopo, poſt illius mortem Sede vacante, Capitulo non contradicente, ita Aldan. *d. tit.8. n.9.* vbi refert deciſum *in Vilnen. 22. Februarij* 1631.

Confirmationis Sacramentū in alterius diœceſi 13.
non poteſt Epiſcopus ſuis ſubditis conferre ſine licētia Epiſcopi in cuius diœceſi reperitur, ita teſtatur deciſum Armend. *d. l.7. de Epiſcopis, n.98.* quem refero *de officio & poteſt. Epiſcopi p.2. alleg.30. n.15.*

Epiſcopus, qui nullum habet Epiſcopatum, non 14.
poteſt in Eccleſia ſua iuriſdictionali, veluti ſi eſſet Præpoſitus, Chriſma conferre, nec alia Pontificalia exercere, niſi de expreſſa licentia Epiſcopi, intra cuius diœceſis fines præpoſitura exiſtit, ita refert deciſum Aldan. *d. tit.8. n.10.*

Commendatarius Abbatiæ exiſtentis intra fines 15.
alicuius diœceſis, etiam exemptæ, & habentis iura quaſi Epiſcopalia, non poteſt vocare quem maluerit Epiſcopum pro miniſtrando Sacramento Confirmationis ſuis populis, niſi de conſenſu, & licentia Epiſcopi, in cuius diœceſi eſt Abbatia, ita refert deciſum *in vna Veronen.* Aldan. *d. tit.8. num.11.*

Abbatia aliqua ſi nullius diœceſeos exiſtat, non 16.
poteſt Epiſcopus vicinior ibi conferre Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia abſ-

te ipſius Abbatis conuocare quem maluerit catholicum Antiſtitem, ſaluo tamen maiori iure Epiſcopi vicinioris, ſi aliunde id ſibi competat. Verùm poteſt Epiſcopus vicinior viſitare beneficia ſæcularia, & clericos ſæculares dictæ Abbatiæ, illóſque repertos culpabiles corrigere. Et Epiſcopus vicinior dicitur ille, cuius cathedralis Eccleſia ſit Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Abbatiæ ſubiectis, ſic refert deciſum Aldan. *citato loco.*

17. Archiepiſcopus non poteſt vti Cruce, nec Mozzetta Legato præſente in ciuitate, ex Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 12. vbi teſtatur ſic reſolutum *die* 2 *Octobr.* 1601. Et non poteſt Pontificalia exercere in Eccleſiis ſuffraganeorum, abſque licentia Epiſcopi ordinarij ex eod. Aldan. *tit.* 8 *n.* 16. vbi dicit ſic fuiſſe deciſum à *S. Congreg. Epiſcopi ſub die* 18. *Aprilis* 1599.

18. Pontificalia in Eccleſia Archiepiſcopi abſque eius licentia non debet exercere Nuntius, ex Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 14. vbi ait deciſum *in S. Congreg. Rit. ſub die* 9. *Martij* 1593.

19. Benedictionem non ſolemnem non comprehendit Concil. *in hoc cap.* ex Aldan. *d tit.* 8 *n.* 15. vbi refert ſic reſolutum *ſub die* 13. *Aprilis* 1630.

20. Epiſcopus & Vicarius extra territorium habent facultatem faciendi actus voluntariæ iuriſdictionis, vt reſoluunt Vgol *de officio Epiſcopi, c.* 4. §. 14. *n.* 4. Card. Tuſch. *litt. l, concl.* 546. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 127. *à princ. & num.* 6 tenet quòd poſſunt concedere dimiſſorias in aliena diœceſi.

21. Hinc etiam Epiſcopus extra territorium poteſt excommunicare, & abſoluere ſubditum ſuum, ſecundùm Gonzal. *ad regul* 8. *Cancel. gloſſ.* 62. *n.* 12. vbi *n.* 11. ſubdit poſſe Epiſcopum extra ſuam diœceſim iuriſdictionē contentioſam exercere, quando cauſæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in ſuam diœceſim, de quo etiam Steph. Gratian. *d. cap.* 127. *num.* 8. vel quando Epiſcopus diœceſis permitteret, modò litigantes in id conſentiant, vt poſt alios reſoluit Vgolin. *d.* §. 14 *n.* 4. *verſ. ſecundò excipitur,* quem refero ego ipſe *d. alleg.* 6. *n.* 18.

22. Abbatibus titularibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum vſu mitræ, & baculi, non licet deferre mitram extra proprias eorum Eccleſias per diœceſes Ordinariorum abſque ſpeciali indultu Sedis Apoſt. nec ſine, nec cum licentia Ordinariorum, ex Aldan. *d. tit.* 8 *n.* 15. vbi refert deciſum *ſub die* 2. *Auguſti* 1632.

23. Epiſcopi in Eccleſiis Regularium Pontificalia exercentes poſſunt ibi Baldachinum erigere, ex Aldan. *d. tit.* 8. *n* 16. vbi atteſtatur reſolutum *in S. Congr. Epiſcop ſub die* 10. *Iulij* 1603.

24. Baldachini vſus permittitur Abbatibus Congregationis Caſſinen. in tribus ad ſummum feſtiuitatibus anni, quibus ſolemniter celebrant iuxta conſuetudinem modeſtè, ſine pompa, & auro, Vrbanus VIII. *conſtit.* 101. incip *Exponi,* 11 *Iulij* 1629. & Abbatibus Oliuetanis, *conſtit.* 97, incip. *Exponi,* 4. *Aprilis* 1629.

25. Epiſcopo exercenti Pontificalia etiam extra Cathedralem Eccleſiam, in ciuitate tamen, & non in diœceſi, tenentur aſſiſtere, & inſeruire, qui ſolent aſſiſtere, & inſeruire exercenti Pontificalia in Cathedrali, ita referunt deciſum Galet. *in margar. caſuum conſcientia, verb. Canonicus, pen.* Scip. de Rubeis *in aphor. Epiſcop. verb aſſiſtentia, n.* 2.

26. Epiſcopo pontificaliter celebranti etiam in Eccleſia collegiata, vel parochiali, aſſiſtere debent dignitates, & Canonici Cathedralis ſi adſint, non autem Canonici Collegiatæ, vel presbyteri parochialis, etiamſi numerus alioquin ſufficiens ſit Presbyterorum, ex Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 15. vbi refert ita reſolutum *in S. Congreg. Rituum in Calagurritana* 1. *Iulij* 1601. *& in Bononien.* 20. *Aprilis* 1602. *& in Brunduſina* 15. *Iulij* 1617. *& in Iſernien.* 2. *Auguſti* 1631. refero ego ipſe de Canonicis *cap.* 33. *n.* 1.

α *Nulli Epiſcopo.*] Vel etiam Archiepiſcopo, vt cum gloſſ. *in cap.* 2. *de offic. ordin. lib.* 6. tradit Couarr. *pract. c* 9. *n.* 2. & meliùs Zerol. *d. verb. Archiepiſcopus, verſ. ad ſecundum,* vbi reſpondet ad text. *in c.* 1. *de auctor. & vſu pallij,* cum ſimilibus.

27. Vicarium generalem non poſſe concedere licentiam alteri Epiſcopo exercendi Pontificalia in ſua diœceſi, teſtatur reſolutum Sbroz. *in addit. ad ſumm. tract. de vicario Epiſcopi, lib.* 2 *quæſt.* 7.

28. β *Niſi de Ordinarij,* &c.] Epiſcopi ſcilicet, in cuius diœceſi locus eſt conſtitutus, & non de Prælato inferiori, etiam exempto, vt per Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb verba* 1.

γ *Expreſſa licentia.*] Ergo non ſufficit tacita, vt per Narbon. *l.* 59. *gloſſ.* 1. *n.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* D. Felician. de Vega Archiepiſc. Mexican *in relect. ad cap. ſignificaſti, n.* 31. *de foro compet.*

29. δ *In perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm.*] Vel aliis Ordinariis, ſi ab eis litteras dimiſſorias habuerint, vt per Fr. Emman. *in ſumm. part* 2. *c.* 14. *num.* 7. *concl* 7. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 38 *art* 3. *in concl.*

30. ε *Ab exercitio Pontificalium,* &c.] Epiſcopus ordinans in aliena diœceſi abſque licentia expreſſa Ordinarij loci, aut ordinans de licentia Epiſcopi perſonas non ſubditas, ſuſpenditur à Pontificalibus, vt reſoluunt Henriq. *in ſumm. lib.* 13 *c.* 38. §. 1. *verſ.* 1. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.* 6. *c.* 1. *n.* 2. *& rub.* 9. *c* 4. Thom. Valaſc *alleg. iuris tom.* 1. *alleg.* 41. *n.* 18. Bonacina *d. q* 6. *puncto* 5 *n.* 21. quos refero *d alleg.* 6. *num.* 4.

31. Pontificalium nomine quæ veniant, colligitur ex gloſſ. *verb. à Pontificalibus, in Extrauag. ſuſcepti regiminis de elect.* Mar. Alter. *de cenſur. diſp.* 16. *c* 3. *verſ. quæret aliquis,* metipſo *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 111. *n.* 33.

32. Miſſæ ſacrificium cum mitra & baculo celebrare non poteſt ab exercitio Pontificalium ſuſpenſus, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ* 467. *in* 1 *edit.* aliàs *reſol* 440 *in* 2. *edit.* Nec calices, & corporalia etiā inaduertenter benedicere, vt per Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Epiſcopi, verſ. ſecundo,* Fr. Leon *in theſauro fori Eccl p.* 3. *c.* 8. *n.* 15. quos refero *d. alleg.* 6. *n.* 8. vbi *n.* 19. reſoluo, an ſuſpenſus à Pontificalibus in illis celebrando fiat irregularis.

33. Vtrùm autem ſub hac ſuſpenſione prohibeatur exercitium iuriſdictionis Epiſcopalis? Negatiuè reſpondent Vgolin. *de cenſur. tab.* 4 *c.* 6. §. 6 *num.* 5. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 440. *num.* 3.

34. ζ *Et ſic ordinati ab executione Ordinum,* &c.] Procedit ex eo quòd etſi fortaſſis in ipſo ordinato non adfuerit aliqua culpa, attamen quia ob ipſam ordinationem, Epiſcopus, qui confert Ordinem, ipſo facto incurrit Pontificalium ſuſpenſionem, inde eſt quòd etiam eadem ſuſpenſio reſpectu Ordinis ſuſcepti ad ipſum ordinatum protrahatur, vt poſt Mari. Alter. tenet D. Felician. de Vega *ad c. etſi clerici* § *ſi verò, n.* 34. *de iudic.* Contra malè ordinantes, & malè ordinatos extat conſtitutio S. D. N. Vrbani VIII. incip. *Secretis, ſub dat.* 11. *Decembris* 1624. vbi innouantur conſtitutiones aliæ ſuper hac re editæ, videlicet Clementis IV. & Pij II.

35. Et quamvis ordinatio proprij Epiſcopi extra territoriō puniri poſſit, eſt tamē valida, vt reſoluūt Henriq. *in ſumm. l.* 11. *c.* 3. §. 2. *in fine, lib.* 5. Vgolin. *de poteſt. Epiſc. c.* 4. §. 14. *n.* 1. quos refero *d. alleg.* 6. *n.* 11.

SESSIO

SESSIO VII.

De Sacramentis in genere.

1. *Doctores de Sacramentis in genere agentes.*
2. *Sacramenta nouæ legis fuerunt à Chriſto inſtituta.*
3. *Sacramenta nouæ legis non fuerunt, aut ſunt plura, vel pauciora quam ſeptem.*
4. *Sacramenta nouæ legis à Sacramentis antiquæ differunt.*
5. *Sacramenta ſeptem differunt inter ſe.*
6. *Sacramenta nouæ legis ſunt ad ſalutem neceſſaria.*
7. *Sacramenta nouæ legis non ſunt propter ſolam fidem nutriendam inſtituta.*
8. *Sacramenta nouæ legis continent gratiam quam ſignificant.*
9. *Per Sacramenta nouæ legis gratia datur ſemper, & omnibus.*
10. *Sacramenta nouæ legis ex opere operato conferunt gratiam.*
11. *Character in anima imprimitur in tribus Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine.*
12. *Chriſtiani omnes in verbo & omnibus Sacramentis adminiſtrandis non habent poteſtatem.*
13. *Intentio ſaltem faciendi quod facit Eccleſia requiritur in miniſtris dum Sacramenta conficiunt.*
14. *Miniſter in peccato mortali exiſtens validè confert ſacramenta.*
15. *Ritus recepti & approbati Eccleſiæ Catholicæ omittendi non ſunt in Sacramentorum adminiſtratione.*

α CANON I.

SI quis dixerit, *a* Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto, Domino noſtro, inſtituta, *b aut eſſe plura, vel pauciora, quàm ſeptem*, videlicet, Baptiſmum, Confirmationem, *b* Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam-Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè & propriè Sacramentum, anathema ſit.

a Con Flor. in decretis Eugenij ad Armenos.
b Cap ad abolendam de hæret.

β CANON II.

Si quis dixerit, ea ipſa nouæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia ceremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.

δ CANON III.

Si quis dixerit, *c* hæc ſeptem Sacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, anathema ſit.

c Cap. nihil, de cōſecrat. d.2 cū ſim.

ε CANON IV.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis *d* adipiſci: licèt omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit.

d Supr. ſeſſ. 6. de iuſtific. c. 6. & can. 5.

ζ CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter ſolam fidem nutriendam inſtituta fuiſſe, anathema ſit.

η CANON VI.

Si quis dixerit, *e* Sacramenta nouæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.

e Con. Flor. ſub Eugenio 4. verb. hoc docet Eccl.

θ CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, etiam ſi ritè ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, anathema ſit.

ι CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam quidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, anathema ſit.

κ CANON IX.

Si quis dixerit, *f* in tribus Sacramentis, Baptiſmo, ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpiritale & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, anathema ſit.

f ſeſſ 23. c. 4. ex decretis Eugenij in Conc. Flor.
g Vide Con. Carth. 4. can. 98. & in Conc. Cōſt. art 5. Ioan. VViclef inf. ſeſſ. 14. de pœnit c. 6.
h Cōc. Flor. in decretis Eugenij.

λ CANON X.

Si quis dixerit, *g* Chriſtianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, anathema ſit.

μ CANON XI.

Si quis dixerit, *h* in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit.

α *Barboſ. Collect. in Concil. Trid.*

ʏ Canon XII.

ɪ Idem eſt dãnatum in VVicleſ à Conc. Conſtant ſeſſ. 8. c. maltæ, cap. remiſſionem, c. Chriſtus cũ pluribusſeq. 1. q. 1. c. vlt. 15. q. vlt.

Si quis dixerit, ɪ miniſtrum, in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit.

ξ Canon XIII.

Si quis dixerit, receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Eccleſiarum Paſtorum mutari poſſe, anathema ſit.

1. Vide Scholaſticos cum Magiſtro *in 4. diſt. 1. & ſeq.* S. Thom 3. *part. à quæſt.* 60. vbi Caiet. Henriquez. *in ſumm. lib.* 1. *de ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacram* Vinal. *in candel. aureo in princip. ſub tit. de Sacram. in genere.* Cardin. Bellarm. *in ſuis controu. cathol. tom.* 2. *lib. de Sacrament.* Sayrum *in ſpeciali tract. de Sacramentis in genere*, Suar. *tom.* 3 *de Sacrament. in princip.* Didac. Nugn. *in* 3. *part. D. Thom.* Alexand. Peſant. *part.* 3 *de Sacrament.* Chameroi. *de Sacram. in princip.* Barth. ab Angelo *in ſimili tract.* Bonacina *in eodem tract.* Galganet. *de iure publico, lib.* 3 *tit* 83. Gabr. Vaſquez *in* 3. *part. D. Thom. tom.* 2. *diſp.* 60. Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p.* 2. *l.* 1. *de Sacramentis in genere*, Petr. Ledeſma *in ſumm. p.* 1. vbi de Sacram. in communi, Ægid. de Coninck *de Sacramentis & cenſur. in princip.* Filliuc *quæſt. moralib. tract.* 1. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.* 5 *tract.* 1. *de Sacramentis in communi.* Ioan. Mari. Scribon *in ſumm Theologia diſp* 1. *de Sacramentis in genere*, Ioan. de Lugo *tom.* 1. *de Sacramentis in genere.* Hurtado *in tract. de Sacram in genere.* Becau. *de Sacram. in ſpecie.*

2. α Canon I.] Omnia Sacramenta fuiſſe à Chriſto Domino inſtituta, de fide definitum eſſe, in præſenti notant Nauarr. *in man. c.* 22. *n.* 2. *&* 5. *& in c. nouit, de iudic. notab.* 3. *n.* 92. Perez *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 1 *ordin.* Henriquez *in ſum. lib.* 1 *c.* 3. §. 1. Victor. *de Sacram. c.* 4. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 1 *part.* 3. *art.* 5. Card. Bellarm. *d. tom.* 2. *lib* 1. *de Sacram. c* 24. Suar. *tom.* 3. *diſp* 21. *ſect.* 1. Chamer. *de Sacram. c.* 4. Franc Pitig. *diſtinct.* 2. *quæſt* 1. *art.* 3. *propè fin.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib.* 2. *cap.* 1. *quæſ. vnic. & cap.* 2 *art.* 1. *&* 2. Vaſquez *in* 3. *part. S. Thom. tom.* 2. *diſp.* 125 *n.* 1 *cum ſeqq. & diſp* 139. *num.* 1. Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. part* 2. *lib.* 1. *c.* 1. *verſ. prima ergo quæſtio*, Valer. Reginald *in praxi fori pœnitent lib.* 28. *n.* 4. Petr. Ledeſma *in ſumm p.* 1. vbi de Sacramentis in communi, *c.* 6 *concluſ.* 4. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 1. *quæſt* 64. *art.* 1. *dub.* 1. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract.* 1 *c.* 7. *num* 11. *&* 25 Hurtado *de Sacram diſp* 4 *de Sacramentis in genere, diffic.* 2. Campan. *in diuerſ iuris canon. rub.* 1. *num.* 7. Fernandez *in examine Theologiæ moralis, part* 3 *cap.* 1. § 2. *num.* 1. Bonacina *de Sacramentis, diſput.* 1. *quæſt* 3. *punct.* 1. *n* 5. Laymann. *in Theolog moral lib.* 5. *tract.* 1. *cap* 5 *num.* 1 *& cap.* 8 *à num.* 1. Ioan. de Lugo *de Sacramentis in genere, diſput.* 2. *ſect.* 5 *n* 81. *& diſput.* 7. *ſect.* 1. *à num* 3.

3. β *Aut eſſe plura vel pauciora, quàm ſeptem.*] Vide S. Th. *p* 3 *q* 65. *art.* 1. vbi Nugn. & Peſant. Coninck *n* 4. & Vaſquez *art* 2. Henriquez *in ſumm. lib* 1. *c.* 7. Valent *p.* 3 *q.* 6 *punct* 2. Victor. *de Sacram. c* 7. Sot *in* 4. *diſt* 1. *q.* 7. *art.* 1. Philiarch. *de officio ſacerd. p.* 2 *lib.* 1. *c.* 6. Franc. Pitigian *diſt.* 2 *q* 1. *art.* 2. Barth. ab Ang. *de Sacramentis dial* 1. §. 6. Sayr. *de Sacramentis in genere, lib.* 6. *cap* 1 *quæſ.* 1. Valer. Regin. *lib.* 26. *num.* 5. Bonacina *d. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 2. Campan. *d. rub.* 1. *num.* 4. *&* 5. Torreblanca *de iure ſpirit lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 36.

γ Canon II.] Vide Dionyſ. Areopag *de Eccleſ. hierarchia, c.* 5. *p.* 1. *verſ. poſt illam.* Tertullian. *in lib.* 1. *contra Iudæos, c.* 2. *verſ. ſi circumciſio*, Cyprian. *lib.* 1. *contra Iudæos, c.* 8. *verſ quòd circumciſio, & lib.* 3. *epiſt.* 8. *ad Fidum.* Hug. Victorin. *in c* 4. *ad Roman. de erudit. theolog. lib.* 2. *part.* 6. *c.* 3. Petr. Lombard. *in* 4. *ſentent. diſtinct.* 1. vbi Richard. *art* 6. *q.* 4. *&* Thom. Argentin. *quæſt.* 3 *art.* 3. S. Thom. *p.* 3. *quæſt.* 62. *art.* 6. Philiarch *d. part.* 2. *lib* 1. *c.* 1. Henriquez *d. lib.* 1 *c.* 7. Sayr. *de Sacramentis in genere, lib* 5. *cap.* 7. *art.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 7. Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico, tom.* 2 *lib.* 5. *art.* 1. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, part.* 1. *tract.* 4. *c.* 1 *quæſ.* 2 *in princ.* Bonac. *de Sacram. diſp.* 1. *q.* 4 *punct.* 1. *num.* 6. Laymann *in Theolog morali, lib.* 5. *tr.* 1. *c.* 3. Ioan. de Lugo *de Sacram. in genere diſp.* 1. *in princ. & diſp* 3. *n.* 69. *& diſp.* 5 *ſect.* 2. *n.* 20. 4.

δ Canon III.] Vide Cardin. Bellarm. *lib.* 2. *de Sacramentis c.* 18. Vaſquez *in* 3. *p. S. Thom tom* 3. *quæſt.* 74. *diſp.* 177. *n* ... Sayr *de Sacramentis in genere lib.* 6. *cap.* 3. *quæſ. vnic.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini, lib.* 1. *c.* 8 *propè fin.* Petr. Ledeſma *in ſumm part.* 1. vbi de Sacramentis in communi, *c.* 7. *concluſ.* 3. Campan. *in diuerſ iuris Canon. rub.* 1. *num.* 14. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, part.* 1. *tract* 4. *quæſtion.* 4. Hurtado *de Sacramentis, diſput.* 3. *de Sacramentis in genere, difficult.* 2. *verſ. de ordine*, vbi quòd non omnia Sacramenta ſunt æqualia. 5.

ε Canon IV.] Vide Magiſtrum *in* 4 *diſt* 1. vbi S. Thom. *quæſt.* 1. *& part.* 3. *quæſt.* 61. *art.* 1. S. Anton. *part* 3. *tit.* 14 *cap* 11. § 4. Canon. *in relect. de Sacramentis in genere, cap* 24. Hug. Victorin. *lib.* 1. *de Sacramentis, part* 9. *cap.* 3. Cardin. Bellarm. *d lib.* 1. *cap.* 22. Valent. *tom* 4. *diſp.* 3. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Chamer. *de Sacramentis in genere, cap.* 3. Suar. *tom.* 3. *diſp.* 3. Henriquez *d. lib.* 1. *cap.* 4 §. 1. Viuald. *in candel. aureo*, vbi de Sacramentis in genere, *cap.* 3. *num.* 1. Ioann. de Lugo *de Sacramentis in genere, diſput.* 3. *ſect* 2. *num.* 9. Valer. Reginaldum *in praxi fori pœnitent.* *lib.* 16. *num.* 9. Filliuc. *lib.* 2. *cap.* 2. *quæſito* 2. *&* 7. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 1. *cap.* 1 *num.* 27. Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 3 *cap.* 1. *art* 1. *q. vnic.* Bonacina *de Sacramentis, diſput.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *num.* 3. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.* 1. *cap.* 8. *num.* 14. *&* 15. Campan. *in diuerſor. iuris canon. rub.* 1 *num* 10. *verſ ſed quia.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, part.* 1. *tract.* 4. *c.* 1 *quæſ.* 3. *in princip.* 6.

ζ Canon V.] Vide Sayr. *de Sacramentis in genere, lib.* 3. *cap.* 7. *quæſ. vnic. art.* 2 *&* 3. Vaſquez *in* 3. *part. D. Thom tom.* 2. *diſp.* 131 *num.* 34. *& diſp.* 148. *num* 5. 7.

η Canon VI.] Vide Henriquez *in ſumma lib.* 1. *cap* 17. Sayr. *de Sacramentis in genere, lib.* 5. *c.* 5. *quæſ. vnic.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 26 *à n* 43. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 1 *tract. de Euchariſtia, c.* 10. *concluſ.* 1. Bonacina *de Sacram. diſp.* 1. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *n.* 6. *& diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 7. *num.* 8.

num 4. Fernandez *in examine Theolog. moral part*. 3. *cap*. 1. § 9. *num*. 1. & 5. Fillincius *in quæſtion. moral. tract*. 1. *de Sacramentis*, *cap*. 6. *num*. 92. Ioan. de Lugo *d. diſp*. 3. *ſect*. 2. *num*. 9. Turreblanca *d. lib*. 2. *cap*. 14. *num*. 7.

9. ſ CANON VII.] Vide S. Thom. *p* 3. *quæſt*. 62. *art*. 1. Couarr. *de ſponſal. p*. 2. *cap*. 1 §. *vnic. num*. 3. D. Felician. de Vega Archiepiſc. Mexican. *ad cap. quanto de iudic. num*. 38. *verſ vel per cauſam*. Torreblanc. *de iure ſpir. lib*. 2 *cap*. 2. *num*. 49. Hurtado *de Sacram. diſp*. 3. *de Sacram. in genere diffic*. 4. *in princip*. Cardin. Bellarm. *d. lib* 1. *de Sacrament cap*. 26. Ægid. de Coninch. *de Sacram. quæſt*. 64 *art*. 9. *à num*. 108. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib*. 16. *à num*. 43. Petr. de Ledeſma *in ſumm. p*. 1. vbi de Sacram. in communi, *c*. 7. *concluſ*. 1. Bonacina *de Sacram diſp*. 1. *quæſt* 4. *punct*. 1 *num*. 4. Filliuc. *in quæſt. moral tom*. 1. *tract*. 1. *de Sacramentis*, *cap*. 6 *num*. 96. *verſic. noſtra*, & *num*. 99 & 114 Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico part*. 1 *tract*. 3 *cap*. 8 *quæſ* 72. *in princip*. Laymann. *in Theologia morali*, *lib*. 5. *tract*. 1. *cap*. 6. *num*. 1. *cum ſeqq*.

10. ι CANON VIII.] Vide Sayr. *de Sacramentis in genere*, *lib*. 5. *c*. 2 *in princip*. Ægid. de Coninck *de Sacram. quæſt* 62 *art*. 1. *dub*. 1. Bonacina *de Sacrament. diſp* 1. *quæſt* 4 *puncto*. 1 *num*. 2. Fernandez *in examine Theologiæ moralis*. *part*. 3. *cap*. 1. §. 9. *n* 6. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta*, *præc* 1. *lib* 4. *cap*. 3. *num* 2. Card. Bellarm. *de Sacram. lib*. 2 *c*. 3. Torreblanca *de iure ſpirit. lib*. 2. *cap*. 2. *num*. 8. & 9. Hurtado *de Sacram diſput*. 3. *de Sacramentis in genere difficult* 1. Marchin *de Ordine tract* 1 *p* 3 *c*. 1. *n*. 7. Ioan. de Lugo *vbi ſuprà*

11. κ CANON IX.] Vide Richard. *in* 4. *ſentent. diſtinct*. 5 *art*. 2 *quæſt*. 4 Guillelm Aluern *de ſacram. Confirmat. verſ. qui ſigillum*, Auguſt. Triumph. *de poteſt. Eccl. quæſt* 58. *art*. 7. Suar. *tom*. 3 *diſp*. 11 *ſect*. 1. Henriquez *in ſumm. lib*. 1. *cap*. 13. Franc Pitigian. *diſtinct*. 6. *quæſt*. 9. & 10. Sayr *de Sacramentis in genere*, *lib*. 4. *cap*. 1. *cum ſeqq*. Chamerot. *de Sacram. c* 4 *dub* 5. Ægid. de Coninck *de Sacrament quæſt*. 63. *art*. 1. *in princ*. Vaſquez *in* 3. *part*. *D Thomæ*, *tom*. 2. *q*. 146. *n*. 5. Valer Regin. *in praxi fori pœnit. lib*. 16. *à num* 48. Petr. Ledeſma *part*. 1. *de Sacram*. vbi de confirmat. *cap*. 4. *concluſ* 2. Paul. Fulc. *de viſitat. lib*. 2 *cap* 3. *num*. 25. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr*. 1. *n* 21. & *rub*. 2. *n* 11. & 22. Bonac *de Sacram. diſp* 1 *quæſt. vnica puncto* 1. *num*. 1. & *quæſt*. 5. *punct*. 1. *num*. 1. & 2. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico part*. 1. *tract*. 3. *cap*. 7. *quæſ*. 72. *verſ. alter*. & *tract* 4 *cap*. 1. *quæſ*. 4. & 5 Paulum Layman. *in Theologia morali*, *tom*. 2. *lib* 5. *tract*. 1. *cap* 7. *per totum*, Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis*, *tract* 1. *c*. 8 *n*. 30. Filliuc. *in quæſt. moral. tom*. 1 *tract*. 1. *de Sacramentis*, *c*. 7 *num*. 114. & *num*. 117. & *tract*. 2. *num*. 151. Ioan. de Lugo *de Sacramentis in genere*, *diſput*. 6 *ſect*. 1. *num*. 5. Torreblanca *de iure ſpirit. lib* 2 *cap*. 2 *n* 45. Hurtado *diſp*. 3. *de Sacramentis in genere*, *difficult*. 10. & 14.

12. λ CANON X.] Vide Paul. Comitol. *reſponſ. moral lib*. 1. *quæſt* 46 *num* 1. Vaſquez *in* 3 *p. D. Thomæ*, *tom*. 2. *quæſt*. 138. *num*. 9. Fernandez *in examine Theologiæ moralis*, *p*. 3. *c* 1. §. 10. *num*. 1. *propè fin*. Henriquez *in ſumm. p*. 1. *lib* 1. *c*. 26. §. 3 Cardin. Bellarm. *tom* 2. *lib*. 1. *c*. 14. Anguian. *de legib lib*. 2. *controu*. 1. *num* 68. *in fine*, Hurtado *de Sacramentis*, *diſp*. 4. *diffic*. 3. *in fine*.

13. μ CANON XI.] Vide Sayr. *de Sacramentis in genere*, *lib*. 2. *cap*. 3. *quæſ. vnic. art*. 3. *poſt princip*. Petr. de Ledeſma *p*. 1. vbi de Sacramentis in communi, *c*. 6. *concluſ*. 13. Bonacin *de Sacrament. diſp*. 1. *q*. 3. *punct*o 2. *num*. 4. Ægid. de Coninck *de Sacramentis*, *tom* 1. *quæſt*. 64. *art*. 8 *dub*. 1 *num* 6. Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib*. 26. *à num*. 36. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p*. 1. *c*. 1. *n* 50. *verſ. requiritur. pag*. 58. Campan. *in diuerſ. iuris Canonici rubr*. 1. *num*. 14. & *num*. 94. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p*. 1. & *tract*. 4. *c*. 2 *quæſ*. 8. *in fine*. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract*. 1. *cap*. 7. *num*. 15 & 17 & *tract*. 3. *cap* 4. *num*. 14. Scholaſt. *in* 4. *diſtinct* 6. Bonauent. *p*. 2. *art*. 2. Durand *quæſt*. 2. Torreblanca *de iure ſpirituali lib*. 2. *cap*. 4 *num* 4. & *cap* 5 *num*. 18. Hurtado *de Sacramentis*, *diſput*. 4. *de Sacramentis in genere*, *difficult*. 4. *verſ. Magiſter verò*, vbi *diffic*. 5. quærit, vtrùm ad valorem Sacramenti ſufficiat intentio efficiendi Sacramentum quando præterita eſt? Et *difficult*. 6. vtrùm intentio conditionata efficiendi Sacramentum ſufficiat ad eius valorem: Et *diffic*. 7. an ad valorem Sacramenti neceſſarium ſit intentionem miniſtri fieri in perſonam certam ſine errore? Barthol. à S. Fauſto *tom*. 3. *in tract. de Pœnitentia lib*. 4 *q*. 209.

Barbol. Collect. in Concil. Trident.

ν CANON XII.] Vide Concil. Arelatenſ. I. *c*. 8. Concil. Carthaginenſ. I. *c*. 1. Auguſtinum *lib*. 3. *contra Donatiſtas*, *cap*. 10. *verſ. Baptiſmus*, & *lib*. 4. *cap*. 4 *verſ. ſi per vim*. Iſidorum Hiſpalenſ. *lib* 6. *etymolog. c*. 18. *verſ. Sacramenta*, & *de diuinis officiis*, *lib* 2. *cap*. 24. Petr. Damian. 15. *cap* 4. *verſ. ſincera*, & *cap* 9. *de Baptiſmo*, & *Euchariſt* Hugo Victorin. *in* 1. *ad Corinth. quæſt*. 102. Magiſt. *in* 4. *ſentent. diſtinct*. 5. vbi Bonauent *quæſt*. 1. & Scot. etiam *quæſt*. 1. S. Thom. *lib*. 4 *contra gentiles*, *cap*. 77. & *part*. 3. *quæſt*. 64. *art*. 5. Durand. *in rationali diuinorum*, *lib* 4. *cap*. 1. *verſ. in Sacramento*, Catharin. Senenſ. *tract*. 3 *cap*. 115. Thom. VValdenſ. *tom*. 2. *de Sacramentis*, *cap*. 1. Turrecremata *in ſumm. de Eccleſia*, *lib*. 1. *cap*. 99. Chamerot. *de Sacramentis cap* 2 *dub*. 4. Barthol. ab Angelis *de Sacramentis dialog* 1. §. 38. Henriquez *in ſumm. lib*. 1. *cap*. 29. Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico*, *tom* 2 *lib*. 5 *art*. 2. Petrum de Ledeſma *in ſumm part* 1 *tract de Euchariſtia*, *cap*. 9. *concluſ*. 8. Cened. *ad decretum collect*. 39. *num* 3. Sayr. *de Sacramentis in genere*, *lib*. 5. *cap*. 4. & *lib*. 2 *cap* 6 *art*. 2 *quæſt. vnic*. Suar. *tom*. 3 *diſput*. 13. *ſect*. 4. Vaſquez *in* 2. *part*. *D. Thomæ*, *tom*. 3 *diſp*. 137. *num* 18. Ægid. de Coninck *de Sacramentis*, *quæſt*. 64 *art*. 5. & *quæſt*. 82. *n*. 14. Valer Reginald *in praxi fori pœnitent. lib*. 26 *num* 34. Bonacin *de Sacrament. diſp*. 1. *quæſt*. 1. *puncto* 2. §. 1 *num*. 1. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis*, *tract*. 1. *cap*. 7. *n*. 15. 17. 19. & 22. Paul. Laymann. *in Theologia morali*, *lib*. 5. *tract*. 1. *cap*. 5. *n*. 6. Valent. *tomo* 4 *diſp*. 4 *quæſt*. 5. *puncto* 3. Cardin Bellarm. *lib* 1. *de Sacramentis*, *cap*. 26. Torreblanca *de iure ſpirit. lib* 2. *c*. 4 *num* 47. vbi *num* 48. tenet in peccato exiſtentem ex tali adminiſtratione peccare mortaliter, ſiue ſe ingerat, ſiue adminiſtret ex officij neceſſitate, Hurtado *de Sacramentis*, *diſputat*. 4. *de Sacramentis in genere*, *difficult*. 4 vbi *difficultate* 9. quærit vtrùm in Miniſtro requiſita ſit ſanctitas vt licitè adminiſtret Sacramenta. 14.

ξ CANON XIII.] Vide Henriquez *in ſumm. lib*. 1. *cap*. 11. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom*. 1. *quæſt*. 66 *num* 99 & *quæſt*. 71. *n* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib*. 26. *n*. 10. & 28. *cum ſeqq*. Petr. de Ledeſma *in ſumm p*. 1. *de Sacrament*. vbi de Baptiſmo. *cap* 12 *concluſ. vlt. in fine*. Bonac. *de Sacrament. diſput*. 1 *quæſt. vlt*. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p* 1. *tract*. 4 *cap*. 1. *quæſ* 7. *in fin*. Molf. *ſumm. Theologiæ moralis*, *tract*. 1. *cap*. 9. *num*. 7. Hurtado *de Sacramentis*, *tract. de Confirmat. difficult*. 14. *in fine*. 15.

DE BAPTISMO.

1. *Doctores de ſacramento Baptiſmi agentes.*
2. *Baptiſmus Ioannis non habuit eandem vim cum Baptiſmo Chriſti.*
3. *Aqua vera & naturalis eſt de neceſſitate Baptiſmi.*
4. *Eccleſia Romana omnium aliarum mater, & magiſtra.*
5. *Baptiſmus datus ab hæreticis cum intentione faciendi quod facit Eccleſia eſt verus.*
   Cyprianus reprobatur. ibid.
6. *Baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem.*
7. *Baptizatus poteſt gratiam amittere per peccatum quamvis nolit.*
8. *Baptizati per Baptiſmum ipſum vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ debitores ſiunt.*
9. *Baptizati ſubiiciuntur omnibus S. Eccleſiæ præceptis.*
10. *Peccata quæ poſt Baptiſmum ſiunt ſola fide ſuſcepti Baptiſmi non dimittuntur.*
11. *Baptiſmus ritè collatus non eſt iterandus illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiam conuertitur.*
12. *Baptizandũ neminem eſſe niſi ea ætate, qua Chriſtus Baptizatus eſt, ſi quis dixerit, anathema ſit.*
13. *Paruuli ſuſcipiunt Baptiſmum quamvis actum credendi non habeant.*
14. *Paruuli baptizati cùm adoleuerint interrogandi non ſunt an ratum habere velint quod patrini eorum nomine polliciti ſunt.*

α CANON I.

SI quis dixerit, *a* Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum Baptiſmo Chriſti, anathema ſit.

β CANON II.

Si quis dixerit, *b* aquam veram, & naturalem non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque ideò verba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, ad metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit.

γ CANON III.

Si quis dixerit, *c* in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, non eſſe veram de Baptiſmi ſacramento doctrinam, anathema ſit.

δ CANON IV.

Si quis dixerit, *d* Baptiſmum qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum Baptiſmum, anathema ſit.

ε CANON V.

Si quis dixerit, *e* Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.

ζ CANON VI.

Si quis dixerit, baptizatum non poſſe, etiam ſi velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, niſi nolit credere, anathema ſit.

η CANON VII.

Si quis dixerit, *f* baptizatos per Baptiſmum ipſum ſolius tantùm fidei debitores fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ, anathema ſit.

θ CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare non teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſummittere voluerint, anathema ſit.

a Aug. Enchir. c. 49. cap. aliud & c. non regenerabantur de conſecr. diſt. 4.
b Cap. pro. de Baptiſm. Ioan 3. cap. filius, & c. non dubito de conſecr. diſt 2.
c Canon nõ decet, 12. diſt. c. ad abolendam de hæretic.
d Concil. Flor. in decret. Eugenij c. dictum, §. quod verò cum 2. cap. ſeq. 1. q. 1.
e Ioan. 3. c. nulla præter. de conſecr. diſt. 4.
f Sic ad Galat. 5. dicit Paul. Teſtificor omni homini, &c.

ι CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt vi promiſſionis, in Baptiſmo ipſo iam factæ, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea & fidei, quam profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi Baptiſmo, anathema ſit.

κ CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fide ſuſcepti Baptiſmi vel dimitti, vel venialia fieri, anathema ſit.

λ CANON XI.

Si quis dixerit, verum, & ritè collatum Baptiſmum iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiam conuertitur, anathema ſit.

μ CANON XII.

Si quis dixerit, neminem eſſe baptizandum, niſi ea ætate qua Chriſtus baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, anathema ſit.

ν CANON XIII.

Si quis dixerit, paruulos, eo quòd actum credendi non habeant, ſuſcepto Baptiſmo *g* inter fideles computandos non eſſe: ac propterea, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe

g Aug. lib. de pecc. mort. & remiſ. c. 39. & l. 3. c. 2.

eſſe rebaptizandos: aut præſtare omitti eorum Baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit.

ξ CANON XIV.

Si quis dixerit, huiuſmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod patrini, eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti ſunt: &, vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ, aliorũ[m]que Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, anathema ſit.

1. Vide Magiſtr. & Theologos *in 4. diſt. 3.* vbi Sot. S. Thom *p 3. q. 66 cum ſeqq.* vbi Cabrera, Didac. Nugnez, Catech. Roman. *tit. de Baptiſmo*, Tabien. Araul Angel, Syluest. & alios Summiſtas *verb. Baptiſmum*. Lancellot. *in inſtit. canonic. titul. de Baptiſmo*, Archiepiſc. Bononienſ. ſub Illuſtriſſimo Card. Paleotho *part. 3. a princip.* Card Bellarmin. *in controuerſ. catholic. tom. 2. lib vnic. de Baptiſmo*, Viuald *in candel. aureo*, vbi de Sacram. Baptiſmi, Henriq. *in summ. lib. 2 de Baptiſmo*, Petr. Sot. *lect. 1. de Baptiſmo*, Card Tolet. *in inſtruct. Sacerd, lib. 2. c. 18* Suar. *tom. 3. de Sacram. diſp. 19. cum ſeqq* Barthol. ab Angelis *de Sacram. dial. 1. & 2.* Chamerot. *in eod tract.* vbi de Baptiſmo, Vazq. *in 3. p. tom. 3. diſp. 140 cum ſeqq.* Valent. *tom 4. diſp. 4.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 25.* Carril. *in tabula Sacram. tit. de Sacram. Baptiſmi*. Petr. de Ledeſma *in ſumm part. 1. de Sacram.* vbi de Baptiſmo, Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 27.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p. 2. lib. 2. cap. 1.* Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit 84.* Poſſeuin. *de officio Curati, cap. 6.* Ægid. de Coninx. *de Sacram. tom. 1. q. 66.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. à q. 1. vſque ad 14.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 2. de Baptiſmo*, Fernandez *in examine Theologia moral. p 3. c. 1.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract 4 c. 1 de Baptiſmo*, Filliuc. *in quaeſt. moral. tom. 1. tract. 2.* Ioan. Maldonat. *in tr. de Baptiſmo*. Paul. Laymann. *in Theolog. moral. lib. 5. tractat. 2.* Torreblanc. *de iure ſpirit. lib. 2. c. 4. & 5.* Hurtado *in tract. de Sacram. Baptiſmi*, meipſum *de officio, & poteſt. Parochi cap. 18.*

2. α CANON I.] Vide Baſil. Magn. *in exhortat. ad Baptiſmum, verſ. Ioannes*, Gregor. Nazianz. *orat 39.* quæ eſt oratio panegyrica in ſancta lumina, Cyril. Alexand. *lib. 1. in Ioannem, cap. 26. & lib. 2. cap. 57.* Tertullian. *lib. de Baptiſmo, c. 10* Aug. *in Enchirid. ad Laurentium, cap. 49.* Gregor. Magn. *ſuper Euangelia homil. 7.* Iſidor. Hiſpalen. *de officio Eccleſ. lib 2. cap 24.* Anſelm. *ad c. 3. Matthei, verſ. Baptiſmus Ioannis*, Vgo. Victorin. *tractat. 5. de Baptiſmo, c. 1 & de Sacram. fidei lib. 2. p. 6. c. 6.* Magiſtr. *in 4 ſent. diſt. 2.* vbi Durand. *q. 4.* & Paludan. *q. 2. art. 3* S. Thom. *p. 3. q. 38. art. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 2. cap. 32. §. 4. & 5.* Franc Pitigian. *diſt. 2 quaeſt. 2. art. 4.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini. p. 1. lib. 2 cap. 3. prope fin.* Iodoc. Cocc. *in theſauro catholico, tom. 2. l 5 art. 5.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 84. num. 7.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p. 3 c. 2. § 1. n. 2.* Bonacin. *de Sacram diſp 2. in princip.* Molfeſ *in ſum. Theologia moralis, tract 4. cap. 1. n 98. in fine.*

3. β CANON II.] Vide Nauarr. *in man c 22. num. 5. & 6.* Cardin. Bellarm. *lib. vnic. de Baptiſmo cap. 4.* Henriq. *in ſumm. lib. 2 cap. 6.* Suar. *tom. 3. q. 66. art 4. diſp. 20. ſect. 1.* Balduin. iun. *ſupra opera controuerſiar. Bellarmini lib. 2. cap. 1. verſ. de materia Baptiſmi*, Valer. Reginald *in praxi fori poenit lib. 27. num. 10.* Ægid. de Coninx *de Sacram quaeſt. 66 n. 20.* Valent. *tom. 4. diſp. 4 quaeſt. 1. puncto 2.* Viuald. *in candelabro aureo*, vbi de Baptiſmo, *cap. 2. num. 4.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. tract. de Sacrament. Baptiſmi, cap. 3. verſ. primera concluſ.* Poſſeuin. *de officio Curati cap 6. de Baptiſmo num 2.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 2. quaeſt. 2. puncto 3. num. 1.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 3 cap. 2. § 3. num. 1. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moral. tract 4. c. 1. num. 32* Filliuc. *in quaeſt moralib. tom. 1. tract. 2. de Sacrament. Baptiſmi, c. 2. num. 23.* Torreblanc. *de iure ſpirit. lib. 2. c. 5 à num. 9.* Hurtado *de Sacrament. diſput. 1. de Baptiſmo diffic. 2. cum ſeqq.* citatos per me *in collect. ad cap. 1. num. 19. de ſumma Trinit.*

γ CANON III] De Eccleſia Romana omnium aliarum matre, & magiſtra, agunt Doctores, quos plena manu citaui *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 1. tit. 3 cap 2 num. 14.* 4.

δ CANON IV.] Vide Victor. *de Sacram. quaeſt. 28.* Conrad Brun. *de haeret. in 6. c. 2.* Simanch. *de inſtit. cathol cap. 52 n. 2* Henriq. *in ſumma lib. 1. c. 28 in princip & lib. 2. c. 28. § 2.* Nugn. *p. 3. q. 67. art. 5. diff. c 2.* Camp. *in diuerſ. iuris can. rub. 1. n. 103* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. c. 2. § 4. à n. 1.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 2. quaeſt. 2. puncto 5. n. 6.* Torreblanc. *de iure ſpirit. lib. 2. c. 5. n 8 & 9.* Licèt autem Cyprianus in Concil. Prouinciali Carthagin. circa annum Domini 256. decreuerit baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos, eique ſubſcripſerint ampliùs quàm octoginta Epiſcopi ex Prouincia Africana, Numidia, & Mauritania, vt refertur *in cap. ſi quis inquit 1. quaeſt. 1. & in c quomodo, de conſecr. diſt. 4.* ipſumque propterea errore lapſum dixerit Auguſt. *l 5. de Baptiſmo, cap. 2. & lib. 6. contra Donatiſtas c 23.* eique grauiter propterea reſtiterit Stephan Papa, illúmque reprobauerit atque correxerit, vt Euſeb. docet *lib. 7 hiſtoria Eccleſ c. 3. & 4.* poſt D. Hieron. *in dialog. aduersùs Luciferianos*, ob id tamen haudquaquam hæreticus exiſtimatus fuit idem Cyprian. ſiquidem non pertinaciter, ſed inaduertenter illud protuliſſe fertur, ac poſtmodum veritate manifeſtius cognita ſe correxit, & retractauit, necnon Stephani decreto vnà cum Epiſcopis illius obtemperauit, teſte Vincent. Lyrinenſi *in ſuo libello aduersùs prophanas hæreſum nouationes*, & Penia *ad direct. Inquiſit p 2. quaeſt. 17. commento 42 verſ ſciendum eſt.* Hactenus Campan. *loco proximè citato.* 5.

ε CANON V.] Vide Paul Fuſc. *de viſitat. lib 1. cap. 7. n 2.* Henriq. *in ſumma lib 2. c. 3.* Suar. *tom. 3. diſp 27.* Sayr. *de Sacram in genere lib 6 c 4. quaeſ. 1. verſ eſt quidem Baptiſmus*, Ægid. de Coninx *de Sacram. & cenſur tom. 1. q. 68. n. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit lib. 27. n. 7.* Bonacin. *de Sacram. diſp 2. quaeſt. 2 puncto 2. num. 3.* Filliuc. *in quaeſt. moral. tom. 1. tract. 2. de Sacram Baptiſmi, num. 116. & 128.* 6.

ζ CANON VI] Vide Henriq *in ſumm lib. 1. cap. 12. § 6.* Vaſq. *in 3. p D. Thomæ tom 2. diſp 156. num. 6. in fine*, Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1.* vbi de Baptiſmo, *cap 8 concl. 1.* Bonacin *de Sacram. diſp 2. q 4 puncto 7.* 7.

η CANON VII.] Vide Cardin. Bellarm *lib.* 8.

*vnic. de Baptiſmo, cap.*15. Henriq. *in ſumma lib.*1. *cap.*12. §.6. *litt.T,* Valent. *tom.*4. *diſp.* 4. *quæſt.*4. *puncto* 1. *ad fin.* Vazq.*in* 3. *p.tom.*2. *diſp.*156.*n.*68. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*27. *num.*64. Bonacin. *de Sacram.diſp.*2. *q.* 2. *puncto* 7. *num.*12. *verſ. tertius eſt*, Molſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.*4. *c.*1. *num.*55.

9. θ Canon VIII.] Vide Card. Bellarmin. *lib.vnic.de Baptiſmo, c.*16. & *lib.*2. *de Sacram. c.*29. Henriq. *in ſumma lib.*1. *c.*12. §.6. *littera V,* Vazq. *in* 3. *p.tom.*2. *diſp.*156. *num* 69.

ι Canon IX.] Vide Card. Bellarm. *lib. vnico, de Baptiſmo, c.*17. Vazq. *in* 3. *part tom.*2. *diſp.*156. *num.*70.

10. κ Canon X.] Vide Card. Bellarmin. *libro vnic.de Baptiſmo, cap.*18. & *lib* 1. *de pœnit. cap.*11. *col.antepen.* & *c.*12 *cum duobus ſeqq.*Henriq.*in ſum. lib.*4. *c.*1. *in proœm.*§.4.*lit.B.* Vazq. *in* 3.*p. tom.*2. *diſp.*156 *n.*73. Galganet. *de iure publico lib.*3.*tit.*84. *n.*20. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.*1. *tract.*2. *de Sacram. Baptiſmi, num.*114.

11. λ Canon XI.] Vide Sebaſt.Medic. *in ſumma omnium hæreſum, in ſexta hæreſi. pag.*69. Rupert. Inquiſit. *verb. Baptiſmus, verſ. ſed iteratio*, Vazq. *in* 3 *p. tom.*2. *diſp.*146. *num.*6. Suar. *tom.*3. *diſp.*12. *ſect.* 2. & *diſput.*31. *ſect.* 6. *verſ ſecundò notandum.* Iacob.de Graſſ. *in aureis deciſ p.*2. *l.*1. *c.*1. *n.*10.& 11. Cened. *ad decretum collect.* 63. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.*7. *num.*10. *in prin.* Filliuc *in quæſt. moral. tom.*1. *tract.*2. *de Sacramento Baptiſmi, num* 151. Torrebianc. *de iure ſpirit. lib.*2 *c.*4 *n.*46. Hurtado *de Sacram. diſput.*1. *de Baptiſm. diffic.*11. *cum ſeqq.*

12. μ Canon XII.] Vide Card. Bellarmin. *lib.vnic.de Baptiſmo, cap.* 8. & 9. Vazq. *in* 3.*part. tom.*2. *diſp.*154. *n.*3. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.*4. *c.*1. *n.*49. Filliuc. *in quæſt. moralis tom.*1. *tract.*2. *de Sacram. Baptiſmi, n.*136.

ν Canon XIII.] Vide Clem.Roman.*conſtit.Apoſt lib.*6.*c.*15.*verſ.baptizate.*Origen. *hom.*14. *in Lucam,verſ.paruuli baptizantur*, Ambroſ.*lib.*10. *epiſt.*84. Aug. *contra Donatiſtas lib.*4. *c.*23. & 24. & *in enchirid. ad Laurentium, c.*43. *verſ. à paruulo,* & *lib.*3. *de anima, cap.*9. Cœleſtin. Papam *epiſt. ad Galliarum Epiſcopos, c.*12. Leon.I. *epiſt.*39. *ad Leonem Rauennaten.* Greg.Magn. *lib.*1.*epiſt.*41.& *lib.*3. *epiſt.*9. Iſidor.Hiſpalen *de ſummo bono lib.*1.*c.*24. & *de Eccleſ.offic.lib.*2.*c.*14. Bernard. *epiſt.*77. & 240. *verſ paruulis,* Hug Victorin. *tract.*5.*de Sacrament. Baptiſmi, c.*6. & *lib.*2. *de anima c.*28. Th.VValden. *tom.*3. *tract.*5. *c.*154. Ioan. Gerſon. *de vita animæ ſpirituali lib* 2. Laurent.Iuſtin. *de perfectionis gradibus c.*14. *verſ. pueris*, Mageſt. *in* 4. *diſt.*4. S.Thom. *p.*3. *quæſt.*68. Henriq. *in ſum. lib.*1.*c.*17. §.5.*litt.H,* & *I,* & *lib.*2. *c.*15. §.2. *litt.D*, Paul. Fuſ. *de viſitat. lib.*2. *c.*21. *n* 8. *in fin.* Iodoc. Cocc. *in theſauro catholico lib.*5.*art.*6. Balduin.iun.*ſuper opera controuerſ Bellarmini p.*2. *lib.*2. *c.*2. *verſ. de prima quæſtione*, Ægid. de Coniock *de Sacram. tom.*1. *q.*68. *art* 9. *num.*58. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*27.*num.*34. Pagnin. Gaudent. *de dogmatibus, & ritibus veteris Eccleſiæ, c* 50. Torreblanc.*de iure ſpirit.lib.*1. *c.*2. *num.*13. & *c.*5. *à n.*27. Hurtado *de Sacram. diſp.*1. *de Baptiſmo, diffic.*2. 13.

ξ Canon XIV.] Vide Henriq. *in ſumma lib.*2.*c.*15.§.2. *litt.E,* & *c* 24. §.1. *litt.B,* Vazq.*in* 3. *p.tom.*2.*q* 68. *diſput.*154. *num.*3. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.*1 *tract de Baptiſmo c.*8.*concl.*9. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract.*4. *c.*1. *num.*49. *in med.* & *num.*80. 14.

DE CONFIRMATIONE.

1. *Doctores de Sacramento Confirmationis agentes.*
2. *Confirmatio baptizatorum eſt verum & proprium Sacramentum.*
3. *Epiſcopus ſolus eſt ordinarius miniſter ſanctæ Confirmationis.*
4. *Confirmationis Sacramentum non poteſt adminiſtrari ab Abbate etiam conſecrato qui non ſit Epiſcopus, nec à ſimplici ſacerdote, niſi tantum ex delegatione Papæ.*
5. *Abbates ex priuilegio Sedis Apoſtol. de conſenſu Ordinarij Confirmationis Sacramentum conferre poſſunt.*

α Canon I.

SI quis dixerit, *a* Confirmationem baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi, fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit.

a Cap. nullus miniſtrorum de cõſecr. d.4.

β Canon II.

Si quis dixerit, *b* iniurioſ eſſe Spiritui ſancto eos, qui ſacro Confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt, anathema ſit.

b Vide fin. ep. Vrban.1. ad omnes, &c.1. cum ſeq.de conſ. diſt. 5.

γ Canon III.

SI quis dixerit, *c* ſanctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem ſacerdotem, anathema ſit.

c Cap. manus, de cõſ. diſt.5. Concil. Flor. loco citato. Vide Euſeb. Papam in epiſt. ad Epiſ. Tuſciæ Melchia. de Heſp. Innoc 1 ep.1.c.3.& ſeſſ.25 c.4.

1. VIde Tabien. Armil. Angel. Sylueſt. & alios Summiſtas *verb.Confirmatio*, Catechiſm. Roman *tit.Confirmat.* Caſtr. *lib.*4. *aduerſus hæreſes, verb.Confirmatio*, Alph. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontific. tit. de Confirmatione*, Anton. Cuch. *lib.*5. *inſtit.maior.tit.*3.*de Sacram.Confirmat.* Conarr. *lib.*1.*var.cap.*10. Nauarr.*in man.cap.*22.*num.*8. Angl. *in floribus Theolog. p.*1. *de Confirmatione*, Candel. Aureum *eod. tit.* Cardin. Bellarmin. *lib.vnic. de Sacram. Confirmat* Petr. Greg *ſyntagm. iuris lib.*2. *c.*15. Henriq *in ſumma lib* 3. Suar. *tom.*3 *diſput.*36 Iacob.de Graſſ. *in aureis deciſ.p.*2 *lib.*1.*cap.*5. Ioan Maldonat. *in tract. de Confirmat.* Petr. de Ledeſma *In ſumma p.*1. *tract. de Sacrament. Confirmat.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l.*28. Galganet. *de iure publico lib.*3.*tit.*86. Bonacin. *de Sacram. diſput* 3. Fernandez *in examine Theolog moral p.*2.*c.*3. Molſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract.* 4. *cap.*2. Filliuc. *in quæſt.*

quaeſt. moralib. tom. 1. *tract.* 3. Maurit. de Alzedo *in praxi Epiſcopi p.* 2. *c.* 4. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *allegat.* 30. Paul. Layman. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 3. Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Sacram. Confirm.* Zerol. *in praxi Epiſcopi p.* 1. *verb. Chriſma*, Zambran *de caſib. occurrentib. in art. mortis c.* 2. *de Confirmat.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 26. Torreblanc. *in practicabilibus iuris ſpirit. lib.* 2. *cap.* 6. *per tot.* Hurtado *in tract. de Sacrament. Confirmationis.*

2. α CANON I.] Vide Henriq. *in ſumm. lib.* 1. *c.* 3. *§.* 2. *& lib.* 3. *c.* 1. *§.* 2. Sayr. *de Sacram. in genere lib.* 2. *cap.* 1. *quaeſ.* 3 *art.* 2 *verſ. verior itaque opinio*, Valer. Reginald. *in praxi fori paenit. lib* 28. *n.* 4. *&* 28. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.* 1 *tract. de Sacr. Confirmationis c.* 1. *concl.* 2. Piaſec. *in praxi Epiſcopi p.* 1. *c.* 3. *num.* 1. *verſ. eſt autem*, Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract.* 4. *c.* 2. *n.* 20. Paul. Laymann. *in Theologia moral. lib.* 5. *c.* 1. Torreblanc. *d lib.* 2. *c.* 6. *n* 9 Hurtado *de Sacram. Confirmat. diff.* 2.

β CANON II.] Vide Sayr. *de Sacrament. in genere lib.* 2. *c.* 1. *q.* 3. *art.* 2. *verſ. verior itaque opinio*, *& l.* 5. *c.* 1. *quaeſ. vnic. art.* 2. *verſ. de Confirmatione*, Piaſec. *in praxi Epiſcop p.* 1. *c.* 3. *n.* 1. *verſ. eſt autem*, Fernandez *in examine Theologia moralis p.* 2. *c.* 3. *§.* 1. *n.* 1. Filliuc. *in quaeſt. moralib. tom.* 1. *tract.* 3. *de Sacram. Confirmationis n* 8. *&* 44.

3. γ CANON III.] Vide Euſeb. 1. *epiſt.* 1. Leon. *epiſt.* 88. Gregor. *in regiſt.* 3. *epiſt.* 9. Canil *de Confirmat. c.* 3. Durand. *in rationali diuinorum Officiorum lib.* 5. *c.* 84. *n.* 1. Alph. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontificij tit. de Confirmat. pag. mihi* 179 Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *n.* 6. *&* 14. Nauarr. *in man c.* 22. *num.* 8. *verſ. d xi Epiſcopus*, Suar. *tom* 3. *diſput.* 36. Henriq. *in ſumm. lib.* 3. *c.* 6. Cardin. Bellarm. *libro vnic de Confirmat. cap.* 12. Iodoc. Cocc *in theſauro catholico tom.* 2. *lib.* 5. *art. vlt.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p.* 2. *lib.* 2. *c.* 6 *prope fin. verſ. Catholici omnes*, Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.* . *de Sacram.* vbi *de Confirmatione*, *cap.* 9. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 1. *quaeſt.* 72. *num.* 97. *& num.* 105. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *c.* 3. *de Confirmat. num.* 1. *pag.* 72. Chamerot. *de Sacram. tract. de Confirmat. c.* 5. *de miniſtro Confirmat* Ioan. Maldonat. *in tract. de Confirmat. quaeſt.* 2. Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi c.* 25. *n.* 2. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Praelator. tom.* 1. *q* 44. *art.* 1. *concl. vnica in fine*, Anguian. *de legib. lib.* 2. *contr.* 1. *n.* 69. Steph. Grat. *diſceptat. forenſ. tom.* 4. *c.* 738. *n.* 38. Rotam impreſſam per Poſtiū *poſt ſuum tract. mandati de manut. deciſ.* 64. *n.* 11. Torreblanc. *de iure publico lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 23. Hurtado *de Sacram. tract. de Confirmat. diffic.* 12. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 3. *quaeſt. vnica, puncto* 2. *num.* 3. Petr. Sot. *in lection. de inſtit. Sacerd. lect.* 2. *de Sacram. Confirmat. verſ. de miniſtro*, Anguian. *de legib. lib.* 2. *controuerſ.* 1. *n.* 71. Suar. *de relig. tom.* 4. *l.* 2. *c.* 30 *n.* 2. Fernandez *in examine Theologia moralis, p.* 3. *c.* 3. *§.* 3. *n.* 2. Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract.* 4 *c.* 2. *n.* 26. Maurit. Alzedo *in praxi Epiſcop. part.* 1. *c.* 4. *n.* 1. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p* 2. *alleg.* 30. *n.* 1. Paul. Layman. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 3. *c.* 6.

4. Hinc Doctores inferunt, Confirmationis Sacramentum ita eſſe actum Ordinis Epiſcopalis, vt non poſſit adminiſtrari ab Abbate etiam conſecrato qui non ſit Epiſcopus, nec à ſimplici ſacerdote de Epiſcopi licentia, niſi tantùm ex delegatione ſummi Pontificis, ita docent S. Thom. 3. *p. q.* 72. *art.* 11. vbi Nugn. *dub.* 2. Coninck *n.* 97. *&* 105. Couarr. *d. c.* 10. *n.* 6. *&* 14 Victorin. *de Sacram. n.* 49. Angl. *in floribus Theol. quaeſt. tit de Confirmat. art.* 8. *concl.* .. Card Bellarm. *de Confirmat. c.* 12. Nauarr. *d. n.* 8. *& conſil.* 14. *n.* 2. *de priuileg. in nouis*, Henriq. *d. c.* 6. *§* 4. *& lib.* 1. *c.* 26. *§.* 5. *litt. G, & lib.* 10. *cap.* 23. *§.* 1. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 5 *n.* 29. *&* 30. *& tom.* 1. *conſil ſub tit de ſacra vnctione*, *conſ.* 1. *n.* 5. *cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p.* 1. *de Sacram.* vbi de Confirmat. *c.* 9. Franc. de Pitigian. *diſt* 7. *q.* 1. *art.* 5. 10. *&* 18. Valent. *tom* 4 *diſp.* 5. *q.* 2. *puncto* 1. Vaſq. *in* 3 *p. q.* 72. *art.* 2. *diſp.* 219. *cap.* 1. *n.* 3. Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi*, *c.* 15. *n* 5. Fernandez *in examine Theolog. moralis, p* 3. *cap* 3. *§.* 3. *num.* 3. Molf. *d. c.* 2. *n* 17. Maurit. Alzed. *d. c.* 4 *n.* 2. *&* 25. Fr. Emman. *q. regular. tom.* 1. *q.* 18. *art.* 1. Azor. *inſtitut. moral p.* 2. *lib.* 3. *c.* 30. *q.* 4. *verſ. In primis*, Chamerot *d. c.* 5. *in fine*, Ludouic. Miranda *d. q.* 24 *art.* 4. Valer. Reginald. *d. lib.* 28. *n.* 17. *cum ſeqq.* Bonacin. *d puncto* 2. *n.* 3. *verſ dixi*, Torreblanc. *in pract. iuris ſpirit. lib* 2. *c.* 6. *n.* 26. Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. Sacram. Confirmat. n.* 8. Ioan. de Solorzano *de iure Indiar. tom.* 2. *l.* 3. *c.* 18. *num.* 34. Hurtado *d tract. de Confirmat. diffic.* 15. Ego ipſe *d. alleg.* 30. *n.* 3.

5. Vnde Abbates ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ de conſenſu Ordinarij Confirmationis Sacramentum conferre poſſe, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra*, *lib.* 1. *tit.* 18. *lib* 7. *de Epiſcopis*, *num.* 77. quem refero Ego ipſe *dicta alleg.* 30 *n.* 5. Ad Sacramentum enim Confirmationis licite conferendum iuriſdictio etiam requiritur, ideóque Epiſcopus alios confirmare non debet, quàm qui ſpiritualiter ipſi ſubditi ſunt, niſi habeant licentia ſaltem rationabiliter præſumpta proprij Ordinarij, vt ſi quis cum litteris dimiſſoriis ordinandos veniat, qui confirmatus nondum eſt, ante ordinationem confirmari poſſe notauit Henriq. *in ſumm. l.* 3. *c.* 6. *§.* 6. Zambran *de Confirmat. dub.* 2 *in.* 5. Paul. Layman. *d. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 2.

DE REFORMATIONE

Quis capax Regiminis Eccleſiarum Cathedralium.

CAPVT I.

1. *Epiſcopi quibus qualitatibus praediti.*
2. *Epiſcopus eligi debet qui ſit ex legitimo matrimonio natus.*
3. *Legitimatus per ſubſequens matrimonium ad Epiſcopatum habilis cenſetur*
4. *Legitimatus per ſubſequens matrimonium non eſt admittendus ad Cardinalatum.*
5. *Ætas 30. annorum completorum requiritur in promouendo ad Epiſcopatus culmen.*
6. *Conſecratus Epiſcopus ante annum 30. expletum non ſit irregularis.*
7. *Infans ſi conſecraretur Epiſcopus, nihil ageret.*

AD cathedralium α Eccleſiarum regimen nullus, α *niſi ex legitimo matrimonio natus*, β *ætate matura*, grauitate morum, γ *litterarúmque ſcientia*, iuxta conſtitutionem Alexandri

α Seſſ. 12. c. 2. plus exigitur.

Alexandri tertij, quæ incipit, *b* Cùm in cunctis, Concilio Lateranenſi promulgatam prædiτus aſſumatur.

b Parte 1. c. 3. conſtit. eiusſed l. 2. decret. tit. 6. cap. 7. cum in cunctis de election.

1. VIde Franciſc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ p. 1. cap. 3* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 2. tract. 32. cap. 3 del ſtado de los Obiſpos, concl. 10.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 5 cap. 4.* Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 1 tit 1. cap. 5. à num 4. & p. 2. alleg. 1. & in tract de iure Eccleſ lib. 1. cap. 9.* nouiſſime Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit. 1. pag. 17.* vbi *c. cùm in cunctis, de elect.* innouatur per hoc decretum Greg. XIV. *in conſt. ſua, incip. Onus Apoſtolico*, ſub dat. Romæ die 1. Maij 1590. quam refert Quarant. *in ſumm. Bullarii, verb. Electio, pag. mihi 309.* Vide *infrà ſeſſ. 12. de reformat. c. 2. & ſeſſ. 24 etiam de reform. c. 2*

2. *a Niſi ex legitimo matrimonio natus*, &c.] Nullus in Epiſcopum, niſi ex legitimo matrimonio natus, aſſumi debet, *cap. cùm in cunctis, cap. innotuit, de elect.* Franc. Leo *d. cap. 1. num. 8.* Ego ipſe *d. alleg 1. n. 32. & in collect. ad d. c. cùm in cunctis, num. 18.* & me citato in illis locis, Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom 1. tit 4 cap. 16. n. 14.* Vgolin. *de Epiſcopo p... c 1. §. 1. n. 5.* Maurit. de Alzedo *de præcellentia Epiſcop. dignit. p. 1. c. 3 n. 16.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 1. num. 32.*

3. Ex legitimo matrimonio natus iuris fictione dicitur, ac proinde ad Epiſcopatum habilis cenſetur, per ſubſequens matrimonium legitimatus, vt reſoluunt Cou. *de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 2. n. 30.* Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 6. tit. 4. n. 101. pag. 17.* Menoch. *conſ. 16. num 5. & 17. & conſ. 799. n. 12.* Suar. *tom. 5. de cenſur. diſp 50. ſect 5. à num. 10.* Bellet. *diſquiſ. clerical. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 2. num. 18.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib 2. cap. 14. quæſt. 14.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 11. c. 13. n. 117.* Iul. Lauor *d. c. 61. num. 61.* Peregr. *de fideicommiſſ. art 24. num. 12.* Surd. *de aliment. tit 8. priuileg. 67. num. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 7.* Baſil. Pont. *de matrim. lib. 1. c. 11 n. 5.* Sanctarel *var. reſolut. quæſt. 42. n. 18.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect dub. 73. num. 1* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1 cap. 67. n. 6* Franc. Leo *in theſauro fori Eccl. p. 1. c. 9. n 24.* Maurit. de Alzedo *d. p. 1. cap. 3. n. 18.* Ego ipſe *d. alleg 1 num. 33. & in collect. ad c. tanta, qui filij ſint legitimi, num. 24.*

4. Non ſic ad celſitudinem Cardinalatus admittendus eſt, vt expreſsè ſtatuit Sixtus V. *in conſtit. ſua*, incip. *Poſtquam verus*, ſub dat. 3. Non. Decembris 1595. & tradunt Henriq. *in ſumm. lib. 11. c. 20. §. 1.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. c. 10. num. 13. & 14.* Bellet. *diſquiſ cleric. part 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 3. num. 22.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub 11. c 13. n. 118. in fine*, Sanctarel. *d. q. 42. num. 19.* Ego ipſe *in collect ad d. c. tanta, num. 25.* Et iam ante illam conſtitutionem Sixti V. affirmauerat Nic. de Vbaldis *in tract. de ſucceſſion. p. 1 n. 89.* ſibi dum in Rota ius diceret dixiſſe Paulum II. à labe illegitimitatis Cardinalium cœtum immunem eſſe: & idem Nicol. de Vbaldis *loco citato*, & Ludouic. Gom. *in reg de triennali poſſeſſore q. 2.* citati ab Azor. *inſtit moral. part. 2. lib 6. c. 7. in fine*, referunt ſpurium quendam per Eugenium IV. in Cardinalem electum, antequam galerum acciperet è vita deceſſiſſe.

β Et ætatè matura] Iuxta text. *in d. c. cùm in cunctis*, nullus ad Epiſcopatus culmen promoueri poteſt, niſi qui iam trigeſimum ætatis ſuæ annum exegerit, id eſt, ingreſſus fuerit; ſed per dictam conſtit. Greg. XIV. expletum deſiderari tenent, Gutier. *canon. lib. 1. cap 26 n. 39.* Franc. Leo *d c 3. n. 7.* Petr. Gregor *ſyntagm iuris p. 2. lib. 17. c. 6. n. 12.* Cardoſ. *in praxi iudicum verb. Epiſcopus n. 2.* Caſtro Palao *in opere mor. tom 2. tract. 13 diſp. 4. puncto 3. n. 1.* Balthaſ. ab Angelis *ad auth. Presbyteros, C. de Epiſc. & cleric. n. 1 pag. 51.* Alzed. *de praexcellent. Epiſc. dign. p. 1. c. 3 n 22* Azor. *d p 2 lib. 6. cap. 5. in princip.* Fr. Ludouic. à Miranda *de ordine iudic quæſt. 4. art 2. concluſ. 3.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. n. 104.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 163. verſ. primò*, Menoch. *de arbitr. caſu 427. n 24.* Henriq. *in ſumma lib. 10. c. 19. § 3. & lib. 14 c. 9. in princip. verſ ad Epiſcopatum*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1 titul. 2. l. 1. de ætate n. 18.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 3. n. 3. & c. 6. n. 44.* Filliuc. *tom. 3. tract 41. c. 5. n. 32.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ. 10. dub. 11 n. 19.* Viuian *in praxi iuriſpatr. lib. 1. c. 1. n. 188.* ſecundùm vlt. impreſſ. Lauor. *d. tom. 1 tit 4. cap. 16. num. 2.* Stephan. VVeyms *d loco num 1.* 5.

Vtrùm autem conſecratus Epiſcopus ante annum trigeſimum expletum fiat irregularis, incurratque alias pœnas inflictas aduersùs promotos ante ætatem? Negatiuè reſpondet Suar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 31 ſect. 1 n 29.* quem refert & ſequitur Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 7. c. 4 n. 17.* 6.

Sed quòd infans ſi conſecraretur Epiſcopus, nihil ageret, colligitur ex S. Thom *in ſuppl. ad 3. p. ſumm q. 39. art. 2.* Henriq. *in ſumma lib. 1 c. 21. §. 4. & lib. 10 c. 14. § 3.* Menoch. *de arbitr. cent. 5. caſu 427. n. 10.* nam requiritur ætas recipientis paſtoralem curam animarum, & quemadmodum carens vſu rationis eſt inhabilis ad matrimonium corporale, exigens interiorem conſenſum, vt ſcribit idem S. Thom. *in ſupplement. quæſt. 45. art. 4.* ita pariter ad ſpirituale, cum perſona conſecranda in Epiſcopum fiat ſponſus ſuæ Eccleſiæ. 7.

γ Et litterarum ſcientia.] Vide *infr. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 2.* 8.

Quòd duas Eccleſias nullus Prælatus regat.

CAPVT II.

1. *Papa ſolus poteſt vni duos Epiſcopatus conferre.*
2. *Epiſcopatus duos vnire poteſt ſolus Papa.*
3. *Epiſcopatus vnus quando alteri vnitur quomodo ſint functiones faciendæ.*
4. *Cardinales comprehenduntur hoc decreto.*

NEmo quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias, in titulum, ſiue commendam, aut alio

quovis

quovis nomine, *a* contra ſacrorum canonum inſtituta, recipere, & ſimul retinere præſumat: cùm valdè felix ſit ille cenſendus, *a cui vnam Eccleſiam bene*, ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit. Qui autem plures Eccleſias contra præſentis decreti tenorem nunc detinent, vna quam maluerint, retenta, reliquas infra ſex menſes, ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, alias infra annum dimittere teneantur: alioquin Eccleſiæ ipſæ, vltimò obtenta dumtaxat excepta, eo ipſo vacare cenſeantur.

a Sub Innoc. 3. 2. Lateran c. 29. alij quinque adhuc diſpenſabantur.

1. VIde Azor. *inſtit moral. p. 2. lib 6 c. 13. à princip.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 34. n. 138.*

Solum Papam poſſe vni duos Epiſcopatus conferre, per *cap. relatum 21. quæſt. 1. & cap. u cui 42. de elect. lib. 6.* reſoluunt Flamin. Pariſ. *de confident. q. 18. num. 9.* Abb. *quæſt. 1. colum 3. num. 6.* Card. Tuſc. *tom. 6. litt. P. concluſ. 49. num. 18.* & diſpenſare quòd quis obtineat duas Eccleſias Epiſcopales, Abb. *conſ. 101. Videtur primò, num. 6. lib. 2.* Card. Tuſc. *d. litt. P, conc. 69. n. 46.*

2. Et ſolùm poſſe duos Epiſcopatus vnire probant *cap. & temporis, cum ſeq. 16. q. 1. cap. ſicut vnire, de exceſſ Prælat.* & reſoluunt Duaren. *de benefic. lib. 5. cap. 6.* Rebuff. *in praxi benefic. titul. de vnionibus, à n. 22.* Cened. *ad Decretal. collect. 87. n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. c. 2. n. 60. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 30. tract. 3. n. 299.*

3. Quando vnus Epiſcopatus alteri vnitur, Epiſcopus in aliqua parte alterutrius reſidens ſuæ obligationi circa reſidentiam ſatisfacit, dum tamen in aliqua ex ſuis Cathedralibus reſideat temporibus à Conc. præſcriptis decreto *c. 1. verſ. eoſdem interim admonet, ſeſſ. 23* Synodus indicenda, & celebranda eſt ſingulis annis in quolibet Epiſcopatu, ſed ad illam in altero ex dictis Epiſcopatibus vnitis celebrandam nequaquam tenetur accedere clerus, alterius Epiſcopatus. Et clerus vnius Epiſcopatus non ſolùm tenetur ſacrum oleum accipere ab Epiſcopo illud in alio Epiſcopatu conficiente, verùm etiam cogi poteſt eidem Epiſcopo in huiuſmodi miniſterio aſſiſtere ad ſacrorum canonum præſcriptum; & ſi clericus vnius Epiſcopatus monitus ad recipiendum oleum ſanctum in alio confectum, in ſpretum ſui proprij Epiſcopi accipiens illud ab alieno, poteſt vltra peccatum mortale puniri ab Epiſcopo. Epiſcopus in vno ex dictis Epiſcopatibus exiſtens poteſt per ſe ipſum cognoſcere cauſas alterius ciuitatis, vel diœceſis, adhibito Notario ſibi benè viſo tam in proceſſibus conficiendis, quàm in actis viſitationis conſcribendis; ſed tamen debet eam habere rationem, vt id non paſſim, ſed rarò, & æqua ex cauſa fiat, & in arduis tantum & grauioribus negotiis, nè conſtitutio vnionis eludatur. Semper Epiſcopus exiſtens in vno ex dictis Epiſcopatibus inſcribendus, & appellandus eſt Epiſcopus illius in primo loco, & deinde alterius à quo abeſt; quod ſi extra diœceſim reſideat in negotiis ad vnum pertinentibus, eſt illius in primo loco Epiſcopus denominandus. Ita Aldan. *in compendio Canonicarum reſolut. lib. 2. tit 21. num. 5.* vbi refert ita fuiſſe deciſum *in cauſa Caſtellana, & Hortana 8. Iunij 1624.*

4. Cardinales comprehenduntur in hoc decreto, cùm ſimus in lege correctoria, & materia pœnali, maximus enim abuſus eſt, vt qui vix fructuosè vnam Eccleſiam regere poteſt, alteram accipere audeat, præſertim cùm vnuſquiſque in Eccleſia ſua reſidere teneatur, *cap... ſeſſ. 23. de reformat.* Ita Aldan. *d. lib. 2. tit. 3 num. 2.* vbi refert ita reſolutum.

a Cui vnam Eccleſiam bene, &c.] Vide Nauarr. *de orat. cap. 22. n. 22.*

Quòd Beneficia Eccleſiaſtica dignis, & reſidentibus conferantur.

CAPVT III.

1. *Inhabiles ad beneficia conſequenda qui.*
2. *Curati cogendi ſunt ad ſubeundum per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ea munera ad quæ tenentur.*
3. *Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatio facta indignis, vapit irritanda.*

INferiora beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis, & habilibus, *a & quæ in loco reſidere*, ac *b per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant*, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, in Lateranenſi, *γ quæ incipit*, a *Quia nonnulli*, & aliam Gregorij X. in generali Lugdunenſi Concilio, *δ quæ incipit*, b *Licet canon*, editam, conferantur: *ε aliter autem, facta collatio*, ſiue prouiſio, *ζ omnino irritetur*, & ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, *η quæ incipit*, * *Graue nimis*, ſe nouerit incurſum.

a Part. 1. c. 13. c. quia nõ nulli, de cler. nõ reſi. *b* Cap. licet Canon. de elect. in 6. decr. eiſd. c. graue nimis, de præbend. * Vide poſt fin. huius libri.

1. DE his qui inhabiles de iure ſunt ad beneficia conſequenda, agit nouiſſimè Squillante *de privileg. clericor. cap. 4. per totum*, & latè ego ipſe *de iure Eccleſiaſtico, lib 3. cap. 13.* vbi de hæreticis, eorúmque fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus, excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis perſonaliter irregularibus, bigamis, aleatoribus publicis, ſimoniacis in beneficio aſſequendo poſt priuationem, clericis malè vſurpantibus bona quæcumque, vel iura Eccleſiarum, concubinariis incorrigibilibus, coniugatis, laicis, illiteratis, corpore vitiatis, periuris, filiis, & nepotibus offendentium Cardinalem, & aliis. Et quoad noſtrum Regnum Portugalliæ, dixi latè *in tract. de Canonicis & Dignitatibus, cap. 13. num. 48.*

a Et quæ in loco reſidere, &c.] De reſidentia Epiſcoporum egi *in tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 53.* Et de reſidentia Parochorũ tractaui *de officio, & poteſt. Parochi, c. 8.* & de illa Canonicorum ac Dignitatũ dixi *in tract. hac de re edito, c. 20.*

2. *b Per ſeipſos curam ipſam exercere valeant.*] Curati cogendi ſunt ad ſubeundum per ſeipſos, & nõ per ſubſtitutos ea munera, ad quæ tenentur; tolerandum autem vt per ſubſtitutos ſuppleant in illis tantum

Digitized by Google

tantùm actibus, in quibus expreſſis verbis Canonum, decretorúmve Concilij permiſſum eis eſt, vt per Vicarios, coadiutores, vel ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi. Ita Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib.1. tit.7. num 2.* vbi dicit deciſum *die 3. Iulij 1591.*

γ *Quæ incipit, Quia nonnulli,* &c.] Vide Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas; conſtit. 10. pag. 85. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *c. quia nonnulli, de cleric. non reſid.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declaratur.

δ *Quæ incipit, Licèt Canon.*] Vide Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtitut. 3. pag. 23. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. licèt canon, de elect. l.6.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter.

3. ε *Aliter autem facta collatio*, &c.] Vide Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 52 art. 5.* vbi intelligit de indigno, non autem de collatione facta digno, prætermiſſo digniore, hanc enim non iubet Concilium irritari, refert Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 74.*

ζ *Omnino irritetur.*] Vide Nauarr. *in c. ſi quando, except. 18. ſub n. 4. de reſcript.* Salzed. ad Bernard *in pract. c. 21. litt. H. in nouiſſ. edit.* Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 63. n. 3.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *d. conſtit. num. 7.* ibi: *Quas pœnas* (dicti *cap. quia nonnulli*) *licet ſynodus Trid. non reperierit, neque expreſſerit, dubium tamen non eſt quin complexa ſit, & implicitè comprobauerit, quando tam ſerio monitum voluit quemcunque collatorem ordinarium ſe pœnas conſtitutionis generalis (id eſt d. cap. quia nonnulli) incurſurum, ſi perſonis indignis conferat beneficium Eccleſiaſticum ad ſuam collationem ſpectans. Quinimo dici poteſt hanc grauiorem pœnam Concilij generalis extendiſſe etiam ad eos, qui habilibus conferunt, dum vident eos vtrobique reſidere non poſſe, propterea quòd æqualiter & coniunctim de iſtis, ſicuti de his diſpoſuerit, ac poſtea indiſtinctè voluerit eos pœnas Concilij generalis incurrere ſi contrauenerint.*

η *Quæ incip. Graue nimis*, &c.] Vide Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 13. pag. 120. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. graue nimis, de prabend. & dignit.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declaratur.

Quòd deinceps nullus plura incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica recipiat.

CAPVT IV.

1. *Beneficiorum incompatibilitatem qui Doctores tractent.*
2. *Incompatibilitatis decretum hoc procedit in illis, qui poſt Conc. Trid. recipiunt duos canonicatus,*
3. *Epiſcopus poteſt habenti canonicatum, aut beneficium ſimplex, quod ad vitam eius ſufficit, parochialem Eccleſiam conferre.*
4. *Vacatio primi ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi inducitur in reſidentiam requirentibus, aut alias quomodocunque incompatibilibus beneficiis.*
5. *Prabenda dimidia vacat per aſſecutionem canonicatus.*
6. *Portio vacat ipſo iure per aſſecutionem ſcholaſtria.*
7. *Canonicus obtinens dignitatem perdit canonicatum.*
8. *Dignitas retineri non poteſt vigore alicuius conſuetudinis cum portione.*
9. *Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro obtineri non poteſt cum canonicatu.*
10. *Capellanus in Eccleſia cathedrali tenetur ad reſidentiam ſtante fundatione capella cum onere quarundam Miſſarum & inſeruiendi in choro.*
11. *Capellania cum manſionaria an retineri poſſit.*
12. *Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure.*
13. *Capellania, & monaſterium, quorum fructus ſunt tenues, incompatibilia beneficia ſunt.*
14. *Parochialem vnam habens, & titulum alterius, tenetur alteram dimittere.*
15. *Non habet locum in duobus parochialibus, quarum altera vnita eſt beneficio ſimplici.*
16. *Beneficia plura vnita an poſſint retineri.*
17. *Procedit in iis tantum dignitatibus, & canonicatibus, quibus à principio coniuncta fuit cura animarum.*
18. *Beneficia incompatibilia per viam commenda perpetua retineri non poſſunt.*
19. *Commenda ad ſex menſes in Eccleſiis curatis fieri ſolita, amplius poſt Concil locum non habent.*
20. *Circa incompatibilitatem in beneficiis quatuor tempora ante Concil. conſiderantur.*

a Infr. ſeſſ. 2. de reform. c. 17.
b Suprà c. 2. cap. de multa, de præb. & cap. 26. in Conc. Lateran. 2.

QVicunque de cætero plura curata, *a* aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, *a ſiue per viam vnionis ad vitam, β ſeu commenda perpetua*, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam ſacrorum canonum, & præſertim conſtitutionis Innocentij III. quæ incipit, *b* De multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis, γ *iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem*, δ *ipſo iure*, *etiam* præſentis canonis vigore, priuatus exiſtat.

1. VIde Nauarr *conſil. 34. in antiq.* aliàs *conſil. 17. in nouis, de prabend.* Bayl *in floribus deciſ. ſub eodẽ tit. deciſ. 38.* Salzed. ad Bernard. *in practica cap. 49.* Sbroz. *de vicario Epiſcopi lib. 1. quæſt. 45.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 1. num. 12. & cum ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. B, concl. 64. & 66.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 13. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 474. & in deciſ. curia Arch. Neapol. p. 4. deciſ. 226.* Nic. Gare. *de benef. p. 11. c. 5. § 2. n. 182. cum ſeqq.* Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. in ſummam Bullary, verb. beneficior. reſignatio, cauſa 9.* Molfeſ. *in ſummam Theologia moralis tract. 6. cap. 9.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. c. 12. n. 28.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 7. de pluralitate benefic.* Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 62. num. 31.* Rot. *deciſ. 483 p. 3. diuerſ. & deciſ. 608. & 609 in 1. collect. nouiſſ.* Farin. aliàs *p. 4. diuerſ.* Nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 12. pag. 130. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur *cap. de multa, de prabend.* per decretum Concilij in præſenti.

Incom.

Digitized by Google

2. Incompatibilitatis decretum hoc procedere etiam in illis, qui poſt Concil. Trid. recipiunt duos Canonicatus, & retinent ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, deciſum referunt Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 5. n. 84. in 2. declar.* Armendar. *d. tit. 7. de pluralitate benefic. n. 13.* Nam quod de incompatibilibus beneficiis dicitur in hoc decreto, intelligendum eſt de omnibus beneficiis reſidentiam requirentibus, quæ aliquis poſt publicationem Concilij receperit, veluti duos canonicatus vel Canonicatus cum Parochiali, ita atteſtantur reſolutum Nicol. Garc. *d. n. 84. in 1. declar.* Armend. *dicto tit. 7. de pluralitate benef. n. 12.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 226. n. 7.*

3. Epiſcopus poteſt habenti Canonicatum, aut beneficium ſimplex, quod ad vitam eius ſufficit, parochialem Eccleſiam conferre, ſed adepta pacifica poſſeſſione Parochialis, vacat Canonicatus, ſeu beneficium ſimplex, vt referunt deciſum Nic. Garc. *d. num. 84. in 3. declar.* Armendar. *d. loco n. 14. & 15.* Sicut, & adepta pacifica poſſeſſione Canonicatus, vacat Parochialis, & illius Rector deſinit talis eſſe ipſo iure, vt poſt Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. n. 15. & 16.* tenuit Rota *in Mutinen. Canonicatus 13. Iunij 1614. coram bona mem. Vbald. ſen.*

4. In reſidentiam requirentibus, aut aliàs quomodocumque incompatibilibus beneficiis, (etiamſi Canonicatus ſint, vel portiones) inducitur vacatio primi ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi: iuxta *cap. de multa, de prebend.* Ita per text. in præſenti reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 393. in 1. edit. aliàs reſolut. 332. num. 12. in 2. edit.* Nicol. Garc. *d. n. 84. in 6. declarat.* Armendar. *d. loco num. 17.* Ego ipſe *d. part. 3. alleg. 62. num. 28.*

5. Per aſſecutionem Canonicatus vacare dimidiam præbendam, deciſum notant Nicol. Garc. *d. c. 5. num. 114.* Armendar. *d. l. 7. de pluralitate benefic. num 19.*

6. Per aſſecutionem Scholaſtriæ vacaſſe ipſo iure portionem, quam de Scholaſtria prouiſus in eadem Eccleſia obtinebat, reſpondit S. Congregatio quam non ſemel ſequuta eſt Rota, & ſignanter *in Zamonen. Canonicatus de Toro, 13. Martij 1598. coram Orano, & in Giennen. Portionis, 5. Iunij 1613. coram Vbaldo ſen.*

7. Canonicum obtinentem dignitatem perdere canonicatum, referunt deciſum Nic. Garc. *d. c. 5. n. 241.* Armendar. *d. loco n. 24.* Priuilegio tamen, vel conſuetudine poteſt aliquis in vna Eccleſia fungi duplici officio, vt ſit theſaurarius, & Canonicus, & propterea duplices lucrari diſtributiones, quia obtinet eas diuerſo iure, cum inter dignitates ſuppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos ſuppleat numerum Canonicorum, nec eget ſubſtituto: ita reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 245.* vbi *num. ſeqq.* quòd huic conſuetudini non cenſetur derogatum decreto Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat.* Armendar. *d. loco n. 25.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 62. n. 8.* Et tunc quotidianæ diſtributiones debentur tam ratione Archidiaconatus, quàm canonicatus, vt tenuit Rota *in Oriolen. Canonicatus 10. Iunij 1616. coram bona mem. Remboldo.*

8. Dignitas verò retineri non poteſt vigore alicuius conſuetudinis, cum portione pro qua teneretur ſubire ſeruitia inferiora. Rota *in Giennen. Portionis 5. Iunij 1613. coram bona mem. Vbaldo ſen.* Eodem modo vigore conſuetudinis huiuſmodi non poteſt obtinens canonicatum, cui poſt Concil. iniunctum eſt onus pœnitentiariæ, obtinere dignitatem in eadem Eccleſia, quia conſuetudo ſtrictè eſt interpretanda, cum quia nemo poteſt eſſe triplex in eadem Eccleſia, ex Nicol. Garc. *dict. p. 11. cap. 5. n. 249.*

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro obtineri non poteſt cum canonicatu, non autem ſi haberet ſimpliciter onus celebrandi Miſſam, niſi eſſent ſub eodem tecto, & tunc poterit diſpenſatione Apoſt. ita referunt deciſum Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 243. in 3. declar.* Armend. *d. l. 7. de incompatib. benefic. n. 23.* 9.

Capellanus in Eccleſia Cathedrali tenetur ad reſidentiam ſtante fundatione ſuæ Capellæ cum onere quarundam Miſſarum, & inſeruiendi in choro, ita Aldan. *in compendio canon. reſol. lib. 2. tit. 3. num 4.* vbi refert deciſum *in Ferrarien. 3. Decembris 1627.* 10.

Capellania habens onus celebrandi certas Miſſas, & coadiuuandi in cura animarum Eccleſiæ plebanatus, eſt beneficium incompatibile cum alio beneficio curato, aliàs perſonalem reſidentiam requirente, ex Aldan. *vbi ſuprà*, atteſtante ſic fuiſſe reſolutum *in vna Auerſana.*

Capellania cum manſionaria, habita ratione ad redditus annuorum fructuum vtriuſque beneficij, qui perquam tenues ſunt, ex Concil. decretis incompatibilis non eſt, ſi tamen vtrumq; ſit ſub eodem tecto, vt ſimul retineri poſſint, opus eſt Sedis Apoſtol. diſpenſatione, ita referunt deciſum Nic. Garc. *d. cap. 5. n. 245.* Armendar. *d. loco n. 21.* 11.

Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione. Ita reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. cap. 5. num. 98.* Armend. *d. loco num. 18.* 12.

Capellania, & monaſterium, quorum fructus ſunt tenues, incompatibilia beneficia ſunt, nec poſſunt retineri ſub eodem tecto ſine diſpenſatione Apoſt. Ita dicunt deciſum Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 243. in 2. declar.* Armendar. *d. loco n. 22.* 13.

Habens vnam Parochialem, & titulum alterius, cuius fructus ſunt alteri reſeruati, nihilominus alteram dimittere tenetur, ita atteſtantur reſolutum Nic. Garc. *d. c. 5. n. 134.* Armend. *d. loco n. 20.* 14.

Hoc decretum non habet locum in duabus Parochialibus, quarum altera vnita eſt beneficio ſimplici, vel dignitati, ſi Parochialis vnita eſt perpetuò, & acceſſoriè, vnde poteſt retineri, ſi modò vtrumque legitimè obtinuit. Ita Armendar. *d. l. 7. de incompatibilit. benefic. n. 53.* 15.

a Siue per viam vnionis.] Vide Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 12. quæſt 3. n. 49.* Quintanad. *Eccleſ. lib. 1. cap. 4. n. 12. & cap. 7. n. 7. & libro 4. temp. 8. num. 46.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 7. n. 147.* Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 5. n. 219.* 16.

Decretum hoc obſeruandum eſt in iis tantùm Dignitatibus & Canonicatibus quibus à principio coniuncta fuit cura animarum, non autem ſi ab initio illis cura annexa non eſſet, ſed poſtea, vt aiunt, ex poſtfacto. Ita deciſum aſſerit Aldan. *d. tit. 3. num. 6.* 17.

b Seu Commendæ perpetuæ.] Vide Hoied. *de incompat. benefic. p. 1. cap. 14. à num. 6.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 3. quæſt 5. n. 110.* Sayrum *in floribus deciſ. ſub tit. de præbend. deciſ. 32.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſa 5. §. 8. à principio, & num 20.* Proſper de Auguſtino *in add. ad Quarant in ſumma Bullarij, verb. beneficiorum reſignationes, cauſa 9. verſic. ſecundo limita.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 10. quæſt. 11. verſ. verùm dubia, & cap. 13. quæſt. 8.* Aloyſ. Ricc. *d. collect. 474. in med.* 18.

Digitized by Google

19. ¹ Commendæ, quæ ad ſex menſes in Eccleſiis curatis fieri poterant ab Ordinariis, iuxta *cap. nemo, de elect. in* 6. ampliùs poſt Concil. locum non habent, ſed deputandi Vicarij ſunt ad formam c. 18. *ſeſſ.*14. *de reformat.* Ita refert deciſum Aldan. *d. tit.*3. *num.*7.

γ *Iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem.*] Vide Nicol. Garc. *de benef. p.*11. *c* 5. *n n.*91.

Ipſo iure etiam, &c.] Quatuor tempora in hoc propoſito ante Concil. Trident. diſtinguunt Hoied. *d.p.*1.*cap.*7.*num.*7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell gloſſ.*15. *num.*9. *cum ſeqq.* Azor. *d.lib.*6.*cap.*13. *quæſ.*1. Nicol. Garc. *d.cap.*5. *à princ.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*393. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.*332. *in* 2. *edit.* Steph. VVeyms *d. conſtitution.*12. *num.*3. *cum ſeqq.* 20.

Beneficia plura obtinentes, ſuas Diſpenſationes exhibere tenentur: per competentes Vicarios rectè cura animarum agatur: Beneficia ſuis obſequiis minimè fraudentur.

Caput V.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Beneficia incompatibilia obtinentes ſunt cogendi exhibere ſuas diſpenſationes.*
3. *Poſſeſſor pacificus beneficij tenetur oſtendere titulum cum ſuperior ex officio inquirit.*
4. *Ordinarius non obſtante regula de triennali, poteſt poſſeſſorem compellere ad oſtendendam diſpenſationem.*
5. *Beneficium vacat ipſo iure per non oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario poſtquam beneficiarius monitus fuerit.*
6. *Vicario aſſignanda eſt competens portio ex fructibus beneficij.*
7. *Congrua portio quæ.*
8. *Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ in fundatione, vel inſtitutione non reperiuntur.*

Ordinarij locorum quoſcunque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica obtinentes α *diſpenſationes ſuas exhibere*, diſtrictè compellant, & aliàs procedant iuxta conſtitutionem Gregorij X. in generali Lugdunenſi Concilio editam, quæ incipit, α Ordinarij: quam eadem ſancta Synodus innouandam cenſet, & innouat. Addens inſuper, quòd ipſi Ordinarij etiam β *per idoneorum Vicariorum deputationem*, γ *& congruæ portionis fructuum aſſignationem* omnino prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa δ *debitis obſequiis minimè defraudentur*: appellationibus, priuilegiis, exemptionibus quibuſcunque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus.

a Lib. 6. decret. de offic. ord. c. 3. infra c. 7. & ſuprà ſeſſ. 6. de reformat. cap. 2. in fin.

1. Vide Couarr. *in reg. poſſeſſor, p.*2.§.10. *n.*9. *col.*2. Maſcar. *de probat. concl.*1372. *à n.*18. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.*11. *q.*14. *n.*35. *cum ſeqq.* Zerol *in praxi Epiſc. p.*1. *verb. Bulla*, §.5. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ p.*3. *collect.*607. *& p.*4 *collect.*889. *& in praxi fori Eccleſ. deciſ.*397. *&* 701. *in* 1. *edit.* alias *reſol.*335. *&* 594. *in* 2. *edit.* Marc. Ant. Genueſ. *in pract. Archiep. c.*21. *n.*10. nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit.*6. *pag.*49. vbi innouatur *cap. Ordinarij de offic. ordin.* per hoc decretum.

2. α *Diſpenſationes ſuas exhibere*, &c.] Beneficia incompatibilia obtinentes ſunt cogendi exhibere ſuas diſpenſationes, etiamſi per quinquennium poſſederint. Ita *in vna Aquilana* refert deciſum Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib* 2. *tit* 4. *n.*3.

3. Poſſeſſor etiam pacificus beneficij tenetur probare, & oſtendere titulum cùm ſuperior ex officio inquirit, vide Felin. *in c. licèt Heli, n.*17. *de ſimon. & in repert. verb. Epiſcopus. aut alius Prælatus*, Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de pacificis poſſeſſ. in §. ordinarij, in gloſſ. verb. inquirant*. Bernard. *reg.*236. *&* 763. Sela *de benef. p.*3 *q.*25 *verſ. & concludendo*. Cened. *ad Sextum, collect.*18. *n.*2. Menoch. *de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*132. *n.*46 *cum ſeqq.* Moſcard. & cæteros, poſt eum citatos *n* 1. inter Lotter. *de re benef. lib.*2. *quæſt* 46. *n.*17. vbi *num* 36. ſubdit per impetrantem, vel alium, qui prætendat ius in beneficio, non poſſe compelli plura beneficia poſſidentem exhibere titulum ſuum, & *n.*41. *&* 43. addit non poſſe etiam Ordinarium quocumque prætextu cogere, cùm ipſe faciat ſe partem iniuſtè procedendo, aut iuſtè, iudicialiter tamen, coram ſuperiore.

Vnde poſſe Ordinarium, non obſtante regula de triennali, poſſeſſorem compellere ad oſtendendam diſpenſationem, reſoluit Flores de Mena *var. lib.*2. *quæſt.*23 *num.*61. *cum ſeqq.* Steph. VVeyms *d. loco num.*10. licet enim per *reg. de triennali poſſeſſore* excludatur tertius inquietans in beneficio, non tamen excluditur Ordinarius, vt tenet Perez *l.*3. *tit.*16. *lib.*8. *ordinam. pag.* 327. quem refert Cened. *dicta collect.*18. *num.*3. 4.

Vacare ipſo iure beneficium per non oſtenſionem tituli, ſeu diſpenſationis coram Ordinario, poſtquam beneficiarius monitus fuerit, tenent Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell gloſſ.*15. *num.*62. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, reg.*1. *dub.*2. *num.*23. Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, part.*3. *allegat.*57. *num.*222. 5.

β *Per idoneorum Vicariorum deputationem*, &c.] Vide *infra hac eadem ſeſſ. cap.*7.

γ *Et congruæ portionis fructuum aſſignationem*, &c.] Vicario aſſignandam eſſe competentem portionem ex fructibus beneficij per hunc text. tenet Azor. *inſtit. moral p.*2. *lib.*6. *cap.*29. *quæſ.*2. Sed antequam eam decernat Epiſcopus, multa perſcrutari oportet, nempè qualitates, & circumſtantias loci, beneficij, perſonarum, morum, regionis, & alia quampluſima recenſita à Rebuff. *in tract. de congrua portione*, *q.*8. *per tot.* & præcipuè *num.*61. Valenz. *conſil.*54. *à n.*42. Surdo *de alimentis*, *tit.*4. *q.*23. *n.*44. Stephan. Gratian. *diſceptationum forenſium. cap.*366. *à num.*17. *& cap.*399. 6.

Sed ita Prælatorum arbitrio facienda, ſe continere debet vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum annuorum ſumma computaris 7.

omnibus

omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentionibus communiter percipi ſolitis, vt ſtatuit Pius V. *in ſua conſtit.* incip. *Ad exequendum, ſub dat. Kalend. Nouembris* 1567. quam refert Quarant. *in ſumm. Bullary, verb. Vicarius perpetuus*, & illam non eſſe reuocatam per aliam Gregorij XIII. aſſerunt Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſſ. 5. §. 3. n. 79.* & Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 7. n. 121.* Vnde quotidianas diſtributiones, aliaque incerta numerari in huiuſmodi portione, reſoluit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 185.* & conſuluit Guttier. *conſil.* 8. Vide alia *infrà cap. 7.*

8. *δ Debitis obſequiis minimè defraudentur.*] Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ in fundatione, vel inſtitutione, aut ſtatutis non reperiuntur, vel ad quæ ex antiquiſſima conſuetudine non tenentur, ita Aldan. *d. tit. 4. n. 4.* vbi refert reſolutum *in vna Cremonen.*

Beneficiorum Vniones perpetuæ quæ debeant irritæ declarari poſt Examen factum ab Ordinario.

CAPVT VI.

1. *Doctores de vnione beneficiorum agentes.*
2. *Vnionum, & ſuppreſſionum reuocatio.*
3. *Ordinarij habent facultatem examinandi vniones factas à 40. annis citrà à publicatione Concilij numerandis, quæ non ſunt effectuatæ.*
4. *Non grauat partes ad iuſtificandas vniones à 40. annis citra factas, quæ non ſunt effectuatæ, ſed tantū vult quòd Ordinarius poſſit illas reuidere.*
5. *Vniones perpetuæ per ſubreptionem obtentæ à 40. annis factæ à die publicationis Concilij ab Ordinariis poſſunt examinari.*
6. *Viſitatores deputati à Commendatariis Ordinis S. Benedicti Valliſoleti non poſſunt cognoſcere de viribus vnionum factarum Eccleſiæ de Monteſerrato.*
7. *Ordinarij poſſunt reuidere vniones in caſibus, quibus licet de iure communi etiam vltra 40. annos.*
8. *De clauſula quòd non poſſit dari de ſubreptione.*
9. *Non habet locum in vnione quæ tempore publicationis Concilij erat in parte effectum ſortita.*
10. *Vnio quando dicatur effectum ſortita.*
11. *Cauſa iuſta, ſeu legitima in vnione requiſita, eſt neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ.*
12. *Vnio facta per Ordinarium ſine cauſa, vel ex falſa cauſa, nulla eſt ipſo iure.*
13. *Cauſæ vnionis veræ non præſumuntur.*
14. *Epiſcopus confirmatus, quamuis non conſecratus, poteſt beneficia & Eccleſias ſuæ diœceſis vnire.*
15. *Vicarius generalis Epiſcopi vniones facere poteſt ſi id illi ſpecialiter committatur.*
16. *Capitulum Sede vacante poteſt vnire ſicut Epiſcopus.*
17. *Legatus à latere poteſt vnire beneficia prouinciæ ſuæ legationis, abſque tamen præiudicio Epiſcopi.*
18. *Abbates, & alij Prælati Epiſcopo inferiores poſſunt vnire.*
19. *In vnione facienda citari debent omnes, quorum intereſt.*
20. *Intereſſe habentes qui ſint, ad hoc vt citentur in vnione facienda.*
21. *Eccleſiam ſubiectam Abbati, aut alij inferiori Prælato non poteſt Epiſcopus vnire abſque illius conſenſu.*
22. *Eccleſia ſi ſit iuriſpatronatus in vnione de illa facienda requiritur patroni conſenſus.*
23. *Rectoris, ſeu poſſeſſoris beneficij conſenſus non exigitur in vnione de eo facienda ab Epiſcopo, ſi illa debet effectum ſortiri poſt Rectoris obitum.*
24. *Diſmembratio ſeu alienatio partis ipſius beneficij non poteſt fieri niſi ipſo vocato Rectore.*
25. *Plebs non eſt vocanda in vnione facienda, niſi allegaret cauſam rationabilem ne fieret vnio.*
26. *Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiritur in vnione per Epiſcopum facienda.*
27. *Conſenſus Capituli ſatis eſt ſi poſt vnionem accedat.*
28. *In vnione facienda ab Epiſcopo ipſi Capitulo non ſufficit illius conſenſus.*
29. *Vnio quibus modis probetur.*

VNiones perpetuæ a α *à quadraginta annis citra factæ*, examinari ab Ordinariis, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, poſſint: β *& quæ per ſubreptionem*, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ verò, quæ à dicto tempore citra conceſſæ, nondum in toto, γ *vel in parte ſortitæ ſunt effectum*, & quæ deinceps ad cuiuſvis inſtantiam fient, δ *niſi eas ex legitimis*, aut alias rationabilibus cauſis, ε *coram loci Ordinario ζ vocatis, quorum intereſt*, verificandis factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur: ac propterea, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

a Vide ſeſſ. 24. c. 9. de reformat. infr. ſeſſ. 24. de reform. c. 13. & ſeſſ. 21 de reformat. c. 9.

1. VIde Paul Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 26. num. 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. vnio. §. 6. & verb. viſitatio, verſ. decimum dubium.* Azor. *inſtitutionum moralium part. 2. lib. 6. cap. 28 quæſito 12.* Zypeum *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſtici enarratione, lib. 5 ſub tit. de exceſſibus Prælat. num. 1.* Flores de Mena *variarum quæſt. lib. 3. quæſt. 23. num. 10.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 79.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt. 440.* Mallobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 13. dub. 4 num. 3. 6 & 14* ſecundùm Romanam impreſſionem. Monet. *de commutat. vltim. voluntatum, cap. 11. n. 389. & 470.* Hieron. Roder. *in compend. quæſtionum Regularium, reſol. 15. num. 32.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 15. quæſt. 3.*

2. In regula 13. Cancell. reuocantur omnes vniones, ſuppreſſiones, & diſmembrationes, ſiue Apoſtolica, ſiue quacunque alia auctoritate factæ, quæ ſuum non ſint ſortitæ effectum, præterquam ſi ſint factæ in executionem decretorum S. Concil. Trident. Sed hæc reuocatio non ſe extendit ad vniones factas ex cauſa neceſſaria, putà dotationis, vel pro augmento dotis neceſſario pro ſuſtentatione cultus diuini, vt tenent Mohedan. *deciſ. 7. num. 1. de priuilegiis*, Creſcent. *deciſ. 1. num. 1. de parochi.*

Put.*deciſ.*331.*&* 337. *in antiq.* aliàs *deciſ.* 329. *in correct.lib.*1.Rot.*deciſ.*1143.*lib.*3.*p.*2.*diuerſ.*Seraph. *deciſ.*982.*num.*1.Caualer. *deciſ.*449. *à num.*4. Buratt. *deciſ.*734.*n.*9. Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*29. *n.*15. Theodoſ.de Rubeis *in ſingularib. Rota p.*2. *verb. vnio* §.1. *pag.*112.

3. *a A quadraginta annis citra facta.*] Iſtos annos à publicatione Concilij numerandos eſſe, tenet Azor.*d.cap.*28.*quæſ.vlt.*Sanchez *d cap.*29.*num.*178. Zerol. *d.verb. vnio*, §.6. vbi deciſum aſſerit poſſeſſorem duarum parochiarum, quæ per conſuetudinem à quadraginta annis citra tanquam vnitæ ſemper ſine collatione collatæ fuerunt, moleſtandum non eſſe.

4. Hoc decretum quatenus dat Ordinariis facultatem examinandi vniones factas à 40. annis citrà, quæ non ſunt effectuatæ, non grauat partes ad illas iuſtificandas, ſed tantum vult quòd Ordinarius poſſit illas reuidere, vt ſuadet illa dictio aduerſatiua, *verò*, poſita in ſecunda parte, vbi vult illas quæ non ſunt ſortitæ effectum, verificandas eſſe, aliàs præſumi ſubreptitias, Rot. *in Burgen. vnionis de Clines* 27. *Martij* 1591. *coram Orano*, vbi etiam fuit reſolutum, hoc decretum loqui vbicunque Ordinarius ex officio vult reuidere vniones factas à 40. annis citrà, quod poteſt facere; ſecus quando in contradictorio iudicio agitur de validitate vnionis ad inſtantiam partis, quia hoc caſu Concil. nihil diſponit, & danti de ſubreptione vnionis incumbit onus probandi ſubreptionem.

5. Vniones perpetuæ per ſubreptionem obtentæ à 40. annis factæ à die publicationis Concil.Trid. computandis, ab Ordinariis poſſunt examinari, & irritæ declarari. Ita refert deciſum Aldan.*in compendio Canon.reſol.lib.*2 *tit.*5.*n.*3.

6. Viſitatores deputati à Commendatariis Ordinis Valliſoleti S.Benedicti, non poſſunt cognoſcere de viribus vnionum factarum Eccleſiæ S. Mariæ de Monteſerrato eiuſdem Ordinis, ſic *in vna Vicen.* reſolutum fuiſſe aſſerit Aldan. *vbi ſuprà.*

7. Per hoc decretum non excluduntur Ordinarij quominus vniones reuidere poſſint in caſibus, quibus licet de iure communi etiam vltra 40. annos, refert deciſum Aldan.*d.tit.*5.*n.*4.

8. *ß Et quæ per ſubreptionem*, &c.] Vbi in vnione adeſt clauſula quòd non poſſit dari de ſubreptione ſublata aliter iudicandi, &c. ad inſtantiam partis, non poteſt dari de ſubreptione vnionis, non habita oris apertione, non obſtante Concilio, quod loquitur quando Ordinarius ex officio non autẽ quando ad inſtantiam partis procedit. Ita Rot *in d. Burgen. vnionis de Clines* 27. *Martij* 1591. *coram Orano.*

9. *γ Vel in parte ſortita ſunt effectum.*] Non hàbet locum in vnione, quæ tempore publicationis Concilij erat in parte effectum ſortita, vt cenſuit Rot. *in Burgen. vnionis* 26. *Nouembris* 1588. *coram Orano.*

10. Vnio autem dicitur effectum ſortita, quando ipſius vigore fuit capta poſſeſſio, vt reſoluunt Mandoſ. *ad reg.*12.*Cancell. quæſt.*5.Hoied.*de incompatib.benefic.part.*2.*cap.*3.*num.*21.Nic.Garc.*de benefic.p.*12.*cap.*2.*num.*281.Mallobr.*d.prel.*13. *dubit.*4. *num* 5. Aloyſ.Ricc. *d. reſolut.*376. *num.* 2. vbi *n.*6. tenet vt vnio dicatur ſortiri effectum, non requiri fructuum perceptionem ex ipſa poſſeſſione capta, & citat Rot. *in vna Peruſina beneficij* 1. *Aprilis* 1596. *coram Card. Blanchetto*

11. *δ Niſi eas ex legitimis*, &c.] Ergo cauſa iuſta, ſeu legitima requiritur in vnione per Ordinarium facienda quæ in hac parte eſt neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ, vt expreſsè habetur *in cap. expoſuiſti*, *de præbend.& in cap.*1.*de rebus Eccleſ non alien.lib.*6.& doceot Rebuff.*tit.de vnion.n.*38.Azor. *d. p.*2. *lib.*6. *c.*28.*quæſ.*4.*&* 13.Nicol.Garc. *de benefic. p.*12. *c.*2. *n.*108. Sanch. *d.tom.*2.*lib.*7. *cap.*29.*n.*161. Neceſſitas eſt quando præbenda, cui vnio facienda eſt, caret ſufficientibus redditibus ad alendum miniſtrum, *d.cap.expoſuiſti*, ibi: *De redditibus præbendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari*; *& infrà ſeſſ.*21. *de reform.cap* 1. ibi: *propter eorum paupertatem.* Seraphin.*deciſ.*1078.*n.*4. Vel ſi Eccleſia ſit deſtructa ab hoſtibus, vel deſolata, *c.*2.*de relig. domib.* vel propter populi detrimentum, *c. ad audientiam*, *el* 2. *eod. tit.* Vel quando Eccleſiæ ſunt vicinæ, & reſtant pauci de populo, aliis mortuis, vt probatur *in cap. & temporis* 16.*quæſt* 2. Vtilitas autem eſt, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur clerici idonei ad deſeruiendum, vt probatur *in d. cap.expoſuiſti, & in cap.*1. *ne Sede vacante*, ibi, *ne plus fauiſſe perſonæ, quàm Eccleſiæ videremur.*

Si verò ſine cauſa, vel falſa cauſa, etiam ſeruata iuris forma, vnio facta ſit per Ordinarium, nulla eſt ipſo iure, vt per Burſat.*conſil.*185.*n.*23.*lib.*2. Nic. Garc. *d.c.*2.*n.*113. vbi *n.*117. reſoluit ſubreptionem vitiare ipſo iure vnionem Apoſtol. quicquid dicant prædictam vnionem non eſſe ipſo iure irritam, ſed irritandam ope exceptionis, Marian. Socin. Rebuff. Azor. & alij plures, quos refert & ſequitur Sanchez *cap* 29. *n.*175. 12.

Cauſæ vnionis veræ non præſumuntur, etiamſi Ordinarius, vel delegatus eas inſerat in vnione, & aſſerat eſſe veras, ſed in vana ſe vnione tenetur illas probare, vt reſoluit Garc. *d. c.*2.*n.*120. vbi *n.*121. tenet quòd ſi Ordinarius, vel Legatus in ipſa vnione enuntiet adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates requiſitas, & reperiiſſe cauſas eſſe veras, videtur ſtandum eius aſſertioni, & præſumendum eſſe pro vnione, donec contrarium probetur, etiam ſi proceſſerit parte non vŏcata, quia fortè tunc nullus aderat, qui deberet vocari, refert Ioan. à Cochier *ad reg.*13. *Cancell.n.*27. 13.

ε Coram loci Ordinario.] Epiſcopum loci Ordinarium confirmatum, quamvis nondum conſecratum, poſſe beneficia & Eccleſias ſuæ diœceſis vnire, tenent, Marian. Soc.*in c. ſicut vnire, art.*3.*n.*53. *&* 54.*q.*10.*de exceſſ.prel.*Sanch.*d.c.*29. *n.*147.*in fin.* 14.

De Vicario generali Epiſcopi, ſi ab eo id illi ſpecialiter committatur, idem tradunt Marian. Socin. *in d cap. ſicut vnire, art.*3.*num.*43. *cum ſeqq.* Rebuff. *in praxi tit.de vnion.benef.num.*37.*& tit.de forma vicariatus, num* 102. Ant.Cuch.*lib.*2. *inſtit.Canon.tit.*8. *num* 106. Hoied.*de incompat.benef. p.*2 *cap.*3. *num.*7. *verſ. non eſt etiam omittendum.* Sbroz. *de officio Vicarij*, *l.*2. *q* 115.*&* *q.*116 *n.*1. Azor. *d.cap.*28.*q.*10. Put. *deciſ.*53 *lib.*3. Petr.de Peruſio *de vnion. cap.*4. *num.*32. ex pluribus Rotæ deciſionibus Theod. de Rubeis *in ſingularib. Rota p.*2.*verb. Vicarius* §.2. *pag.*112. Nic.Garc. *d.c.*1.*n.*69. Aloyſ.Ricc.*in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*492.*in* 1.*edit.*aliàs *reſol.*383. *ante n.*1.*in* 2 *edit.& Neapol. deciſ.* 198. *num.*5. *p.*4. Steph.Gratian. *diſcept.forenſ.c.*278. *n.*35. Sanchez *d. c.*29. *n.*123. Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum p.*1. *n.*213. Lotter. *d.q* 28. *n.*118. 15.

De Capitulo Sede vacante idem quod de Epiſcopo dicendum videtur, dummodò per eam vnionem iuriſdictioni Epiſcopali nihil detrahatur, vt per Doct.*in Clement.*1 *de ſtatu monach.*Marian.Soc. *in d.c.ſicut vnire, art.*3. *n.*40. *quæſt* 6. Caccialup. *de vnione Eccleſ.art.*3.*n.*19. Peruſ. *eod. tract. c.*5. *n.*26. Rebuff. *d tit.de vnionib.num.*36. Hoied. *d.c.*3.*num.*7. *verſ.ſimiliter.* Azor.*d.lib.*6.*c* 28.*quæſ.*5. Sanch.*d.c.*29. *num.*155. Zerol. *in praxi Epiſcop.p.*1. *verb. vnio*, §.11. *& p.*2.*verb. Capitulum*, §.4. *& verb.vnio*, §.7. 16.

Marc.

Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.85. n.25.* Quarant. *in ſumm Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, q 9. verſ. qua concluſ.* Nicol. Garc. *d c.2. n.67.* & 68. Rigant. *de voce Canonicor. in Capitulo q* 16 Lotter. *d. q.28 n.142.*

17. De Legato a latere idem quoque dicendum circa vnionem beneficiorum prouinciæ ſuæ legationis, abſque tamen præiudicio Epiſcopi, vt per Abb. *in d. cap. ſi ut vnire, num.5.* vbi Card. *n 1.* Imol. *in fine,* Dec. *à num 19.* Rebuff. *d tit. de vnionib. à num 24.* Gambarupt. *de officio, & poteſtate Legati, lib.5.* vbi *de poteſt. Legati in vnien. benef. à n.42.* Hoied. *d. c.3. num 7. verſ. alterius Legatus,* Azor. *d. c.28 queſ.8. & eadem part 2. lib.5. cap.26. queſ.14.* Sanch. *d c.29. num.158.* Nicol. Garc. *d c 2. n 65.* Aloyſ. Ricc. *d reſol.383. num 2. & d Neapol. deciſ. 198. n.2. p.4.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.5. § 1. num.1.* Lotter. *d. q.28 num 116. & 117.*

18. De Abbatibus, atque aliis Prælatis Epiſcopo inferioribus ita plene ſubiectis ſibi Eccleſias habentibus, vt iuriſdictione quaſi Epiſcopali in eis fungantur, ſeu exiſtente priuilegio aut conſuetudine legitimè præſcripta, idem quoque eſt reſoluendum, vt per Marian. Socin *in d. c. ſicut vnire, art.3. num.41. & 43.* Sayroz. *de officio vicarij, lib 2. q.115. n.12.* Azor. *d c.28. queſ.10.* Nicol Garc *dicto c.2. num.71. cum ſeqq.* Sanch. *d. diſp.29. num 165.* Aloyſ. Ricc. *d reſol.383. n 3. & d. Neap. deciſ.198. n.4 part.4.* Lotter. *d. q.28. n.113.*

19. [*Vocatis, quorum intereſt.*] In vnione facienda citari debere eos omnes, quorum intereſt, probant *Clem. vnic §. ad hæc, de ſtatu Monach.* Rot. *deciſ.133. n.4 p.2. diuerſ.* Rebuff. *d. tit. de vnionib. num.43.* Hoied. *d. c.3. n.9.* Henriq. *conſ.99. n.6.* Azor. *d. cap.26. queſ.14.* Nicol. Garc. *d. c.2. n.203.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.486. & 491. in 1. edit.* aliàs *reſol. 377 n.3. & reſol.382. n.1. in 2. edit.* Seraphin. *deciſ. 1078.* Sanch. *d c 29. n.163.* Lotter. *d. q.28. n.166. cum ſeqq.* Tamburin. *d. tom 3. diſp.15. q.3.*

20. Illos autem, quorum intereſt, eſſe, quibus competit ius conferendi, vel præſentandi beneficia vniri petita, reſoluunt Roch. *de iurepatr. verb. honorificum, q.3. circa med.* Ioan. Cochier. *in d. reg.13. Cancel. n.18.* Ant. Faber. *lib.1. definit. forenſ. titul.2. definit.48. & 49*

21. Vnde ſi Eccleſia ſit ſubiecta Abbati, aut allj inferiori Prælato, non poteſt Epiſcopus eam vnire abſque illius conſenſu, vt per Marian. Socin. *in d. c. ſicut vnire, art 5. q.5. n.62.* vbi *art. 6. n.95. concl.4.* rectè ait exigi quoque conſenſum Capituli Eccleſiæ cathedralis, refert Sanchez *d. c.29. n.167.*

22. Inſuper ſi Eccleſia ſit iuriſpatronatus, exigitur conſenſus patroni, vt Epiſcopus eam vnire poſſit, quippe quòd præiudiciũ ſit iuri præſentandi competenti patrono per vnionem illam, & ideò vt ea rata ſit, exigitur vt patronus conſentiat, ita per *c. ſuggeſtum de iurepatron.* reſoluunt, Marian. Soc. *in d c ſi ut vnire, art.6. concluſ.6 n.98.* Boër. *deciſ.345. n.4. in fine,* Lambert. *de iurepatr. lib.3. q.6. art.2.* Ber... *conſil. 13. vol.4.* Couarr. *pract. cap.36. num.11.* Natta *conſil 3 n.2. de iurepatron in antiq.* Hoied. *d. c.3. n.9.* Aloyſ. Ricc *in praxi fori pænit. deciſ.486. in 1. edit.* alias *reſol.377. n.1. in 2. edit.* vbi *num.5.* retulit conſenſum patroni non præſumi, nec de eo ſtari aſſertioni Epiſcopi, Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib 2 queſt.4. n.11.* Camp. *in diuerſor. iuris canon. rub.11. c.13. n.477.* Azor. *d c.18. q.12.* & ſequitur Sanch. *d. cap. 26. num.168. &* 170. dicens etiam neutri patrono tam ſæculari, quam Eccleſiaſtico, poſſe Epiſcopum præiudicium inferre, reſoluit ſatis eſſe ſubſequi conſenſum patroni.

23. Non exigitur tamen conſenſus Rectoris, ſiue poſſeſſoris beneficij ab Epiſcopo vniendi; aut ſi vacet defenſore illius beneficij, maximè quando vnio debet ſortiri effectum poſt Rectoris obitum, vt probat *Clem. ſi 1. verſ. quòd ſi Rector,* vbi gloſſ. *verb. vocatus, de rebus Eccleſ. non. alien* & *ibi* Card. *queſt 1. n.7.* Anchar. *n 5.* Rot. *deciſ.133. n.14. p. 2. diuerſ.* Seraphin. *deciſ 1078. n 3.* Aloyſ. Ricc. *in dict. praxi fori Eccleſ. reſol.382.* Nicol. Garc. *d. c.2. n.24. & n.293.* Sanch. *d. c.29. n.171.* Ioan. à Cochier. *ad regul 13. Cancell. n.28.* Quòd ſi dicas præiudicium generare, quia impeditur ne eam alio permutare valeat, vel in gratiam alterius illi renuntiari, reſpondent Rebuff. *ad Reg.21. Cancel. de vnionibus, gloſ.11. n.9. &* 10. Hoied. *d. c.3. n.9.* Azor. *d cap.28. queſ.12.* id præiudicium non eſſe conſiderabile eo quod permutatio illa, & reſignatio pendeant à voluntate Superioris, & ſint modi extraordinarij comparandi beneficia; quare id præiudicium cedere debet vtilitati communi, ob quam vnio beneficiorum fit.

24. Diſmembrationem verò, ſeu alienationem partis ipſius beneficij non poſſe fieri, niſi ipſo vocato Rectore, reſoluunt gloſſ. *verb. vocatis, in dict. Clem. ſi 1.* Petr. Greg. *de inſtit. rei benef. cap.13. ſub num.11. verſ ſi vero,* Rebuff. *in compen. alien. n.69.* Rot *in Mediolanen. Vnionis 19. Nouembris 1594. coram Orano.*

25. Plebem non eſſe vocandam, niſi allegaret cauſam rationabilem, ne fieret vnio, reſoluit Nicol. Garc. *d. cap.2. num.219.* vbi *num.221.* refert *in vna Gerunden. Vnionis 20. Martij 1600 coram bonæ mem. Card. Sacrato,* fuiſſe reſolutum parochianos eſſe legitimas perſonas in cauſa hoc reſpiciente, cùm illorum interſit bonum habere paſtorem.

26. Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiritur in vnione per Epiſcopum facienda, vt expreſsè deciditur *in Clem.2. de rebus Eccl. non alien.* reſoluunt Rebuff. *d gloſſ.11. n 2.* Paul. Fuſc. *de viſit. lib.2. cap.26. n.5.* Petr. de Peruſ. *de vnionib. cap.5. num.17.* Hoied. *de incomp. benef. p.1. c.3. n.9. verſ. tertiò requiritur,* Seraph. *deciſ.1078. n.1.* Azor. *d. c.28. q.12.* Nicol. Garc. *d. c.2. n.145.* vbi *n.152. & ſeqq.* intelligit, niſi conſuetudo extet in contrarium, Rot. *deciſ.688. n.2. p.1. recent.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.198. n.17. p.4.* Sanch. *d. c.29. n.165.* vbi addit quòd ſi Canonici conſentire noluint, & iuſta cauſa vnionis faciendæ ſubeſſet, poſſent compelli. Vgolin *de officio Epiſcopi, c.52. §.1. n.1.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.5. c.819. n.3.*

27. Et ſatis eſt ſi huiuſmodi conſenſus poſt vnionem accedat, Rebuff. *d gloſſ 11 n.20. &* 21 Azor. *d. q.12. in fine.* Sanch. *d. c.29. num.165.* Nicol. Garc. *d part.2. num.147. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.278. n.40 & cap.578. n.32.* Rota *deciſ.294. n.19. cum ſeqq. p.5. diuerſ.* Hoied. *de incomp. benefic part.2. cap.3. num.9.* Aloyſ. Ricc. *deciſ.198. n.16. p.4.* Hieron Gabr. *conſil.200. lib.1.* Rota *deciſ.133. num.9. part.2. diuerſ.* Poterit tamen quilibet, qui habeter intereſſe, dare de nullitate ob defectum conſenſus Capituli, cùm ſolemnitas hæc ſit introducta fauore Eccleſiæ, & fauore publico, vt cenſuit Rot. *deciſ.455. n.5. p 2. recent.* contra eandem Rot. *deciſ.133. num.10. p.2. diuerſ.* & Steph. Grat. *diſcept. forenſ. cap.278. num.30.* exiſtimantes de tali defectu non poſſe opponi ab alio, quam ab ipſo Capitulo.

28. In vnione verò facienda ab Epiſcopo ipſi Capitulo non ſufficit illius conſenſus, cùm non poſſit auctorizare in facto proprio, ſed requiritur auctoritas Papæ, vt reſoluũt gloſſ. *verb menſæ in d. Clem. 2*

quam ſequuntur *ibi* Card. *num* 3. Abbas *num.*6. & alij, quos refert & ſequitur Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 168. & cenſuit Rota *in Perusina beneficij* 4. *Iulij* 1608. *coram bonæ mem. Penia*, vbi quòd in vnione, quæ fit ad fauorem Capituli, quam ipſum poteſt auctoriſare, requiritur auctoritas Papæ, etiamſi non fiat vigore decreti *infrà ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 5. Si verò vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ, ſufficere Capituli conſenſum, & non requiri auctoritatem Papæ, tenuit Rota *deciſ.* 788. *num.* 4. *p.* 1. *diuerſ.* quod etiam locum habere quando vnio fit omnibus præbendis diſtinctis non ſimul, ſed ſeparatim & indiſtinctè vnicuique, poſt multos, quos refert, reſoluit Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 100. & eiuſdem ſententiæ ſunt Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 37. *num.* 25. Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 274. *n.* 34. *in fine.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 488. *in* 1. *edit.* alias *reſol.* 379. *num.* 4. *in* 2. *edit.*

29. Quibus modis vnio probetur, diſſerunt Rebuff. *d. tit. de vnionib. à num.* 34. Maſc. *de probat. concluſ.* 179. *&* *concluſ.* 586. *&* *concluſ.* 1413. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 80. Flores de Menz *var. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 19. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 258. *cum ſeqq.* Et in primis probari ex verbis enuntiatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, ad minus duorum, in quibus talia beneficia ſaltem virtualiter tanquam vnita enuntiantur, modò originem haberent à diuerſis perſonis non ſuſpectis, reſoluunt Put. *deciſ.* 40. *num.* 1. *lib.* 2. Caputaq. *deciſ.* 344. *n.* 2. *p.* 3. Seraphin. *deciſ.* 626. *n.* 2. *in fine.* Caualer. *deciſ.* 599. *n.* 6. Buratt. *deciſ.* 660. *n.* 2. Rota *deciſ.* 724. *num.* 3. *p.* 2. *recent. &* *in Barcinonen. vicaria* 9. *Februarij* 1623. *coram R. P. D. Merlino, &* *in eadem cauſa* 21. *Februarij* 1625. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, & hoc maximè procedere quando enuntiatiuæ emanarunt ab iis, quæ poterant vnionem facere, Mantica *deciſ.* 355. *num.* 6. *&* *deciſ.* 359. *num.* 7. Rota *in d. Barcinonen. vicaria.* Probari quoque vnionem in antiquis ex teſtibus de publica voce, & fama, tenuit Rota *deciſ.* 626. *n.* 4. *p.* 1. *&* *deciſ.* 724. *num.* 4 *p.* 2. *recent.* dummodò tamen cum fama poſſeſſionis de vita probetur etiam titulus, vt fuit reſolutum *in Tyraſſonen. vicaria* 15. *Decembris* 1617. *coram bonæ memoriæ Andrea, &* *in eadem* 20. *Martij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano.* Et eadem Rota quandoque cenſuit quòd ad probandam vnionem requiratur præſcriptio immemorabilis, vt atteſtatur Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.* 2. *verb. vnio* §. 2. *pag.* 113. vbi id procedere ait, quando vnio allegatur ſine titulo, ſecus verò ſi cum titulo etiam putatiuo.

Beneficia Eccleſiaſtica vnita viſitentur: per Vicarios etiam perpetuos cura exerceatur: Deputatio ipſorum Vicariorum fiat cum portione aſſignanda etiam ſuper re certa, non obſtantibus, &c.

Capvt VII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias parochiales vnitas Monaſterio Canonicorum regularium, quamvis Generalis in eo ſedem ordinariam principalem habeat.*
3. *Epiſcopus poteſt viſitare tam beneficia curata vnita quibuſcumque monaſteriis, & piis locis, quàm etiam perſonas exercentes curam animarum in monaſteriis Regularium.*
4. *Ordinarij non poſſunt regulariter viſitare Eccleſias & monaſteria militiarum regni Portugalliæ, ſed bene Eccleſias ipſis vnitas.*
5. *Beneficia exempta, an & quando poterit Epiſcopus viſitare.*
6. *Curatæ Eccleſiæ ſi ſint vnitæ monaſteriis, poſſunt ordinarij locorum eas viſitare.*
7. *Vicinior Epiſcopus quis dicatur.*
8. *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſiam parochialem vnitam monaſterio, baptiſterium, & tabernaculum vbi aſſeruatur ſanctiſſima Euchariſtia.*
9. *Beneficia vnita Vniuerſitati Complutenſi non poteſt Ordinarius viſitare.*
10. *Ordinarius viſitat beneficia curata vnita monaſteriis, non ipſa monaſteria.*
11. *Habet locum in actu viſitationis.*
12. *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias curatas, etiam monaſteriis, quæ capita Ordinum ſunt, vnitas.*
13. *Viſitare poteſt Epiſcopus beneficium, aut parochiam vnitam monaſterio exempto etiam alienæ diœceſis.*
14. *Epiſcopus viſitare poteſt perſonas exercentes curam animarum in monaſteriis Regularium.*
15. *Ordinarij poſſunt temporales, aut perpetuos vicarios conſtituere in quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, quæ vnita reperiuntur.*
16. *Vicarium perpetuum in Parochiali vnita deputare non poteſt Epiſcopus, quando vnio facta eſt per viam pacti de ſeruiendo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem.*
17. *Vicarij Regulares deputandi in Parochialibus vnitis monaſteriis Ordinis Præmonſtratenſis debent eſſe amouibiles.*
18. *Vicarios perpetuos conſtituere poteſt Epiſcopus in beneficiis curatis vnitis Cathedralibus.*
19. *Vicarij perpetui non poſſunt inſtitui abſque erectione tituli vicariæ.*
20. *Non habet locum in vicariis perpetuis iam erectis.*
21. *Beneficia etiam curata aliis beneficiis acceſſoriè annexa tranſeunt in ſimplicium naturam.*
22. *Parochi amouibiles remoueri non poſſunt niſi ex rationabili cauſa.*
23. *Vicarium perpetuum ponendi facultas in Parochialibus vnitis relinquitur Epiſcopi arbitrio.*
24. *Vicarij ad nutum amouibiles poſiti per Capitulum in Parochialibus menſæ vnitis, poterunt amoueri ad nutum ipſius Capituli.*
25. *Vicarij curam exercentes in Eccleſia exempta prius approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo.*
26. *Parochi pro cura animarum non poſſunt deputari niſi de conſenſu Epiſcopi ac præuio examine.*
27. *Epiſcopus poteſt examinare & approbare Vicarios Eccleſiarum parochialium vnitarum, & dependentium à Religione Hieroſolym.*
28. *Vicarij perpetui Parochialis vnitæ nominatio ſpectat non ad Ordinarium, ſed ad eum, cuius eſt beneficium in quo erigitur vicaria.*
29. *Cura animarum in Parochialibus vnitis Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum quomodo exercenda.*
30. *Vicarius ad nutum amouibilis an & quando poſſit ante finitum annum ſeruitij amoueri.*
31. *Cauſa iuſta & neceſſaria requiritur vt erigantur perpetua*

perpetua vicariæ in Eccleſiis, in quibus poni poterant vicarij amouibiles.

32. *Vicarium perpetuum inſtituere non poteſt Epiſcopus quando pro bono pacis & ceſſatione litium expediret inſtitui ad nutum amouibilis.*

33. *Oblationes ſunt computandæ in portione aſſignanda vicariis.*

34. *Vicarius perpetuus Abbatiæ debet ſubire omnia onera reſpicientia curam animarum.*

35. *Vicario perpetuo pertinent omnia onera incumbentia Eccleſiæ, in qua erecta eſt vicaria perpetua.*

36. *Vicarij merces ex fructibus parochiæ vnitæ monaſterio detrahenda eſt.*

37. *Portio aſſignanda eſt ex bonis Archipresbyteri, & Capituli, ſi cura vnita Collegiatæ illis immineat.*

38. *Portionis congruæ ab aſſignatione non datur appellatio ſuſpenſiua.*

39. *Conſuetudo immemorialis vt in beneficiis vnitis deſeruiatur per Capellanos amouibiles per hoc decretum tollitur ſi aliter videtur Epiſcopo.*

40. *Priuilegia remunerationis gratiâ conceſſa non ſuſpenduntur.*

BEneficia Eccleſiaſtica curata, *a* quæ cathedralibus, collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel monaſteriis, beneficiis, ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò vnita & annexa reperiuntur, *a ab Ordinariis locorum ſingulis viſitentur* : *b* qui ſollicitè prouidere procurent, *β vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, γ niſi ipſis Ordinariis δ pro bono Eccleſiarum regimine* aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum, *ε portione* etiam ſuper certa re aſſignanda, ad idem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur: *ζ appellationibus, η priuilegiis*, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcunque in præmiſſis minimè ſuffragantibus.

a Infrà ſeſſ. 14. de reformat. c. 9.
b Vide ſeſſ. 25. c. 16. ſtatuis ſancta Synodus, & ſuprà c. 5.

1. VIde Paol. Fuſe *de viſitat. lib. 2. cap. 26. num. 19.* Matth Suar. *in pract. & ordine viſitandi, cap 3. num. 1.* Steph. Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. vicarius perpetuus*, Etaſmiá Cochiet *de iuriſdict. ordinarij in exemptos, p. 2. quaſt. 45. num. 11.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 6. l 5. §. 2. à num. 1.* Vaſq. *in opuſc moral c. 2. §. 4. n. 206.* Tambur. *de iure Abbatum tomo 3. diſput. 9. q. 19.*

2. *α Ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur.*] Epiſcopus poteſt ex hoc text. viſitare Eccleſias parochiales vnitas monaſterio Canonicorum regularium, tametſi generalis in eo ſedem ordinariam principalem habeat, ita refert deciſum Armendar. *vbi ſuprà §. 2. num. 1.*

3. Poteſt etiam viſitare tam beneficia curata vnita quibuſcunque monaſteriis, & piis locis ex hoc text. quàm etiam perſonas exercentes curam animarum in monaſteriis Regularium, quibus etiam cura imminet, iuxta *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* Ita atteſtatur reſolutum Armendar. *d. loco n. 5.*

4. Viſitare Eccleſias, & monaſteria militiarum regni Portugalliæ licèt regulariter Ordinarij non poſſint, poſſunt tamen viſitare Eccleſias ipſis vnitas, ac eis vicarios perpetuos ponere, per decretum in præſenti; poſſunt etiam viſitare membra, licèt non ſint vnita, etiamſi habeant ſuos viſitatores deputatos à militibus regni Portogalliæ, ita dicit reſolutum Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 3 tit. 2. num. 4.*

5. Beneficia etſi exempta, poterit Epiſcopus, ſi intra fines ſuæ diœceſis fuerint, tanquam Sedis Apoſt. delegatus abſolutè viſitare: ſi autem extra fines fuerint, poteſt pariter illa vti eiuſdem Sedis Apoſt. delegatus viſitare: quando beneficia ſæcularia ſunt, & Cathedralis illis alia Cathedrali vicinior ſit, ex Aldan. *vbi ſuprà*, qui dicit ita deciſum *in Caputaquen. 4 Februarii 1593.*

6. Curatæ Eccleſiæ ſi ſint vnitæ monaſteriis, poſſunt Ordinarij locorum eas viſitare, & ponere in eis vicarios perpetuos, ſeu temporarios, iuxta diſpoſitionem huius decreti, prout eis expedire videbitur, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 2. num. 12.*

7. Vicinior Epiſcopus poteſt viſitare beneficia ſæcularia, & clericos ſæculares Abbatiæ nullius diœceſis, ipſoſque culpabiles repertos corrigere, & dicitur vicinior Epiſcopus tantùm ille, cuius cathedralis Eccleſia ſit Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Abbatiæ ſubiectis, vt per Aldan. *d. tit. 2. num. 6.* vbi refert ita deciſum *ſub die 2. Auguſti 1596.*

Viſitare poteſt Epiſcopus non ſolùm Eccleſiam parochialem vnitam monaſterio Ordinis S. Benedicti, cuius cura geritur à Monacho dicti Ordinis, ſed etiam Baptiſterium, & Tabernaculum vbi aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia exempta exiſtens, vt per Aldan. *d. tit. 2. n. 7.* vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum *in vna Curien. 5. Aprilis 1631.* 8.

Beneficia vnita Vniuerſitati Complutenſi ob priuilegia, quæ habet, non poteſt Ordinarius viſitare, vt per Aldan. *d. tit. 2. n. 8.* vbi atteſtatur ita deciſum *ſub die 22. Iunij 1606.* 9.

Hoc decretum dans facultatem Ordinariis viſitandi beneficia curata vnita monaſteriis, intelligitur de beneficiis extra monaſterium, quo caſu ex *cap. 11 ſeſſ. 25. de Regular.* viſitat tantùm perſonas inibi curam animarum exercentes, & hæc cumulatiuè, non autem priuatiuè ad Abbatem, ita Rota *in Piſcien. iuriſdictionis 15. Iulij 1590. coram Plato.* 10.

Videtur locum habere in actu viſitationis non cum cauſæ cognitione, & via ordinaria procedendo, ſi eſſent monaſteriũ, & loca regularia exempta, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. part. 11. c. 2. n. 12.* 11.

Epiſcopos viſitare poteſt Eccleſias curatas, etiam monaſteriis, quæ capita Ordinum ſunt, vnitas; nec obſtat *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regul.* quia *ibi* excipiuntur Eccleſiæ monaſteriorum, in quibus generales, aut capita Ordinum habent ſedem ordinariam principalem, ita refert deciſum Aldan. *d. tit. 2 n 9.* 12.

Epiſcopum viſitare poſſe beneficium, aut parochiam vnitam monaſterio exempto, etiam alienæ diœceſis, reſoluit Henriq. *in ſumma lib. 7. cap. 15. §. 4. litt. I.* 13.

Epiſcopum poſſe viſitare tam beneficia curata vnita quibuſcunque monaſteriis, & piis locis, ex hoc text. quam etiam perſonas exercentes curam animarum in monaſteriis Regularium, quibus etiam cura imminet, iuxta *cap. 3 ſeſſ. 25. de Regular.* dicit deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. n. 6.* 14.

β Vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos, &c.] Ordinarios poſſe temporales, aut perpetuos vicarios conſtituere in quibuſcunque beneficiis curatis, quæ vnita reperiuntur Eccleſiis cathedralibus, 15.

collegiis,& monaſteriis, etiamſi in litteris vnionis expreſſa ſit clauſula vt poſſit deſeruire per Vicarios amouibiles, ſi litteræ ante Conc.Trid.emanauerint,non ita ſi poſt illud ſub eadem clauſula fuerint conceſſæ,reſoluunt Nic.Garc.*d.p.*11. *c.*2. *n.*9. Flores de Mena *variar.lib* 1.*q.*10. *à n.*36. *cum ſeqq.* Tambur.*de iure Abbatum tom.*3. *diſp.*9. *quæſt.*18. *à princ.* Ego ipſe *de officio,& poteſt.Epiſcopi.p.*3. *allegat.*72. *num.*190. vbi etiam aduerto non pugnare cum hoc decreto aliud *infrà ſeſſ.*25.*de Regul. c.*11. dum ſupponit in Eccleſiis monaſteriorum vicarios remouibiles poni poſſe, eo quia hoc, de quo in præſenti, non negat id, quod pòſt *in d. c.* 11. eſt ſtatutum, ſed relinquit arbitrio Ordinariorum, vt ſi viderint expedire, perpetuos ponant Vicarios.

16. Non poſſe Epiſcopum deputare Vicarium perpetuum,quando vnio facta eſt per viam pacti, & concordiæ a Sede Apoſt. approbatæ,cum clauſ.de ſeruiendo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem, quia ex clauſula derogatoria contenta in hoc decreto non tollitur pactum, & concordia à Summo Pontif. approbata, ad cuius derogationem expreſſa mentione opus eſt, reſoluunt Flores de Mena *d q.*10.*n.*41. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2.*lib.*7.*c.*29.*n.*191.*verſ.ſecundò fallit*,qui etiam, ille ſcilicet *num.*44.hic verò *in verſ.tertiò fallit*, tenent nec etiam poſſe Epiſcopum Vicarium perpetuum deputare, quando à tempore immemoriali vnio facta eſt, & ex tunc conſtat Vicarios fuiſſe ad nutum amouibiles, ſcientibus, & conſentientibus Ordinariis, & nunquam Vicarium perpetuum fuiſſe conſtitutum.

17. Vicarij Regulares deputandi in Parochialibus, vnitis monaſteriis Ordinis Præmonſtratenſis. debent eſſe amouibiles ad nutum ſuperiorum iuxta conſtitutionem Pij V. ſi ſæculares poſſunt ab Ordinario conſtitui perpetui iuxta hoc decretum, ita refert deciſum Aldan. *d. tit.*2. *num.*10.

18. Vicarios perpetuos conſtituere poteſt Epiſcop. in beneficiis Curatis,vnitis Cathedralibus, iuxta Bullam Pij V.& hoc decretum, dummodò portio Vicarij nõ excedat fructus Eccleſiæ,vt per Aldan. *d.tit.*2.*n.*11. vbi refert ſic deciſum *in vna Aſſiſien.*

19. Vicarij perpetui non poſſunt inſtitui abſque erectione tituli Vicariæ, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d.p.*11.*cap.*2. *n.*15.

20. Hoc decretum quatenus permittit Ordinariis conſtituere poſſe temporales Vicarios in quibuſcunque beneficiis Curatis,quæ reperiuntur vnita Eccleſiis Cathedralibus, &c. non habet locum in beneficiis, in quibus Vicariæ perpetuæ iam erectæ erant,vt aſſerit reſolutum Nic.Garc. *p.*9.*c.*2.*n.*311.

21. Beneficia etiam Curata aliis beneficiis annexa tranſeunt in ſimplicium naturam, dummodò acceſſoriè ſint vnita, & cura per Vicarium temporalem non exerceatur,ita dicit deciſum Nic.Garc. *part.*11.*c.*5.*num.*197.

Cura animarum ſi per Vicarium temporaneum deputatum à Priore exerceri ſolita fuit illa remanſit penes Priorem, & tenetur reſidere, ita atteſtatur reſolutum Aldan. *d.tit.*2.*num.*12.

22. Parochi amouibiles remoueri non poſſunt, niſi ex rationabili cauſa, ex Aldan. *d. tit.*2. *n.*13. Vbi refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 11. *Iulij* 1626.

23. Vicarium perpetuum in Parochialibus vnitis Archidiaconatui,ſeu aliis dignitatibus,aut canonicatibus ponendi facultas relinquitur Epiſcopi arbitrio ſecundùm facultatem, & prout colligitur ex hoc decreto, nec conſtitutio Pij V. obſtat eo quòd & de vnitis ante Concil. intelligatur, ita dicit reſolutum Nicol.Garc. *p.*11.*c.*2. *n.*7.

Capitulum ſi habeat vnitas menſæ nonnullas 24.
Parochiales,quibus ab immemoriali tempore deſeruiri fecit per Vicarios ad eius nutum amouibiles iuxta facultatem ſibi à Sede Apoſtolica conceſſam præuio examine, & approbatione Epiſcopi, poterunt huiuſmodi Vicarij amoueri ad nutum Capituli,ab Ordinario verò non niſi ex cauſa legitima atque probata, propter quam etiamſi perpetui eſſent, amoueri poſſent. Ita dicit deciſum fuiſſe Nicol.Garc. *in addit. ad part.*1. *c.*2. *n.*94.

Vicarij, ſeu Parochi in Eccleſia exempta animarum curam exercere intendentes priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo, iuxta 25.
diſpoſitionem *cap. per exemptionem, de priuileg. lib.*6. vt per Aldan. *d. tit.*2. *num.*16. vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Caputaquen.*23. *Iunij* 1629.

Parochi pro cura animarum non poſſunt deputari, niſi de conſenſu Epiſcopi, ac præuio examine, vt per Aldan. *vbi proximè*,referentem ſic deciſum *in Piſtorien.* 5. *Ianuar.* 1627. 26.

Epiſcopus poteſt examinare & approbare Vicarios Eccleſiarum Parochialium vnitarum, & dependentium à religione Hieroſolymitana,& debet eoſdem Vicarios,ſi idonei reperti fuerint,ſimpliciter approbare, non autem ad tempus, etiamſi ſint temporales, nec poſſunt pro libito eoſdem ſubiicere nouo examini, vt per Aldan. *d.tit.*2. *num.*17. aſſerentem ita fuiſſe reſolutum *in Auguſtana iuriſdictionis* 14. *Decembris* 1630. Niſi ſuperuenerit noua cauſa & ſuſpicio ignorantiæ, quia tunc poterit Epiſcopus eoſdem iterum examinare ad effectum *cap.*6 *ſeſſ.*21. *de reformat.* ex Aldan.*vbi ſup.*dicente ſic reſolutum *in Placentina* 26.*Auguſti* 1628. 27.

Nominatio Vicarij perpetui Parochialis vnitæ 28.
ſpectat non ad Ordinarium, ſed ad eum, cuius eſt beneficium, in quo erigitur vicaria, vt ſtatuitur in conſtit. Pij V.incip. *Ad exequendum,ſub dat. Kal. Nouemb.*1567. in illis verbis:*Volumus inſuper,& ita mandamus quòd dicti Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorũ electionem,ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis vnitis ponẽtur cum ipſorum Ordinariorum ſeu eorũ Vicariorum præuio examine, & approbatione,deputentur*; & ſic per hanc conſtit. fuiſſe deciſum,refert Nic.Garc.*p.*9.*c.*2.*n.*295. vbi *n.* 309. reſoluit illam habere locum etiam quando vicariæ vacant in menſe reſeruato, ſeu cadunt ſub alia reſeruatione; & *num.*316. ſubdit in eiuſmodi Vicariis perpetuis ex hoc decreto,vacantibus in menſibus Apoſt. ſeu aliàs reſeruatis, poſſe fieri præſentationem, ſeu nominationem, & deputationem, non obſtante reſeruatione; ita tamen quòd Vicarij deputati teneantur expedire nouam prouiſionem, nec aliàs ad poſſeſſionem admitti poſſint,ex *d.conſtit.* Pij V. quatenus ſtatuit quòd Vicarij perpetui pro tempore deputandi teneantur expedire nouam prouiſionem, & ſoluere annatam pro portione fructuum ſibi aſſignata, pro qua debet fieri detractio in ſolutione quinquennij.

Cura animarum in Parochialibus vnitis Capi- 29.
tulis Cathedralium, ſeu Collegiatarum Eccleſiarum ita exercenda eſt. Primò ſi incumbit certæ perſonæ, per illam exercenda eſt; ſi imminet toti Capitulo,vt per ſingulos per vices exerceatur,cogendi ſunt ad illam exercendam,vt notatur *in cap. ſtatutum,de elect in* 6. ſi ſpectat ad illorum menſam, ita vt inſtitutio illarum perſonarum,quæ illam curam exercent, à nullo ſuperiore facienda eſſet,Canonici non poſſunt compelli, vt nec per ſe ipſos, nec per Vicarios perpetuos illam exerceant. Gloſ. *verb.menſam,in Clem.*1.*de exceſſ.Prel.* & *ibi* Card. Immol.Anch Idem dicendum ſi per Sedem Apoſt.

eis

eis eſſet iodultum, vt per temporarios cura exerceatur, ſed in iſtis duobos caſibus poſtremis cogi poſſunt ad conſtiruendos Vicarios perpetuos, ita Nicol. Garc. *p.11.c.2.n.9.*

30. An, & quando Vicarius ad nutum amouibilis poſſit ante finitum anoum ſeruitij amoueri? Vide Rebuff. *in praxi benefic. tit. de diſpenſat. de non reſiden. n.18. & tom.3. ad leges Galliæ, tit. de mater. poſſeſ. in benef. art.9. gloſ. vnic. in præfat.* Flores de Mena *d. quæſt.10. num.34.*

31. γ *Niſi ipſis Ordinariis*, &c.] Hæc verba iuſtum arbitrium Ordinariorum exigere, deinde quòd id fiat in viſitatione, vnde iuſtam cauſam neceſſariam eſſe vt erigantur perpetuæ vicariæ io Eccleſiis, io quibus iuxta prædicta poni poterant Vicarij amouibiles, qua deficiente iuſtè appellari reſoluunt Flores de Mena *d. quæſt.10. n.47.* Nicol. Garc. *dicto cap.2. n.8.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.3. allegat.72. n.190. in med.*

32. δ *Pro bono Eccleſiarum regiminè*, &c.] Non poſſe Epiſcopum perpetuum Vicarium inſtituere quando pro bono pacis, & ceſſatione litium, rectáque beneficij gubernatione expediret nihil innouari, ſed inſtituendum Vicariom ad nutum amouibilem, reſoluunt Flores de Mena *d.q.10.* Sanch. *d. c.29. n.191. verſ. quintò fallit.*

ε *Portione*, &c.] De hac congrua portione aſſignanda Vicario iuxta formam *d. Conſtit.* Pij V. vide dicta *ſup. c.3. in fin.*

33. Oblationes ſunt computandæ in portione aſſignanda Vicariis ex hoc decreto, & Bulla Pij V. & talis aſſignatio partibus citatis eſt facienda, ita Aldan. *d. tit.1. n.18.* vbi refert deciſum *in Turolen. die 2. Aprilis* 1583.

34. Vicarius perpetuus Abbatiæ debet ſubire omnia onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum; cætera verò omnia ad Abbatem, ſeu Commendatarium eiuſdem Eccleſiæ ſpectant, in qua eſt erecta vicaria, vt per Aldan. *d. tit.2. n.20.* vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *in Eugubina 11. Maij* 1594.

Omnia onera incumbentia Eccleſiæ, in qua erecta eſt vicaria perpetua, pertinent ad ipſum Vicarium perpetuum, ex Aldan. *vbi ſuprà.* 35.

Vicarij merces detrahenda eſt ex fructibus parochiæ vnitæ monaſterio, non autem ex fructibus monaſterij, refert deciſum Aldan. *d. tit.2. n.21.* 36.

Cura vnita Collegiatæ ſi immineat Archipresbytero, & Capitulo, ex bonis Archipresbyteri, & Capituli portio aſſignaoda eſt, ita dicit reſolutum Aldan. *d. tit.2. n.22.* 37.

ζ *Appellationibus.*] Vide Ceuall. *commun. contra communes, q.897. n.613. part.4.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neap. deciſ.136. p.2.* vbi de appellatione ab aſſignatiooe congruæ portionis, & quòd hæc appellatio deuoluat, ſed non ſuſpendat, dicit reſolutum Nicol. Garc. *d.p.11. c.2. n.11.* 38.

Per hoc decretum tollitur conſuetudo immemorialis, vt io illis beneficiis vnitis deſeruiatur per Capellanos amouibiles ſi aliter Epiſcopo videbitur, ita refert deciſum Nic. Garc. *d.c.2. n.7.* 39.

η *Priuilegiis.*] Non tamen remunerationis gratia conceſſis, ex quibus beneficium eſſet vnitum cum clauſula ponendi Vicarium ad nutum amouibilem, vt per Flores de Mena *d. q.10. num.46.* Sanch. *d.c.29. n.191. verſ. quartò fallit*, aduertentes ſub generali priuilegiorum derogatione, quam apponit text. *in præſenti*, non includi priuilegia remunerationis cauſa conceſſa; limitant tamen, illo *n.49. & 50.* hic verò *in verſ. vltimò fallit*, *dictis locis*, niſi ex priuilegio Pontificio poſt huiuſmodi decretum conceſſo vnitum eſſet beneficium parochiale, cum clauſula inſtituendi Vicarium ad nutum amouibilem, tunc enim aiunt minimè poſſe Epiſcopum contra id priuilegium Vicarium perpetuum conſtituere, dummodo illud ex certa ſcientia, aut Motu proprio conceſſum eſſet, aut cum expreſſa Tridentini derogatione. 40.

Eccleſias exemptas quaſcunque Ordinarij locorum viſitant vt reparentur, & curà animarum ſollicitè habeatur.

CAPVT VIII.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Viſitare poteſt Epiſcopus quaſcunque Eccleſias ſæculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes, etiamſi ad Regulares pertineant.*
3. *Epiſcopus cuius Cathedralis eſt proximior, poteſt viſitare quaſcunque Eccleſias ſæculares nullius diœceſis quantumcunque exemptas.*
4. *Confraternitates perſonarum ſæcularium in Eccleſiis Regularium exemptorum exiſtentes, non autem Capellas, vel altaria, viſitare poteſt Epiſcopus.*
5. *Altaria, & Capellas in Regularium Eccleſiis etiam per ſæcularium confraternitates conſtructa viſitare non poteſt Epiſcopus.*
6. *Monaſteria monialium Regularibus ſubiecta viſitare poteſt Epiſcopus in his omnibus, quæ ad clauſuram ſpectant.*
7. *Capitulum Sede vacante poteſt viſitare monaſteria monialium non exempta.*
8. *Dignitatem exemptam poteſt Epiſcopus viſitare in concernentibus curam animarum illi annexam.*
9. *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias curatas vnitas monaſteriis, & ponere in eis Vicarios perpetuos, ſiue temporaneos, prout expedire videbitur.*
10. *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias exemptas inferioribus Prælatis ſubiectas.*
11. *Et quas Abbas S. Benedicti in eius diœceſi ſitas habet.*
12. *Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Eccleſias parochiales Regularium ſuæ diœceſis, quando in eis cura exercetur per Sacerdotes ſæculares.*
13. *Viſitare poteſt Epiſcopus omnes parochiales ſuæ diœceſis, etiamſi monaſteria prætenderent habere iuriſdictionem ſpiritualem immutabilem in locis vbi dictæ Eccleſiæ ſitæ ſunt.*
14. *Altare membrum Religionis S. Antonij Vienneſis, quod cura caret animarum, non poteſt viſitare Epiſcopus.*
15. *Viſitare non poteſt Epiſcopus loca Eccleſiarum Sæcularium non habentium curam animarum in quibus aſſeruatur ſanctiſſimum Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſæcularium audiuntur.*
16. *Ordinarij ſe non poſſunt interponere ad viſitandum, vbi Equites Hieroſolymitani habent iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem.*
17. *Parochiales Eccleſiæ, etiam quæ ſunt capita Ordinum, ab Ordinariis viſitari debent.*
18. *Viſitari non poſſunt ab Ordinariis Regulares inſeruientes*

Digitized by Google

ſeruientes de licentia ſuorum ſuperiorum beneficiis ſimplicibus, quæ ſunt membra monaſteriorũ.
19. *Prioratum Militum Hieroſolymitanorum Ordinarius viſitare non poteſt.*
20. *Prioratus, qui ſuis capitibus ſubſunt, ab Epiſcopis viſitari non poſſunt.*
21. *Eccleſiæ Militum Hieroſolymitanorum ſunt exemptæ à viſitatione Epiſcoporum, niſi in concernentibus ipſam curam.*
22. *Epiſcopus viſitans in vim Concilij locum exemptum non poteſt proceſſum iudicialiter conficere, cauſaſque ordinarias cognoſcere.*
23. *Viſitare poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſt. delegatus Parochialem ſubiectam Monachis Oliuetanis.*
24. *Subdelegare poteſt Epiſcopus, ſpecialiter tamen, facultatem viſitandi Eccleſiam collegiatam exemptam.*
25. *Procedit in inferiorib. habentibus iura Epiſcopalia.*
26. *Capella regia huic decreto ſubiiciuntur.*
27. *Non cenſetur ſuſtuliſſe rem iudicatam, nec concordiam.*
28. *Epiſcopus in viſitatione non poteſt recuſari tanquam ſuſpectus.*

a Infrà ſeſſ. 24 de relig. c 9 & ſeſſ. 21 c. 8. Cõc. Tolet. 4. c. 15. Conc. Bracaren 2. c 1. Cnac. Aurel. c 17. cap. decernimus, c. Epiſcopum, & c. pl. cum 10. q. 1.

a LOcorum Ordinarij Eccleſias quaſcunque, a β *quomodolibet exemptas* auctoritate Apoſtolica, ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remediis prouidere, vt, quæ reparatione indigent, reparentur: & cura animarum, ſi qua illis immineat, aliiſque debitis obſequiis minimè defraudentur: appellationibus, γ *priuilegiis*, *conſuetudinibus*, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, δ *& illorum inhibitionibus penitus excluſis.*

VIde Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q 36. art. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Viſitatio, & p. 2. verb. exemptus*, Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. c* 8.
1. Villadieg. *in ſpeculo viſitat. fol. 32. n. 7.* Eraſm. à Cochier. *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part. 2. q. 45. n. 11. & p. 4. q. 23. num. 2.* Azor. *inſtit moral. p. 2. lib. 3. c. 40.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 5. collect.* 1591. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6 de viſitat. l. 5. § 2. n. 13. 14. & 84. cum multis ſeqq.* Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib. 1. tit. 7.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 74. per tot.* Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regul. reſolut. 25. num. 15.*

2. Viſitare poteſt Epiſcopus quaſcunque Eccleſias ſæculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes vigore huius decreti, etiamſi ad Regulares pertineant, & ab eis dependeant, dum tamen per ſæculares eis deſeruiatur, ita refert deciſum Armendar. *d. cto tit. 6. de viſitat. l. 5. § 2. n. 3.*

3. Eccleſias ſæculares nullius diœceſis quantumcunque exemptas, & Sedi Apoſt. immediate ſubiectas, earúmque Prælatum ſæcularem habentem in eis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt Epiſcopus, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitare, vigore Concil. *ſeſſ. 14. de reformat. cap. 9.* ita refert reſolutum Armend. *d. tit. 6. de viſitat. l. 5. § 2 num. 13.*

4. Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates perſonarum ſæcularium in Eccleſiis Regularium exemptorum exiſtentes, non autem Capellas, vel altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias exiſtunt, ita teſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. l. 5. § 2. num* 14.

Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates ſæcularium in regularium Eccleſiis erectas, & in illas iuriſdictionem ad ſacri Concil. Trid. præſcriptum exercere quacunque contraria conſuetudine non obſtante, ita Aldan. *d. tit. 7 num. 2.* vbi refert deciſum *in S. Congregat. Epiſcop. in Vercellen.* 17. *Iulij* 1615.

5. Viſitare non poteſt Epiſcopus Altaria, & Capellas in Regularium Eccleſiis, etiam per ſæcularium confraternitates conſtructa, ex Aldan. *dicto tit. 7. num. 3.* vbi teſtatur reſolutum *in S. Congregat. Epiſcop. in Tarien* 21. *Auguſti* 1616. *& in Terracinen.* 22. *Ianuarij* 1616.

6. Viſitare poteſt Epiſcopus monaſteria Regularibus ſubiecta in iis omnibus, quæ ad clauſuram pertinent, etiamſi moniales ſint Regularibus ſubiectæ, quoties verè cognouerit expedire, ita refert deciſum Armendar. *d. tit 6. de viſitat. n. 17. & 8.* Et circa clauſuram delinquentes poteſt Epiſcopus tanquam ad hoc Sedis Apoſt. delegatus punire, quoties & quando opus fuerit, ſicut ſtatuit Gregorius XV. *in ſua conſtit.* incip. *Inſcrutabili ſub dat. 9. Februarij* 1622.

Capitulum Sede vacante poteſt viſitare etiam monaſteria monialium non exempta, exempta verò minimè, ita referunt reſolutum Nic. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 7. n. 45.* Armendar. *dict. tit. 6. de viſitat. num.* 84. 7.

Dignitatem exemptam poteſt Epiſcopus viſitare in concernentibus curam animarum illi annexam, ita Aldan. *d. tit. 7. n 5.* vbi refert ſic deciſum *in Burgen.* 18. *Auguſti* 162. 8.

Eccleſias curatas vnitas monaſteriis poteſt Epiſcopus Ordinarius loci viſitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, ſiue temporaneos, prout eis expedire videbitur, vt teſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. n.* 85. quem refero Ego ipſe *dict. allegat. 74. num.* 41. 9.

Eccleſias exemptas etiam inferioribus Prælatis ſubiectas poteſt Epiſcopus viſitare, ſicut tradit Armend. *d. tit 6. de viſitat. n.* 86. 10.

Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias, quas Abbas S. Benedicti in eius diœceſi ſitas habet, modò in eis cura animarum exerceatur per Sacerdotes ſæculares, vt per Armend. *d tit. 6. n.* 87. 11.

Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Parochiales ſuæ diœceſis, in quibus ſunt Sacerdotes ſæculares, licet Eccleſiæ ſint Regularibus ſubiectæ, ſiue etiamſi ſint Eccleſiæ Regularium, quando tamen curam exercent per Sacerdotes ſæculares, ex Armendar. *d tit. 6. n* 88. quem refero *d. alleg. 74. n.* 12. 12.

Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Parochiales ſuæ diœceſis, etiamſi monaſteria prætenderent habere iuriſdictionem ſpiritualem immutabilem in locis vbi dictæ Eccleſiæ ſitæ ſunt, vt refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. n.* 89. quem cito *d. alleg. 74. num.* 12. 13.

Epiſcopus non habet ius viſitandi ſacellum, vel altare quod cura caret animarum, & membrum ſit religionis S. Antonij Viennenſis, vt atteſtatur reſolutum Armendar. *d. tit 6. n.* 90. 14.

Et poſita conſtitutione Gregorij XV. incip. *Inſcrutabili, ſub dat 9. Februarij* 1622. deciſum fuit Epiſcopis non licere in vim eiuſdem conſtitutionis viſitare altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium, nec loca vbi in eiſdem Eccleſiis aſſeruatur 15.

uatur ſanctiſſimum Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſæcularium audiuntur, quam deciſionem originalem præ manibus habui, & in typographia Romanæ Cameræ Apoſt. impreſſam vidi.

Licèt Epiſcopi viſitare poſſint Eccleſias, quibus imminet cura animarum, non comprehenduntur tamen monaſteria, & Eccleſiæ Regularium, quando ſunt Eccleſiæ in diœceſi, ita refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. num. 93.*

16. Vbi Equites Hieroſolymitani habent iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, ibi Ordinarij ſe non poſſunt interponere ad viſitandum, vt teſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. de viſit. n. 94.* quem refero *d. alleg. 74. n. 26. in fine.*

17. Parochiales Eccleſiæ vnitæ monaſterijs, etiam quæ ſunt capita Ordinum, ab Ordinarijs viſitari debent, vt ait reſolutum Armendar. *d. tit. 6. n. 95.*

18. Regulares inſeruientes de licentia ſuorum ſuperiorum beneficiis ſimplicibus, quæ ſunt tamen membra monaſteriorum, ſeu Religionis, non poſſunt viſitari ab Ordinariis, ex Armendar. *dicto tit. 6. de viſitat. num. 96.*

Epiſcopus incumbens correctioni, & viſitationi exemptorum vigore facultatis ſibi tanquam Sedis Apoſt. delegato à Concil. tributæ, poteſt procedere contra conſeruatores impedientes, præſertim ſi illi extra diœceſim commorentur, vt per Armend. *lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis n. 75.*

19. Prioratum Militum Hieroſolymitanorum Ordinarius viſitare non poteſt, cùm illi ſint Præpoſitores, non verò Commendatarij, ſed viſitari debet à Capitulis ſui Ordinis, ita Armend. *d. tit. 6. de viſitat. n. 101.* quem refero *d. alleg. 74. n. 27.*

20. Prioratus, qui ſuis capitibus ſubſunt, etiam Ordinis Hieroſolymitani, ab Epiſcopis viſitari non poſſunt, vt refert deciſum Armendar. *dict. tit. 6. de viſitat. num. 103.*

21. Eccleſiæ Militum Hieroſolymitanorum ſunt exemptæ priuilegiis ſummi Pontificis à viſitatione Epiſcoporum præterquam ſi fuerint curatæ, ſicut teſtatur reſolutum Armendar. *d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis n. 6.* In concernentibus verò ipſam curam Ordinario ſunt ſubiectæ, & ab eo viſitari poſſunt, vt decreuit ſanctæ mem. Pius V. *conſtit. ſua, incip. Expoſcit, ſub dat. 22. Septembris* 1571. & referunt Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. n. 46.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 176.* Ethm. à Cochier *de iuriſd. Ordinarij in exemptos, part. 2. q. 45. num. 11.* quos adduco *d. alleg. 74. num. 26.*

22. Epiſcopus viſitans in vim Concilij locum exemptum, ſeu nullius diœceſis, non poteſt proceſſus iudicialiter conficere; cauſáſque ordinarias cognoſcere, ac definire, ita Aldan. *d. tit. 7. n. 6.* vbi ſic deciſum fuiſſe refert *ſub die 8. Iunij* 1619.

Viſitare poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtol. delegatus Parochialem ſubiectam Monachis Oliuetanis, & hoc debet exprimere, & Abbas poteſt concedere decreta cumulatiuè cum Epiſcopo, ſed quatenus ſint contraria debent præualere decreta Epiſcopi, ex Aldan. *d. tit. 7. n. 7.* vbi atteſtatur ita fuiſſe reſolutum *in Veronen. 28. Iulij* 1628. 23.

Subdelegare poteſt Epiſcopus facultatem viſitandi Eccleſiam collegiatam exemptam, ſed opus eſt ſubdelegatione ſpeciali, ex Aldan. *d. tit. 7. num. 8.* vbi refert deciſum *in Lucana 1. Febr.* 1631. 24.

a Locorum Ordinarij.] Procedere in inferioribus habentibus iura Epiſcopalia, tenuit Rota *in Piſcien. ſeu nullius iuriſdictionis 16. Nouemb.* 1593. *coram Giptio*, impreſſa *deciſ. 798.* apud Farinac. *in 1. collect. nouiſſ.* alias *p. 4. diuerſor.* Aloyſ. Ricc. *in praxi reſolut.* 338. *n. 3. in 2. edit.* 25.

Abbas, qui exercet iuriſdictionem in aliquo territorio ex conſuetudine immemoriali confirmata à Sede Apoſtol. non obſtat hoc decretum quin poſſit viſitare Eccleſias, Rota *in Salamantina iuriſdictionis 9. Maij* 1594. *coram Seraphino.*

b Quomodolibet exemptas.] Capellæ regiæ huic decreto ſubiiciuntur, quia reſeruatio exemptionis, de qua *ſeſſ. 24. cap. 11.* procedit iuxta terminos *cap. cum Capella, de priuil.* ſolùm quoad ſuſpenſionem, vel excommunicationem, aut interdictum, non quoad viſitationem, ita Rota *deciſ. 744. p. 1. diuerſ.* Couarr. *pract. cap. 11. n. 5.* 26.

c Priuilegiis, conſuetudinibus, &c.] Non cenſetur ſuſtuliſſe nec rem iudicatam, nec concordiam, vt per Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 202.* Non derogat ſententiæ, & concordiæ, quæ Epiſcopum à viſitatione excludunt, cùm enim faciat diuerſas derogationes, cenſetur aliis non expreſſis noluiſſe derogare, idem Garc. *d. cap. 2. n. 202.* 27.

d Et illorum inhibitionibus penitus excluſis.] Non poſſe Epiſcopum in viſitatione recuſari tanquam ſuſpectum, dum tamen in ea proceſſum non compleat, & ſe intra viſitationis terminos contineat, ſicut etiam in præparatoria inquiſitione non poſſe vt ſuſpectum recuſari, nec probatione, vel allegatione ſuſpicionis impediri, quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat, viſitatos afficere poſſit, referunt deciſum Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. iuris, allegat. 70. n. 7.* Curi. Philipp. *p. 1. §. 7. n. 10.* Armend. *d. tit. 6. de viſitat. n. 7. & 8.* vbi *n. 34.* ſecus aſſerit, ſi in viſitando modum excelleret. 28.

Conſecrationis munus infra tres menſes Epiſcopi ſuſcipere tenentur.

Capvt IX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*

AD maiores Eccleſias promoti *a* munus conſecrationis infra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur.

a Seſſ. 23. c quoniam quidem, diſt. 100. & infrà ſeſſ. 23. de reform. c. 2.

1. VIde Syluest. *verb. conſecratio Prælatorũ*, Sbroz. *de officio vicarij lib. 2. quæſt. 10.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. c. 97. num. 32.* Rendina *in promptuario recopt. ſent. tit. 38. num. 13.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. conſecratio Prælatorum*, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 3. num. 22.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 24. n. 141.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 58.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 6. c. 6. n. 9.* Vgolin *de officio Epiſcopi, c. 2. in princ. à n. 2.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moral. tract. 6. c. 7. n. 47.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. c. 5. num. 23. verſ. & quidem primò*, Caſtald. *in praxi cæremon. lib. 1. ſect. 10. c. 2. n. 3.* Sebaſt. Cæſar. *in relect. de Eccleſ. hierarchia p. 1. diſp. 6. §. 2. n. 11.* Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 1. num. 39.* latiùs *infrà ſeſſ. 23. de reformat. c. 2.*

Capitula

Capitula, Sede vacante, nulli dent Reuerendas, niſi arctato occaſione obtinendi, aut obtenti Beneficij Eccleſiaſtici, ſub pœnis, &c.

Capvt X.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Capitulum ſeu eius Vicarius non poteſt infra annum dare dimiſſorias etiam ad primam tonſuram.*
3. *Capitulum non poteſt infra annum dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate vt ordinet Regulares.*
4. *Capitulum Sede vacante poteſt infra annum teſtimonium idoneitatis facere.*
5. *Capitulum Sede vacante ante lapſum anni poteſt facultatem concedere obtinendi licentiam a Sede Apoſtolica de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij, &c.*
6. *Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt exequi commiſſiones Apoſt. in forma* Dignum.
7. *Nec poteſt expedire diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario generali.*
8. *Vicarius Papæ poteſt Apoſt. Sede vacante dimiſſorias impartiri.*
9. *Capitulum poſt annum Sedis vacantis litteras dimiſſorias, & facultatem ordinandi concedere poteſt in Eccleſia vacante.*
10. *Dimiſſorias concedere poſt annum ſpectat ad Vicarium capitularem, & non ad Capitulum.*
11. *Epiſcopus ſi eſt notoriè hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ pertinet facultas concedendi dimiſſorias.*
12. *Capitulum ex cauſis in Concilio expreſſis Ordinum interſtitia remittere poteſt.*
13. *Concilium Prouinciale non poteſt reſtringere poteſtatem Capituli vt non concedat poſt annum litteras dimiſſorias.*
14. *Capitulum Sede vacante intra annum dimiſſorias ad Ordines dare non poteſt, etiamſi haberet territorium diſtinctum & exemptum.*
15. *Dimiſſorias litteras per eius Vicarium concedere poteſt Capitulum Sede vacante, arctatis beneficiis tam habitis, quàm habendis.*
16. *Arctati occaſione beneficij recepti qui dicantur.*
17. *Arctati occaſione beneficij recipiendi qui dicantur.*
18. *Vicarius Capituli Sede vacante concedens dimiſſorias intra annum incurrit tantùm pœnam interdicti.*
19. *Quamuis is, cui conceſſit dimiſſorias, illis vſus non fuiſſet.*
20. *Ordinati ad minores Ordines de licẽtia Capituli Sede vacante intra annum nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudere debent.*
21. *An poſſint habere beneficium.*
22. *Verbum* gaudeant, *eſt futuri temporis.*
23. *Impedimentũ hoc perpetuum non eſt, ſed temporale.*
24. *Epiſcopus poteſt ratificare Ordines, quos accepit eius ſubditus abſque ſuis litteris dimiſſorialibus.*

a Seſſ. 23. c. 104. cap. cum nullus de tempor. ord. in 6. b Infrà ſeſſ. 23. de reformat. c 10.

NOn liceat Capitulis Eccleſiarum, a Sede vacante, a *infra annum* à die vacationis, & ordinandi licentiam, aut litteras dimiſſorias, ſeu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm β *etiam cuiuſuis priuilegij*, aut conſuetudinis vigore, alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione, γ *arctatus non fuerit*, concedere: ſi ſecus fiat, b δ *Capitulum contrauueniens*, Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: ε *& ſic ordinati*, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, ζ *gaudeant*: in maioribus verò ab executione Ordinum, η *ad beneplacitum futuri Prælati*, ſint ipſo iure ſuſpenſi.

1. VIde Rebuff *in praxi benefic. tit. de deuolut. n* 67. Emman. Sà *in aphor. verb. Ordo n* 20. Cardin. Tolet. *in inſtruct ſacerd lib* 1. *cap.* 49 *n.* 2 Nauarr. *conſil.* 19 *alias* 27. & *conſil.* 20 *alias* 28. *in nouis, de tempor. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ.* 11. 22. & 65. Henriq. *in ſumma lib.* 10. *cap* 21. §. 3. Zerol. *in praxi Epiſcop. p* 1. *verb. Capitulum*, *in principio*, Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 26. *verb. ſine licentia, verſ. poterit tamen*, Fr. Emman. *in ſum tom.* 2. *c.* 14 *concl.* 2. Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegat.* 5. *num* 12. Sanch. *in opuſc. moral. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 20. *n.* 36. Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.* 1. *tract. de Sacram. Ordinis c* 8. *concl.* 3. Pialec. *in praxi Epiſc. p.* 1. *c* 1. *num.* 13. Azor. *inſtit. moral p.* 2. *lib.* 3. *c.* 49. *quæſ.* 5. Suar. *tom.* 5. *de cenſuris, diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 20 Fornar. *de Sacramento Ordinis c.* 4. *n* 4. Rebellus *in prompt. recep. ſentent. tom* 1. *tit.* 19. à *n.* 1. Quarant. *in ſumma Bullarij verb. Capitulum Sede vacante, verſ. decimò quarto*, Salzed. ad Bernard. *in practic. c* 26. *littera* C, *in nouiſſim. edit.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part* 3. *cap* 8. *num.* 47. *cum ſeqq.* Campan. *in diuerſor. iuris canon rubric.* 9. *cap* 7. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 106. & *in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. p.* 4. *deciſ* 145. Bonacin. *de Sacram. diſput.* 8. *quæſt. vnic. puncto* 4. *num.* 21. Raguc. *de voce Canonic. quæſt.* 39. *num.* 2. Bonacin. *de ſuſpenſion. in particulari diſput.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 11. *ex num.* 25. Nic. Garc. *de beneficiis part.* 5. *cap.* 7. *num.* 93. *cum ſeqq.* Monet. *de commut. vltimarum voluntat. cap.* 10. *numero* 164. *cum multis ſeqq.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Capitulum, num.* 5. Molin. *de Iuſtitia tr.* 5. *diſp* 11. *num.* 4. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. Eccleſ. cap* 8. *num.* 34 & *cap.* 44. *num.* 20. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.* 1. *tract.* 2 *cap* 1. *quæſ.* 6. *prope fin.* Metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 1. *allegat.* 7. *n.* 10 *cum ſeqq* vbi *n* 23. reſoluo dimiſſorias à Capitulo Sede vacante rite, & rectè datas non expirare per ingreſſum moderni Epiſcopi, & *num.* 23. eum multis teneo dimiſſorias huiuſmodi ſemper valere tam viuente, quàm defuncto dante. March. *de Sacram Ordin. tract.* 1. *p.* 6. *c.* 3 *n n.* 12. Valenzuel. *conſ.* 107. *n.* 2. *tom.* 2.

Capitulum, ſeu eius Vicarius Sede vacante non poteſt infra annum dare dimiſſorias, etiam ad primam Tonſuram, vt reſoluunt Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. decimòquartò*, Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c* 14. *n.* 6. Maiol. *de irreg lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 5. Nic. Garc. *de benef. p* 5. *c.* 7. *n.* 95. vbi additio Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 106. Monet. *de commut. vltim. volunt. c.* 10. *n.* 173. Niſi concedat ei, qui eſt præſentatus à patrono laicis ad beneficium Eccleſiaſticum iuris patronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat, ſecundùm Nicol. Garc. *d. c.* 7. *n.* 93. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract.* 6. *c.* 7. *n.* 50. 2.

Non

3. Non poteſt dicto anno durante dare licentiam Epiſcopo commoranti in ciuitate, vel diœceſi, vt ordinet Regulares, etiam præuio examine per ipſum Vicarium facto, ex Raguc. *de voce Canonic. quæſt.* 39. *num.* 4.

4. Poteſt tamen Capitulum Sede vacante infra annum teſtimonium idoneitatis facere, vt tenent Nauarr. *conſil.* 19. *in antiq.* aliàs 27. *in nouis, de tempor. ord.* Sayr. *in florib. deciſ ſub eod. tit. deciſ.* 21. Bonacina *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. vnic. punct.* 4. *n.* 24. & *d. punct.* 11. *num.* 24 Galet. *in margarit. caſuum conſcient. verb. Capitulum* 5. Molin. *d. tract.* 5. *diſp.* 11. *n.* 4. *verſ. quamvis*, Marcel Vulpe *d. c.* 44. *n.* 11. Marchin *d. p.* 6. *cap.* 3. *num.* 17. & 18. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *c.* 46. *n.* 12. Ego ipſe *d. alleg.* 7. *n.* 16. Quarãt. *d. verſ. decimò quæro limit* 3. Monet. *d. c.* 10. *n.* 182. vbi refert modernum Curiæ Romanæ ſtylum habere vt Sede Epiſcopali vacante iſtæ quoque teſtimoniales dentur ab Ordinario viciniore.

5. Poteſt quoque ante lapſum anni vacationis Sedis obtinenti facultatem a Sede Apoſtolica de ſuſcipiendo Ordines cum licentia ſui Ordinarij huiuſmodi facultatem ſubordinatam concedere, vt tenent Nauarr. *conſ.* 19. *in antiq.* aliàs 27. *in nouis, de tempor. ordin.* Piaſec. *d. c.* 1. *n.* 13. *verſ. Capitulum.* Ego ipſe *d. alleg.* 7. *num.* 14. Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 40. *verſ.* 3.

Poteſt inſuper anno durante Epiſcopo extero concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum ſubditorum, non tamen ſubditorum vacantis Sedis, vt reſoluunt Henriq. *in ſum lib.* 10. *c.* 22. § 1. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante q.* 11. Marc Ant. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. c.* 87. *n.* 33. Piaſec. *loco proximè citato*, Nauarr. *conſ.* 27. *de temp. ordin.* Molfeſ. *in ſumma tract.* 2. *c.* 2. *n.* 28. Marchin. *d. p.* 6. *c.* 3. *n.* 16.

Sede Epiſcopali vacante pro ſuſcipiendis Ordinibus infra annum non eſt adeundus vicinior, vel Metropolitanus, ſed adeunda eſt Sedes Apoſtolica, vt refert deciſum Nicol. Garc. *p.* 5. *c.* 7. *n.* 93.

Vicarius Capitularis Sede vacante executioni demandare poteſt litteras Epiſcopo per S Congregationem directas, & ab illo non exequutas, vt per Aldan *in compend. reſolut. canon. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 1. vbi dicit ita fuiſſe deciſum *in S. Congregat. Epiſc. ſub die* 10. *Aprilis* 1615.

6. Vicarius huiuſmodi Capituli Sede vacante non poteſt exequi commiſſiones Apoſtolicas in forma *Dignum*, & alias directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel ſub nomine dignitatis, ex eodem Aldan. *citato loco*, vbi teſtatur reſolutum *ſub die* 2. *Auguſti* 1631.

7. Nec poteſt expedire diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario generali, vt contra Sanch. *de matrim. lib* 8. *diſp.* 27. *à n.* 29. tenet Aldan. *d. loco*, referens deciſum *ſub die* 24. *Maij* 1621. Et ſic iam hodie Capitulum Sede vacante exequi non poteſt cauſas Vicario Epiſcopi delegatas, niſi in commiſſione exprimeretur nomen diœceſis tantùm, v. g. Vicario Bracharenſi, quia dum Sedes vacat, Vicarius eſt officialis illius diœceſis, ita nouiſſimè Marcell. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.* 44 *num.* 6.

8. Vicarius Papæ non prohibetur etiam ſtatim poſt vacantem Sedem Apoſt. dictas dimiſſorias impartiri, eo quòd hoc decretum minimè reſtringat iuriſdictionem Sedis Apoſt. quamvis vacantis, prout reſoluunt Maiol *de irregular. lib.* 4. *cap.* 6. Henriq. *lib.* 10. *c.* 22. § 3. Salzed. *d. cap.* 26. *litt. C, verſ poterit*, Campan *d. c.* 8 *n.* 6. Ego ipſe *d. alleg* 7. *n.* 13. Marcel. Vulpe *d. c.* 8. *n.* 34. & *d. c.* 44 *n.* 20. *in fine.*

9. *a Infrà annum*, &c.] Capitulum poſt annum Sedis vacantis litteras dimiſſorias, & facultatem ordinandi concedere poteſt in Eccleſia vacante, ſicut deciſum atteſtatur Nicol. Garc. *d. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 93. quæ proſunt etiam finita Capituli auctoritate, Bonacina *d. puncto* 11. *n.* 27. Alzed. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 91.

10. Dimiſſorias poſt annum concedere ſpectat ad Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum, vt reſoluit Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 5. referens ſic fuiſſe reſolutum *in S. Congreg. Epiſcop. in Neapolitana ſub die* 12. *Ianuarij* 1604.

11. Epiſcopus ſi eſt notoriè hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ pertinet facultas concedendi dimiſſorias, vt refert deciſum Nic. Garc. *d. p.* 5. *cap.* 7. *num.* 93.

12. Capitulũ Cathedralis, non autem eius Vicarius, in caſibus, in quibus eidem Sede Epiſcopali vacante licet per hoc decretum dimiſſorias concedere, poteſt etiam ex cauſis in Concilio expreſſis Ordinum interſtitia remittere, ex Aldan *d. tit.* 3. *n.* 6. vbi refert ſic deciſum *ſub die* 17. *Maij* 1602. & ibi etiã habetur Vicarium Capituli nõ poſſe etiam ex cauſis in Concil. expreſſis Ordinũ interſtitia remittere, cùm non poſſit magis, quam Vicarius Epiſcopi.

13. Concilium Prouinciale non poteſt reſtringere poteſtatem Capituli, vt ſcilicet non concedat poſt annum litteras dimiſſorias ordinandis ad titulum patrimonij, vel penſionis; ſed hac in re obſeruandum eſt *c.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reform.* quod docet, obtinentes patrimonium, vel penſionem non promouendos niſi Epiſcopus pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum iudicauerit eos aſſumendos eſſe, vt refert deciſum Garc. *d. p.* 5. *c.* 7. *n.* 93.

14. *β Etiam cuiuſuis priuilegij*, &c.] Non poſſe Capitulum Sede vacante intra annum dimiſſorias ad Ordines dare, etiamſi haberet territorium diſtinctum & exemptum ob immemorabilem poſſeſſionem, & ſint iudices ordinarij, ita Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. decimo quæro*, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 185. *p.* 4.

15. *γ Arctatus non fuerit.*] Arctatis beneficiis tam habitis, quam habendis poſſe Capitulum Sede vacante per Vicarium ab eo electum intra annũ litteras dimiſſorias concedere, tenent Salzed, *d. c.* 26. *lit. C, verſ poterit*, Garc. *d. p.* 5. *c.* 7 *à n.* 96. Molin. *dict. tr.* 5 *diſp.* 11. *n.* 4. *verſ. quamvis.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Capitulũ in princ. verſ. ſecundũ.* Quar. *d. verſ. decimo quæro*, Monet. *d. c.* 10. *n.* 180. vbi reſoluit poſſe huiuſmodi Capitulum pro arctatis litteras dimiſſorias ei concedere, qui habeat Epiſcopum, à quo ratione originis, domicilij aut alterius beneficij compatibilis ab eo recepti illas poſſet obtinere.

16. Arctati occaſione beneficij recepti illi dicuntur, qui obtinent aliquod beneficium requirens beneficium perſonale, ratione cuius de iure, conſuetudine, priuilegio, ſtatuto Eccleſiæ, vel fundatione intra annũ tenentur ſe promoueri facere, vt reſoluũt Nic. Garc *d. p.* 5. *c.* 7. *n.* 98. Vgol *de poteſt. Epiſc. c.* 26. § 20. *n.* 5. *verſ. & primò*, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 98. exemplificantes in eo, qui obtinet parochialem Eccleſiam, quòd ſit arctatus ad ſacerdotium intra annum, & in eo qui obtinet canonicatum ad Ordinem illi annexum, & in aliquibus beneficiis, ſeu capellaniis requirentibus ex inſtitutione ſeruitium perſonale, ſeu aliquem Ordinem, latè Monet. *de com. vlt. volunt. c.* 10. *n.* 166. *cum multis ſeqq.* vbi cum Garc. & Vgol *locis citatis*, ideo eadem ratione dicendum putat, vbi Ordo ſuſcipiendus beneficio eſt ita annexus, vt tẽpore prouiſionis in eo conſtitutus eſſe debeat, qui beneficium obtinet, ſed impetrans diſpenſatus fuit, vt hoc non obſtãte

huiuſmodi beneficium poſſet obtinere, vel vbi in litteris contineretur clauſ. *Non obſtantibus aliquibus, &c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impedire valeat, quomodolibet, vel differri*, aut ſimilis.

17. Arctati verò occaſione beneficij recipiendi illi dicuntur, qui habẽt ius, ſeu ſunt vocati ad aliquod beneficiũ vacans, ſeu capellaniam, quæ tamen requirit actu certũ Ordinem, quo illi carent. Vel illi dicuntur, qui cùm ſint ordinati prima tonſura, ſunt præſentati ad beneficia: ita Aloyſ. Ricc *d. reſol.* 98. Monet. *d. c.* 10. *n.* 173. Vgol. *d.* §. 20. *n.* 5. Nic. Garc. *d. cap.* 7. *n* 99. *&* 100. vbi *n.* 101. tenet electum in concurſu ad beneficium curatum, cuius collatio faciẽda eſt à Papa, non poſſe interim dici arctatum, tam occaſione beneficij recepti, quàm recipiendi; & *n* 102. pariter reſoluit non dici arctatum occaſione beneficij recipiendi illum, cui aliquis vult reſignare aliquod beneficium requirens actu Ordinem, quo ille caret, de quo etiam Aloyſ. Ricc *d. reſolut* 98. *n.* 2. *&* 3. ac Monet. *d. cap.* 10. *num.* 176.

18. *δ Capitulum contrauenientis*, &c.] Vicarius Capituli Sede vacante concedens dimiſſoriam intra annum, non incurrit pœnã ſuſpenſionis per annum, iuxta *cap.* 10. *ſeſſ.* 23. ſed tantùm pœnam interdicti iuxta hoc decretum, Franc Leo *in theſauro fori Eccl. p.* 3. *cap.* 8. *n* 48. Molin. *d tract.* 5. *diſp.* 11 *num.* 4. ita quòd non prohibeatur concedere alias dimiſſorias, Rot *in Burgen. Can.* 17. *Octob. &* 28. *Nouembris* 1586 *coram Giptio*, vbi etiã fuit dictum quòd caſu, quo hoc decretũ imponeret pœnã ſuſpẽſionis, aliæ tamen dimiſſoriæ datæ poſt annũ valent, ſi non ſit declaratus ſuſpenſus, ſed ſit occultus, & toleratus.

19. Vicarius Capituli Sede vacante concedẽs intra annum dimiſſorias, incidit in pœnã huius decreti, quamvis is cui conceſſit, vſus non fuerit, nam actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non ſtetit, vt tradit deciſum Nic. Garc. *in addit. ad d. c.* 7. *n.* 92. Marchin. *d. p.* 6. *cap.* 3. *num.* 15.

ε Et ſic ordinati, &c.] Ordinatos ad minores Ordines de licentia Capituli Sede vacante intra annum nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudere debere, tenent Nauarr. *conſil.* 10. 20.
alias 28. *in nouis ſub tit. de temp. ordin.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 22. *in princ.* Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 38. §. 2. *lit.* C, Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Ordo, verſ. ſecundò limita*, Toler *in inſtruct. Sacerd. lib.* 1. *c.* 49. *verſ. ſecundo*, Leſſ. *de iuſtit lib.* 2. *c.* 34. *ſub n.* 94. Marr. *de iuriſd. p.* 4 *caſu* 149. *n* 8. Campan. *in diuerſ. iuris Canon rubr.* 9. *c.* 2. *n.* 9. Thom. Valaſc. *tom.* 1 *alleg* 45. *n.* 19. *&* 20 Franc. Leo *d p.* 3 *c.* 8. *n.* 47. Marchin. *d. p.* 6 *c.* 3 *n.* 12. vbi ſubdit hanc priuationem priuilegij clericalis hodie non incurri niſi poſt iudicis declarationem, iuxta conſtitutionem S. D. N. Vrb. VIII. contrà male promoros, Cenall. *commun contra commun. tom.* 4 *q.* 897. *n.* 1031. vbi dicit textum in præſenti loqui de ordinato ab Epiſcopo alieno cum litteris inferiorum Prælatorum.

An poſſint ſic ordinati habere beneficium? Vide Flamin. Pariſ *de reſignat. benef. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num* 58. Nau. *loco proximè citato.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, quæſt* 10. *verſ. hinc contingit.* 21.

ζ Gaudeant.] Hoc verbum eſſe futuri temporis, ac proinde per illud non infligi ipſo iure pœnam, reſoluunt Nauarr. *dict. conſil.* 28. Sanch *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *num.* 18. 22.

η Ad beneplacitum futuri Prælati.] Impedimentum hoc perpetuum non eſſe, ſed temporale, donec ſcilicèt aliud placeat futuro ſucceſſori, tenent Salzed. *d. c.* 16 *verb. ſine licentia, verſ. has autem dimiſſorias.* Suar. *tom* 5 *de cenſur. diſp.* 31 *ſect.* 1 *num.* 20. Petr. de Ledeſma *p.* 1 *tract de Sacram. Ordinis*, *c.* 8 *concl.* 5. 23.

Poſſe Epiſcopum ratificare Ordines, quos accepit eius ſubditus abſque ſuis litteris dimiſſorialibus, dicit Fr. Emman. *in ſumm tom.* 2. *c.* 14 *num.* 13. contra Rebuff. *in praxi benefic. tit. de formalit. dimiſſor. num* 9. 24.

Facultates de promouendo continere debent expreſſam cauſam, ob quam ad alienum accedere debeat Epiſcopum.

CAPVT XI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non poteſt promoueri ab Epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia Epiſcopi illius diœceſis.*
3. *Facultas ſuſcipiendi Ordines à quocunque ſine dimiſſoriis proprij Epiſcopi non cenſetur reuocata, quamuis cauſa conceſſionis ceſſet.*
4. *Regularis Superior quomodo ſubdito Regulari dimiſſorias ad Ordines concedere debeat.*
   Et in dimiſſoriis cauſa rationabilis exprimenda, quare proprius Epiſcopus dimittens nolit, aut nequeat dimiſſum ordinare. ibid.
5. *Dimiſſoria nemini non examinato concedenda.*

FAcultates de promouendo à quocunque, non ſuffragentur, *α niſi habentibus legitimam cauſam*, ob quam à propriis Epiſcopis ordinari non poſſint, litteris exprimendam: & tunc non ordinentur niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercente, *β & diligenti prævio examine.*

1. VIde Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 1. *c.* 1 *n.* 12. *pag.* 29. Campan. *in diuerſ. iuris Canon rubr.* 9. *c.* 7. *n.* 4. Thom. Valaſc *allegat. iuris tom.* 1. *alleg.* 5. *n.* 51. *cum ſeqq.* & faciũt per me adducta *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 7. *n* 18 *cum ſeqq.* & præcipuè *num.* 21.

2. Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque nõ poteſt promoueri ab Epiſcopo in aliena diœceſi ſine licentia Epiſcopi illius diœceſis per hoc decretum, niſi Epiſcopus illius diœceſis conſtitueret ſuum Vicarium illum Epiſcopum exterum vt pro ſe promoueat, ſicut non ſufficit ſimplex licentia, ſed conſtitutio in ſui locum requiritur, vt probatur *ex hoc cap.* ibi, *vel ab eo quod pro eo*, &c. ita deciſum refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib* 1. *tit* 4. *num.* 3.

Cauſa verò, qua adductus Papa licentiam elargitus eſt ſuſcipiendi Ordines à quocunque ſine dimiſſoriis proprij Epiſcopi, ſi poſtea ceſſet, non propterea cenſenda eſt reuocata prædicta facultas, vt nequeat ampliùs impetrans ea vti, ſéque promoueri facere à quo maluerit, ita deciſum refert Campan. *d. cap* 7. *num.* 5. 3.

Superior Regularis, qui litteras dimiſſorias ſubdito ſuo item Regulari ad Ordines dare debet, ad Epiſcopum 4.

Digitized by Google

Epiſcopum diœceſanum illius monaſterij, in cuius familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis poſitus eſt, teneatur Epiſcopo diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, ad quemcunque alium Epiſcopum illi dimiſſorias abſque fraude concedere, expreſſa in illis huiuſmodi cauſa abſentiæ diœceſani Epiſcopi, vel ordinatioo um ab eo non habendarum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam; contrauenientes autem officij, & dignitatis, ſeu admioiſtratioois, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationis, ac aliàs arbitrio Sanctiſſimi reſeruatas pœnas incurrent; ita Clemens VIII. inuiolabiliter obſeruari mandauit *ſub die 15. Martij* 1596. vt refert Capuccin. *in addit. ad compend. verb. Ordines ſacri, §.4. in fine*, Piaſec. *in prax. Epiſcop. part. 1 cap. 1. num. 14.* Vgulin. *de officio Epiſcopi cap. 16. §. 20. n. 8.* Campan. *in diuerſor. iuris Canonici rubr. 12. c. 13. n. 37.* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum tom. 1. quaſt. 28. art. 2.* Hieron. Roderic. *in compendio reſolut. regular. reſolut. 106. num. 15.* Ego ipſe *d. allegatione 7. num. 18.*

a Niſi habentibus legitimam cauſam, &c.] in litteris dimiſſoriis debere cauſam exprimi rationabilem, quare proprius Epiſcopus dimittens nolit, aut nequeat dimiſſum ordinare, probat *cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* & videtur inſinuare Concilium *in præſenti*, quæ iura explicat Thom. Valaſc. *d. alleg. 5. n. 53. & 54.* licet *ibidem* ex Rebuff. *in praxi tit. de litter. dimiſſ. num. 18.* & Salzed. ad Bernard. *cap. 29. verb. ſine licentia, verſ. oportet*, aſſerat in aliquibus prouinciis eſſe conſuetudine receptum, vt nulla cauſa aſſignetur.

β Et diligenti præuio examine.] Nemini non examinato concedendas eſſe dimiſſorias, ſtatuit Concil. *infrà cap. 3 ſeſſ. 23. de reformat.* & ab extraneo vigore litterarum dimiſſorialium quemvis non ordinari, niſi diligenti præuio examine, deciditur *in hoc cap.* ex quibus ita iunctim conſideratis ab vtroque debere examinari ordinandum, reſoluunt Piaſec. *d. c. 1 n. 12 pag. 29.* Campan. *d. rubr. 9. c. 8 n. 31. verſ. ſed ne.* Bonacina *de Sacram. diſput. 8. quaſt. vnica, punct. 4. num. 33.* Gutierr. *canon. lib. 1. c. 26. n. 24.* Ego ipſe *d. alleg. 7. num. 21.* 51

Facultates de non promouendo, præterquàm in caſibus à iure expreſſis conceſſæ, ad annum tantum ſuffragentur.

CAPVT XII.

FAcultates de non promouendo, *a* præterquam in caſibus à iure expreſſis conceſſæ, ad annum tantùm ſuffragentur.

a Cap. licet canon & cap. cum ex eo, de elect. in 6.

VIde metipſum *de offic. & poteſt. Parochi, c. 5. à n. 14.* vbi cito hoc decretum, nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas & per Conc. Trid. innouatas conſtit. 4. pag 35. cum ſeqq.* vbi innouatur *Clem. vt vj de ætat. & qualit.* per hunc text. Concilij, & *n. 2. in fine*, meminit huius decreti.

A quocunque præſentati non inſtituantur, niſi præuio examine Ordinarij, & approbatione, exceptis certis.

CAPVT XIII.

1. *Approbatio, & examinatio ab Epiſcopo facienda non requiritur in beneficiis ſimplicibus, quorum collatio liberè ſpectat ad inferiores.*
2. *Examinandi de nouo ſunt cœpti beneficiari in quolibet aſcenſu.*
3. *Examen requiſitum in hoc decreto dicitur de forma, & debet præcedere.*
4. *Examen nouum requiritur in quolibet aſcenſu, qui fit in aliquibus Eccleſiis.*
5. *Examen, de quo in decreto, requiritur in beneficiis receptiuis in quolibet aſcenſu.*
6. *Præſentati ad beneficia ſimplicia, abſque præuio examine Epiſcopi, inſtitui non poſſunt ab iis, ad quos inſtitutio ſpectat.*
7. *Beneficia in Eccleſiis patrimonialibus, ſiue receptiuis, numeratis, & non numeratis, nullus conſequi poteſt ſine præuio examine, & approbatione Epiſcopi.*
8. *Beneficia ſeruitoria obtineri non poſſunt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi.*
9. *Examen nouum non eſt neceſſarium in prouiſionibus faciendis de beneficiis ex cauſa permutationis.*
10. *Examen nouum requiritur in permutatione de beneficio curato, & ſimplici.*
11. *Examinare non poteſt Epiſcopus ad beneficium ſimplex illum, quem iam examinauerat pro Ordinis ſacri promotione.*
12. *Prouiſus à Papa in forma gratioſa de ſimplici beneficio ſacrũ Ordinẽ annexum habente non debet examinari ad eundem Ordinem ſuſcipiendum.*
13. *Examen eius, qui eſt præſentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram Epiſcopo, debet ipſe admittere.*
14. *Præſentatio ſoli Epiſcopo facienda eſt ad effectum examinis dumtaxat ſi inſtitutio legitimè pertinet ad inferiorem.*
15. *Abbates, & alij etiam omnem iuriſdictionem habentes ordinariam, non poſſunt inſtituere in beneficiis ſimplicibus præſentatum à patrono abſque præuio examine Epiſcopi.*
16. *Collationem beneficiorum ſimplicium in Eccleſiis exemptis obtinentes non tenentur eos, quibus dicta beneficia conferre intenderint, Epiſcopis præſentare.*
17. *Eccleſiæ parochiales aut curatæ ſubiectæ militibus S. Ioannis Hieroſolymitani, quomodo prouidẽdæ.*
18. *Examinatus, & approbatus ſemel ad vnum beneficium, non eſt ampliùs examinandus ad aliud ſimile.*
19. *Prouiſus in forma* Dignum, *ſi per duas vices tanquam non idoneus ab examine fuerit reiectus, an poſſit tertia vice approbari.*
20. *Parochi in Eccleſia exempta animarum curam exercere intendentes priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo.*
21. *Approbatus, & prouiſus ab anteceſſore de Eccleſia parochiali, poteſt ab Epiſcopo ſucceſſore iterum examinari ſuperueniente rationabili cauſa.*

22. *Examinandi non ſunt de litteratura ad Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ qui Diaconi, Subdiaconi, aut Presbyteri fuerint.*

23. *Canonicus ſemel examinatus in Vrbe, non eſt iterū examinandus ad alium Canonicatum ſimilem.*

24. *Epiſcopus, cui commiſſum eſt examen, an poſſit illud delegare.*

25. *Appellari non poteſt ad effectum euitandi examen.*

26. *Appellatio non tollitur à mala relatione, & grauamine, ac reprobatione examinatorum.*

27. *Præſentatus, ſeu electus ad beneficium ſimplex poteſt abſens ſi notus ſit, ab Epiſcopo inſtitui.*

28. *Doctor non excuſatur ab examine quando petit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali.*

PRæſentati, ſeu electi, vel nominati à quibuſvis Eccleſiaſticis perſonis, etiam & Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, ad quævis Eccleſiaſtica beneficia, non inſtituantur, *a* nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiuſvis priuilegij, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint priùs à locorum Ordinariis examinati & idonei reperti. *a Et nullus appellationis remedio* ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire teneatur *b*, *a præſentatis tamen* electis, ſeu nominatis ab Vniuerſitatibus, ſeu Collegiis generalium ſtudiorum excepiis.

a Iuſtà ſeſſ. 15. c. ... de ...torum.

b Vide ſeſſ. 24. c. 18. vbi exceptio v... tur reuocata.

1. APprobatio & examinatio ab Epiſcopo facienda non requiritur in beneficiis ſimplicibus, quorum collatio liberè ſpectat ad inferiores, ita deciſum referunt Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 5. num. 10.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 5. cap. 3. num. 6.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum reg. 10. dub. 1. num. 2.*

2. Examinandi de nouo ſunt, & per Ordinarium approbandi cœpti beneficiari in quolibet aſcenſu, vt refert reſolutum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 34. num. 74.*

3. Examen requiſitum in hoc decreto dicitur de forma, & debet præcedere. Rota *in Calaguritana beneficij 7. Maij 1584. coram Clemente VIII. & in Calaguritana de Ornillos 12. Octobris 1587. coram Card. Pamphilio ſen. & in alia Calaguritana beneficij de Na-o 5. Decembris 1588. coram Comitulo.*

4. Examen nouum requiritur in quolibet aſcenſu, qui fit in aliquibus Eccleſiis occurrente vacatione Canonicatus, ad quem ſolet inſtitui antiquus portionarius, ac portionem antiquior beneficiatus, ad beneficium antiquior expectans, ita dicit reſolutum Nic. Garc. *de beneficiis, part. 9. cap. 3. num. 19.*

5. Examen, de quo in hoc decreto, requiritur in beneficiis receptiuis in quolibet aſcenſu, nec ſufficit quòd ſemel ſit examinatus in aſcenſu ad dimidiam portionem, qua nouum examen requiritur, vbi de dimidia aſcendit ad integram; Rota *in Calaguritana de Ornillos 12. Octobris 1587. coram Card. Pamphilio ſen. & in alia Calaguritana indulti de Vilbao 12. Ianuarij 1598. coram Seraphino*, in impreſſis *deciſ. 1253.*

6. Præſentati ad beneficia ſimplicia, abſque prænio examine Epiſcopi, inſtitui non poſſunt ab iis, ad quos inſtitutio ſpectat, iuxta hoc decretum, ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part. 9. cap. 9. num. 19. ad 2.*

7. Beneficia in Eccleſiis patrimonialibus, ſiue receptiuis, numeratis, & non numeratis, nullus conſequi poteſt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, & cum illis, quibus in prædictis Eccleſiis per Epiſcopum cura animarum demandata eſt, ſeruari debet *c. 18. ſeſſ. 24. de reform.* ita dicit reſolutum Nicol. Garc. *d. p. 9. cap 2. n. 183.*

8. Beneficia ſeruitoria in Eccleſiis patrimonialibus, ſiue receptiuis tam numeratis, quàm non numeratis, obtineri non poſſunt, niſi præuio examine, & approbatione Epiſcopi, iuxta hoc decretum, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 9. cap. 3. num. 19.*

9. Examen nouum non eſt neceſſarium in prouiſionibus faciendis de beneficiis ex cauſa permutationis, vt tenet Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 8. quæſt. 9. num. 95.*

Examen nouum quoad Parochialem requiritur in permutationibus, quæ fiunt de beneficio ſimplici, & curato, licèt non neceſſarius concurſus, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 9. cap. 2. n. 162. cum ſeqq.* 10.

Epiſcopus non poteſt denuo ſubiicere examini pro ſimplici beneficio illum, quem iam examinauerat pro Ordinis ſacri promotione, ſicut reſoluunt Nicol. Garc. *d. p. 9. cap. 3. num. 15.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract. 2. c. 3. quæſ. 35. in fine.* Maſſobr. *d. praxi habendi concurſum, regul. 10. dub. 10. num. 1. & 2.* 11.

Prouiſus à Papa Romæ in forma gratioſa de ſimplici beneficio ſacrum Ordinem annexum habente, non debet rurſus ab Epiſcopo examinari, ſi adiunctum Ordinem ſuſcipere intendit, prout tenent Campan. *d. rubr. 5. cap 3. num. 26.* Homobon. de Bonis *d. tract. 2. quæſt. 35. in fine.* 12.

Examen eius, qui eſt præſentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram Epiſcopo, debet ipſe admittere, facta tamen per ipſum Epiſcopum proteſtatione de iuribus ſuis, & ſine eorum præiudicio, vel committere alteri Epiſcopo viciniori, vt refert deciſum Nic. Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 19.* 13.

Inſtitutio ſi legitimè pertinet ad inferiorem, ita vt non dependeat ab aliquo iurepatronatus, quod per Concil. ſublatum eſt *cap 9. ſeſſ. 25. de reformat.* præſentatio ſoli Epiſcopo facienda eſt ad effectum examinis dumtaxat, non attenta quacunque conſuetudine immemoriali in contrarium, prout hîc ſancitum eſt, ita Nic. Garc. *dicta part 9. cap. 3. num. 9.* 14.

Abbates, & alij, etiam omnem iuriſdictionem habentes ordinariam, non poſſunt inſtituere in beneficiis ſimplicibus præſentatum à patronis abſque prænio examine Epiſcopi, ex *hoc decreto, & cap. 9. ſeſſ. 25. de reformat.* & aliter facta inſtitutio eſt nulla, ex *eodem cap. 9.* etiamſi præſentationes fiant coram Abbatibus, & aliis exemptionem à fundatione prætendentibus, ſi tantùm illis exemptionibus innitantur. Ita refert deciſum Aldan. *in compend. canonicarum reſolut. 2. tit. 5. num. 3.* 15.

Collationem canonicatuum, & aliorum ſimplicium beneficiorum in Collegiatis, vel aliis Eccleſiis exemptis à iuriſdictione Epiſcoporum obtinentes, nullo decreto Concilij tenentur, eos quibus dicta beneficia conferre intendunt, Epiſcopis præſentare, vt ab eis approbentur præuio examine, ita ait reſolutum Aldan. *citato loco.* 16.

Eccleſiis Parochialibus, aut curatis vacantibus, quovis modo ſubiectis militibus ſancti Ioannis Hieroſolymitani, tenentur Ipſi præſentare ad 17.

vnam

Digitized by Google

vnamquamque earum Sacerdotem idoneum loci Ordinario, vt ab eo inſtituatur, & quovſque non præſentauerit, conſtituat Ordinarius vnum Vicarium, qui interea animarum curam agat, præfiniátque idem Ordinarius dictis militibus breuem aliquem terminum ad præſentandum dictum Sacerdotem, alioquin eo elapſo ordinarius conferat Eccleſias huiuſmodi perſonis ſibi bene viſis ſecundùm earum naturam, vel in titulum perpetuum, vel amouibilem, ita Aldan. *d. tit. 5. num 5.* vbi refert ſic deciſum *in S. Congregat. Epiſcop. in vna Peruſina ſub die* 12. *Ianuarij* 1587.

18. Examinatus, & approbatus ſemel ad vnum beneficium ſimplex, non ampliùs examinandus eſt ad aliud ſimile beneficium, canonicatum, vel dignitatem, vt reſoluunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ.* 4. *n.* 4. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 429. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 356. *in* 2. *edit.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat.* 60. *n.* 89. me citato in illo loco Mallobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 3. dub. 3. n.* 30. Homoboo. de Bonis *in examine Eccleſiaſt. tract. 2. c. 3. q.* 31. *in fine,* quod de ſtylo Curiæ procedit; inſpecta verò Conc. Trid. ſanctione contrarium (ſaltem in partibus obſeruandum) verius eſſe concludit Rota *apud Seraphin. deciſ.* 1323. & reſoluunt Campan. *in diuerſor. iuris Canon. rubr. 5. cap. 3. n.* 8. & Maſſobr. *d. dub. 3. num.* 32.

19. Epiſcopus poteſt procedere ad executionem litterarum Apoſtol. ad fauorem illius, qui eas obtinuit in forma *Dignum,* cum clauſula, *ſi per diligentem examinationem illum idoneum repereris,* etiamſi per duas vices tanquam non idoneus ab examine fuerit rejectus, non tamen vti talis renunciatus, ſi tertia vice fuerit admiſſus, & approbatus, dummodo infrà ſex menſes à die datæ litterarum examen ſubierit, ex Aldan. *d. tit. 5. num.* 6. vbi atteſtatur ita reſolutum *in Nullius* 19. *Nouemb.* 1628.

20. Parochi in Eccleſia exempta animarum curam exercere intendentes priùs approbandi, & examinandi ſunt ab Epiſcopo, iuxta diſpoſitionem *c. per exemptionem, de priuileg. lib.* 6. Ita Aldan. *d. tit. 5. n.* 7. referens ſic deciſum *in Caputaquen.* 13. *Iunij* 1629.

21. Approbatus, & prouiſus ab anteceſſore de Eccleſia Parochiali poteſt ab Epiſcopo ſucceſſore iterum examinari, ſuperueniente rationabili cauſa, ex Aldan *d. tit. 5. num.* 8. vbi dicit ita fuiſſe reſolutum *in Placentina* 26. *Auguſti* 1628.

22. Examinandi non ſunt de litteratura illi, qui Subdiaconi, vel Diaconi, aut Presbyteri ſunt, petúntq; admitti ad Cathedralis Eccleſiæ canonicatus, qui eum ordinem ſacrum, quem ipſi habent, requirunt, ſibi in forma *Dignum* collatos; ij verò, qui ſacros Ordines nondum ſuſceperunt, examinandi ſunt an illa habeant adiumenta doctrinæ, quæ ex præſcripto S. Concil. Trid. neceſſaria ſunt illi ſacro Ordini, qui canonicatui, quem conſequi volunt, erit annexus. Ita refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic. part. 6. cap. 2. num.* 234.

23. Canonicus ſemel ab examinatoribus Vrbis cùm canonicatum adeptus eſt examinatus, & idoneus repertus, ſi eo dimiſſo alium canonicatum obtinuerit, non eſt iterum examinandus, ſecundùm Aldan *d. tit. 5. num.* 10. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Iamen.* 6. *Julij* 1592.

24. Epiſcopus, cui commiſſum eſt examen per litteras Apoſtolicas alicuius, qui beneficium ſimplex obtinuit, poterit illud delegare; non obſtante quòd fuerit in litteris eius conſcientia onerata, vt per Aldan. *citato loco.*

25. a *Et nullus appellationis remedio,* &c.] Appellari non poſſe ad effectum euitandi examen, tenent per hunc text. Azeued. *ad lib. 1. n. 4. tit. 16 lib. 3. nouæ recop.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. § 1. in annot. contrà vtilitates, n.* 184. Nicol. Garc *de benef p. 9. cap. 2. n.* 242. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum reg. 5 dub. 5. à princ* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg.* 72. *num.* 124

26. Non tolli tamen appellationem à mala relatione & grauamine, ac reprobatione examinatorum, aſſerunt Gonzal. *d. loco num.* 186. Maſſobr. *d. dub. 5. num.* 5. Rot. *deciſ. 30 p. 2. diuerſ.* Greg. XV. *deciſ.* 525 & 538.

27. b *Præſentatis tamen,* &c.] Præſentatum, ſeu electum ad beneficium, poſſe abſentem ab Epiſcopo inſtitui, ſi ei notum ſit eſſe idoneum notoriè, veluti quia Doctor eſt in aliqua Vniuerſitate ſtudij generalis graduatus, eúmque examine non indigere, reſoluunt Henriq. *in ſumma lib. 10. cap.* 18. *in princ.* Emman. Sà *in aphor. verb. examen.* Cened. *ad Decretum collect.* 25. *num.* 3. Nic. Garc. *de beneſ. p. 4. cap. 1. à num* 16. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 85.

28. Doctorem verò, aut Licentiatum in Theologia, vel iure Canonico, & in publica Vniuerſitate graduatum, non excuſari ab examine, quando petit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali, reſoluunt Lambertin. *de iurepatr. p. 1. lib. 2. q.* 8. *art.* 3. *num* 5. Rebuff *de priuileg. ſchol. priuil.* 86. *n* 4. Flamin. *de reſign. benef lib.* 8. *quæſt. 9. num.* 83. *cum ſeqq.* Vgolin. *de offic. Epiſc. c. 50. § 6. & § 10. num.* 6. Lez. *de inſtit. lib. 2. cap. 34. n* 82. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 1. deciſ.* 139 Cened *d. collect.* 25. *n.* 5. deciſum referunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.* 4. *num.* 90. Nicol. Garc. *de beneſ. p. 9. cap. 2. num.* 203. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. n.* 17. *verſ. Doctor.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol* 331 *n.* 2. Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quaran. in ſumm. Bullary, verb beneſic. paroch. collatio, q.* 1. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. Doctor, §* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 86.

Cauſæ ciuiles Exemptorum, Clericorum ſæcularium, & Regularium degentium extra Monaſterium, videantur ab Epiſcopis vt deputatis à Sede Apoſtolica.

CAPVT XIV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Regulares iuxta eorum priuilegia coram ſuis Superioribus, vel Conſeruatoribus ſunt conueniendi.*
3. *Regulares omnes in ciuitatibus exiſtentes Conſeruatores ſibi eligere debent, & ſemel electos non niſi in Capitulis prouincialibus mutare poſſunt.*
4. *Canonici Regulares, qui præficiuntur aliquibus Parochialibus Eccleſiis ſi ibi delinquant extra Sacramentorum adminiſtrationem, à ſuis Superioribus tantùm ſunt puniendi.*
5. *Comprehenduntur Regulares militiæ Regni Portugalliæ.*
6. *Regulares ad interueniendum orationi 40. horarum in Cathedrali non poſſunt Ordinarij conſtringere.*
7. *Cauſa mercedum, id eſt, ſtipendium operarium ſoluendum.*
8. *Miſerabiles perſonæ quæ.*
9. *Habet locum quando priuilegium exemptionis eſt loco certo circumſcriptum.*

a Lib. 6. decret. de priuileg. cap. 1. vide poſt finem huius libri ſeſſ. 14 de reformat. cap 6. in fin.

IN exemptorum cauſis conſtitutio Innocentij IV. quæ incipit, a Volentes, in generali Concilio Lugdunenſi edita ſeruetur, quam eadem ſacroſancta Synodus innouandam cenſuit, & innouat: addendo inſuper, *α in ciuilibus cauſis* mercedum, *β & miſerabilium perſonarum* clerici ſæculares, aut regulares, extra monaſterium degentes, quomodolibet exempti, etiamſi certum iudicem, à Sede Apoſtolica deputatum, in partibus habeant: in alijs verò, *γ ſi ipſum iudicem non habuerint*, *δ coram locorum Ordinariis*, tanquam ad hoc ab ipſa Sede delegatis, conueniri, & iure merito ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint: priuilegiis, exemptionibus, Conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 15. n. 44. &* c. 16. n. 1. Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 3.* Ioan. à Cruce *de ſtatu relig. lib 2. cap. 10. dub. 6.* Nauarr. *commento 2. de Regul. n. 63.* Narbona *l. 59. gloſſ. 1. n. 230. tit. 4. lib. 2. Recop.* Sanch. *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. c. 9. dub. 2. n. 2.* Gutierr. *practicar. lib. 3. q. 10. n. 2. & lib 4. q. 54.* Fr. Emman. *quæſtionum regularium tom 1. q. 65. art. 5. & tom. 2. q. 2. artic. 8.* Lexana *in ſumm. quæſt. Regul. c. 11. n. 10.* Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſc. & Regular. q 5. num. 1. pag. 310.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 42. num. 14.* Flamin. Paril. *de reſignatione beneficiorum lib. 3. quæſt. 11. num. 7. verſic. tertiò,* Ceuall. *commun. contra communes tom. 4. quæſt. 897. ſub num. 823. & 792 cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 503. verſic. tertius, & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 651 in 1. edit. alias reſol. 547. n. 2. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapolitan. part. 4. deciſ. 14.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. c. 3. n. 34.* Campan. *in diuerſ. iuris canonici rubr. 12. cap. 13. num. 29. cum ſeqq.* vbi agit de concordando hoc decreto cum alio infrà *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 14.* Meipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 105 n. 23 cum ſeqq. & alleg. 106. n. 34.* vbi de intellectu, Hieron. Roder. *in compendio quæſtionum regul. reſol. 33. n. 27.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 22.* vbi dicit innouari *cap. volentes, de priuileg. lib. 6.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum diuerſimodè interpretatur.

2. Neque conſtitutione in generali Concil. Lugdunenſ. edita, incip. *Volentes*, neque hoc decreto comprehenduntur Regulares, ideóque iuxta eorum priuilegia coram ſuis Superioribus, vel Conſeruatoribus, ſunt conueniendi, vt teſtatur reſolutum Aldrete *in allegat. pro omnimoda Regularium exempt. part. 1. cap. 7. num. 2.* quem refero Ego ipſe *d. allegat 105. n. 23. in fine.* Nouar. *in lucern. Regular. verb. cauſa, num. 3. & 4.* Et ſic Regulares pro contractibus, vel debitis, ſi intra monaſteria maneant, conueniendi ſunt coram Superioribus ſuis, vel Conſeruatoribus, non autem coram Ordinariis, aut aliis. Ita à ſacra Congregatione deciſum fuiſſe refert Narbona *d. l 59. gloſſa 1. num. 230.*

3. Regulares omnes in ciuitatibus exiſtentes Conſeruatores ſibi eligere debent, coram quibus conueniantur, ac ſemel electos non niſi in Capitulis prouincialibus mutare poſſunt, eorúmque nomina intra menſem à die electionis locorum Ordinariis indicare tenentur, alioqoin coram ipſis Ordinariis conueniri poſſent; ita refert Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 43.*

4. Canonici Regulares, qui de conſenſu & mandato ſuorum ſuperiorum Regularium aliquibus Parochialibus Eccleſiis ſuis monaſteriis vnitis præficiuntur, ſi delictum curam animarum, aut administrationem Sacramentorum non concernens commiſerint, non poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſed à ſuis ſuperioribus Regularibus tantùm, ita refert reſolutum Aldan. *in compend. canonic. reſolut. lib. 1. tit. 10. num. 4.*

Hoc decreto comprehenduntur etiam Regulares Militiæ Regni Portugalliæ, qui de licentia magni Magiſtri extra monaſteria degunt, quamvis ſint exempti. Et habet quoque locum in illis Regularibus exemptis, qui extra eorum monaſteria degunt, & ſeruiunt beneficiis, quæ ſunt membra ſuarum Religionum, vt ait reſolutum Aldan. *dicto tit. 10 n. 5.* 5.

Regulares ad interueniendum orationi quadraginta horarum in Cathedrali non poſſunt Ordinarij conſtringere, vt per Aldan. *d. tit. 10. n 6.* qui refert ita deciſum à S. Congreg. Epiſcop. *in Salernitana de anno 1581.* 6.

α In ciuilibus cauſis mercedum.]. Tambur. *tom. 3. de iure Abbatum, diſp. 5. quæſt. 21. num. 90.* per cauſas mercedum intelligit, id eſt, ſoluendi operariis ſtipendium, Henriq. *lib. 7. de indulgentiis, c. 15. n. 5. in commento littera O,* Sanch. *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 5.* 7.

β Et miſerabilium perſonarum.] Dicuntur viduæ, orphani, pupilli, ſenes, decrepiti, debiles, diuturno morbo laborantes, pauperes, de nouo conuerſi ad Fidem, & cæteri, ad quorum commiſerationem natura mouemur, vt probat Sanch. *dict. dub. 2. num. 3.* 8.

γ Si ipſum iudicem non habuerint.] Epiſcopus poteſt procedere contra exemptos tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, quando in loco non adeſt iudex, qui poſſit exemptorum cauſas cognoſcere, ne delicta maneant impunita, ſecus quando adeſt iudex deputatus ad cognoſcendas cauſas exempti, quia tunc Epiſcopus non cognoſcit. Ita Gutierrez *practicar. lib. 3. quæſt. 10. ſub num. 2.* Lotterus *de re benefic. lib. 1. quæſt. 25. num. 25. & 54.*

δ Coram locorum Ordinariis, &c.] Locum obtinet quando exemptionis priuilegium eſt loco certo circumſcriptum, ita vt extra illum ſic exemptus contrahens, vel delinquens coram loci Ordinario conueniri poſſit; non verò quando ſunt exempti, non ratione certi loci, ſed perſonarum, quia vbicunque contraxerint, vel res ſita ſit, vel delictum commiſerint, minimè coram Ordinariis conueniri poſſunt, nec illa Innocentij conſtitutione ſunt comprehenſi, vt tenent Couarr. *practic. cap. 11. n. 5.* Fr. Emman. *quæſtionum regular. tom. 2. q. 63. art. 3. & 6.* Aldrete *d. part. 1. c. 8.* Ego ipſe *d. allegatione 105. num. 23. in princip.* Sanchez *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 20.* 9.

Ordinarij

Ordinarij curent vt Hoſpitalia quæcunque, etiam exempta, à ſuis Adminiſtratoribus fideliter gubernentur.

CAPVT XV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopo reddenda eſt ratio de omnibus locis piis, publicis, ſiue priuatis, Eccleſiaſticis, vel laicalibus.*
3. *Adminiſtrationis rationes Ordinarius exigere poteſt ab adminiſtratoribus, donec coram eodem doctum fuerit de inſtitutione in qua ſecus cautum ſit.*
4. *Rationes ab adminiſtratoribus hoſpitalium, & piorum locorum pluries repeti poſſunt.*
5. *Rationes exigere non debet Epiſcopus, aut Capitulum tempore quo recitantur horæ canonicæ, & diuina celebrantur.*
6. *Rationem adminiſtrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium, poteſt ſolus Epiſcopus ſine conindicibus exigere, dummodo non procedat ad priuationem.*
7. *Adminiſtrantes bona ad monaſteria monialium etiam regularibus ſubiectarum pertinentia, an & quando teneantur rationem adminiſtrationis reddere Epiſcopo loci.*

CVrent Ordinarij, *a* vt hoſpitalia quæcunque à ſuis adminiſtratoribus, quocumque illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur, conſtitutionis Concilij Viennenſis, quæ incipit, *b* Quia contingit, formâ ſeruatâ, quam quidem conſtitutionem eadem ſancta Synodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.

a Seſſ. 25. cap. 6. *b* Lib. 3. Clem. de rel. domibus c. 2. quia contingit, & infrà Seſſ. vlt. de reform. c. 21.

1. VIde Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 63. art. 7. verſ. quinto, & quæſt. 84. art. 2. & art. 3.* vbi an hoſpitale poſſit committi per legatum Religioſo, iuxta text. *in Clem. quia contingit, de relig. domibus*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Hoſpitale n. 2.* nouiſſime Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit. 16. pag. 161. cum ſeqq.* vbi dicit innouari *Clemen. quia contingit, de relig. domib.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum eleganter explicat, & interpretatur, Gabr. Pereira *de Manu Regia p. 1. cap. 16.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 40. q. 10. verſ. & ſeſſione.* Valaſc. *conſult. 105. num. 23.* vbi ait quòd debet intelligi *d. Clem.* de hoſpitalibus publicis, & erectis auctoritate Ordinariorum, & *num.* 28. quòd Xenodochia, & hoſpitalia pertinent ad ſollicitudinem Epiſcoporum, & à *num.* 45. quòd Epiſcopus habet iuriſdictionem ſuper hoſpitalibus, & poteſt in illis exercere iura Epiſcopalia, ſi auctoritate illius ſint erecta. Fragmin. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 14.* vbi quòd hoſpitalia, quæ dantur clericis in adminiſtrationem, iuxta formam dictæ *Clem. quia contingit*, poſſunt reſignari ſimpliciter, & in fauorem, Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 87.* vbi quòd Rector hoſpitalis ſumit alimenta de redditibus eiuſdem, non ſolum pro ſe inſeruiente, ſed etiam pro tota familia, & *tit. 4. q. 24. n. 14.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ordin. in exemptos p. 1. q. 31. n. 7. & p. 2. q. 45. n. 77. & n. 97.* vbi dicit quòd Epiſcopus animaduertit in Rectores hoſpitalium, leproſariorum, eleemoſynarum, aut xenodochiorum, qui negligunt, ſeu non verſantur vt oportet in adminiſtratione, non obſtante quacumque exemptione.

2. De omnibus locis piis Epiſcopo rationem reddendam eſſe ab adminiſtratoribus, ſiue ea ſint publica, ſiue priuata, Eccleſiaſtica, vel laicalia, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. lib. 7. num. 78.* quem refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 75. num. 78.* Aduertit tamen Gabr. Pereira *d. p. 1. cap. 16. num. 15.* quòd executores compelli non poſſunt ab Epiſcopo ſi ex timitur quòd relicta impleant quando voluerint, quia tunc tempus mortis ipſorum expectandum eſt, niſi aliud ex operis, vel mandati forma appareat quòd in contrariam trahat ſententiam, vt boni viri arbitrio ſtandum ſit; vel ſi teſtator ſecretè iubeat eleemoſynas facere, quia tunc iniuſtè compelleret perſonas exprimere.

3. Rationes adminiſtrationis Ordinarium exigere poſſe ab adminiſtratoribus donec coram eodem doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus cautum ſit, refert deciſum Marcha *de iuriſdict. part. 2. cap. 18. n. 9. & 10.* Ego ipſe *d. alleg. 75. n. 58.*

Si quis adminiſtrator piorum locorum, videns ſe conſtrictum ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis appellare, licèt admittatur appellatio non propter hoc impediri, aut ſuſpendi executionem, atteſtatur reſolutum Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Hoſpitale §. 3. verſ. 6.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 75. num. 62.*

4. Rationes ab adminiſtratoribus hoſpitalium, & piorum locorum pluries repeti poſſe, præcipuè quando Epiſcopo conſtiterit illas doloſè redditas fuiſſe, vel quando redditio non fuerit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut. 134. in 2. edit.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 75. n. 53.*

5. Rationes non debet exigere Epiſcopus, aut Capitulum tempore quo recitantur horæ canonicæ, & diuina celebrantur, referunt deciſum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis n. 79. verſic. neque.* Nic. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p. 3. c. 2. n. 598.*

6. Rationem adminiſtrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium, poteſt Epiſcopus ſolus ſine conindicibus exigere, dummodo non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij, vt per Aldan. *in compendio canon. reſolutionum lib. 3. tit. 3. n. 8.* vbi refert deciſum in *Oriolen. 27. Martij 1632. ad 7.*

7. Circa adminiſtrantes bona ad monaſteria monialium etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, an & quomodo teneantur rationem adminiſtrationis reddere Epiſcopo loci, prouiſum fuit per nouam conſtit. Greg. XV. de exemptorum priuilegiis, incip. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij 1622.* per hæc verba: *Sed adminiſtrantes bona ad eiuſmodi monaſteria ſanctimonialium, vt præfertur, etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, ſiue Regulares extiterint, ſiue ſæculares quomodolibet exempti, Epiſcopo loci, adhibitis etiam ſuperioribus Regularib. Singulis annis*

Digitized by Google

rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas reddere teneantur, ad idque iuris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa ſuperiores Regulares admonere, vt huiuſmodi adminiſtratores admoneant, iiſque ſuperioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit. Hactenus dicta conſtitutio. Super qua S. Congregat. Eminentiſſimorum Cardinalium S. Concil. Trid. interpretum cenſuit *Epiſcopum non teneri cauſam illam rationabilem ſignificare ſuperioribus Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam S. Congregat. ſeriò onerauit, ne facultate ſibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri;* quam quidem declarationem propriam, & originalem præ manibus habui, & poſtea cum aliis in typographia R. Cameræ Apoſt. impreſſam vidi de anno 1623.

SESSIO XIII.

De venerabili Euchariſtiæ Sacramento.

Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuntiis, etſi in eum finem, non abſque peculiari Spiritus ſancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt veram, & antiquam de Fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & vt hæreſibus omnibus, & aliis grauiſſimis incommodis, quibus Dei Eccleſia miſerè nunc exagitatur, & in multas & varias partes ſcinditur, remedium afferret, hoc præſertim iam inde à principio in votis habuit, vt ſtirpitus con-
Math. 13. uelleret zizania execrabilium errorum, & ſchiſmatum, quæ inimicus homo his noſtris calamitoſis temporibus, in doctrina fidei, vſu, & cultu ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſuperſeminauit, quem alioqui Saluator noſter in Eccleſia ſua, tanquam ſymbolum reliquit eius vnitatis, & charitatis, qua Chriſtianos omnes inter ſe coniunctos, & copulatos eſſe voluit. Itaque eadem ſacroſancta Synodus ſanam, & ſinceram illam de venerabili hoc & diuino Euchariſtiæ Sacramento doctrinam tradens, quam ſemper Catholica Eccleſia, ab ipſo Ieſu
a Luc 22. c 1 verſ. ego pro te, at [illegible]. & infrà [illegible] 22. c. 8. & ſub ſeſſ. 5. Ioan 16. Chriſto, Domino noſtro & eius Apoſtolis erudita, atque à Spiritu ſancto, illi *a* omnem veritatem in dies ſuggerente, edocta, retinuit, & ad finem vſque ſæculi conſeruabit: omnibus Chriſti fidelibus interdicit, ne poſthac de ſanctiſſima Euchariſtia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quàm vt eſt, hoc præſenti decreto explicatum atque definitum.

Vide Theologos cum Magiſtro *in 4 diſtinct.* 8. S. Thom. *à quæſt.* 73. Aldan. & Valent. *de Euchariſtia*, Dionyſ. *de Eccleſ. hierarchia, cap.* 3. Angles *in floribus theolog quæſt.* vbi de Euchariſtia, Lancellot. *inſtit. de Euchariſtia*, Cuch *in tit. de Sacramento Euchariſtiæ*, Card. Bellarm. *in controuerſ. cathol. lib.* 2. *de Euchariſtia*, Henriq. *in ſumma lib.* 8. *de ſanctiſſ. Euchariſtia*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 6. Barthol. ab Angelo *in examine confeſſorum dialog.* 4. Claud. Sanctes *in repet de Euchariſtia*, Petr. Soto *in lect. de Euchar.* Heſſelianum *de Communione ſub vtraque ſpecie*, Anton. Rague. *in lucerna Parochor. tract. de Euchar.* Petr. de Ochagauia *de Sacram. tract. de Euchar.* Ioan. de Lugo *tom.* 1. *tract. de Venerabili Euchariſtia Sacramento.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *c.* 7. *cum ſeqq.* Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Euchariſt.* Ioan. de la Cruz *in directorio tract. de Euchariſt.* Ludouic. de ſan Iuan *in ſum. part.* 1. *tract. de Euchar.* Arbol. *de Euchariſt.* Zanard. *in direct. Confeſſ. p.* 1. *tract. de Euchariſt.* Trullench. *in decalog. lib.* 4. *c.* 5. de obligatione ſumendi Euchariſtiam Gabr. Vaſq. *in* 3. *p. D. Thomæ tom.* 3. *quæſt.* 73. *diſp.* 177. *cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p.* 1. *tract. del excellentiſſimo Sacramento del Altar que ſe llama Euchariſtia.* Suar. *tom.* 3. *de Sacrament. diſput.* 39. *cum ſeqq.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Euchariſt.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom.* 1. *quæſt.* 73. Galganet. *de iure publico lib.* 3 *tit.* 87. Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis, tract.* 3. *cap.* 1. *cum ſeqq.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.* 4. *quæſt.* 2. Fernandez *in examine Theologiæ moralis part.* 3. *cap.* 4. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract.* 4. *de Euchariſt.* Fagund. *in quinque Eccleſ. præcepta part.* 3. *de ſumenda Euchariſt.* Paul. Laymann. *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 4. *de venerabili Sacrament. Euchariſtiæ.*

De reali Præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

Caput I.

1. *Per verba conſecrationis conſtituitur Chriſtus verus Deus & homo ſub ſpeciebus panis, & vini.*
2. *Corpus vnum, & idem, per diuinam potentiam poteſt eſſe in pluribus locis.*
3. *Benedictio illa Chriſti ſuper panem fuit diſtincta à conſecratione.*

Principio docet ſancta Synodus, & apertè, ac ſimpliciter profitetur, in almo ſancto Euchariſtiæ Sacramento, poſt panis, & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum

Digitized by Google

Ieſum Chriſtum, verum Deum, atque hominem, verè realiter ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri. *α Nec enim hæc inter ſe pugnant*, a vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cœlis aſſideat, iuxta modum exiſtendi naturalem, & vt multis nihilominus aliis in locis Sacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea exiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſumus, *b* poſſibilem tamen eſſe Deo, cogitatione per fidem illuſtrata, aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere debemus; ita enim maiores noſtri omnes, quotquot in vera Chriſti Eccleſia fuerunt qui de ſanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cœna Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cùm *β poſt panis, vinique benedictionem*, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem, diſertis, ac perſpicuis verbis teſtatus eſt. *c γ Quæ verba à ſanctiſſimis Euangeliſtis commemorata*, *d* & à diuo Paulo poſtea repetita, cùm propriam illam & apertiſſimam ſignificationem præ ſe ferant, ſecundùm quam à Patribus intellecta ſunt, indigniſſimum ſanè flagitium eſt, ea quibuſdam contentioſis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & ſanguinis Chriſti negatur contra vniuerſum Eccleſiæ ſenſum detorqueri, quæ tanquam columna & firmamentum veritatis, hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut Satanica, deteſtata eſt, grato ſemper, & memore animo præſtantiſſimum hoc Chriſti beneficium agnoſcens.

Ioann. 1. a Cap. 1. de ſum. Trin. ſuprà ſeſſ. 3. in ſymbol. Eph. 1. Marc. 1. in fin. b Matt 19. Lucæ 18. c Matt. 26. Marc. 14. Lucæ 22. d 1. Cor. 11. 1. Tim. 3.

1. VIde Suar. *in 3. p. tom. 3. q. 75. art. 1. diſp. 46.* per ſex lectiones, Valent. *tom. 4. diſp. 6. q. 3. puncto* 1. Henriq. *in ſumma lib. 8. cap. 20. à princ.* Baldum iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part. 2. lib. 3. cap 1. à princ. & cap. 2. verſ. at ſententia communis ſcholarum.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 9.* Ægid *de Sacrament. & cenſur. tom. 1. q. 78. n* 14. Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacrament.* vbi de Euchariſtia, *cap. 1.* Chamerot. *de Sacrament.* vbi de Euchariſtia, *c. 6. conc....* Bonacina *de Sacrament. diſput. 4. q. 3. puncto 5. n. 1.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Euchariſt. diſp. 5. diffic. 14. in princ.* vbi quòd Chriſtus verè, & realiter, & ſubſtantialiter eſt in Euchariſtia.

2. *α Nec enim hæc inter ſe pugnant*, &c.] Non implicat per diuinam potentiam vnum, & idem corpus eſſe in pluribus locis, non ſolùm Sacramentaliter, verùm etiam localiter, & concedunt ac fuſiſſimè diſputant Philoſophi, & Theologi, præſertim Valent. *d. diſput. 6. quæſt. 3. puncto* 1. §. 12. Ægid. de Coninck *d. tom. 1. quæſt. 75. art* 4. *dub.* 3. Ang. *in floribus Theologicis*, vbi de Euchariſtia, *quæſt. 4. art. 8. concl. 1.* Card. Bellarm. *de Euchariſtia lib. 4. c. 3.* Hurtado *d. tract. de Euchariſt. diſput. 5. diffic. 11. & 12.*

3. *β Poſt panis, vinique benedictionem.*] Vtrùm benedictio illa Chriſti ſuper panem fuerit diſtincta à conſecratione? Affirmant Suar. *de Sacr. diſp. 58. ſect. 2.* & Ægid. de Coninck *d. diſp. 78. num. 14.*

γ Quæ verba à ſanctiſſimis Euangeliſtis commemorata.] Videlicet a Matth. *cap. 26. verſ.* 26. Marc. *cap. 14. verſ. 22.* Luc. *cap. 22. verſ. 19.* & à Ioan. *cap. 6. verſ. 25. & 1. ad Corinth. cap. 11. verſ. 14.* de quibus latè Henriq. *in ſumma lib* 8. *cap. 16.* Suar. *d. diſp. 58. & 59.* Valent. *d. diſp. 6. q. 1.* Chamerot. *de Euchariſtia c. 7.* Barthol. ab Angelo *dialog.* 4. §. 361. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 26. cum ſeqq.* Bonacina *d. diſp. 4. q. 3. punct. 1.*

De Ratione Inſtitutionis huius Sanctiſsimi Sacramenti.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Euchariſtiæ Sacramentum quando inſtitutum.*
3. *Liberat à culpis quotidianis.*
4. *Preſeruat à peccatis mortalibus.*
5. *An aliquando per accidens remittat mortalia.*
6. *An auferat pœnam temporalem.*

ERgo Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, *α Sacramentum hoc inſtituit*, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, *a* memoriam faciens mirabilium ſuorum, & in illius ſumptione, *β colere nos ſui memoriam præcepit*, ſuámque annuntiare mortem, *b* donec ipſe ad iudicandum mundum veniat. *γ Sumi autem voluit* Sacramentum hoc, tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, *δ & ipſe viuet propter me*, & tanquam antidotum, *ε quo liberemur à culpis quotidianis*, *ζ & à peccatis mortalibus præſeruemur.* *η Pignus præterea id* eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeóque ſymbolum vnius illius corporis, *c* cuius ipſe caput exiſtit, cuique nos, tanquam membra arctiſſima, fidei, ſpei, & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, vt idipſum omnes diceremus. Nec eſſent in nobis ſchiſmata *d*.

a Pſal. 110. b 1. Cor. 11. Luc. 22. cap. iteratur de conſect. diſt. 2. c 1. Cor. 12. Epheſ. 1. Rom. 12. 1. Cor. 5. d 1. Cor. 1.

1. VIde Ægid. de Coninck *de Sacrament. q. 78. num. 21.* Vaſq. *in 3. p. S. Thomæ tom. 2. diſp. 169. num. 15.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 29. *à num. 9.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 87. n. 7.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tractat. 3. c. 6. num. 6.*

2. *α Sacramentum hoc inſtituit*, &c.] Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum fuiſſe inſtitutũ à Chriſto prima die Azymorum in vltima cœna, ea nocte, qua tradendus erat, patet *Luc. 22. Marc. 14. & Matth. 26.* Ambroſ. *lib. 4. de Sacram. c. 4. & 5. & in lib. de initian. myſt. cap. 9.* Damaſcen. *lib 4. cap 14. ad fin.*

ſin. S.Thom. *in 4.diſt. 8. quaſt.1. art.3.& part.3. quaſt.73. art.3.*Henriq. *in ſumma lib.8. cap.2. §.2.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.1. cap.5. num.1.* Seottia *lib.1. de ſacrificio Miſſa cap.10.*Sayr. *de Sacram. in genere lib.2.cap.2.quæſt.3. art.1. verſ. de Euchariſtia Sacramento*, Vaſq. *diſp.177. & 205.* Valer. Reginald. *d.lib.29. n.9.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt.tract.4 cap.9. quaſt.;9.* Fernandez *in examine Theologia moral.p.3. c.4.§.1.* Ioan.de Lugo *de Sacram tom.2.tract.de Euchariſt diſput.11.in princ.* vbi ait Chriſtum Dominum conſecraſſe iiſdem verbis, quibus nos docuit conſecrare, Torreblanca *de iure Spirit lib.2. cap.7. num.9.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract.3. cap.1. num.10.* Fagundez *in quinque Eccleſia præcepta p.3 lib.4. cap.2. à num.1.* Bonacina *de Sacram. diſput.4. quaſt.1.puncto 2. num.2.* vbi *num.3.* cum Sot. Pitig. Angl. & Peſantio tenet potuiſſe Deum de potentia abſoluta ante Chriſti incarnationem ponere Chriſtum in Sacramento Euchariſtiæ; cùm enim hoc non implicet, Deus potuiſſet ſpeciali miraculo creare corpus anima rationali informatum, illudque Verbo diuino vnire, & in ſolo Euchariſtiæ Sacramento conſtituere.

β Colere nos ſui memoriam præcepit.] Vide Luc. *c.22. verſ.19.cap. iteratur,de conſecrat. diſt.2.*S.Th. *3.p.q.73.art.5.*Nug. *ibid.*Bonacina *d. diſput. 4. q.1. puncto 2. n.1.* Ex quibus verbis colligunt & docent eſſe præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiam plures, quos refert & ſequitur Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Euchariſtia diſp.10. diffic.1.*

γ Sumi autem voluit, &c.] Vide Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.33. n.3.& diſp.40. num.8.*

δ Et ipſe viuet propter me, &c.] De hoc ſpirituali effectu Sacramenti Euchariſtiæ vide Ioan.de Lugo *de Sacram. tom.1. tract de Venerabili Euchar. Sacram. diſp.12. ſect.4. num.89.*

3. *ε Quo liberemur à culpis quotidianis.*] Vide Petr. de Ledeſma *in ſumma p.1. de Sacr.* vbi de Euchariſtia, *cap.10. concluſ.10.* Fillius. *in quaſt.moralibus tom.1. tract.4 num.155.* Quærit Ioan.de Lugo *dict. diſput. 12. ſect 4. num.84.* quomodo hic effectus proueniat ab Euchariſtia, an immediatè, an mediante aliquo actu quo homo diſponatur ad remiſſionem peccati? Et ait, Suar. cum communiori ſententia ſentire, vtroque modo prouenire; ſcilicet vel excitando feruorem charitatis, quo homo diſponat ſe per propriam operationem, vel etiam immediatè delendo maculam venialis, ad quod inquit ſufficere quòd præcedat negatio affectus, ſeu complacentiæ ad veniale, licèt non præceſſerit detestatio ſufficiens ad tollendum illum ſine vllo Sacramento. Hurtado *de Sacram tom.2. tractat. de Euchariſt.diſp.8. diffic. 9. in princ.* vbi poſtquam dicit Theologos conuenire, per Sacramentum Euchariſtiæ remitti peccata venialia quoad culpam, quærit, & diſputat an etiam per illud remittantur immediatè, & ex opere operato.

ζ Et à peccatis mortalibus præſeruemur.] Ratio eſt, quia cùm Euchariſtia per modum cibi inſtituta ſit, conferre debet robur ad vitam ſpiritualem, & conſequenter præſeruationem à mortalibus, tum quia *Ioan.6.* dicitur: *Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur*; non mori autem eſt præſeruari à mortalibus, quæ mortem animæ inferunt. Ita Petr.de Ledeſma *dict. cap.10.concl 15.* Viuald. *in candel.aureo*, vbi de Euchariſtia, *cap.11. num.1.*Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Euchariſt. diſp.8. diffic.7.verſ.Catholici*, vbi *diffic.9. in fine*, dicit, Sacramentum Euchariſtiæ cauſare ex opere operato præſeruationem à mortalibus ex inſtitutione diuina, non immediatè, ſed tantùm mediantibus auxiliis efficacibus, quæ dignè ſumenti conferuntur ex opere operato, Vaſq. *tom.3. diſp.205.n.2.* Barthol. ab Angelo *dialog.4. §.395.& 397.* Bonacina *d.diſp.4. quaſt.4. puncto 1. num.4.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tract.3. cap.8. à num.76.* Ioan.Sanci. *in ſelect. diſp.28. n.7.* Ioan.de Lugo *d. diſp.11. ſect.4. à num 85.* vbi tribuit Euchariſtiæ hunc effectum præſeruandi à mortalibus multipliciter: *primò*, quatenus confert abundantem gratiam gratum facientem: *ſecundò*, quatenus virtute huius Sacramenti anima ſpirituali dulcedine delectatur: *tertiò*, quatenus hoc Sacramentum fugat dæmones, qui concupiſcentias inordinatas ſolent excitare: *quartò*, quatenus qui recipit hoc Sacramentum, accipit ſpeciale lumen à Deo, quo lumine mediante praui motus, ac tentationes minuuntur & ſopiuntur. Idem Ioan. de Lugo *de Pœnit. diſp.9. ſect.1. num.45.* 4.

An aliquando Euchariſtiæ Sacramentum per accidens remittat mortalia, in eo videlicet peccatore, qui bona fide accedit? Vide Hurtado *de Sacrament.tom.2. tract.de Euchariſt. diſp.8. diffic.8.* 5.

Vtrùm Sacramentum Euchariſtiæ auferat pœnam temporalem? Vide Suar. *tom.2. diſputat.43. ſect.10. & diſput. 64. ſect.1.* Valer. Reginald. *dict. lib.69. num.142.* Barthol. ab Angelo *d. dialog. 4. §. 396.* Bonacina *d. puncto 1. num.9.* 6.

η Pignus præterea id eſſe voluit, &c.] Vide Vaſq. *in 3.p. D.Thom.2. diſput.169.num.13.* Petr. de Ledeſma *d.cap. 10. concluſ.6.*

De Excellentia ſanctiſſima Euchariſtia ſuper reliqua Sacramenta.

CAPVT III.

1. *Euchariſtia Sacramentum inter omnia excellentiſſimum, maximèque diuinum eſt.*
2. *Chriſti Corpus ſub ſpeciebus panis ex vi verborum ponitur viuum, & informatum anima.*
3. *Sanguis Chriſti tantummodo ponitur ſub ſpeciebus vini ex vi verborum.*

a Cap. ſacrificium de conſ. diſt. 2. *b* Cap. multi quæſt. 1. *c* Matt. 20. Marc. 14. *d* Infrà cã. 1.

COmmune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ *a* Euchariſtiæ cum cæteris Sacramentis ſymbolum, eſſe rei ſacræ, & inuiſibilis gratiæ, formam viſibilem: verum illud in ea excellens, & ſingulare reperitur, *b* quod reliqua Sacramenta, tunc primum ſanctificandi vim habent, cùm quis illis vtitur, at in Euchariſtia ipſe ſanctitatis auctor ante vſum eſt. Nondum enim *c* Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant, cum verè tamen ipſe affirmaret corpus ſuum eſſe, quod præbebat, & ſemper hæc fides in Eccleſia Dei fuit, *a ſtatim poſt conſecrationem*, *d* verum Domini noſtri corpus, verúmque eius ſanguinem ſub panis & vini ſpecie vnà cum ipſius anima & diuinitate exiſtere, ſed corpus quidem

dem ſub ſpecie panis, *β & ſanguinem ſub vini ſpecie* ex vi verborum, ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animámque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, *e* qui iam ex mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe, copulantur: diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoſtaticam vnionem. Quapropter veriſſimum eſt, *f* tantundem ſub alterutra ſpecie, atque vtraque contineri. Totus enim, & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quavis ipſius ſpeciei parte, totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.

e Rom. 6. cap. enim Chriſtus e. itervur. c. ſinguli. & c. qui manducant, de conſ. diſt. 2. infr. cau. 3.

f Seſſ. 21. c. 3. Vide hom. 5. de Paſcha. inter eas quæ Emiſſeno adſcribuntur, & de conſecrat. diſt. 2. vbi pars eſt, &c.

1\. VIde Dionyſ. *de Eccleſiaſt. hierarchia*, *cap.* 3. Chryſoſt. *homil. 60. ad populum*; *& cap.* 83. *in Matthæum*, Catechiſm. Roman. *de Euchariſtia*, Sot. *in 4 diſt.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 6. Paul. Fuſc. *de viſitat lib.* 1. *cap.* 6. Suar. *tom.* 3. *diſp.* 50. *ſect.* 2. Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Euchariſtia*, *cap* 29. *&* 30. Balduin. Ion. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. Vazq. *in* 3. *part. D. Thomæ tom.* 3. *diſp.* 186. *n* 5. Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. q.* 76. *n.* 2. *& quæſt.* 79. *n.* 35. Petr. de Ledeſma *in ſumma part.* 1. vbi de Euchariſtia, *cap.* 7. *concluſ* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 29. *num.* 4. *&* 5. Bonacina *de Sacrament. diſput.* 1. *q.* 1. *puncto* 2. *in fine*, Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis*, *tract* 3. *cap.* 3. *num.* 35. *& cap.* 5. *num.* 21. Laymann. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 3. Ioan. de Lugo *de Sacram. tom.* 1. *tract. de Venerab. Euchar. Sacramento diſp* 3. *ſect.* 7. *num.* 51. *& diſp.* 8. *ſect.* 3. *n.* 41. Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract de Euch diſp.* 1. *diffic.* 1. *in fine*, vbi quòd præſtat, & excedit reliqua Sacramenta.

2\. *α Statim poſt conſecrationem*, &c.] Sub ſpeciebus panis ex vi verborum ponitur Chriſti corpus viuum, informatum anima, & humoribus, ac cæteris partibus, non ſolum ſpectantibus ad ſubſtantiam, verùm etiam pertinentibus ad ornatum corporis Chriſti, ita S. Thom. 3 *p q* 76. *art.* 1. *ad* 3. Henriq. *in ſumm. lib.* 8. *cap.* 26. §. 1. *in commento littera F*, plures apud Bonacin. *de Sacram. diſp.* 4. *quæſt.* 3. *puncto* 5. *num.* 10. *&* 11. vbi *num.* 16. cum Angl. & Iacob. de Graff. obſeruat ſub ſpeciebus panis adeſſe ſanguinem Chriſti, non ex vi verborum, ſed concomitanter.

3\. *β Et ſanguinem ſub vini ſpecie*, &c.] Sub ſpeciebus vini ex vi verborum ponitur tantummodò ſanguis Chriſti: patet, quia ſanguis Chriſti primariò ſignificatur, & in ipſum conuertitur vinum; ergo ſanguis Chriſti exiſtit ſub ſpeciebus vini ex vi verborum; cætera verò, quæ ſunt coniuncta Chriſto, ponuntur ſub ſpeciebus per concomitantiam; ita Philiarch. *de officio Sacerdot. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 20. Barthol. ab Angelo *dialog.* 4. §. 245. Ægid. de Coninck *dict. quæſt.* 76. *art.* 1. *n.* 5. Bonacin. *dicto puncto* 5. *num.* 13. & alij proximè citati, Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Euchar. diſp.* 5. *diffic.* 5.

De Tranſſubſtantiatione.

CAPVT IV.

QVoniam autem Chriſtus, Redemptor noſter, corpus ſuum id, *a* quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit, ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ *b* panis, *α in ſubſtantiam corporis* Chriſti, Domini noſtri, *β & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius*, quæ conuerſio conuenienter, & propriè à ſancta Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiatio eſt appellata.

a Lucæ 22. Ioann. 6. 1. Cor. 11. *b* Cap. panis de cõſ. diſt. 2. cap. cum Marthæ de celeb. Miſſ. infrà can. 2. Innoc. & Lateran. Conc.

VIde *cap. panis, de conſecr. lib.* 2. *cap. cùm Marthæ*, *de celebrat. Miſſar.* S. Thom. *part.* 3. *q.* 75. *art.* 1, vbi Nugn. *diffic.* 1. *& art.* 4. *diffic.* 1. Victor. *in ſumma*, vbi de Euchariſtia, *num.* 66. Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico*, *tom.* 2. *lib.* 6. *art.* 1. Henriq. *in ſumm. lib.* 8 *c.* 22. Suar *tom* 3. *diſp.* 58. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 6. *q.* 3 *puncto* 2. Viual. *in candel. aureo*, vbi de Euchariſtia, *c.* 7. *n.* 20. Chamerot. *de Sacram.* vbi de Euchariſtia, *c.* 6. Vazq *in* 3. *p. D. Thomæ quæſt* 75. *diſp.* 181. Ægid. de Coninck. *de Sacr. & cenſ. tom.* 1. *q.* 75. *n.* 49. *cum ſeqq. & à n.* 171. Petr. de Ledeſma *in ſumm part.* 1. *de Sacram.* vbi de Euchariſtia, *c.* 6. *concl.* . *cum ſeqq.* Valer Reginald. *in praxi fori pœn. lib.* 29 *à n.* 34. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 4. *quæſt.* 3. *puncto* 6. §. 2. Molfeſ. *in ſum. Theolog moral. tract.* 3. *c.* 5. *n.* 14. Filliuc *in quæſt. moralib tract.* 4. *num.* 124. *cum ſeqq.* multos ex SS. Patribus refert Torrebianca *de iure ſpirit. lib* 2. *c.* 8. *num.* 57. *cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram tract. de Euchar. diſp.* 4. *diffic* 2. *verſ. veritas*, *&* *diffic.* 3. *&* 4.

α In ſubſtantiam corporis, &c.] Aduertit Ioan. de Lugo *d. tract. de Venerab. Euchariſt. Sacr. diſput.* 8. *ſect.* 4. *num.* 98. Patres Concilij per ſubſtantiam corporis noluiſſe includere organizationem ſubſtantialem prouenientem formaliter ab ipſa forma rationali.

β Et totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis eius.] Ergo videtur quòd ſola ſubſtantia vini conuertitur in ſanguinem Chriſti, & non aqua, ſed argumentum non benè procedit, nam Catholica veritas eſt aquam ſimul & vinum tranſſubſtantiari in ſanguinem Chriſti, ita Card. Tolet. *in ſumma lib* 2. *c.* 25. §. *rurſus ſiue vinum*, Henriq. *lib.* 8. *de Euchar. cap.* 12. Alex. Petani. *in* 3. *p. q.* 74. *art.* 8 *diſput.* 2. Ægid. de Coninck *de Sacram tom.* 1. *quæſt.* 74 *art.* 8. Ioan. Bapt. Scorti *de Sacri ſc. lib.* 4. *cap.* 1 *num* 14. Ioan. Præpoſ. *d. quæſt.* 74. *art* 8. *dub. vnico*, Layman. *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 3. *c.* 2 *n.* 9. Antonin. Diana *moral. reſol. p.* 3. *tract.* 3. *de Sacram. reſolut.* 49. latè Ioan. de Lugo *de Sacram. tom* 1. *tract. de Venerabili Euchariſt. Sacram. diſput.* 4. *ſect.* 3. *per tot n.* 39. *cum ſeqq.* vbi *num.* 63. dicit in præſenti vini nomine intelligi ea, quæ ingrediuntur ad componendum vinum viuale in ratione vini compoſiti ex

vino

Digitized by Google

vino mero, & modica aqua, illud quippe compoſitum eſſe propriè vinum vſuale; quare partes omnes, quæ illud componunt, veniunt appellatione vini, non vt ſeorſim ſumptæ, ſed vt componunt illud poculum, quod eſt vinum; & *n.65.* reſpondet ad alia verba huius decreti, quæ in contrarium facere videbantur.

Conſecrationis verbis cum debita intentione à Sacerdotibus prolatis, panis, & vinum (vt verbis S. Thom. *opuſc.* 4. vtar) in corpus, & ſanguinem Chriſti tranſubſtantialiter conuertuntur, & Chriſtus Deus, & homo perfectus, & in tanta quantitate, quanta fuit in Cruce, & eſt in cœlo, ſub modici panis ſpecie taliter continetur, vt manducetur à fidelibus, & minimè laceretur, taliter continetur vt diuidantur ſpecies; Chriſtus verò Dominus integer perſeueret: quia nec augetur ex augmento, vel pluralitate ſpecierum, nec ex ipſarum paruitate aut paucitate minuitur. Taliter continetur vt diuiſis ſpeciebus ſub quavis diuiſionis particula totus Chriſtus Dñs integer perſeueret. Taliter cõtinetur vt accidentia etiam ſine ſubiecto eodẽ exiſtant, & abſq; panis, & vini ſubſtãtia eundem effectũ habeant ac priùs ſatiando, & inebriando. Taliter continetur, vt fides locum habeat dum viſibile inuiſibiliter ſumitur ſub aliena ſpecie occultatũ, & ſenſus à deceptione reddũtur immunes, qui de accidentibus iudicãt ſibi notis. Quid igitur hoc myſterio mirabilius, in quo tot tantaque adunãtur myſteria? Quid hoc Sacramẽto ſalubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur? Quid hoc conuiuio ſuauius, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mẽs impletur gratis, & futurę glorię nobis pignus datur? O inſigne miraculum! O admirabile, & diuiniſſimum Sacramentum! Quæ mens nõ expaueat? Quis intellectus nõ deficiat? Omnis ſẽſus hebeſcit, omnis ratio euaneſcit; prorſus Dialecticorum inquiſitio adſit, hoc ſola fides probat, & agnoſcit.

De Cultu, & Veneratione huic ſanctiſſimo Sacramento exhibenda.

CAPVT V.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Feſtum corporis Chriſti quando inſtitutum.*
3. *Officium corporis Chriſti compoſuit S. Thomas Aquinas.*
4. *Feſtum corporis Chriſti tempore interdicti apertis Eccleſiarum ianuis celebrari poteſt.*
5. *Proceſſio corporis Chriſti in eius feſto debet inchoari à Cathedrali.*

a Infrà canon. 6.

b Pſal. 96. Hebr. 1. Matth 24. Matth. 28.
c Lucæ 24.
d Vrbanus Papa citatus Clementinarũ lib 3. de reliq & venerat. ſanctorum.
e Infrà can. 6.
f 1. Cor. 15. Hebr. 2.

NVllus itaque dubitandi locus relinquitur, *a* quin omnes Chriſti fideles pro more in Catholica Eccleſia ſemper recepto latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic ſanctiſſimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideò minus eſt adorandum quod fuerit à Chriſto Domino, vt ſumatur, inſtitutum. Nam illum eundem Deum præſentem in eo adeſſe credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit: *b* Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procidentes adorauerint, *c* quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratum fuiſſe, Scriptura teſtatur. Declarat præterea ſancta Synodus, piè & religioſè admodum in Dei Eccleſiam *d* inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingulis annis, *a peculiari quodam, & feſto die*, præcelſum hoc & venerabile Sacramentum ſingulari veneratione, ac ſolemnitate celebraretur, *e* vtque in proceſſionibus reuerenter, & honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquiſſimum eſt enim ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cum Chriſtiani omnes ſingulari, ac rara quadam ſignificatione gratos, & memores teſtentur animos erga communem Dominum, *f* & Redemptorem pro tam ineffabili, & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræſentatur. Atque ſic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquando reſipiſcant.

1. VIde repert. Inquiſit. *verb latria*, Durant. *de ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap* 40. Azored. *ad l.* 2. *n.* 24 *tit.* 1. *lib.* 1. *nona recop.* Suar. *tom* 3. *de Sacram. diſput.* 35 *& de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de diebus feſtis cap.* 7. *de feſtis Chriſti poſt Reſurrectionem n.* 4. Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. q.* 73. *num.* 15. *& quæſt.* 76. *n.* 85. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 29. *num.* 37. *in fin.* Fr. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thom. tom.* 2. *quæſt* 99. *art.* 3. *diſp* 8. *in princ.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap* 5. *num* 8. Molleſ *in ſumma Theologi moralis tract* 3. *cap* 6. *num.* 10. *& tract.* 11. *cap.* 6 *num* 30. Homobun. de Bonis *de examine Eccleſ. p.* 1. *tract* 4 *cap* 12. *q.* 113.

2. *a Peculiari quodam, & feſto die*, &c.] Vrban. IV. *in conſtitut.* incip. *Tranſiturus de hoc mundo ad Patrem*, de anno 1262. decreuit vt celebritas feſti corporis Chriſti ſolemniori, & frequentiori apud Chriſtianum populum cultu & veneratione colatur feria quinta proximè ſequenti octauam Pentecoſtes, quam quidem iucundiorem facit publica totius Cleri, & populi ſupplicatio eo die de more fieri ſolita & peccatorum condonatio, quæ beneficio Pontificis conceditur ſingulis, qui hoc die feſto diuinis officiis interſunt, & habetur *in Clem. ſi Dominum, de reliq. & venerat. Sanctor.* referunt Azor. *inſtit. moral. p* 2. *lib.* 1. *cap.* 14 Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralib. tom.* 2. *tract* 27. *cap* 3. *num.* 45. Suar. *d. cap.* 7. *de feſtis Chriſti poſt Reſurrectionem n.* 3.

Officium ſanctiſſimi Corporis Chriſti fuit com- 3.
poſitum à S. Thoma Doctore Angelico iuſſu eiuſdem Vrbani IV. à quo in præmium retulit columnam argenteam, ita ex Naucler. & Genebrard. refert Raguc. *de Miſſa in Eccleſia quæſt.* 109. *n.* 3.

Feſtiuitatem iſtam tempore interdicti apertis Ec- 4.
cleſiarum ianuis celebrari poſſe edixit Martin. V. *conſtit.* 12. incip. *Ineffabile*, 7. *Kal. Iunij* 1429.

Proceſſio

Digitized by Google

5. Proceſſio ſanctiſſimi Corporis Chriſti in eius feſto debet inchoari à Cathedrali, Sel. *in ſelectis Canonic. cap. 11. n. 2.* vbi refert ita deciſum per S. Congreg. Rit. *in Tuſcanen. 19. Auguſti* 1619. Magis enim decet vt ſolemnitas venerabilis Sacramenti celebretur in Cathedrali Eccleſia, quàm in alia, ex eáque ſumatur ſanctiſſimum Sacramentum, & in proceſſione per vias publicas circumferatur, & ad eandem Eccleſiam referatur, ſicut teſtatur reſolutum Armend. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno n.* 8. De anniuerſario pro celebranda feſtiuitate ſanctiſſimi Corporis Chriſti, vide Perez de Lara *de anniuerſ. & Capell. lib. 1. cap. 24. per tot.* vbi n. 9. quærit cur feſtum Corporis Chriſti non celebretur in die Cœnæ Domini?

De Aſſeruando S. Euchariſtiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo.

CAPVT VI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Parochiali in Eccleſia, quamvis pauperi, aſſeruari debet Euchariſtiæ ſacramentum.*
3. *Ordinarius non poteſt concedere licentiam aſſeruandi ſanctiſſimum Sacramentum in Eccleſia non Parochiali.*
4. *Sacrarium vbi & quomodo collocandum.*
5. *Euchariſtiæ ſacramentum quomodo ad infirmos deferendum.*
6. *Onus deferendi ſanctiſſimum Sacramentum ad infirmos eſt de pertinentibus ad curam animarum.*
7. *Euchariſtiæ ſacramentum eſt deferendum ad infirmos, vt illud ſumant, non vt adorent.*
8. *Euchariſtiæ Sacramentum non eſt miniſtrandum ſub ſpecie vini ſi infirmus non poſſit deglutire, ſub ſpecie panis.*

COnſuetudo *a* aſſeruandi *a in ſacrario* ſanctam Euchariſtiam, adeo antiqua eſt, vt eam ſæculum etiam *b* Niceni Concilij agnouerit. *β Porrò deferri ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos*, & hunc vſum diligenter in Eccleſiis conſeruari, præter quam quod cum ſumma æquitate, & ratione coniunctum eſt, *c* tum multis in Conciliis præceptum inueniatur, & vetuſtiſſimo Catholicæ *d* Eccleſiæ more eſt obſeruatum. Quare ſancta hæc Synodus retinendum, omnino ſalutarem hunc, & neceſſarium morem ſtatuit.

a Inſ. Ecane 7. c. ſanè de celebr. Miſſ. c. 1. de cuſt. Euchariſt. c. Presbyter, de cōſecr. diſt. 2. b Niceni forte c. 14. c Conc. Rhe. c. 2. Conc. Lat. ſub Innoc. 3. c. 26. c. præſ. 79. d. d Ancyrane c. 6. 1 Niceni c. 12. Carth. 4. c. 77. 78. Agath. c. 17.

1. VIde *cap. Presbyter, de conſecrat. diſt. 2. cap. ſanè, de celebr. Miſſar. c. 1. de cuſtodia Euchariſt.* Durand. *in rationali diuinorum offic. lib. 1. cap. 16. n. 10.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 5. num. 9.* Henriq. *in ſumma lib. 8. cap. 28. §. 2. litt. H.* Ægid. de Coninck *de Sacramentis & cenſur. quæſt. 76. num 85. cum ſeqq.* Meipſum *de officio & poteſtate Parochi, cap. 20. ex num. 27.*

2. Parochiali in Eccleſia, quantumvis pauperi, aſſeruari debere ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, docet Sel. *in ſelectis Canonic. cap. 11. n. 12.* vbi teſtatur ita reſolutum *in Vrbinaten. 22. Martij* 1594.

3. Non poſſe concedi ab Ordinario licentiam aſſeruandi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia non Parochiali pro adoratione fidelium, ſed requiri Sedis Apoſtolicæ facultatem, deciſum referunt Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collectan. 1216. & in praxi rerum fori Eccleſiaſt. poſt reſolut. 495. in notab. de materia Epiſcop. in fine,* Piaſecius *dict. cap. 3. num. 3. verſ. duo.* Marc. Anton. Genuenſis *in praxi Archiepiſcop. Neapolitan. cap. 110.* Ego ipſe *in collect. ad dictum caput ſanè, num. 7.*

4. *a In ſacrario,*] Collocato in Altari maiori, vel ſaltem, ſi ibi conſeruari non poſſit, in aliquo Eccleſiæ conſpicuo, & nobiliori loco, decenter pro facultatibus loci exornato, & bene clauſo, ac clauis ipſius, non relinquatur in Altari, ſeu alio communi loco, ſed penes Parochum, vel Capellanum cuſtodiatur. Intus etiam, decenter ornari debet & tenendæ ſunt ibi duæ pyxides, in quarum vna conſeruetur ſanctiſſimum Sacramentum, in altera deferatur ad infirmos, & pyxides iſtæ non niſi ſuper Altari viatico, vel ſuper corporali collocentur: ibique olea ſacra tenenda non ſunt, ſed in alio ſeparato decenti loco. Ita Fuſcus *de Viſitat. lib. 1. cap. 5. num. 3.* Piaſecius *in praxi Epiſcop. part. 2. capite 3. num. 24. verſ. vnde primò,* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapolitan. deciſ. 23. num. 3. part. 4.* Ego ipſe *in collectan. ad cap. 10. num 2. & 3. de celebratione Miſſarum, & de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 22. & de officio & poteſtate Parochi, cap. 20. num. 27.*

5. *β Porrò deferri ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos, &c.*] Deferendam eſſe admonet text. *in dicto cap. ſanè,* habitu decenti, ſuppoſito mundo velamine, & cum ſuperpelliceo, lumine præcedente, cum omni reuerentia, & honore, vultu dimiſſo ante pectus, cum vaſe argenteo, vel ſaltem in calice velo ſerico cooperto, cum pallio honeſto, præcedente tintinnabulo, vt cuncti genu flectant, Pſalmos, ſeu orationes inter eundum recitando, ita Paul. Fuſcus *dicto cap. 5. num. 10.* Cened. *ad Decretales collectan. 51. à num. 2.* Piaſecius *dict. verſ. vnde primò,* aduertens non eſſe deferendum per plateam in qua habitant Iudæi.

6. Onus huiuſmodi deferendi ſanctiſſimum Sacramentum ad infirmos eſſe de pertinentibus ad curam animarum, cenſuit Rota *deciſ. 340. num. 1. part. 2. recent.* quam refero Ego ipſe *in collect. ad d. cap. ſanè, n. 5. & de officio & poteſtate Parochi, c. 20. num 31.*

7. Et ita deferendum eſt vt illud ſumant, non vt adorent tantùm, ſicut referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 1 de confitendo ſemel in anno, num. 9.* Aloyſ. Ricci. *d. deciſ. 23. à num. 7. pag. 4.* Ego ipſe *d. cap. 20. num 44.* vbi refero Zerolam, & Zypæum.

8. Nec eſt miniſtrandum ſub ſpecie vini ſi infirmus non poſſit deglutire ſub ſpecie panis, vt tradunt Suar. *tom 3. diſput. 71. ſect. 7.* Squillante *de obligat. clericor. p. 2. n. 76.* quos refero *d. c. 20. n. 45.*

De Præparatione, quæ adhibenda eſt vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat.

CAPVT VII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Ieiuno dandum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum*
3. *Peccatum carnale committens debet per aliquod temporis ſpatium abſtinere ſub veniali à Communione.*
4. *Nullus cum conſcientia peccati mortalis accedere debet ad recipiendam Euchariſtiam, abſque præuia Confeſſione.*
5. *Confeſſio peccatorum mortal. an fieri debeat de iure diuino ante Euchariſtiam.*
6. *Communicare quando liceat non præmiſſa Confeſſione peccati mortalis.*
7. *Confeſſoris alterius præter proprium habens copiam, non poteſt ad Euchariſtiam accedere ſine præmiſſa Confeſſione.*
8. *Sacerdos, qui vrgente neceſſitate celebrauit non præmiſſa Confeſſione peccati mort. tenetur quamprimum confiteri.*
9. Quamprimum *hic quid.*

SI non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſanctè, certè quo magis ſanctitas, & diuinitas cœleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eo diligentiùs cauere ille debet, nè abſque *a magna reuerentia, & ſanctitate* ad id percipiendum accedat, præſertim cum illa plena formidinis *β verba apud a Apoſtolum* legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum *b: γ Probet ſeipſum homo.* Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, *δ vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati*, quantumvis ſibi *c* contritus videatur abſque præmiſſa Sacramentali Confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat: quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Synodus perpetuò ſeruandum eſſe decreuit, *ε modò non deſit* d *illis copia Confeſſoris, ζ quod ſi neceſſitate vrgente*, Sacerdos abſque præuia Confeſſione celebrauerit, *η quàm primum confiteatur.*

a 1. Cor. 11. c. quid ergo, c. ſancta, c. ſicut Iudas, & c. timorem, de conſecr. diſt. 2.
b 1. Cor. 11. c. qui ſcelerate, de conſecr. diſt. 2. cap. quotidie & c panem de conſecr. diſt. 2. c. omnis qui, cum ſeq. de pœn. diſt. 1.
c Et infr. cap. 15.
d Infrà c. 11.

1. VIde Nauarr. *in manual. c.2. n.7. cum ſeqq. & de oratione miſcel. 39.n.155. & in c. fratres, de pœnit. diſt. 3. n.100.* Henriq. *in ſumm. lib.8. cap.34. §.3. lit. P,* Sayr. *de Sacramentis in genere lib.2. c.47. quæſt. 1. art. 2.* Ægid. de Coninck *de Sacramentis & cenſur. quæſt.80. n.5. cum ſeqq.* Vaſquez *in 3. part. D. Thomæ tom.3. diſp.208. à n. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num.98.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p.3. cap.4. §.8.* Iul. Lauor. *de Iubilæo p.2. cap.5. num.8. cum ſeqq.* Paul. Laym. *in Theol. moral. lib 5. tract 4. c.6.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moral. tract. 3. c.8. n.59. cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom.1. tract 4. num.210. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. c.7. n.48.* Meripium *de offic. & poteſt. Parochi cap. 20. num.18. cum ſeqq.*

2. *a Magna reuerentia, & ſanctitate.*] Contra reuerentiam huic ſanctiſſimo Sacramento debiram fieret, ac illicitum foret vbi nullum probabile periculum mortis, vel ſuperuenientis diuturnæ phreneſis infirmo imminere videtur, non ieiuno illud miniſtrare, ita ex Zambran. & Paul. Laymann. reſoluimus *d. c.20. num.37.* Debet enim ſuſcepturus à media nocte eſſe ieiunus, ieiunio non ſolùm Eccleſiaſtico, verùm etiam naturali, *cap. liquido, de conſecr. diſt. 2. c. ex parte, de celebrat. Miſſar.* vbi dixi *in collect. num.3.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.2. cap.30. num.13.* Menoch. *de arbitr. caſu* 406. Barthol. ab Angel. *dialog. 4. §.203. & dialog. 5. de Miſſa, §.198.* Azot. *inſtit. moral. p.1. lib.10. cap.30. quæſ.2.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.1. quæſt.40. art.13. concluſ.1.* Bonacina *de Sacram. diſp.4. q.6. puncto 2. n.5.* Hurtado *de Sacramentis tomo 2. tract. de Euchariſtia diſp.9. diffic.14.* vbi *diſput.15.* quærit an ieiunium ad ſumptionem Euchariſtiæ prærequiſitum debeat eſſe naturale, an ſufficiat Eccleſiaſticum? Et *diffic. 16.* vtrum Euchariſtia poſſit aliquando à non ieiuno ſumi?

3. Eodem modo peccatum carnale committens, vt fornicationis, vel pollutioois, debet per aliquod tempotis ſpatium, vt per diem, abſtinere ſub veniali à Communione, etiamſi patrati peccati Confeſſionem fecerit, niſi adſit iuſta cauſa communicandi, veluti ſi ſit magnæ ſolemnitatis feſtus, aut dies Iubilæi, vel ſi commodè in ſequentem diem differri nequeat. Ita Barthol. ab Angelo *d. dialog. 1. §.221.* Valer. Reginald. *d. lib.29. n.117.* Suar. Sot. & alij apud Bonacin. *d. punct.2. n.3.* Hurtado *d. tract. de Euchar. diſp.9. diffic.13.*

β Verba apud Apoſtolum, &c.] 1. *ad Corinth. c.10. verſ.27.* relata *in cap. quid ergo, & in cap. ſancta, & in cap. ſicut Iudas, & in cap. timorem, de conſecrat. diſtinct. 2.*

γ Probet ſeipſum homo, &c.] Vide *cap. quotidie, cap. qui ſcelerate, cap. panem, de conſecr. diſt. 2. & tom.3. diſp.180. num.52.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.1. tract. de Euchar. cap.10. concluſ.15. verſ. à eſta dubda,* Ioan. de Lugo *de Sacram. tract. de Euchariſt. diſp. 15 ſect.1. num.7.* vbi dicit aliquos Patres intelligere illud verbum *probet*, non ſolùm de probatione neceſſaria auferendo mortalia, ſed etiam de purgatione à venialibus, & eorum radicibus, quæ impediunt aliquo modo fructum Sacramenti.

δ Vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, &c.] Nullum cum conſcientia peccati mort. accedere debere ad recipiendam Euchariſtiam abſque præuia Confeſſione, tradunt Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.10. c.31. q.2.* Petr. de Ledeſma *d. tract. de Euchar. c.11. concl.8.* Hurtado *d. tract. de Euchariſt. diſp.9. diffic.5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.29. n.48.* citatos per me *in collect. ad cap. de homine, num.7. de celebrat. Miſſar.* Laymann. *in Theologia morali libro 5. tract.4. cap.6. n 4. & 5.* plures quos refert Bonacin. *d. q.6. punct 1. à n.8.* vbi *num 9.* docet hunc cum conſcientia peccati mortalis Euchariſtiã ſumentem grauius peccare quo grauius eſt peccatũ, 4.

obſeruáque

obſeruátque cum aliis, quos citat, differentiam inter illum, qui accedit ad Euchariſtiam cum conſcientia peccati mortalis, & inter eum, qui conſciantiam habet peccati venialis, quòd qui habet conſcientiam tantum peccati venialis, non impeditur quin Euchariſtiæ fructum recipiat, cùm peccatum veniale, quamvis actualiter committatur, non ſit obex ad diuinam gratiam, neque cum ea ſit incompatibile, Ioan. de Lugo *d. tract. de Euchariſt. diſp. 14. ſect. 4. num. 54. cum ſeqq.* Ioann. Sanc. *in ſelect. diſp. 32. n. 4.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib 2. cap. 7. num. 46. cum ſeqq.*

5. An de iure diuino ſacra peccatorum mortalium Confeſſio ante Euchariſtiam fieri debeat? Affirmant Henriquez *in ſumm. lib. 8. cap. 45. §. 3. in commento litt. P, & V,* Hortado *d. diſp. 9. diffic. 5.* Azor. *d. cap. 31. q. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 98. num. 1.* Valent. *tom. 4 diſp. 6 q. 8. puncto 3. ad 2.* Vaſq. *tom. 3. diſp. 208. à num. 15.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. n. 193.* Bonacina *d. q. 6. puncto 1. num 35.* Ioan. de Lugo *d. diſp. 14. ſect. 4. num. 69. cum ſeqq.*

6. ¹ *Modo non deſit illis copia Confeſſoris, &c*] Non præmiſſa Confeſſione peccati mortalis iam commiſſi communicare licet, ſi adſit neceſſitas communicandi, nec adſit copia Confeſſoris, dummodo præmittatur ſaltem contritionis actus ne indignè ſuſcipiatur Euchariſtia cum peccato mortali: nam actus contritionis eſt in noſtra poteſtate poſito diuino auxilio, quo Deus nunquam nos deſerit. Ita docent Canon. *in relect. de Pæn. p. 5. § ad tertium non eſt difficile,* Cord. *lib. 1. q. 16. ante fin.* Ioan. de Lugo *de Sacram. tom. 1. tract. de Euchar. diſp. 14. ſect. 5. ex n. 81.* Barth. ab Angel. *d. dial. 4. n. 189.* Chamerot. *de Euchar. c. 9. dub. 7. & c. 10. dub. 13.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. num. 99. &* 109. Azor. *d. cap 31. queſ. 3.* Cened. *d. collect. 98. num. 1.* Vaſq. *tom. 3. diſp. 208. à n. 15.* Bonacina *d. q. 6. punct. 1. num 13.*

7. Vnde colligitur eum non poſſe ad Euchariſtiam accedere ſine præmiſſa Confeſſione, qui non habet copiam proprij Confeſſarij ſed alterius, cui non conſueuit propria peccata confiteri; hic enim non dicitur eſſe in neceſſitate communicandi ſine Confeſſione, cùm habeat copiam alterius Confeſſarij approbati, quamvis peccata ſua maiori cum deuotione Confeſſario ſoleat confiteri. Ita Henriquez *d. lib. 8 c. 47.* Petr. de Ledeſma *d. tract. de Euchar. c. 11. verſ lo quarto.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. n. 107. &* 108. *ad fin.* Azor. *d. cap. 30. q 8.* Bonacina *d. punct. 1. n. 27.* vbi *n. 28.* reſoluit eum, qui habet neceſſitatem communicandi, ſed non habet copiam Confeſſarij approbati, aut ſi habeat copiam Confeſſarij approbati, rationabiliter timet manifeſtandum peccatum in Confeſſione expreſſum, poſſe licitè communicare, non præmiſſa confeſſione illius peccati, quod rationabiliter timet manifeſtandum, ſi illud detegat in Confeſſione, & *n. 29.* tenet eum, qui habet neceſſitatem communicandi, ſed non habet copiam Confeſſarij approbati, poſſe licitè communicare, non præmiſſa Confeſſione, quamvis habeat copiam Confeſſoris non approbati, niſi fortè habeat priuilegium eligendi ſibi Confeſſarium non approbatum; tunc enim cum poſſit illum Sacerdotem ex priuilegio eligere, non dicitur eſſe in neceſſitate communicandi ſine præmiſſa Confeſſione, & *n. 30.* cum Nugno, Valer. Reginald. Suar. & aliis, ſubdit illam loci diſtantiam inter pœnitentem, & confeſſarium ſufficere, vt pœnitens dicatur non habere copiam Confeſſarij, & conſequenter poſſit non præmiſſa Confeſſione celebrare, quia ob difficultatem itineris, vel breuitatem tẽporis, vel ob vrgentia negotia, vel ob periculum ſcandali, ſeu infamiæ, Sacerdos non poteſt hic & nunc Confeſſarium adire ſine magno incommodo; plures alios caſus percurrit Filliuc. *in queſt. moral. tom. 1. tract. 4. à num. 214.*

8. ² *Quòd ſi neceſſitate vrgente, &c.*] Sacerdotem, qui vrgente neceſſitate celebrauit, non præmiſſa Confeſſione peccati mort. teneri quamprimum confiteri, non ſic ſtatim laicum, qui ſine præmiſſa Confeſſione ſuſcepit Euchariſtiam, per hunc text. docent Doctores infrà citandi, ex ea ratione, quia Concil. loquitur ſolùm de Presbyteris: argumentum autem à ſimili non habet locum in materia præceptorum à iure poſitiuo emanantium, & ſic non obligat ſuperior per ea, quæ præciperet ſi animaduerteret, ſed per ea quæ actu præcipit: ita Molfeſ. *in ſum. tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28.* Filliuc. *tom. 1. tract. 4. c. 8. q. 5. n. 221.* Poſſeuin. *de administrat. Sacram. cap. 5. n. 40.* Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Euchariſtia 3.* Nald. *in ſumma verb. Sacerdos, num. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. n. 110.* Laymann. *d. tract 4. cap. 6. num. 7.* Ioan. de Lugo *de Sacram. tom. 1. tract. de venerabili Euchar. Sacram. diſp. 14. ſect. 7. n. 138.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Euchariſtia, diſp. 9. diffic. 7. in princip.* vbi etiam quòd hoc præceptum non eſt diuinum, ſed tantùm Eccleſiaſticum. Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tr. de pœnit. lib. 4. q. 20.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Parochi, c. 20. n. 39.* & plures alij apud Bonac. *d. punct. 1. n. 37.* Vnde Parochi deficiente ſibi Confeſſoris copia poterunt præmiſſa Confeſſione celebrare illis diebus, in quibus tenentur ex officio ad ſacrum faciendum ne Parochiani careant Miſſa, Ita Squillante *de oblig. Sacerd. p. 1. n. 18.* Raguc. *in lucerna Paroch tract. de Euchar q. 24.* Paul. Laymann. *lib. 5. tract. 4. cap. 6. n. 6.* Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract. 3. part. 3. cap. 1. num. 4. cum ſeqq.*

Caſus autem neceſſitatis ex mente omnium Doctorum ille iudicatur quando bona fama Sacerdotis periclitaretur niſi celebraret; aut ſi fidelis quis in articulo mortis exiſtens, communicaturus eſſet, nulla exiſtente Hoſtia conſecrata, poſſet ad infirmum communicandum celebrare, licet non adeſſet Confeſſarius, cui confiteri poſſet; aut ne Parochus totum populum ſine Miſſa relinqueret, aut perficeret ſacrificium, ſcilicet Miſſam ab alio Sacerdote inceptam, qui ob ægritudinem valde ſubitam non potuit illam perficere. Ita Ioan. Sanc. *d. diſp. 32 n. 4.* & aduertit Ioan. de Lugo *d. diſp. 14. ſect. 5. n. 107. cum ſeqq.* caſus neceſſitatis ab aliquibus ad duo capita reduci; *Primum* eſt inſtantis mortis, ſi aliquis, v. g. in mortis articulo non poſſit confiteri, aut abſolutionem obtinere, & poſſit communicare, in quo caſu concedunt omnes poſſe id fieri. *Secundum* caput eſt infamiæ, aut detrimenti, quod incurritur ſi homo non communicet.

9. ³ *Quamprimum confiteatur.*] Hanc particulam ita intelligendam fore credit Molf. *d. tom 1. tract. 1. cap. 10. n. 18.* & Fagund. *in quinque Eccleſiæ precepta tract. 3 lib. 3. c. 2. n. 9.* vt Sacerdos poſtea confiteatur ſuo tempore, nempe ante aliam celebrationem, At Diana *moral. reſol. p. 1. tract. de celebr. Miſſar. reſolut. 60.* illud *quamprimum* intelligit, id eſt intra triduũ, At Zerol. *in praxi Pœnit. c. 10 q 32.* & Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 4. q. 20.* extendunt vſque ad manè ſequens. Verùm Ioan. de Lugo *de Sacr. tom. 1. tract. de venerabili Euchariſtia Sacram. diſput. 14. ſect. 7. num. 162.* obſeruat intentionem Concilij fuiſſe Sacerdotum conſcientiæ & puritati conſulere, idcirco voluiſſe prouidere ita permittendo in caſu veræ neceſſitatis celebrare cum contritione, vt maneret obligatio confitendi data occaſione,

vt tollatur periculum ſæpiùs celebrandi abſque Confeſſione: vnde infert poſſe contingere quòd aliquando obliget illud præceptum ſub mort. ad confitendum eadem die, quando ſcilicet hodie habet Confeſſarium,& non eſt certũ, an cras illud ſit habiturus, cùm tamen inſtet eadem neceſſitas celebrandi cras; tunc enim etiamſi tertio die habiturus ſit certò Confeſſarium, debet hodie confiteri, quia dilatio illa, licèt ſit parua quoad tempus, eſt magna in qualitate; cùm ſit cauſa celebrandi iterũ abſque Confeſſione. Et quòd Sacerdos celebrans abſque præuia Confeſſione ob inopiam Confeſſatij teneatur quam primùm poſſit confiteri, ſi aliud graue non obſiſtat, tenet Ioan. Sanci. *in ſelectis diſput.32. num.14. verſ. cùm autem Concilium.*

Sed dubitant nonnulli, an hæc verba conſilium, aut præceptum induant; Importare conſilium, crediderunt Petr. de Ledeſma *in ſumm. de Euchariſt. p.1. cap.15. ante 9. concluſ.* Villalob. etiam *in ſum. tract.7. difficult.37. num.6.* Fagundez *præcept.3. lib.1. cap.8. num 9.* Sed alij meliùs præceptum inducere affirmant, vt ſunt Suarez *de Sacram. diſp.66. ſect.7.* Hurtado *de Euchariſt. diſp.9. diffic.7 in fine.* Ægid. de Coninck *de Sacram. q 80. art.4. in fine.* Bonacina *eod. tract. diſp.4. q.9 puncto 2.* Valer. Regin. *in praxi fori pænit. lib.29. num.10.* quos refert & ſequitur Ioan. Sanci. *d. diſput.32. num.12.* Ioann. de Lugo *d. tract. de Euchariſt. diſput.14. ſect.7. n.135.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.4. quæſt.20. in fine.*

Vtrùm autem qui non neceſſitate, nec carentia Confeſſarij, ſed ex mera malitia, & culpabiliter celebrat abſque Conceptione, obligetur hoc præcepto Tridentini ad poſtea quamprimùm confitendum? Contra Syluium negat Ioann. de Lugo *d. diſp.14. ſect.7 num.150.* Ioan. Sanci. *d diſp.32. n.12. in fine,* vbi idem dicit, quando ex obliuione deſiit confiteri aliquod peccatum, Bonacina *d. puncto 1. num.38.* vbi reſoluit Sacerdotem, qui ex ſua malitia celebrauit in peccato mort. non præmiſſa Confeſſione, non teneri quamprimum poſt celebrationem confiteri; hoc enim non dicitur celebraſſe vrgente neceſſitate, ſed ex malitia: Tridentinum verò loquitur de Sacerdote celebrante ex neceſſitate abſque præmiſſa Confeſſione, & *num.40.* tenet Sacerdotem vrgente neceſſitate communicantem more laicorum abſque præmiſſa mortalium Confeſſione, non teneri poſt Communionem ex hoc decreto ſtatim confiteri, quia text. in præſenti loquitur de Sacerdote celebrante, & non comprehendit laicum. ex Vaſq. *diſp. 208. num.13.* Suar. *diſp.66. ſect.7.* Ægid. de Coninck *quæſt.80. art.4 in fine,* Reginald. *lib.29. num.110.* quos refert & ſequitur Hurtado *d. tract. de Euchariſt. diſp. 9. diffic.7. propè fin.* Barthol. à S. Fauſto. *d. lib.4. q 21.*

De Vſu huius admirabilis Sacramenti.

CAPVT VIII.

a Cap. quid eſt cũ ſeqq. c. dupliciter, & c. in 1 lo de conſec. diſt.2. Aug cont. Donat ſt. ſæpè Proſp. in 1. Sent.
b Galat 5.
c Inf. c 8.
d Matth 21.
e c. relatũ, de conſec. diſt.2. inf. à cap.10.

QVoad vſum autem, *a* rectè & ſapienter Patres noſtri tres rationes hoc ſanctum Sacramentum accipiendi diſtinxerunt. Quoſdam enim docuerunt ſacramentaliter duntaxat id ſumere, vt peccatores, alios tantùm ſpiritualiter, illos nimirum, qui voto propoſitum illum cœleſtem panem edentes, fide viua, *b* quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſentiunt; tertios porrò ſacramentaliter ſimul & ſpiritualiter: hi autem ſunt, qui ita ſe priùs probant, & inſtruunt, *c* vt veſtem nuptialem induti ad diuinam hanc menſam accedant. In ſacramentali autem ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt laici à ſacerdotibus Communionem acciperent, *d* ſacerdotes autem celebrantes ſeipſos communicarent: qui mos, *e* tanquam ex traditione Apoſtolica deſcendens, iure, ac meritò retineri debet. Dein autem pro paterno affectu admonet ſancta Synodus, hortatur, rogat, & obſecrat per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt omnes & ſinguli, qui Chriſtiano nomine cenſentur, in hoc vnitatis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ ſymbolo iam tandem aliquando conueniant & concordent, memoréſque tantæ maieſtatis, & tam eximij amoris Ieſu Chriſti Domini noſtri, *f* qui dilectam animam ſuam in noſtræ ſalutis pretium, & carnem ſuam nobis dedit ad manducandum: hæc ſacra myſteria corporis & ſanguinis eius fidei conſtantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint: & is verè eis ſit animæ vita, & perpetua ſanitas mentis: cuius vigore confortati, ex huius miſeræ peregrinationis itinere ad cœleſtem patriam peruenire valeant, eundem panem *g* Angelorum, quem modo ſub ſacris velaminibus edunt, abſque vllo velamine manducaturi.

f Ioann. 6. c. prima de conſecrat. diſt.2.
g Pſal. 77. c. reuer. & c. omnis de conſecrat. diſt.2.

Quoniam autem non eſt ſatis veritatem dicere, niſi detegantur, & refellantur errores: placuit ſanctæ Synodo hos canones ſubiungere vt omnes, iam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreſes caueri vitaríque debeant.

VIde Syluest. *in ſumma verb. Euchariſtia 3. q.1.* Sot. *in 4. diſt 12. quæſt.1. art.1.* Miranda *de corpore Chriſti quæſt.7.* Ioan. Sanci. *in ſelectis diſp. 30. n.7.* Suarez *tom.3 diſp.63 ſect.2. in 3. dicto.* Henriq. *in ſumma lib.8 cap.14.* Vaſquez *in 3. part. D. Thomæ tom.3 diſp.212. a n ....* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. quæſt.80. art.1. & q.82 n.16.* Ludouic. Beia *in reſponſ. caſuum conſcient. p.4. caſu 14. verſ. præterea.* Iul. Lauor *de Iubilæo p.1. cap.15. à num.1.* Valer Regin. *in praxi fori pœnitent. lib.29. num.66.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral tract.3. c.8. n.15. 33. & 34.* Hurtado *de Sacram. diſp.3. de Sacram. in genere, diffic.6. in fine,* vbi per hunc text. dicit eos, qui voto panem cœleſtem edunt fide viua, fructum, & vtilitatem illius ſentire, id eſt, augmentum iuſtificationis, quamvis non ſacramentalis.

De

Digitized by Google

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento

1. *Chriſtus totus continetur in ſanctiſſimo Euchariſtia Sacramento*. ſup. cap.1.
2. *Subſtantia tota panis in corpus, & vini in ſanguinem conuertitur in ſacroſancto Euchariſtia Sacramento*, ſuprà cap.4.
3. *Chriſtus totus continetur in Sacramento Euchariſtia ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſq; ſpeciei partibus, ſeparatione facta*, ſup. cap.4.
4. *Corpus verum, & ſanguis Domini eſt in Sacramento Euchariſtia peracta conſecratione, ut in hoſtiis conſecratis poſt communionem reſeruatis*, ſuprà cap.3.
5. *Effectus plures proueniunt ex Sacramento Euchariſtia*, ſupra cap.2.
6. *Chriſtus vnigenitus Dei filius eſt in Sacramento Euchariſtia cultu latria etiam externo adorandus*, ſuprà cap.5.
7. *Sacram. S. Euchariſtia in ſacrario aſſeruare, & ad infirmos deferre licet*, ſuprà cap.6.
8. *Chriſtus in Euchariſtia exhibitus Sacramentaliter, ac realiter manducatur.*
9. *Chriſti fideles omnes cùm ad annos diſcretionis peruenerint, tenentur ſingulis annis ſaltem in Paſchate ad communicandum*, infrà ſeſſ. 14. de pœnit. cap.5.
10. *Euchariſtia non eſt danda perpetuò, & abſolutè fatuis, ſed tantum ſemifatuis, & non continuo amentibus tempore quo habent dilucida interualla.*
11. *Infirmo deliranti an præberi poſſit viaticum.*
12. *An ad annos diſcretionis peruenerit quis vt Sacr. Euchariſtiam ſumere poſſit, prudentium, id parentum, & multo magis confeſſariorum iudicio æſtimandum.*
13. *Communicare quando quis dicatur in Paſchate.*
14. *Regularis Sacerdos non poteſt tempore Paſchali miniſtrare Euchariſtiam ſecularibus, vt adimpleant præceptum Eccleſiaſticum annua communionis.*
15. *Religioſi Fratres non poſſunt adminiſtrare populo S. Euchariſtiam die Paſchatis.*
16. *Sacerdoti non celebranti licet ſeipſum communicare.*
17. *Confeſſio Sacramentalis neceſſariò præmittenda à peccatore ante ſumptionem S. Euchariſtia habita copia confeſſoris.*

α CANON I.

SI quis negauerit, *a* in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum: ſed dixerit tantummodo eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute, anathema ſit.

a Supr. c.3. Conc. Conſtantienſe.

β CANON II.

Si quis dixerit, *b* in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini, vnà cum corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti: negaueritque mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini: quam quidem conuerſionem Catholica Eccleſia aptiſſimè *c* Tranſſubſtantiationem appellat, anathema ſit.

b Conc. idē damnans articulos Ioan. Vvicleſ.
c Supr. c.4.

γ CANON III.

Si quis negauerit, *d* in venerabili Sacramento Euchariſtiæ ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri: anathema ſit.

d Cōc. Flor. in decretis Eugen ad Armē. ſupr. c.3 & infrà ſeſſ.21.c.1. de commun.

δ CANON IV.

Si quis dixerit, peracta conſecratione, in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed tantùm in vſu, dum ſumitur, non autem ante, vel poſt *e* & in hoſtiis ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini, anathema ſit.

e Supr. c.3.

ε CANON V.

Si quis dixerit, *f* vel præcipuum fructum ſanctum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ eſſe remiſſionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema ſit.

f Vide Cōc. Flor. ibid. ſupr. cap.2.

ζ CANON VI.

Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe *g*, cultu latriæ, etiam externo, adorandum: atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum: neque in proceſſionibus, ſecundùm laudabilem, & vniuerſalem Eccleſiæ ritum, & conſuetudinem, ſolemniter circumgeſtandum, vel non publicè, vt adoretur populo proponendum, & eius adoratores eſſe idololatras, anathema ſit.

g Supr. c.5.

η CANON VII.

Si quis dixerit, non licere, ſacram Euchariſtiam *h* in ſacrario reſeruari, ſed ſtatim poſt conſecrationem aſtantibus neceſſariò diſtribuendam, aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur, anathema ſit.

h Supr. c.6.

θ CANON VIII.

Si quis dixerit, Chriſtum in Euchariſtia exhibitum, ſpiritualiter tantum manducari *i*, & non etiam Sacramentaliter ac realiter, anathema ſit.

i Supr. c.8.

α Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

i CANON IX.

Si quis negauerit, *k* omnes & ſingulos Chriſti fideles vtriuſque ſexus, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis, ſaltem in Paſchate, ad communicandum *l*, iuxta præceptum ſanctæ matris Eccleſiæ, anathema ſit.

κ CANON X.

Si quis dixerit, *m* non licere Sacerdoti celebranti ſeipſum communicare, anathema ſit.

λ CANON XI.

Si quis dixerit, *n* ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, anathema ſit. Et ne tantum Sacramentum indignè, atque adeò in mortem, & condemnationem, ſumatur: ſtatuit, atque declarat ipſa ſancta Synodus, illis quos conſcientia peccati mortalis grauat, *o* quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia Confeſſoris, neceſſariò præmittendam eſſe Confeſſionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam, publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat.

k Can. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ. Conc. Lateran. ſub Innoc. 3. c. 21. & infrà ſeſſ. 14 can. 1. de pœn.
l Conc. Lateran. ſub Innoc. 3. c. 21.
m Supr. c. 8.
n Supr. c. 7.
o Supr. c. 7.

1. α CANON I.] Vide Henriquez *in ſumma lib.* 8. *cap.* 20. §. 4. *in princ.* Valent. *tom.* 4 *diſp.* 6. *q* 3. Iodoc. Coce. *in theſauro catholico, tom.* 2. *lib.* 6. *art.* 1. Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. q.* 75. *art.* 3. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.* 1. *de Sacr.* Vbi de Euchariſtia, *c.* 1. *concl* 5. Fernandez *in examine Theologiæ moral p.* 3 *cap.* 4 §. 10. *num.* 4. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 3. *cap.* 3. *num.* 19. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta. præcept.* 3. *lib.* 5. *cap.* 1. Paul. Laymann. *in ſua Theologia morali.*

2. β CANON II.] Vide Henriquez *d. lib.* 8. *c.* 30. §. 2. *lit. I.* Vaſq. *in* 3. *p. S. Thomæ tom.* 3. *diſput.* 180. *num.* 180. *& diſp.* 194. *n.* 4. Hurtado *de Sacram tom* 2. *tract de Euchar. diſp.* 4. *diff. c.* 4. *in princ.* Ægid. de Coninck *d. q.* 75. *n.* 49. *& n.* 71. *& q.* 177. *art.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib* 29. *n* 36. Petr. de Ledeſma *d. tract. de Euchariſtia, cap.* 6. *concl.* 1. *&* 3. Bonacina *de Sacram; diſp.* 4. *q.* 3 *punct.* 6. §. 2. *n.* 1. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract.* 3. *c.* 5. *n.* 14. *&* 15. Filliuc *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *n.* 147. Fagondez *in quinque Eccleſiæ præcepta præcept.* 3. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 8. Et certum de Fide eſſe manere aliqua accidentia, tradunt poſt Suarez, & Vaſquez nouiſſimè Ioan. de Lugo *diſp.* 10. *ſect.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpir. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 58.

3. γ CANON III.] Vide Henriq. *dict. lib.* 8. *c.* 27. § 4. *lib. K*, Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. quæſt.* 74 *num.* 3. *& num.* 191. *& quæſt* 75. *n.* 49. *&* 168. *& quæſt.* 16. *n.* 31. Vaſq. *tom.* 3. *diſp.* 188. *n.* 2. *&* 15. Valer. Reginald. *d. lib.* 19. *n.* 37. Card. Bellarm. *de Euchariſtia lib* 3. *cap.* 22 Bonacina *de Sacram. diſp.* 4. *q.* 3. *punct.* 5. *num.* 2. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *num.* 136. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta præcept* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. *& præcepto* 3. *lib.* 3. *cap* 4. *à num.* 10. Ioan. de Lugo *de Sacramentis tom.* 1. *tract. de Euchar. diſp.* 4. *ſect.* 4. *n.* 66. *& num.* 108. *& diſp.* 8 *ſect.* 1. *n.* 40.

4. δ CANON IV.] Vide Henriq. *d. lib.* 8 *c.* 29. *in princip. lit. C.* Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſ. qu.* 74. *n.* 53. Fernand. *in examine Theologiæ moral. p.* 3. *c.* 4. §. 10. *n* 6. Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p.* 2. *lib* 3 *cap.* 5. Torreblanca *de iure ſpirituali lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 61.

5. ε CANON V.] Vide Henriquez *d. libro* 8. *cap.* 26. *in princip lit. B*, Ægid. de Coninck *de Sacram. quæſt.* 79. *num.* 53. Vaſq. *d. tom.* 3. *diſp.* 205. *n.* 2. Filliuc, *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract* 4. *num* 36.

6. ζ CANON VI.] Vide Can. *de locis Theol. l.* 5. *cap.* 5. *col.* 144. *& lib.* 12 *c.* 11 *col.* 441. Henriq. *d lib.* 8 *cap.* 32. § 2. *lit* D. *& cap* 42. § 2 *lit. H.* Ægid. *de Sacram. tom.* 1. *q.* 76. *n.* 86. Iodoc. Cocc. *in theſauro catholic. lib.* 6. *art.* 7. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 3. *cap* 6. *n.* 8. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ fol.* 174. *verſo, n.* 8. Suar. *tom.* 3. *de Sacram. diſp.* 75. Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 29. *num.* 37. *in fine*, Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 8. *num* 56.

η CANON VII.] Vide Bald. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. 7.

θ CANON VIII.] Vide Vaſq. *in* 3. *part. D. Thomæ tom.* 3. *diſp.* 212. *num.* 3. Sacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini eſt vnicum, integrum, & perfectum Sacramentum, vt multis probat Paul. Laymann. *lib.* 5. *de Sacramentis tract.* 4. *c.* 1. *n.* 3. 8.

ι CANON IX.] Vide Ægid. de Coninck. *de Sacram. q.* 80. *n.* 102. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 29. *num* 47. *in fine*, Bonacina *de Sacrament. diſp.* 4. *q.* 7. *puncto* 2. *num.* 5. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 3. *cap.* 8. *n.* 26. nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 14. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.* 21. *pag.* 264. *& præcipuè num.* 17. Trullench. *in Decalog. lib.* 3. *cap.* 5. *dub.* 2. 9.

In hoc can. ibi, *omnes & ſingulos Chriſti fideles*, &c. Non tamen perpetuò & abſolutè fatuos, ſed tantùm ſemifatuos, & non continuò amentes, tempore quo habent dilucida interualla, ita Henriq. *d lib.* 8. *cap.* 42. §. 3. Bonacina *de Sacramentis diſp* 4. *quæſt.* 6. *puncto* 1. *ex num.* 4. Paul. Laymann. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 4. *cap* 4. Villalob. *in ſumma part* 1. *tract.* 7. *dub.* 40. *num.* 3. Sancius *in ſelect. diſp* 26. *num.* 5. *& diſput.* 36. *num.* 9. Anton. Diana *reſolut. moral p.* 1. *tract. de celebratione Miſſarum, reſolut.* 79. quos refero *de officio & poteſtate Parochi*, *cap.* 20. *num.* 19. 10.

Infirmo deliranti, qui propter febrem incidit in amentiam, ſeu phreneſim, poſſe præberi viaticum, ſi illud tempore vſus rationis expreſsè petiiſſet, & ſigna contritionis, confeſſionis, & communionis oſtendiſſet, etiam multo antea, dummodo non ſit periculum irreuerentiæ, reſolui *dict. cap.* 20. *num.* 43. vbi *num.* 10. *cum ſeqq.* etiam reſolui peccatoribus notoriis, veluti vſurariis publicis, & meretricibus, tribuendam non eſſe Euchariſtiam. 11.

Ibi, *cùm ad annos diſcretionis peruenerint.* Prudentium id parentum, & multo magis Confeſſariorum iudicio æſtimandum. Sot. *in* 4 *diſt* 12. *q.* 1. *art.* 9. Bonacina *d diſp.* 4. *quæſt.* 6. *puncto* 2. *à num* 1. Ego ipſe *d cap.* 20. *num.* 18, Trullench. *d. cap.* 5. *dub* 2. *num.* 2. *cum ſeqq.* 12.

Ibi,

13. Ibi, *ſaltem in Paſchate.* Hoc eſt, in hebdomada ſancta, vel infra octauam Paſchæ, hoc eſt à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè, & vbi laxior eſſet conſuetudo à prima die Quadrageſimæ vſque ad dictam Dominicam in Albis incluſiuè, prout obſeruatur Mediolani, in Portugallia, & Valentiæ. Vide Trullench. *dict. lib.3. c.5. dub.2. n.6.* Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Communio*, vbi refert hac de re declarationem Eugenij IV. Azor. *inſtit. moral. part.1. verb. Euchariſtia* §. 7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.2. lib.1. cap.3. per tot. & præcept.3. lib.1. c.5.* Henriq. *in ſumma lib.8. cap.5. §.1. à principio*, vbi refert, quòd in pluribus diœceſibus conſuetudo extendit à principio Quadrageſimæ vſque ad decimumquartum diem poſt Paſcha, refero *d.c.20. numero 14.*

14. Sacerdotem Regularem non poſſe tempore Paſchali miniſtrare Euchariſtiam ſæcularibus, vt adimpleant præceptum Eccleſiaſticum annuæ Communionis, reſoluunt Nugn. *tom.1. in 3. part. q.83. art.4. concl.* Suar. *de Regul. tom.4. tract. 10. lib.9. cap.3. num.8.* Portel. *in dub. regularib. tom.1. verb. Sacramentorum adminiſtratio n.5.* Villalob. *in ſum. part.1. tract.7. dub.4. num 4.* late Trullench. *in decalog. lib.3. c.5. dub.2. n.8.* vbi ſubdit quòd Doctores id intelligunt de die Paſchatis non materialiter, ſed formaliter, id eſt, de Communione Paſchali per quam fit ſatis præcepto, & inclinare in hanc partem videtur Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.3. lib.1. cap.5. n.16.* Contra Sorb. *in compendio priuileg. verb. Communicare*, Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.1. quæſt. 56. artic. 3.* Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p.4. caſu 4.* Ioan. de la Cruz *de ſtatu relig. lib.2. c.5. dub.4. concl.3.* exiſtimantes poſſe per priuilegia Nicol. V. Pauli III. Pij IV. & aliorum Pontificum.

15. Fratres Religioſos non poſſe adminiſtrare populo ſanctiſſimam Euchariſtiam die Paſchatis, ſtante quòd in priuilegio Eugenij IV. hoc illis interdicitur expreſsè pro illa die, reſoluunt Nauarr. *in man. cap.21. n.52.* Henriq. *d. lib.8. cap.55. §.2.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.7. cap.41. quæſ.7.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi cap.20. num 10.* Vbi refero ita deciſum in S. Congreg. Concil. *ſub die 2. Martij 1619.*

Contra *compendium priuilegiorum* Soc. Iesv *verb. Euchariſtia §.2.* Emman. Sa *in aphoriſmis verb. Euchariſtia, num. 10.* Ludouic. Miranda *in manuali Prælator. tom.1. quæſt.42. art.2. concl.2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.1. q.56. art.3.* Ægid. de Cuninck *q.82. art.3. num.31.* Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib 3. cap 5. dub.4. concl. 2.* Suar. *tom.4. de Relig. tract.10. lib.9. c.3. n.7.* Tambur. *de iure Abbatum tom.2. diſp.5. q.3. a.3.* Fernandez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.3. lib.3. c.2. n.18.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt regul. reſol 117. n.5.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.1. tract. de Euchariſtia, diſp.18. ſect.2. à n.50.* & alios exiſtimantes Religioſos ſine Parochi licentia poſſe ipſo die Reſurrectionis Dominicæ ſacram Euchariſtiam miniſtrare parochianis, iis videlicet, qui exiſtimantur parochiæ ſatisfeciſſe, vel poſtea ſatisfacturi.

x CANON X.] Vide Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap.15. §.7. n.9.* quem refero *de officio, & poteſt. Parochi, cap.20 n.24.* 16.

x CANON XI.] Vide Sot. *in 4. diſt.12. q.5. art 4. col.14.* Can. *de locis Theolog. lib.3. col.189. ad fin. cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.1. q.80 n.9. cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.10. cap.31. quæſ. ..* Suar. *tom.3. de Sacram. diſputat 66. ſect.3. verſ. ſed quæres*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.20. num.53.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. part.3. cap 4. §.8.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom 1. tract.4. num.210.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract 5. cap.10. num.25.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. c.7. num. 4. cum ſeqq.* Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Euchariſtia diſp.14. ſect 4. num.54. cum ſeqq.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.32. num.4.* 17.

DE REFORMATIONE.

De Officio Prælatorum in Subditorum Correctione.

CAPVT I.

1. *Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.*
2. *Epiſcopi ſe paſtores, non percuſſores eſſe meminerint.*
3. *In criminalibus cauſis quando procedi poſſit ad vlteriora, non obſtantibus appellationibus, & inhibitionibus.*
4. *Epiſcopus viſitans tenetur dare tranſumptum ſi repererit aliquod delictum carceratione, vel caſtigatione dignum.*
5. *Appellatio non datur à viſitatione facta ab Epiſcopo, præſertim à correctione morum.*
6. *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum non datur à mandato de reſidendo in viſitatione edito.*
7. *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum non admittitur à viſitatione Eccleſiæ Cathedralis.*
8. *Non extenditur ad cauſas criminales, quæ tractantur apud iudices inferiores, aut delegatos Papæ, vel Epiſcopi.*
9. *Appellari an poſſit quando grauamen illatum per interlocutoriam, non poteſt tolli per appellationem à definitiua.*
10. *Carcerationis indebitæ grauamen, per appellationem à definitiua reparari non poteſt.*
11. *Appellatio interpoſita ſuper condemnatione ad triremes habet effectum ſuſpenſiuum.*
12. *Appellatio à priuatione beneficij habet effectum ſuſpenſiuum.*
13. *Decretum S. Congregationis negotiis Epiſcoporum præpoſita.*
14. *Metropolitani in ſuffraganeos eorumve ſubditos non iudicant niſi in caſibus iure expreſſis.*
15. *Metropolitani, & alij ſuperiores cauſas in curiis Ordinariorum pendentes non auocant.*
16. *Appellationes quando recipiendæ.*
17. *Superiores cognoſcere non valent cauſas, quæ coram inferioribus pendent ante definitiuam ſententiam, vel vim definitiuæ habentem.*
18. *Inhibitiones poſt appellationem quando concedendæ.*
19. *Appellatio recipienda non erit quamuis appellans aſſerat ſententiæ aut appellationis exemplum culpa iudicis à quo, vel actuarij habere non poſſe.*
20. *Appellationes à Metropolitanis non recipiuntur ab*

executione decreti Concilij Trid. aut viſitatio-nis Apoſt.

21. *Appellationes ad effectum deuolutiuum tantùm admittuntur in cauſis viſitationis Ordinariorum, aut correctionis morum.*

22. *Appellatio non admittitur à grauamine, quod per definitiuam reparari nequit, niſi viſis actis.*

23. *Cauſa appellationis dum pendet, appellans in eodem quo reperitur carcere, quanto tempore permanebit.*

24. *Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, niſi, &c.*

25. *Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata quando relaxari poſſit per iudicem appellationis.*

26. *Abſolutio ad cautelam quomodo danda.*

27. *Appellatio non recipitur à ſententia definitiua contra verum contumacem prolata.*

28. *Archiepiſcopus non debet ſe ingerere in primâ inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram eius ſuffraganeo.*

29. *Metropolitanus non poteſt cognoſcere in prima inſtantia etiam citra præiudicium curſus cauſæ coram Epiſcopo.*

EAdem ſacroſancta Tridentinâ Synodus præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuntiis, intendeos nonnulla ſtatuere, quæ ad iuriſdictionem pertinent Epiſcoporum, vt iuxta proximæ Seſſionis decretum, illi in commiſſis ſibi Eccleſiis eò libentius reſideant, quò facilius, & commodius ſibi ſubiectos regere, & in vitæ, ac morum honeſtate continere potuerint, illud primum eos admonendos cenſet, *a α vt ſe paſtores, non percuſſores, eſſe meminerint*, atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos, tanquam filios, & fratres, diligant, elaborentque, vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne, vbi deliquerint, debitis eos pœnis coërcere cogantur, quos tamen, ſi quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, *b* illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruanda præceptio, vt illos arguant, obſecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cum ſæpè plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm auſteritas, plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm poteſtas. Sin autem ob delicti grauitatem virgâ opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aſperitate diſciplina populis ſalutaris, ac neceſſaria conſeruetur, & qui correcti fuerint, emendentur, aut, ſi reſipiſcere noluerint, cæteri, ſalubri in eos animaduerſionis exemplo, à vitiis deterreantur, cum ſit diligentis, & pij ſimul paſtoris officium, morbis ouium leuia primum adhibere fomenta, poſt, vbi morbi grauitas ita poſtulet, *c* ad acriora, & grauiora remedia deſcendere: ſin autem ne ea quidem proficiant illis ſubmouendis, cæteras ſaltem oues à contagionis periculo liberare. *d β Cum igitur rei criminum*, plerumque ad euitandas pœnas, & Epiſcoporum ſubterfugienda iudicia, querelas & grauamina ſimulent, & appellationis diffugio, *γ iudicis proceſſum impediant*, ne remedio ad innocentiæ præſidium inſtituto, ad iniquitatis defenſionem abutantur, atque vt huiuſmodi eorum calliditati, & tergiuerſationi occurratur, ita ſtatuit, & decreuit: *e δ In cauſis viſitationis*, & correctionis ſiue habilitatis, & inhabilitatis, *ε nec non criminalibus ab Epiſcopo*, ſeu illius in ſpiritualibus Vicario generali, ante definitiuam ſententiam, *ζ ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine*, non appelletur, *η nec Epiſcopus, ſeu Vicarius*, appellationi huiuſmodi, tanquam friuolæ, deferre teneatur, ſed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnon omni ſtylo, & conſuetudine, etiam immemorabili, contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere, *f* niſi grauamen huiuſmodi per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa definitiua appellari non poſſit, quibus caſibus ſacrorum, & antiquorum canonum ſtatuta illibata perſiſtant.

a Tit. 1. 1. Tim. 3. 2. Petr. 5. diſt 45. in princ. d. 94. c. vlt. eſto ſubiectus.

b 2. Tit. 4.

c Cap. reſecandæ, &c. corripiantur, 24. quæſt. 3.

d Cap. cùm ſpeciali, §. porro de elect.

e Infrà ſeſſ. 22. c. 1. & 24. c. 20. de reformat.

f Cap. vt debitus, de appell. cum ſim.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. c. 26. n. 29. in fine*, Sbroz. *de officio Vicarij lib. 3. q. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſ. 40. art. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 503. *in 1. edit. alias reſol.* 304. *in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. n. 63.* vbi refert deciſum poſt definitiuam ſententiam in cauſis correctionis, & viſitationis appellari poſſe, ita tamen vt appellatio non ſuſpendat executionem, niſi grauamen per definitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa definitiua appellari non poſſit.

2. *α Vt ſe paſtores, non percuſſores eſſe meminerint.*] Vide S. Anton. *in ſumm. p. 3. tit. 20. c. 5. §. 3.* Cornel. *conſ. 296. circa princip. vol. 4.* Fuſc. *de viſit lib. 1. c. 3. num. 19.* Metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 1. tit. 2. gloſſ. 11.* Epiſcopi ſumma attentione perpendant textum *in præſenti, & infrà ſeſſ. 24. de reformat. c. 3. & ſeſſ. 25. etiam de reformat. cap. 1.* in quibus decretis verba ſunt multùm pia, & à Prælatis mente ſemper retineri debent, quorum ſummam refert Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deprompt as, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 20. n. 8. pag. 239.*

β Cùm igitur rei criminum, &c.] in criminalibus cauſis quando procedi ad vlteriora poſſit, non obſtantibus appellationibus, & inhibitionibus, declarauit ſanctæ mem. Pius V. *in ſua conſtit.* 180. incip. *Cum ſicut*; quæ eſt reformatoria conſtitutionum Pij IV. & aliorum ſummorum Pontif. ſic diſtinguendo: Aut reus confeſſus eſt, & tunc licitum erit iudici à quo, non obſtantibus appellationibus, & inhibitionibus, abſque pœnarum incurſu ad vlteriorem executionem pro pœnæ in ſententia irrogatæ executione procedere. Si verò non ſit confeſſus, tunc poterunt admitti, & recipi omnes, & ſingulæ appellationes, ac quæcunque deſuper pro tempore præſentatæ, & præſentandæ commiſſiones, & illarum vigore inhibitiones, cit- 3.

ationes,

Digitized by Google

rationes, & monitoria decerni, præſtita tamẽ priùs cautione idonea per partem, ſeu partes appellantes non confeſſos in forma depoſiti pro pœna in qua condemnatus extitit, & ſea reſpectiuè de ſe conſtituendo in carcere, & ibidem manendo in quacunque parte iudicij, & quatenus pars eſſet diues, facto priùs actuali depoſito arbitrio iudicis ad quem. Quod quidem hodie in praxi obſeruatur, inoleuit enim ſtylus Signaturæ iuſtitiæ, vt quandocunque contingit committi cauſam appellationis in criminalibus, ſemper apponatur clauſula, *parito ſententiæ*, vel *ſeruato exilio*, & forma Motus proprij Pij IV. & Pij V. Ita Marjob. *de Synodo diœceſana cap.4 dubit.21. ſecundùm Roman. impreſſionem.*

4. γ *Iudicis proceſſum impediant.*] An Epiſcopus viſitans teneatur darẽ tranſumptum, ſi reperetit aliquod delictum carceratione, vel caſtigatione dignum? Affirmatiuè deciſum fuiſſe refert Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.2. tit. 6. de viſitat. num.62.*

5. δ *In cauſis viſitationis*, &c.] A viſitatione facta ab Epiſcopo, præſertim à correctione morum, non dari appellationem, per text. *in præſenti, & cap. 10. ſeſſ.14. de reformat.* reſoluunt Lancell. *de attentat. & innou. appellat. pend. limit.18. in princ. n.6.* Ruginel. *de appell. q.2. cap.3. num.46.* Marcheſ. *de commiſſ. p.1. de commiſſ. appellat. extra Roman. cur. c. num.78. in 2. edit.* quos refert Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.7. num.1.* vbi *numeris ſeqq.* multa tradit de intellectu huius text. Nauarr. *in rub. de iudic. notab.9. num.83. & conſ.1. de appellat.* Gabr. Pereira *de Manu Regia, part.1 cap.7. à princ.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1. alleg.70. num.4.* Mat. Ant. *var. reſolut. lib.1. reſolut.95. num.11. & reſolut.110 num 14.* Stephan. Vveyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident innouatas, conſtit.17 à 14. pag.195.* vbi *num.15.* aduertit vt dum appellatur à decreto viſitationis, admitti non debeat appellatio niſi ſpecificè expreſſæ fuerint cauſæ grauaminum, vt diſpicere poſſit viſitator à quo appellatio interponatur, an cauſæ ſint friuolæ, an iuſtæ, an ſuſpendere, vel mutare debeat ſuum decretum, an verò prouiſionaliter exequi. Narbona *l.59. gloſſ 2. n.119. tit.4 lib.2. Recop.* vbi refert deciſum quòd in cauſis viſitationis, & correctionis appellari poteſt poſt diffinitiuam, ita tamen vt appellatio non ſuſpendat executionem. Si tamen Epiſcopus procedat in exemptos, ſeu alios priuilegiatos contra eorum priuilegia, dari appellationem exiſtimant, Salgado *de protect. Regia, p.1. c.15. n.55.* Berart. *de viſitat. facul. cap.27. n.67.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſit. p.2. lib.2 c.3. n.34.* Marcheſan. *d. cap.6 num.78.* Vbi enim apparuerit de exemptione, ſeu priuilegiu geſta appellatione pendente reuocantur, Lancellot. *de attentat. p.2. cap.12 limit.18 num.2. & ſeq.*

6. A mandato de reſidendo in viſitatione edito non dari appellationem ad effectum ſuſpenſiuum, ſed ad effectum deuolutiuum tantùm, deciſum refert Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.6. l.5. §.1. num.2.*

7. Appellationem ad effectum ſuſpenſiuum non admitti à viſitatione Eccleſiæ Cathedralis, & perſonarum ipſius ab Epiſcopo facienda, nec ideo illam appellationem ſuſpendi poſſe, tenet Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib.1. tit.4. num.8.* vbi refert deciſum *in Oriolen. 27. Martij 1631. ad 6.* ſubdens *ibidem in reſp. 17.* fuiſſe reſolutum appellationis cuiuſcunque prætexto non poſſe impediri, ſeu retardari diœceſanæ Synodi celebrationem.

Si ordine iudiciario & ordinato proceſſu viſitationis cauſa tractetur, appellatio ad vtrumque effectum admittitur, vt per Stephan. Gratian. *Marchia deciſ.188. n.4.* Ceuall. *de cognit. per viam viol. part.2. q.123 n 14. & 15.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. c.3. num.61. verſ. hoc eodem caſu*, Narbona *d. l.59. gloſſ.1. num.122.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſit. p.2. lib.2. cap.3. num.34.*

ε *Necnon in criminalibus ab Epiſcopo*, &c.] Ergo non à iudicibus inferioribus, aut delegatis Papæ, vel Epiſcopi; ita poſt Nauarr. *in man. c.25 num.15. verſ. adde*, tradit Fr. Emman. *in ſumma. tom.3. cap.30. num.1.* quem refert Hieron. Roderic. *in compendio quaſi regul. reſol.10. num.10.* Verùm ex diſpoſitione Concilij in omnibus cauſis appellari non poſſe ab interlocutoriis tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia, tam ab ordinariis, quàm à delegatis, vel inferioribus latis, niſi grauamen contineant irreparabile, vel diffinitiuæ vim habeant, reſoluunt Suar. de Paz *in pract. in proœm. 6. part. tom. 1. num. 28.* Amat. Roderic. *in pract. examinandi & videndi proceſſum c.13. n.8.* late ad vtramque partem Narbona *l.59. gloſſ.1. num.115. cum multis ſeqq. tit. 4. lib.2. Recop.* 8.

ζ *Ab interlocutoria, vel ab alio quocunque grauamine*, &c.] An appellari poſſit quando grauamen illatum per interlocutoriam non poteſt tolli per appellationem à definitiua? Vide Suar. de Pace *in pract. tom.2. p. c. vnic. num.3.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctor.18. verſ. primo quæro*, Nauarr. *conſ.2 de appellat.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.105 in edit.* aliàs *reſol.405. num.1. in 2. edit.* Piaſec *in praxi Epiſcop. p.2. c 4. num 98.* 9.

Carcerationis indebitæ grauamen per appellationem à definitiua reparari non poteſt, ac proinde ab eo valet appellari, & Ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & proceſſum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis cauſa cognita aliud iuſſerit, ita referunt deciſum Piaſec. *d. c.4. num.10.* Quaranta *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, num.20 in addit litt. B*, Et refert Narbona *d. l.59. gloſſ.1. num.110.* Sacram Congr. cenſuiſſe quòd in materia correctionis vbi Epiſcopus etiam ſine proceſſu, & ſine ſcriptis carcerat ſubditos, & tenet diu carceratos, poteſt Metropolitanus cognoſcere de exceſſu in corrigendo, ſi carcerati appellauerint ad eum, dummodo interim non impediat, aut ſuſpendat executionem eorum, quæ ab Ordinario decreta fuerint, de quo etiam Gabr. Berart. *de Viſitat. facul. c.27. num.67.* Mendez de Caſtro *d. p.2. lib.2. cap.3. num.33.* Vide infrà *ſeſſ.24. de reform. cap.20. num.33.* 10.

Appellationem interpoſitam ſuper condemnatione ad triremes habere effectum ſuſpenſiuum, reſoluit Aldan. *d. tit 4. num.9.* vbi dicit ita fuiſſe reſolutum *à S. Congreg. Epiſcop. & Regular. in Auerſana 22. Ianuarij 1591.* 11.

Appellationem à priuatione beneficij habere effectum ſuſpenſiuum, tenet Aldan. *d. tit 4. n.10.* vbi aſſerit ſic fuiſſe deciſum *in S. Congr. Epiſcop. & Regul. in Mileuitana 1. Iunij 1604.* Nam etiam in cauſis viſitationis, ſi non de morum correctione ageretur, ſed de priuatione adminiſtrationis, vel beneficij, aut alterius ſimilis rei, appellatio quoad vtrumque effectum admittitur, Ceual. *de cognit. per viam violent. p.2. q.123 n.13.* Narbona *d. l.59. gloſſ.1. num.111.* 12.

Hac de re extat optimum decretum omninò videndum, quod referunt Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſol.404. in 1. edit.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. d. verb. Archiepiſcopi auctoritas*, 13.

Google

ctoritas, auctor. 18. *verſ. octauo*, Piaſec. *d. part.* 2. *c.* 4. *num.* 101. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regular. reſolut.* 10. *num.* 33. *cum ſeqq.* Modern. *de poteſt. Regia part.* 2. *cap.* 1. *à n.* 247. *& de ſupplicat. ad Sanctiſſim. part.* 2. *cap.* 5. §. 2. *num.* 4. *&* 5. tenoris ſequentis, videlicet:

Ad tollendas ambiguitates, & controuerſias iuriſdictionales, quæ inter appellationum, & prioris inſtantiæ iudices non ſine partium diſpendio, curſuſque iuſtitiæ impedimento, & ſæpè cum ſcandalo oriuntur, S. Congreg. cauſis Epiſcoporum propoſita, facta prius relatione S. D. N. Vrbano VIII. ac de Sanctitatis ſuæ mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito in hunc qui ſequitur modum ab omnibus, ad quos ſpectat, in poſterum fieri ac ſeruari debere mandauit, & mandat.

14. *Metropolitani, Archiepiſcopi, Primates, aut Patriarchæ in Suffraganeos, eorúmve ſubditos non iudicent, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

15. *Item nec alij ſuperiores etiam Nuntij, vel Legati de latere ſpecificam facultatem maiorem non habentes cauſas in curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, ad ſe non auocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iuriſdictionibus quoad alias cauſas eximere non poſſint.*

16. *Appellationes nunquam recipiantur, niſi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius conſtiterit appellationem à ſententia definitiua, aut à grauamine, quod per definitiuam ſententiam reparari non poſſit in caſibus à iure non prohibitis, per legitimam perſonam, & intra debita tempora fuiſſe interpoſitam ac proſequutam.*

17. *Nedum cauſarum, quæ coram inferioribus iudicibus pendent ante definitiuam ſententiam, vel vim definitiuæ habentem, de grauamine illato ſuperiores cognoſcere valeãt, licèt citra præiudicium curſus cauſarum ſe id facere conteſtentur. Nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut ſimpliciter mandare, vt ipſis copia proceſſus tranſmittatur, etiam expenſis appellantis.*

18. *Inhibitiones poſt appellationem ſicut præmittitur receptam non concedantur, niſi cum ſcriptione tenoris ſententiæ, aut decreti definitiui, aut vim definitiuæ habentis, vel damnum per definitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quæcunque ſint ipſo iure nulla, eiſque impunè non parere liceat.*

19. *Si appellans aſſerat ſententiæ, aut appellationis exemplum, culpa iudicis a quo, vel actuarij habere non poſſe, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, ſed eis tantum ad quos pertinet, iniungi poterit vt ſoluta condigna mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur. Caueat tamen iudex à quo, niſi verè appellatum fuerit in cauſa appellabili interim aliquid in præiudicium appellantis attentet, et ſi per actum publicum, aut per teſtium depoſitiones conſtiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta poſſit iudex appellationes adiicere, ne interim aliquid noui contra appellantem innouetur.*

20. *Ab executione decreti S. Concilij Trid. aut viſitationis Apoſt. Appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec ſi Epiſcopi virtute eiuſdem S. Concilij procedunt vt Sedis Apoſt. delegati in cauſis, quæ ſub eorum iuriſdictione ordinaria non comprehenduntur, ſalua tamen in hoc caſu Legatorum, & Nuntiorum Apoſtol. auctoritate.*

21. *In cauſis verò viſitationis Ordinariorum, aut correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tantùm admittuntur, niſi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cùm viſitator citata parte, & adhibita cauſæ cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit quoad effectum ſuſpenſiuum.*

Cùm à grauamine, quod per definitiuam reparari 22.
nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ, appellatur, nonniſi viſis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouiſio aliqua concedatur.

Cauſa appellationis dum pendet, appellans in eodem, 23.
quo reperitur, carcere permanebit, quoad iudex ad quem appellatum eſt, viſis actis, ea cauſa cognita aliter decreuerit, & tunc ſi à iudicis ad quem decretò vim definitiuæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro ſui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem ſuperiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudi- 24.
cem appellationis Notarius mittere non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, & ſuſpicio incidat, quæ iudicialiter obiiciatur, & tunc terminata cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium, vt in ſuo archiuio conſeruentur.

Cenſura Eccleſiaſtica in appellantẽ prolata relaxa- 25.
ri, aut nulla declarari per iudicem appellationis non poteſt, niſi auditis partibus, & cauſa cognita, tuncque ſi conſtiterit eam iuſtam eſſe, ad iudicem qui excommunicauit, appellans remittendus eſt, vt ab ipſo iuxta ſacros canones beneficium abſolutionis ſi humiliter petierit, debitámque emendationem præſtiterit, obtineat. Si verò iniuſtam eſſe clarè appareat, ſuperior abſolutionem impendat ſi dubitetur, honeſtius eſt vt ad excommunicatorem intra breuem aliquem terminum eidem præfigendum abſoluendus remittatur, licèt etiam ſuperior hoc caſu id ipſum per ſe præſtare iure poſſit.

Abſolutio ad cautelam nonniſi parte citata, & viſis 26.
actis cùm dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure ſi concurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præſtita per excommunicatum cautione de ſtando iuri, & parendo mandatis Eccleſiæ tantùm, etſi iuxta formam à iure præſcriptam apparebit quem ob manifeſtam iniuriam excommunicatum fuiſſe, debitam etiam ſatisfactionem præſtare, & ſic ob contumaciam manifeſtam expenſas pariter ſatisfacere, & cauere de iudicio ſiſti coram excommunicatore quis tenebitur priuſquam ad cautelam abſoluatur.

A ſententia definitiua contra verum contumacem 27.
prolata appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouiſio quandiu appellans in huiuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur.

a Nec Epiſcopus, ſeu Vicarius, &c.] Archiepiſ- 28.
copum non debere ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram eius ſuffraganeo, cui inhibendum non eſt, nec ille tenetur deferre appellationi, niſi in caſibus Bullæ Greg. XIII. quæ eſt 24. Bullario, referunt deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. appellatio, verſ. ad decimum*, Hieron. Roderic. *d. reſol.* 10. *n.* 21.

Metropolitanum non poſſe cognoſcere etiam 29.
citra præiudicium curſus cauſæ coram Epiſcopo, neque ad eum effectum etiam abſque vlla inhibitione poſſe ſimpliciter mandare, vt ſibi tranſmittatur copia proceſſus expenſis appellantis extra caſus à Concilio conceſſos appellandi, referunt deciſum Quarant. *d. auct.* 18. *verſ. primò quæro*, Hieron. Roderic. *d. reſol.* 10. *n.* 22.

In

In Criminibus Appellationis Cauſa à Sententia Epiſcopi quando Metropolitano, & quando vni ex vicinioribus ſit committenda, eorúmve Vicariis, & non inferioribus.

Capvt II.

1. *Legati, ſeu Nuntij non poſſunt committere cauſas criminales ſuis Auditoribus.*
2. *Appellandum eſt ad Metropolitanum à ſententiis Ordinarij in cauſa criminali procedenti ex decreto Concil etiam tanquam Sedis Apoſtol delegati.*
3. *Appellandum eſt à Vicario ad Epiſcopum in cauſis criminalibus, vel beneficialibus ſpecialiter commiſſis Vicario.*

A Sententia Epiſcopi, vel ipſius in ſpiritualibus Vicarij generalis, in criminalibus appellationis cauſa, vbi appellationi locus fuerit, ſi Apoſtolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, a *Metropolitano, ſeu illius etiam Vicario* in ſpiritualibus generali, aut, ſi ille aliqua de cauſa ſuſpectus foret, vel vltra duas legales diætas diſtet, ſeu ab ipſo appellatum fuerit, ß *vni ex vicinioribus Epiſcopis*, ſeu illorum Vicariis, non autem inferioribus iudicibus, committatur.

HVnc text. allegat, & illius ſummam refert Sbroz *de officio Vicarij lib. 4. quæſt. 3.* vbi *q. 5.* reſoluit poſſe Vicarium Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi cognoſcere cauſas appellationum quas deuoluunt ad ipſos.

1. a *Metropolitano, ſeu illius etiam Vicario.*] Legatus, ſeu Nuntius Apoſt. non poſſe committere illas cauſas ſuis Auditoribus, vt illas videant tanquam iudices delegati, reſoluit Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 5. tit. 8. num. 10.* vbi ait ſic fuiſſe reſolutum 6. *Octobris* 1588. & ſubdit *ſub die* 24. *May* 1590. fuiſſe deciſum ſententias latas ab Auditoribus Nuntiorum Sanctiſſimi in cauſis appellationum in criminali, nullas eſſe; nec propter vtilitatem publicam & communem partium errorem ſuſtineri.

2. ß *Vni ex vicinioribus Epiſcopis.*] A decretis, & ſententia ordinarij, qui etiam tanquam Sedis Apoſt. delegatus ex decreto Concilij proceſſit, appellandum eſſe ad Metropolitanum, non autem ad Sedem Apoſtol. tenet Aldan. *vbi ſupra.*

In cauſis verò criminalibus, vel beneficialibus ſpecialiter commiſſis Vicario, appellari ab eo ad Epiſcopum cùm dicatur Ordinarius, reſoluunt gloſſ. *verb. officialem, in cap. 2. de officio vicarij lib. 6.* & *ibi* Lap. *n. 12.* Anch. *n. 2.* Franch. *n. 4. in fine*, Auguſt. Beroi. *in rub. de offic. deleg n. 2. & 26. & conſil. 22. n. 12. vol. 1.* Felin. *d. rub. de officio deleg. n. 4. & in cap. licet, n. 1. cum ſeqq. de officio ordinarij*, Rot. *deciſ. 7. de officio Vicarij*, alias 371. *in nouis*, Marant. *de ordine iudic. part. 4 diſt. 5. in princip. n. 17.* Anton. Cuch. *lib. 2. inſtit. maior. tit. 8. de vicar. n. 112. cum ſeqq.* Sbroz. *de officio Vicarij lib 2. q. 55. n. 35. cum ſeqq.* Sanch *de matrim. lib. 3. diſp. 29. n. 6.* Iacob. de Laurent. *in tract. de iudice ſuſpecto, cap. 4. n. 12.* Nicol. Garc. *de beneficiis p. 5. cap. 8. num. 40.* 3.

Acta primæ Inſtantiæ intra triginta dies dentur gratis Reo appellanti.

Capvt III.

1. *Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.*
2. *Intellectus huius decreti.*
3. *Appellans in cauſis criminalibus tenetur intra ſex menſes cauſam proſequi, & expeditionē reportare.*

REus, ab Epiſcopo, aut eius Vicario in ſpiritualibus generali, in criminali cauſa appellans, coram iudice, ad quem appellauit, a *Acta primæ inſtantiæ omninò producat: &* iudex, niſi illis viſis ad eius abſolutionem minimè procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat, alioqui abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi, prout iuſtitia ſuaſerit, terminetur.

1. VIde Sbroz *de officio Vicarij lib 3. q. 9.* vbi de intellectu, Suar. de Pace *in pract. tom. 1. part. 5. cap. vnic. n. 14.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana lib. 2. cap. 11. n. 14.* Nouar. *in ſingul. iuris canon. ſing. 7.* nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 17. num. 15. & 16. pag. 155.* Narbona *l. 33 gloſſ. vnica n. 4. tit 25. lib. 4. Recopil.*

2. Intelligendum eſſe hunc text. de perſona iudicis, qui in criminali cauſa ſententiam tulit, à qua appellatum fuit, vt ſcilicet quantum in ſe erit acta ipſa poſtulanti exhibeat gratis, ita vt nullam mercedem ſibi eo nomine accipiat: at verò *c. 20. ſeſſ. 24. de refor.* intelligendum eſſe de perſona Notarij, qui ipſam actorum copiam tenebitur exhibere appellanti congrua mercede accepta, reſoluunt Sbroz. *d. loco* & Aldan *in compendio Can. reſol lib. 5. tit. 8. n. 30.* vbi refert ita deciſum *ſub die 27. Septembris* 1627.

3. *Acta primæ inſtantiæ omnino producat.*] In cauſis criminalibus, qui pecuniariam paſſus fuerit ſententiam, ſi caſus ſit appellabilis, vt *ſuprà ad c. 1.* dictum eſt, tenebitur appellans infrà ſex mẽſes à die ipſius interpoſitæ appellationis computandos ita coram iudice appellationis cauſam ſuam proſequi, vt etiā expeditionem reportet, quibus elapſis, & expeditione coram iudice à quo non reproducta, tenetur idem iudex à quo ad quamcunque fiſci inſtantiam, etiamſi acta fuerint tranſportata, ſententiam ipſam debitę executioni omni mora poſtpoſita demandare, vt ſtatuit ſanctæ mem. Pius V. *in ſua conſt. 143. incip. Licet*, refert Maſſobr. *de diœceſana Synodo, c. 4. dub. 21.* ſecundùm Romanam impreſſ.

Quando

Quando certus Epiſcoporum numerus à iure requiſitus non poteſt aſsiſtere Epiſcopo deponenti ac degradanti Clericum, aſsiſtant totidem. Abbates certi eiuſdem Diœceſis, quibus aſsiſtere non valentibus aſsiſtant perſonæ alioquin in Dignitate conſtitutæ.

CAPVT IV.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Degradationem realem, & curiæ ſæculari traditionem quæ crimina mereantur.*
3. *Epiſcoporum numerus quis requiratur in degradationibus.*
4. *Vicarius generalis proprij Epiſcopi poteſt ad verbalem Presbyteri depoſitionem procedere, ad actualem verò ſolus proprius Epiſcopus.*
5. *Epiſcopus electus, & confirmatus ante conſecrationem non poteſt actualiter clericum degradare.*
6. *Prælati Religioſorum non habent iure communi facultatem deponendi, vel degradandi ſuos ſubditos.*
7. *Crimina quæ merentur verbalem depoſitionem.*
8. *Abbates degradationi aſſiſtentes ſunt iudices aſſeſſores.*

a Cap. 10. vide 3. q. 8. ſuggero & 15. q. 7. Felix Epiſcopus.
b 2. Hiſpal. cap. 6.
c Cap. ſi quis, cum ſeq. 15. q. 7 c. degradatio de pœn. in 6.

CVm verò tam grauia nonnunquam ſint delicta, a ab Eccleſiaſticis commiſſa perſonis, α *vt ob eorum atrocitatem* à ſacris Ordinibus deponendæ, & curiæ ſint tradendæ ſæculari, in quo b ſecundum ſacros canones, β *certus Epiſcoporum numerus requiritur*, c quos ſi omoes adhibere difficile eſſet, debita iuris executio differretur; ſi quando autem interueoire poſſent, eorum reſidentia intermitteretur: propterea ſtatuit & decreuit, γ *Epiſcopo per ſe, ſeu illius Vicarium*, in ſpiritualibus generali, contra Clericum, in ſacris etiam presbyteratus Ordioibus conſtitutum, etiam ad illius condemnationem, δ *nec non verbalem depoſitionem*, & per ſeipſum etiam ad actualem, atque ſolemnem degradationem ab ipſis Ordinibus, & gradibus Eccleſiaſticis, in caſibus, io quibus aliorum Epiſcoporum præſentia, in numero à canonibus definito, requiritur, etiam abſque illis procedere liceat, adhibitis tamen, & in hoc ſibi ε *aſſiſtentibus totidem Abbatibus*, vſum mitræ & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate, aut diœceſi reperiti, & commodè intereſſe poſſint, alioquin aliis perſonis in Eccleſiaſtica digoitate cooſtitutis, quæ ætate graues, ac iuris ſcientia commendabiles exiſtant.

1. DE materia huius text. vide Locat. *in opere iud verb. degradatio*, Conrad. Brun. *de hæret. lib. 4. cap. 13.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit. 46. n. 69.* Ioao. Roj. *in ſingularib. fidei. ſingul. 48.* Salzed ad Bernard. *in pract. cap. 143. in nouiſſ. edit.* Henriq. *in ſumma lib. 15. c. 55. §. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 415.* Sbroz. *de Officio Vicarij lib. 2. quæſt. 157.* Cencd. *ad Decretal. collect. 65. n 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. degradatio*, Piaſec. *in ſimili praxi part. 2. cap. 4. n. 93. in fine, & num 94.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. num. 72.* Franc. Leon *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. c. 4. à n. 47.* Mar. Alter. *de cenſur. tom. 2. diſp. 2. c. 1. verb. degradatio*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 32 tract. 2. num. 51.* Carol. de Graſſis *de effectibus cleric. effectu 1. à num. 814.* Monet. *de diſtribut. quotidian. quæſt. 17. à num 1.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum perſonali, § 10. à num 3.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 2. cap. 14. §. 1.* Scip. de Rubeis & Gauant. *in aphoriſmis Epiſcop. verb. degradatio*, Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in tract. de Confeſſoribus ſollicitantibus mulieres in Confeſſione q. 24.* Meipſum *de Officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat. 110.*

2. α *Vt ob eorum atrocitatem*, &c.] Crimina, quæ iure communi attento merentur realem degradationem, & curiæ ſæculari traditionem, tria principaliora numerantur, videlicet hæreſis, falſi in litteris Apoſt. commiſſi & conſpirationis contra proprium Epiſcopum, de quibus omnibus egi *d. alleg. 110. num. 11.* his addendum duxi plura alia Summorum Pontific. conſtitutionibus expreſsè cauta, crimen ſcilicet nefandum, *ibid. num. 19.* crimen abortus animati, etiam *ibid. num. 20.* crimen ſollicitantium mulieres in confeſſione, ſi delicti grauitas petat, *ibi num. 20.* & non ordinatorum celebrantium, vel Sacramentalem confeſſionem audientium, etiam *ibi num. 18.* ac incorrigibilium, qui tranſierint in profundum omnium malorum, ac commiſerint aliquod immane, & horrendum delictum, *ibid. quoque num. 13.*

β *Certus Epiſcoporum numerus requiritur.*] Videlicet duodecim Epiſcoporum, ſi degradetur Epiſcopus, ſex ſi degradetur Presbyter, tres ſi Diaconus, vel Subdiaconus degradentur, vt *in cap. ſi quis tumidus, & in cap. felix, 15. quæſt. 7.* Ita Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 143 verſ. non tamen, in fine*, Piaſec. *d. part. 2. cap. 4. num. 93. in fine*, Mar. Alter. *dict. diſp. 2. cap 7. à princ.* Bellet. *dict. §. 10. num. 7.* Ego ipſe *d. alleg. 110. num. 22.* 3.

γ *Epiſcopo per ſe, ſeu illius Vicarium*, &c.] Poſſe proprij Epiſcopi Vicarium generalem contra clericum in ſacris etiam presbyteratus Ordine inſignitum ad illius condemnationem, & verbalem depoſitionem procedere, ad actualem verò ſolum Epiſcopum proprium per ſe ipſum, reſoluunt Henriq *in ſumma lib. 13. cap. 43. §. 5.* Suar. *de cenſur. diſput. 30. ſect. 1. n. 19.* Auila *eod. tract. part. 3. diſp. 5. dub. 1 concl. 3.* Sayr. *in ſimili tract. lib. 50. c. 20. n. 18.* Franc Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 4. n. 47. & 48.* Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda lib. 1. c. 3. n. 18.* Piaſec. *d. c. 4. num. 93. in fine.* Bellet. *dict. §. 10. num. 7.* Seraphin. de Freitas *ad tract. Illuſtriſſ. D. mei Roderici à Cunha de Confeſſariis ſollicitantibus mulieres in Confeſſione, quæſt. 24. num. 107.* Ego ipſe *d. alleg. 110. num. 7.* 4.

Epiſcopum electum, & confirmatum ante conſecratio- 5.

ſecrationem non poſſe actualiter clericum degradare, quia huiuſmodi degradatio videtur quidam actus Ordinis dependens ab ipſa conſecratione, poſſe tamen verbaliter deponere etiam in Ordine ad actualem degradationem, quia eſt actus ſolius iuriſdictionis, reſoluit Mar. Alter. *d. tom. 2. diſp 2. cap. 7. verſ. quarunt Doctores*, Ego ipſe *d. alleg.* 110. *num.* 24.

6. Prælatos Religioſorum non habere facultatem deponendi, vel degradandi ſuos ſubditos, niſi illis conceſſum ſit per priuilegium, vel conſuetudinem à Romano Pontifice toleratam, tenent Sayr. *d. c.* 20. *num.* 28. Syluest. *in ſumma verb. degradatio* 1. Auila *d. diſput.* 5. *dub.* 4. poſt alios Bonacina *de cenſuris diſput.* 4. *puncto vnic. num.* 8. Ego ipſe *d. alleg.* 110. *num.* 25.

δ *Necnon verbalem depoſitionem*, &c.] Crimina quæ merentur verbalem depoſitionem, referunt Bertachio. *de Epiſcopo part* 8 *lib.* 4. *tit. de cauſa mat. degradat.* Henriq. *d. cap* 55 §. 5. Monet *dicta queſt.* 17. *num.* 6. Ego ipſe *d. alleg.* 110. *num.* 10. 7.

ε *Aſſiſtentibus totidem Abbatibus*, &c.] Illos eſſe iudices aſſeſſores, ac proinde eorum ſuffragio ſtandum eſſe, poſt Gemin. & Syluest. reſoluit Suar. *de cenſur. tom.* 5. *diſp.* 10. *ſect.* 1. *num.* 20. 8.

Contra Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 15. exiſtimantem eos nec aſſeſſores, nec conſultores eſſe ſed adhibitos ad ſolemnitatem.

Gratias mendaciis, aut taciturnitate extortas pro remiſsione peccati, aut pœna ad quam criminoſus fuerat condemnatus, reuocet is, qui gratiam feciſſe videatur.

CAPVT V.

1. *Principis venia dicitur ſubreptitia, non facta mentione de iterato crimine.*
2. *Remiſſio obtenta alicuius delicti non facta mentione prioris condonationis eiuſdem, vel alterius eiuſdem generis, eſt ſubreptitia.*
3. *Gratia ſubreptitiè impetrata eſt ipſo iure nulla.*
4. *Expreſſio quælibet falſa vitiat gratiam, etiam quod alias eſſet Princeps conceſſurus.*

ET quoniam per fictas cauſas, quæ tamen ſatis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli eiuſmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ, illis Epiſcoporum iuſta ſeueritate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur, cum non ferendum ſit, vt mendacium, quod tantopere Deo diſplicet, non modo ipſum *a* impunitum ſit, α *verùm etiam alterius delicti veniam* impetret mentienti: idcirco, vt ſequitur, ſtatuit, & decreuit Epiſcopus apud Eccleſiam ſuam reſidens, de ſubreptione, & obreptione gratiæ, quæ ſemper abſolutione alicuius publici criminis, vel delicti, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pœnæ, ad quam criminoſus per eum condemnatus fuerit, falſis precibus impetratur, β *per ſe ipſum*, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, *b* etiam ſummariè cognoſcat, ipſámque gratiam, poſtquam per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam eſſe, legitimè conſtiterit, γ *non admittat*.

a Exord. 23. Leuit. 19. Prou. 6. a. 10. 11. & 19. c. ſi quis dixerit cũ ſeq. & c. nemo peritorum 11. q. 1.
b c. ſuper litteris, & cap. cum dilecta de reſcript.

1. VIde Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 66.

α *Verùm etiam alterius delicti veniam*, &c.] Subreptitiam dici Principis veniam non facta mentione de iterato crimine, tenent Padil. *in l. tranſigere, num.* 63. *C. d. tranſact.* Tiraquell. *de pœnis temper. cauſa* 30. *num* 4. Henriq. *in ſumma lib.* 13. *cap.* 30. §. 1. Guttier. *canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 86. Cened. *ad Decretal. collect.* 34. *num.* 4. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *queſt.* 6. *num.* 49. Nic. Garc. *de beneſic. p.* 8. *cap.* 3. *num.* 28. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 7. *concluſ.* 730. Sanctarell. *variar. reſol. quaſt* 50. *num.* 20.

2. Et obtentam remiſſionem alicuius delicti, non facta mentione prioris condonationis eiuſdem, vel alterius eiuſdem generis, ſubreptitiam eſſe, docent Couarruu. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *numero* 8. Clar. §. *fin. queſt.* 59. *num.* 9. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 30. *num.* 69. Molin. *de primogen lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 52. & *lib* 4. *cap.* 3. *num.* 43. Menoch. *de arbitrar. caſu* 203. *num.* 32. Sanctatellus *loco proximè citato*.

β *Per ſe ipſum*, &c.] Aduertit Ioann. Sanc. *in ſelectis diſp.* 50. *num.* 26. quòd proſpiciens Concilium in præſenti plures delinquentes pro meritis pœnis ab Epiſcopis ſibi inflictis extorquere gratias falſis precibus, per quas pœnæ illæ aut remittantur omnino, aut minuantur, decreuit Epiſcopum per ſe ipſum tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum ſummariè cognoſcere de ſubreptione, & obreptione gratiæ, & tamen non obſtante quod aſſerit Concilium per ſe ipſum debere cognoſcere Epiſcopum, praxis quotidiana docet illius rei cognitionem ſuo committi Vicario, per doctrinam Salcedi *in practic. cap.* 73. *in fine*, qui ait quòd dum Concilium iudicio Epiſcopi aliquid agendum committit, non tantùm Epiſcopo, ſed ei, qui vices illius gerit, committere cenſetur.

γ *Non admittat.*] Eſt enim ipſo iure nulla gratia ſubreptitiè impetrata, vt tradunt Felin. per text. *ibi in cap. ad audientiam, num.* 22. *de reſcript.* Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *n.* 1. Surd. *deciſ.* 307. *n.* 17. Sanctarel. *variar. reſol. queſt.* 50. *n.* 3. Monet. *de commutat. vltim volunt. cap.* 6. *num.* 133. 3.

Et quamlibet expreſſionem falſam vitiare gratiam, etiam quod aliàs eſſet Princeps conceſſurus, tenent Caputaq. *deciſ* 49 & *deciſ.* 254. *num.* 4. *part.* 2. Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 6. *cap.* 6. *num.* 197. Nec ad euitandam ſubreptionem ſufficere aliquod ex narratis verificari ad ſuſtinendam gratiam, ſed omnia eſſe verificanda, docent Azeued. *conſil.* 14. Guttierrez *canonic. lib.* 2 *queſt.* 15. *num.* 68. & 168. Nicol. Garc. *d. cap* 2. *num.* 193. Rot. *deciſ.* 634. *p.* 1. *diuerſ.* 4.

Barboſ. Collect. in Concil. Trident.

Epiſcopus nequam moneatur, aut citetur vt perſonaliter compareat, niſi ob cauſam ex qua deponendus, aut priuandus veniret.

Capvt VI.

a Cap. ſunt nonnulli, 2. q. 7.

QVoniam verò ſubditi Epiſcopo, *a* tametſi iure correpti fuerint, magnopere tamen eum odiſſe, & tanquam iniuria affecti ſint, falſa illi crimina obiicere ſolent, vt quoquo pacto poſſint, ei moleſtiam exhibeant, cuius vexationis timor plerumquè illum ad inquirenda, & punienda eorum delicta ſegniorem reddit, idcirco, ne is magno ſuo, & Eccleſiæ incommodo gregem ſibi creditum relinquere, ac non ſine Epiſcopalis dignitatis diminutione vagari cogàtur, ita ſtatuit, & decreuit: *b* Epiſcopus, niſi ob cauſam ex qua deponendus, ſiue priuandus veniret, etiamſi ex officio, aut per inquiſitionem, ſeu denuntiationem, ſiue alio quovis modo procedatur, vt perſonaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatùr.

b Vide ſeſſ. 24. cap. 5.

VIde Sbroz *de Vicario Epiſcopi lib.* 2. *queſt.* 58. *num.* 7. *& queſt.* 59. *n.* 2. *verſ. nec dicatur*, Clar. §. *fin. queſt.* 47. *verſ. vlterius quæro*, Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 124. *litt. A, in nouiſſ. impreſſ.* Steph. Gratian. *diſceptationum forenſium*, *cap.* 169. *num.* 15. Vgolinum *de officio Epiſcopi, cap.* 2. §. 2. *num.* 4. *verſ. decimo*, metipſum *in ſimili tractatu p.* 3. *alleg.* 112. *num.* 6. Alzed. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 3. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 41. *num.* 5. vbi decretum hoc intelligit procedere in Epiſcopis non reſidentibus, quia iſti ſolùm poſſunt citari, ſeu moneri ad comparendum ob cauſam, ob quam venirent deponendi, ſeu priuandi, additque Epiſcopos reſidentes, etiamſi cauſa atrociſſima, vtpote hæreſis, aut læſæ maieſtatis, minimè poſſe citari ad perſonaliter comparendum per quoſcunque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, niſi de expreſſa, & ſpeciali commiſſione manu Papæ ſignata. Et expreſsè Pius IV. *in ſua conſtit.* incip. *De ſalute gregis*, anno eius primo ſtatuit Epiſcopos ex quovis delicto etiam atrociſſimo ad Romanam Curiam citari non poſſe, niſi in primis accedat ſpecialis commiſſio Papæ, vt teſtatur Eraſm. à Cochier *de iuriſdictione Ordinarij in exemptos*, *p.* 1. *queſt.* 41. quos refero *dicta allegat.* 112. *num.* 7.

Teſtes contra Epiſcopum quibus Qualitatibus præditi eſſe debeant, iiſque carentes grauibus pœnis mulctandi.

Capvt VII.

a Cap accuſatio quoque. c. accuſatio Epiſcopi. c. teſtes 2. q. 7. & c. vlt. 2. c. 5. Conc. Rom. ſub Sylueſt. 1. iuxta Anacleti Papæ ep. 2. & Carth. 1. c. 6. & Cart. 4. c. 96. & Sixt. 3. ep. 3. cap. 9.

TEſtes in cauſa criminali *a* ad informationem, vel iudicia, ſeu aliàs in cauſa principali contra Epiſcopum, niſi conteſtes, & bonæ conuerſationis, exiſtimationis & famæ fuerint, non recipiantur: & ſi odio, temeritate, aut cupiditate aliquid depoſuerint grauibus pœnis mulctentur.

VIde quæ dixi *de officio & poteſtate Epiſcopi*, *part.* 3. *allegat.* 112. *num.* 11.

Cauſæ Epiſcoporum quando coram Pontifice referantur, & per ipſum terminentur.

Capvt VIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Archiepiſcopus non poteſt iudicare cauſas vertentes inter Epiſcopos ſuffraganeos.*

CAuſæ Epiſcoporum, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipſum terminentur.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 124. *litt. A, verſ. hoc de clericis*, *in fine*, Henriq. *in ſumma lib.* 13. *cap.* 55. §. 2. Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 80. Illuſtriſſ. D. Rodericum à Cunha *in tract. de confeſſoribus ſollicitantibus mulieres in confeſſione*, *q.* 12. Metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 12. *à princip.* & latiùs *infrà ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 5. Alzed. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 7. *à num.* 1.

Archiepiſcopum non poſſe iudicare cauſas vertentes inter Epiſcopos ſuffraganeos, reſoluit Aldan. *in compendio canon. deciſ. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum *in S. Congregation. cauſis Epiſcoporum prepoſita in vna Regien.* 31. *Maij* 1588. 2

SESSIO

Digitized by Google

SESSIO XIV.

De ſanctiſsimo Pœnitentiæ Sacramento.

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu S. legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuntiis, quamvis in decreto de *a* Iuſtificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognationem, neceſſaria quadam ratione ſermo interpoſitus: taota nihilomious circa illud noſtra hac ætate diuerſorum errorum eſt multitudo, vt non parum publicæ vtilitatis retulerit de eo exactiorem & pleoiurem definitionem tradidiſſe, in qua demonſtratis, & conuulſis, Spiritus ſancti præſidio, vniuerſis erroribus, Catholica veritas perſpicua, & illuſtris fieret, quam nunc ſancta hæc Syoodus Chriſtianis omnibus perpetuò ſeruandam proponit.

a Supra ſeſſ. 6. cap. 14.

VIde Theologos cum Magiſtro *in 4. diſtinct. 14.* S. Thom *p. 3. q. 84.* vbi, Nugnum, & Vaſquez, Victor. Armill. Syluest. & alios Summiſtas *verb. Confeſſio, & verb. Pœnit.* Polianth. *eod. verb.* Hieron. Onuphr. Luc. Pinell. & Thom. Zerol. *in ſuis tract. de Pœnit.* Card. Bellarm. *in ſuis controuerſ. cathol. libro vnic. de Pœnit.* Suar. *tom. 4. de Pœnit.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 3. cum tribus ſeqq.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 1 cap. 1. cum ſeqq.* Henriq. *in ſum. lib 4 de Pœnitent.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de Pœnitentia,* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. de Sacram.* vbi de Pœnitentia, Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. tract de Sacr. Pœnit.* Philiarch. *lib. 2. cap. 18.* Becan. *de Sacrament. in ſpecie, cap. 29. quæſ. 1.* Can. *in relect. de Pœnitent.* Syluium *in 3. p. D. Thom. quæſt. 84.* Nugn. *in eand. 3 p. q. 84.* Ioan. Medina *in Cod. de Pœnit.* Tanner. *tom. 4. tract de Pœnit.* Simplic. Murin. *in ſua Theologia morali de Sacram. Pœnitent.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent lib. 29.* Ægid. de Coninck *de Sacr. & cenſur. tom. 2. diſp. 3.* Bonacina *de Sacram. diſp. 5. de Pœnit.* Galgan. *de iure publico lib. 3. tit. 89.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 5. cap. 1.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 7. de ſanctiſſimo Sacramento Pœnitent.* Fillluc. *in quæſt. moralib. tract. 1.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, precept. 2.* Paul. Laymann. *in Theologia morali lib. 5. tract. 6.* nouiſſimè Ioan. de Lugo *de Sacram. tom. 2. de Pœnitent.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 10.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitentia.*

De Neceſſitate, & Inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT I.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, vt iuſtitiam, in Baptiſmo, ipſius beneficio, & gratiâ, ſuſceptam, conſtanter tuerentur, non fuiſſet opus, aliud ab ipſo Baptiſmo Sacramentum ad peccatorum remiſſiooem eſſe ioſtitutum. *a* Quoniam autem Deus, diues miſericordia, cognouit figmentum noſtrum, illius etiam vitæ remedium contulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſeruitutem, & dæmoois poteſtatem tradidiſſent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapſis poſt Baptiſmum beneficium mortis Chriſti applicatur. *b* Fuit quidem pœnitentia vniuerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato ioquinaſſent, quovis tempore ad gratiam, & iuſtitiam aſſequendam oeceſſaria illis etiam, qui Baptiſmi Sacramento ablui petiuiſſent, vt, peruerſitate abiecta, & emendata tantam Dei offenſiooem cum peccati odio, & pio animi dolore deteſtarentur. Vnde Propheta ait: *c* Coouertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam ioiquitas: Dominus etiam dixit: *d* Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Et Princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribos Baptiſmo initiandis pœnitentiam commendaos, dicebat: *e* Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm. * *Porrò nec ante aduentum* Chriſti Pœnitentia erat Sacramentum, nec eſt poſt aduentum illius cuiquam ante Baptiſmum. Dominus autem Sacramentum Pœniteotiæ tunc præcipuè inſtituit, cum à mortuis excitatus, *insufflauit in diſcipulos* ſuos, dicens *f*: Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi, peccata, ad reconciliandos fideles, poſt Baptiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit. Et Nouatianos, remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia Catholica tanquam hæreticos exploſit, atque condemnauit. Quare veriſſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti Euangelium annuntiandi, contra huiuſmodi Sacramenti inſtitutiooem falsò detorquent.

a Infra c. 8. & Pſalm 102. Epheſ. 2 ſic Innoc. c. 1. ep. 91. inter ep. August. Nam quamvis redemiſſet, &c. & Cyprianus ab Aug. citatus l. 2. cōtra Iulian. cap. 8. Quam benigna, quam neceſſaria.
b Sub ſeſſ 6. c. 14. de iuſt. Conc. Cabil. cap. 2.
c Ezech. 18.
d Luc. 13.
e Act. 2. & cap. propt. de conſec. diſt. 2.
f Ioan. 20. Math. 16. c. vt conſtitueretur, 50. diſt. & infrà c. 8. in fin. & can. 1.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Vide Suar. *tom.4. de pænit. diſp.16. ſect.1. n.4. cum ſeqq.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib.2. c.2. q.1. art.1. verſ. de pænitentia,* Valent. *tom.4. diſp.7. q.9. punct.2.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.1. c.1. n.5.* Nugn. *q.84. art.3. dub.2 conc.2.* Pitigian. *diſt.17. quæſt. vnic. art.6 concl.1.* Vaſq *in 3. p. tom.2. diſp.60. & 135. n.10. & tom.4. q.84. art.1. dub.1. & q.93. art.1. dub.1. cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacr. & cenſur. tom.1. q.65. art.1. & q.66 n 140.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.18. n.39. cum ſeqq.* Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis opuſc.1. ſect.2 c.11. n.18. cum ſeqq. & c.13. n.6.* Bonacina *de Sacr. diſp.5. q.2. punct 4. à n.1.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p.5. c.6. §.1. num.2.* Barthol. à S. Fauſto *tom.3. tract. de Sacram. q.6. lib.2.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract.7. cap.3. n.23. cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract.6. cap.2. num.44. cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.2. lib.1. in proœmio,* Paul. Laymann. *in ſumma Theologiæ moralis, lib.5. de Sacram. tract.6. cap.2. & 3. in princ.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. cap.1. num.43. & lib.14. cap.5. à princip.*

α Porrò nec ante aduentum, &c.] Ergo in lege veteri Pœnitentiæ Sacramentum non extitiſſe, ex hoc text. dicit Barthol. à S. Fauſto *d. lib.2. quæſt.4. in 2. p. & lib.4. quæſt.6.*

β Inſufflauit in diſcipulos.] Torreblanca *d. lib.2. cap.10. num.18.*

De Differentia Sacramenti Pænitentiæ, & Baptiſmi.

CAPVT II.

1. *Pænitentiæ & Baptiſmi differentia.*
2. *Abſolutio ſacramentalis non poteſt abſenti validè impendi.*
3. *Pænitentia laborioſus quidam Baptiſmus à SS. Patribus dictus fuit.*
4. *Pænitentiæ ſacramentum eſt neceſſarium neceſſitate medij in re, vel in voto lapſis poſt Baptiſmum.*
5. *Peccatum actuale, & originale commiſſum ante Baptiſmum non eſt materia ſacramenti Pænitentiæ neceſſaria, vel ſufficiens.*
6. *Pænitentiæ Sacramentum eſt neceſſarium neceſſitate medij.*

Eſt neceſſarium neceſſitate præcepti, ibid.

a Suprà ſeſſ. 6. de iuſtificat. cap.14. Infrà can.2.

CÆterùm hoc Sacramentum *a* multis rationibus à Baptiſmo differre dignoſcitur. Nam præterquam quod materia, & forma, quibus Sacramenti eſſentia perficitur, longiſſimè diſſidet: conſtat certè, Baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportere, cum Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipſam per Baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. *b* Quid enim mihi, inquit Apoſtolus, de iis, qui foris ſunt, iudicare? Secus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus *c* lauacro Baptiſmi ſui corporis membra ſemel effecit. Nam hos, *α ſi ſe poſteà crimine aliquo contaminauerint*, non iam repetito Baptiſmo ablui, cum id in Eccleſia Catholica nulla ratione liceat, *β ſed ante hoc tribunal*, tanquàm reos, ſiſti voluit: vt per Sacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. Alius eſt præterea Baptiſmi, & alius Pœnitentiæ fructus. Per Baptiſmum enim Chriſtum *d* induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus diuina id exigente iuſtitia, peruenire nequaquam poſſumus: *γ vt meritò Pænitentia* laborioſus quidam Baptiſmus à ſanctis Patribus dictus fuerit. *δ Eſt autem hoc Sacramentum* Pœnitentiæ lapſis *ε poſt Baptiſmum ζ ad ſalutem neceſſarium*, vt nondum regeneratis ipſe Baptiſmus.

b 1. Cor. 5. in fin. c. mulei 2 q.1. c gaudemus de diuort.

c 1. Cor. 11.

d Galat. 3.

Vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. c.3. num.35.* Valent. *tom.4. diſp.7. quæſt.1. punct.5.* Suar. *tom.4. de Pænit. diſp.17. ſect.1. verſ. ſecunda veritas fidei,* Ægid. de Coninck *de Sacr. & cenſur. tom.1. q.68 art.3. n.41.* Valer. Regin *in praxi fori pænitent. lib.18. num.38.* Homobon. de Bunis *de examine Eccleſiaſt. p.1. tract.3. q.32.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verb. Baptiſmus, differ.1.* Barthol. a S. Fauſto *tom.3. tract. de Pænit. lib.1. quæſt.3.* vbi quatuor modis dicit Sacramentum Pœnitentiæ diſtingui à Baptiſmo.

1. *α Si ſe poſtea crimine aliquo contaminauerint*, &c.] Vide Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pænit. diſp.16. ſect.1. num.32.* vbi dicit illud, *poſtea*, non debere reſtringi ad ſolum tempus ſubſequens, ita vt poſitiuè excludat ipſum inſtans, quo Baptiſmus perficitur.

2. *β Sed ante hoc tribunal* &c.] Ex his verbis colligi abſolutionem non poſſe abſenti validè impendi, ſic probant *infrà* referendi. Text. iſte aſſignans differentiam inter Baptiſmum, & pœnitentiam, dicit Chriſtum velle eos, qui poſt Baptiſmum peccarũt, ſiſti ante hoc tribunal vt per Sacerdotis ſententiã poſſint liberari, ſed ſiſti ante tribunal, eſt actu ſe præſentem conſtituere ante tribunal, vt patet ex *toto tit. ff. ſi quis caution. in iudicio ſiſtẽdi cauſa factis;* ergo pœnitẽs debet actu ſe præſentem conſtituere in obtinenda abſolutione. Ita Valent. *tom.3. diſp.7. q.11. p.1. col.15.* Emman. Sà *verb. abſol. n.10.* Suar. *tom.4. diſp.19. ſect.3. n.7.* Peſant. *in addit. ad 3. p. q.10. ad fin. diſp.3.* Henriq. *in ſumma lib.5. cap.2. num.7. litt. F,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib.6. num.5.* & ideo Clemens VIII. in generali Inquiſitione S. vniuerſalis Inquiſitionis, ſub die 20. Iunij 1602. prohibuit ſub grauibus pœnis propoſitionem, & vti falſam, ſcandaloſam & temerariam damnauit, videlicet licere per litteras, ſeu internuntium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri; quod decretum referunt Fernandez *in examine Theolog. moral. p.3. cap.6. §.6 n.29.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Pænitent. differ.6. in fine,* Bonacina *de cenſur. extra Bullam Cœnæ, diſp.2. q.3. punct.33.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Parochi, c.9. n.44.* Sanc. *in ſelectis diſp.44. n.36. in fin.*

Hurtado

Hurtado *de Sacramentis tract. de Pœnit. diſp.5. diffic.6. & diſp.8. diffic.5.* Barthol. à S. Fauſto *tom.3. in tract. de Pœnit. lib.2. quæſt.62.*

3. γ *Vt meritò Pœnitentia,* &c. Vide Nauarr. *in cap. vlt. de Pœnit. diſt.7. §. quod quamuis, num.10. & 11.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib.5. cap.1. quæſt. vnic. art.... verſ. de pœnitentia.*

4. δ *Eſt autem hoc Sacramentum,* &c.] Vide S. Th. *in addit. ad 3. p. q.6. art.1.* vbi Nugn. *dub.2.* Suar. *tom.4. de Pœnit. diſp.17. ſect.2. num.3. & ſect.3. n.3.* Henriq. *in ſumma lib.4. cap.2. §.1. & 2.* Vaſq. *tom.4. diſp.84. art.5. dub. vnic. n.44.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.6. num.42. & lib.28. num.40.* Bonacina *de Sacram. diſp.5. quæſt.2. punct.3. num.1.* Fagund *in quinque Eccleſiæ præcepta. præc.2. lib.2. cap.1. num.2.* Fernandez *in exam. Theol. moral. part.3. c.6. §.1. n.3.* Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp.7. diffic.3.* Torreblanca *d. lib.1. cap.10. n.23. cum ſeqq.* latè Barthol. à S. Fauſto *tom.3. tract. de Pœnit. lib.1. q.57.* vbi docet Pœnitentiam eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſariam neceſſitate medij his, qui mortaliter peccauerint, & *quæſt.58.* reſoluit pœnitentiam in omni ſtatu fuiſſe ad ſalutem neceſſariam neceſſitate medij, & *quæſt.59.* diſputat vtrùm Pœnitentia ſit ad ſalutem neceſſaria neceſſitate præcepti, ita vt habens peccatum mortale, peccet, non pœnitendo, & *lib.4. quæſt.9. cum ſeqq.* vbi de Confeſſione idem dicit.

ε *Poſt Baptiſmum.*] Ergo peccatum originale, ac etiam actuale commiſſum ante Baptiſmum non eſt materia Sacramenti Pœnitentiæ neceſſaria, vel ſufficiens, ita Medin *in Cod. de Confeſſione, q.5. ad fin.* Sot. *in 4. diſt.14. q.1. art.2.* Henriq. *d. lib.4. c.9. §.1.* Bartol. à S. Fauſto *tom.3. tract. de Pœnit. lib.2. q.26. & 27.* Valer. Reginald *d. lib.6. num.104.* Bonacina *dicta diſp.5. q.3. puncto 1. num.4.* Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. diſp.15. ſect.3. n.29. cum ſeqq. & diſp.16. ſect.1. n.1. cum ſeqq.* 5.

ζ *Ad ſalutem neceſſarium.*] Sacramentum Pœnitentiæ neceſſarium eſſe ad ſalutem neceſſitate medij, reſoluunt Vaſquez *de Pœnit. q.84. art.2. dub. vnic. n.44.* Suar. *tom.4. diſp.17. ſect.2. n.3. & ſect.3. n.3.* Coninck *diſp.5. de Pœnit. dub.1. n.12.* Barthol à S. Fauſto *tom.3. tract. de Pœnit. lib.1. q.16.* vbi *q.20.* tenet Sacramentum Pœnitentiæ neceſſarium eſſe ad ſalutem neceſſitate præcepti. 6.

De Partibus, & Fructu Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT III.

1. *Forma ſacramenti Pœnitentiæ.*
   Particula, & cætera, *quæ vſum eſt Concil. in forma pœnitentiæ tradenda quid importet. ibid.*
   Verba à peccatis quid. ibid.
2. *Materia proxima ſacramenti Pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis, nempe contritio, Confeſſio, & Satisfactio.*
3. *Materia remota ſacramenti Pœnitentiæ eſt peccatum actuale commiſſum poſt Baptiſmum.*
4. *Pœnitentiæ effectus quantum ad eius vim & efficaciam, eſt reconciliatio cum Deo.*

DOcet præterea ſancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illius miniſtri verbis poſitam eſſe, Ego te abſoluo, &c. quibus quidem de Eccleſiæ ſanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipſius tamen formæ eſſentiam nequaquam ſpectant, neque ad ipſius Sacramenti adminiſtrationem ſunt neceſſariæ. α *Sunt autem quaſi materia* huius Sacramenti ipſius pœnitentis actus, α nempe Contritio, Confeſſio, & Satisfactio: Qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenámque, & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, β *reconciliatio eſt cum Deo,* quam interdum in viris piis, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conſcientiæ γ *pax, ac ſerenitas* cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet. Hæc de partibus, & effectu huius Sacramenti ſancta Synodus tradens, ſimul eorum ſententias damnat, qui Pœnitentiæ partes, incuſſos conſcientiæ terrores, & fidem eſſe contendunt.

α Supr. ſeſſ. 6. de iuſtific. c.14. & infrà can.4.

1.] DOcet ſancta Synodus in præſenti, ſacramenti Pœnitentiæ formã, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe, *Ego te abſoluo,* &c. Colligunt ex hoc text Nauarr. *in manual. c.16. n.2.* Suar. *tom.4. de pœnit. diſput.19. ſect.1. num.1.* Henriq. *in ſumm. lib.4. cap.11. §.3.* Nugn. *p.3. quæſt.84. art.3. dub.2. verſ. multa dubiola,* Vaſq. *tom.4. diſp.84. art.3. dub.4. num.4.* Pitigian. *de pœnit. diſtinct.14 quæſt.4 art 5. ad fin.* Marcel. Megal. *part.1. inſtit. Confeſſar. lib.2. cap.9. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p.1. de Sacrament. vbi de ſacrament. Pœnitentiæ cap. . dub.3. num.30. verſ. primera concluſ.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib.1. cap.3. quæſ. vnic. art.5. verſ. in Pœnitentia ſacramento.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.8 num.2.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.7. c.5. de forma ſacramenti Pœnitentiæ,* Bonacina *de Sacram. diſput.5. quæſt.4. puncto 1. num.1.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tomo 1 tract.6. num.16. cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.2. lib.2. cap 9.* Fernandez *in examine Theologiæ moral. p.3. cap.6. §.8. n.4.* Paul. Laymann. *in Theolog moral. lib.5. tract.6. cap.3. num.8. in fine,* Valent. *tom.4. diſp.7. quæſt.1. puncto 3.* vbi *in verſ. ad illud,* reſpondet particulam, *&c.* qua vſum eſt Concilium in præſenti, poſt illa verba, *Ego te abſoluo,* non addi ad oſtendendum, alia verba eſſe de eſſentia, ſed ad indicandum alia poſſe adiungi, quæ de more adiunguntur, & non ſunt de eſſentia, Ægid. de Coninck *de Sacramentis tom.2. diſp 4 de pœnitent. dub.8. à num.49.* vbi ſubdit dictam particulam, *&c.* addi à Concil. in præſenti, vt indicaret ſe non definire an alia verba requirantur, ſed hoc relinquere Doctoribus diſputandum; in ſumma omnes concludunt ad eſſentiam, & valorem Sacramenti ſufficere hæc duo verba explicitè prolata, *Abſoluo te.* Barboſ. Collect. in Concil. Trident. Hurtado

Digitized by Google

Hurtado *de Sacramentis tract. de Pœnit. diſput.* 5. *difficult.* 4. vbi *diſp.* 4. *difficult.* 1. *verſ. ad rationem*, ait hic ideo dici efficacitatem huius Sacramenti præcipuè eſſe in abſolutione, quia in ea reperitur tanquam in forma modificante, & perficiente contritionem, & Confeſſionem pœnitentis, & ob id in Sacerdote dicitur eſſe poteſtas ipſa Clauium, & remiſſiua peccatorum, Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3. *in tract. de Pœnit. lib* 2. *q* 45. vbi dicit particulam illam, *&c.* non apponi in præſenti ad denotandum alia verba eſſe de eſſentia formæ, ſed ad ſignificandum alia poſſe adiungi, quæ de vſu ordinario Eccleſiæ adduntur: & *quæſt* 46. reſoluit illa verba, *à peccatis tuis*, non eſſe de eſſentia, & valore huius formæ.

2. *a Sunt autem quaſi materia*, &c.] Vide S. Thom. 3. *part. q.* 84. *art.* 1. vbi Nugn. Suar. *d. tom.* 4. *diſp.* 18. *sect.* 3. Nauarr. *in manual. præl.* 10. *num.* 3. *& in ſumma de Pœnitent. diſt.* 5. *n.* 18. Henriq. *d. lib.* 4. *cap.* 9. *&* 10. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 3. *cap* 6. §. 3. *num.* 1. Sayr. *d. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt. vnic. art.* 7. *verſ. ad primum, in med.* Ægid. de Coninck *de Sacramentis tom.* 2. *diſp.* 4. *à num.* 27. & præcipuè *n.* 32. Bonacina *d. diſp.* 5. *q.* 3. *puncto* 2. *n.* 1. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 2. *q.* 24. *cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 7. *c.* 3. *n.* 21. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *c.* 10. *à num* 62. Hurtado *de Sacramentis tract. de Pœnit. diſp.* 4. *diffic.* 1. *per tot.* vbi *in verſ. nihilominus*, dicit quod ideo Contritio, Confeſſio, & Satisfactio dicuntur quaſi materia, cum eo addito, *quaſi*, & non abſolutè, non quia non ſunt materia phyſica, quia etiam materia aliorum Sacramentorum non eſt materia phyſica, & tamen à Capitulo dicitur materia abſolutè, & abſque addito; ſed quia materia phyſica tam prima, quam ſecunda, nempe compoſitum ſubſtantiale, eſt vera ſubſtantia; actus autem pœnitentis, qui ſunt materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, & peccata, quæ ſunt materia remota illius, non ſunt ſubſtantiæ; ſed accidentia; materia verò, quæ in aliis Sacramentis aſſignatur à Concilio, ab eo dicitur materia abſolutè, & abſque addito, quia in illis aſſignatur materia remota, quæ vera eſt ſubſtantia: abſolutio tamen quamvis ſit accidens, dicitur form abſolutè, (ſicut formæ aliorum Sacramentorum) & non dicitur quaſi forma, quia ratio formæ phyſicæ non ſolùm conuenit ſubſtantiæ, ſed etiam accidenti.

Materiam verò remotam huius Sacramenti neceſſariam, eſſe peccatum actuale commiſſum poſt Baptiſmum, reſoluunt Doctores citati *in collect. ad c.* 1. *n. vlt. huius ſeſſ.* quibus addo Fernand. *d. c.* 6. §. 2. Sufficientem autem materiam, ſed non neceſſarium eſſe quodlibet peccatum, iam ſemel ac ſæpiùs ritè, & rectè confeſſum, definiuit Benedictus XI. *in Extrauag.* 1. *de priuileg.* & tradunt Fernandez *d. c.* 6 §. 2. *num.* 3. Sot. Tolet. Suar. & Henriq. quos refert & ſequitur Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. 3.

β Reconciliatio eſt cum Deo, &c.] Vide Molfeſ. *d. tract.* 7. *cap.* 6. *num.* 12. 4.

γ Pax, ac ſerenitas, &c] De hac Conſcientiæ pace in ordine ad hoc Sacramentum. vide Ioan. de Lugo *de Sacram. in genere, diſp.* 1. *sect.* 8. *n.* 166.

De Contritione.

Capvt IV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Contritio animi dolor ac deteſtatio eſt.*
3. *Sine Pœnitentia formali, vel virtuali, peccatum nequaquam remittitur.*
4. *Attritio quid.*
5. *A peccato cur ceſſare liceat.*

a Supr. ſeſſ. 6. de iuſt. c. 6. & 14.

CONtritio, *a* quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, *a animi dolor ac deteſtatio eſt*, de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. *β Fuit autem quovis tempore* ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus neceſſarius: & in homine poſt Baptiſmum lapſo ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, coniunctus ſit: quæ ad ritè ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur ſancta Synodus, hanc Contritionem, non ſolùm *b* ceſſationem à peccato, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoationem, ſed veteris etiam odium continere, iuxta illud: *c* Proiiciate à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et certè, qui illos Sanctorum clamores conſiderauerit: *d* Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: *e* Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: *f* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ, & alios huius generis: facilè intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe. Docet præterea, etſi Contritionem hanc *γ aliquando charitatem perfectam eſſe contingat, hominémque Deo reconciliare*, priuſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur; ipſam nihilominus reconciliationem ipſi Contritioni, ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam. *δ Illam verò Contritionem imperfectam*, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, *ε vel ex gehenna, & pœnarum metu* communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, cum ſpe veniæ: declarat, non ſolùm non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantùm mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. *ζ Et quamvis ſine Sacramento Pœnitentiæ* per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: *η tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam*

b Inſt. c. 5.
c Ezech. 18.
d Pſal 50. c. & venit. de pœn. diſt. 1. & c. totam de pœnit. diſt. 3.
e Pſalm 6.
f Iſai. 38.

trandam diſponit. Hoc enim timore vtiliter g concuſſi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus pœnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrarunt. ſ *Quamobrem falſo quidam* calumniantur Catholicos ſcriptores, quaſi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, abſque bono motu ſuſcipientium, gratiam conferre: quod nunquam Eccleſia Dei docuit, nec ſenſit. Sed & falsò docent, Contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.

g Ionæ 3. Matt. 12. Lucæ 11. cap. quamobrem, de pœn. diſt. 1.

1. Vide S. Thom. *p. 3. quæſt. 85. cum ſeqq.* vbi omnes eius expoſitores, & præcipuè Veſq. & Nauarr. *in manual. cap. 1. n. 6.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 1. à c. 2. vſque ad 7.* Ioan. Maldonat. *tom. 2. de pœnit. tit. de contritione*, Henriq. *in ſumma lib. 4. c. 17. cum ſeqq.* Luc. Pinel. *de Sacr. Pœnit. vbi de contrit.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 4.* Hieron. Onuphr. *de pœnit. diſp. 2.* Marcel. Megal. *part. 1. inſtitut. confeſſar. lib. 4.* Balduin. iun *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p. 2. lib. 5. c. 9.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de pœnit. lib. 3. de contritione, & attritione*, Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur. tom. 1. q. 68. n. 30. & tom. 2. diſp. 1. dub. 2. n. 13. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacram.* vbi de pœnit. *cap. 6. & 7.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis, p. 3. c. 6. §. 4.* Bonacina *de Sacram. diſp. 5. q. 5.* Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 90.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract. 7. c. 7.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 32. n. 2. verſ. qui verò*, Iul. Lauor. *de Iubilæo p. 1. c. 14. n. 67. cum ſeqq.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 5. c. 1. quæſ. 7.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralib. tract. 6. cap. 7. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 24. cap. 7.* de Contritione & attritione, Hurtado *de pœnit. diſp. 2. diffic. 1. cum ſeqq.* Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta præcept. 2. lib. 2. cap. 3.* Paul. Laymann. *in Theologia moral. lib. 5. tractat. 6. cap. 4.* nouiſſimè Ioan. de Lugo *de Pœnit. diſput. 5. ſect. 1. num. 13. cum ſeqq.*

2. α *Animi dolor ac deteſtatio eſt.*] Vide Fernandez *d. cap. 6. §. 4. n. 5.* Molfeſ. *d. tract. 7. cap. 2. n. 59. cum ſeqq.* Fernandez *d. lib. 2. cap. 5. num. 9.* Torreblanca *d. lib. 4. cap. 7. n. 2. cum ſeqq.* Hurtado *dicta diſput. 2. diffic. 1. in princ.*

3. β *Fuit autem quouis tempore*, &c.] Sine pœnitentia formali, vel virtuali nequaquam poſſe remitti peccatum ſecundùm legem Dei ordinariam, tenet per hunc text. Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 1. q. 46.* vbi etiam diſputat an de potentia Dei ordinaria peccata actualia remitti poſſint abſque pœnitentia formali?

γ *Aliquando charitatem perfectam eſſe contingat, hominémque Deo reconciliare.*] Ergo non ſemper contritio actu reconciliat; ſed conſequentiam hanc improbat Ioan. de Lugo *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp. 5. ſect. 8. num. 124.* vbi reſpondet, Concilium nomine contritionis intelligere perfectam, & imperfectam, vt conſtat ex ipſius verbis, ideo dicit contingere aliquando contritionem eſſe perfectam, & reconciliare, non quia non omnis contritio perfecta reconciliet, ſed quia non omnis contritio eſt perfecta; imò ex hoc Concilij loco ſincerè intellecto putant omnes Fideles contritionem perfectam, quæ ex vera Dei dilectione oritur, ſemper afferre remiſſionem præſentem peccatorum; nam Concilium pro eodem reputat contritionem eſſe charitatem perfectam, hoc eſt, ex dilectione Dei, & reconciliare; licèt neutrum ſit de ratione omnis contritionis, prout abſtrahit à perfecta, & imperfecta.

4. δ *Illam verò contritionem imperfectam*, &c.] Vide Suar. *d. tom. 4. diſp. 5.* Henriq. *d. lib. 4. cap. 17. §. 4. & cap. 26. §. 5.* Valent. *tom. 2. diſp. 2. q. 8. puncto 2.* Pitigian. *p. 2. diſt. 14. quæſt. 2. art. 6. concl. 2.* Chamerot. *de Sacr. tract. 6. de contrit. dub....* Onuphr. *d. diſp. 2. ſect. 1. q. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. num. 71. cum ſeqq.* Zerol. *de pœnit. cap. 6. dub. 2. & 5.* Fernandez *d. cap. 6. §. 4. num. 12. cum ſeqq.* Torreblanca *d. lib. 4. cap. 7. n. 4. cum ſeqq.* Bonacina *dicta diſp. 5. quæſ. 5. puncto 3.* Molfeſ. *d. tract. 7. c. 8.* Fagundez *d. lib. 2. c. 4. & 5.* Paul. Laymann. *d. lib. 5. tractat. 6. cap. 4.* Ioan. de Lugo *de Sacram. tractat. de Pœnit. diſp. 5. ſect. 9. à n. 130.* Hurtado *d. tractat. de Pœnit. diſp. 6. diffic. 2. cum ſeqq.*

5. ε *Vel ex gehenna, & pœnarum metu*, &c.] A peccato ceſſare licet ob pœnas inferni tanquam ob impulſiuum, ſecundum Sanctium *in ſelect. diſp. 24. ſub num. 11.* & eſt actus elicitus à virtute ſpei, Suar. *de pœnit. diſp. 5. ſect. 2. num. 10.* & de Fide *tract. de ſpe, diſp. 1. ſect. 4. n. 11.* vbi *n. 110.* aduertit timorem ſeruilem, quo timetur pœna ſuper omne malum, non eſſe actum virtutis, Torreblanca *d. cap. 7. n. 17.*

ζ *Et quamuis ſine Sacramento Pœnitentiæ*, &c.] Condiſtinguere ergo videtur Concilium attritionem, quæ ſufficit ſolum cum Sacramento, ab ea diſpoſitione, quæ ſufficit ſine Sacramento; ſed vide Suar. *diſp. 20. ſect. 1. num. 10. cum ſeqq.* Ludouic. Meratr. *diſp. 19. de Pœnit. ſect. 1.* late Ioan. de Lugo *d. diſp. 5. ſect. 9. n. 133. cum ſeqq.*

η *Tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit.*] Intelligit Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp. 6. diff. 2.* ſufficienter & infallibiliter, quia extra Sacramentum etiam diſponit, ſed non ſufficienter, vltimò, & infallibiliter, idem tangit *diffic. 3. poſt princ.*

θ *Quamobrem falsò quidam*, &c.] Vide Molfeſ. *d. tract. 7. cap. 6. num. 24.* Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp. 5. ſect. 9. n. 136.*

De Confeſſione.

Capvt V.

1. *Doctores de ſacramentali Confeſſione agentes.*
2. *Peccatorum ſcientia in ſpecie Confeſſoris neceſſaria.*
3. *Peccata omnia mort. poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda ſunt in confeſſione.*
4. *Pœnitens circa peccata mort. quantam inquiſitionem præmittere debeat.*
5. *Peccata venialia omitti poſſunt à pœnitente, nec obligatur ea confiteri per ſe ex præcepto Eccleſiæ.*
6. *Peccata omnia, quæ memoriæ occurrunt, confitenda.*
7. *Doctores referuntur agentes de circumſtantiis in Confeſſione neceſſariò explicandis.*
8. *Confitendi modus.*
9. *Præcepto annuæ confeſſionis tenentur omnes, qui ad annos diſcretionis peruenerint.*

pœnitentiario Confeſſus ſatisfacit Eccleſiæ præcepto.

11. *Epiſcopus poteſt aduerſus eos, qui temporibus ab Eccleſia ſtatutis confiteri, & Euchariſtiam ſumere neglexerint, ſeſeque ad excommunicationem procedere.*

12. *Confeſſionem, & ſacram communionem ſemel in anno omittentes de hæreſi ſunt ſuſpecti.*

13. *Præcepto annuæ confeſſionis ſatisfacit tantum qui confitetur bene.*

14. *Præceptum annuæ confeſſionis obligat intra annum computandum a Quadrageſima in Quadrageſimam.*

15. *Præcepto annuæ Confeſſionis ſatisfit quauis confeſſione facta per annum.*

16. *Peccata ſua, qui per totum annum confeſſus non eſt, tenetur ſtatim in ſequenti anno ſub noua culpa confiteri.*

17. *Confiteri ſtatim tenetur ex præcepto Eccleſiæ, qui prouidet quod tranſacta ea occaſione non poterit ex penuria Confeſſarij in toto anno confiteri.*

18. *Papa diſpenſare poteſt in præcepto Eccleſiaſtico de confitendo ſemel in anno.*

19. *Peccata omittens in Confeſſione huius anni per obliuionem excuſabilem an teneatur ei præcepti confiteri eadem peccata.*

20. *Imperatores & Reges tenentur præcepto Eccleſiaſtico de confitendo ſemel in anno.*

21. *Pueri omnes, qui ſciunt mortaliter peccare, & inter bonum, & malum, licitum & illicitum diſcernere, ſtatim obligantur præcepto annuæ confeſſionis.*

EX *a* inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ, iam explicata vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit, inſtitutam etiam eſſe à Domino, *a integram peccatorum Confeſſionem*, & omnibus poſt Baptiſmum lapſis iure diuino neceſſarium exiſtere, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, *b* *à terris aſcenſurus ad cælos*, Sacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquit, tanquam præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint, quo, pro poteſtate Clauium remiſſionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuntient; conſtat enim Sacerdotes iudicium hoc incognitâ cauſâ exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, *γ ſi in genere dumtaxat, & non potius in ſpecie*, ac ſigillatim, ſua ipſi peccata declaraſſent. *c* Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus, *d omnia peccata mortalia*, quorum, *ſ poſt diligentem ſui diſcuſſionem*, conſcientiam habent in confeſſione recenſeri, etiamſi occultiſſima illa ſint, & tantum aduerſus duo vltima *d* Decalogi præcepta commiſſa, quæ nonnunquam animum grauius ſauciant, & periculoſiora ſunt iis, quæ in manifeſto admittuntur. *ζ Nam venialia*, quibus à gratia Dei non excludimur, *e* & in quæ frequentius labimur, quanquam rectè & vtiliter, citraque omnem præſumptionem in Confeſſione dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat, taceri tamen citra culpam, multiſque aliis remediis expiari poſſunt. Verum, cum vniuerſa mortalia peccata, etiam cogitationis, *f* homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, neceſſum eſt, omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda Confeſſione, à Deo quærere. Itaque, dum omnia diuinæ miſericordiæ agnoſcenda exponunt, Qui verò ſecus faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. *θ Colligitur præterea, etiam eas circumſtantias*, in Confeſſione explicandas eſſe, quæ ſpeciem peccati mutant, quod ſine illis peccata ipſa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant, & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis, pœnitentibus imponere. Vnde alienum à ratione eſt, docere circumſtantias has ab hominibus otioſis excogitatas fuiſſe, aut vnam tantum circumſtantiam confitendam eſſe, nempe peccaſſe in fratrem. Sed & impium eſt Confeſſionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere aut carnificinam illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quam vt poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras, explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum, & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit, *ι reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt*, in vniuerſum, eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur, pro quibus fideliter cum Propheta dicemus: *g* Ab occultis meis munda me Domine. Ipſa verò huiuſmodi Confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia grauis quidem videri poſſet, niſi tot tantiſque commodis, & conſolationibus leuaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc Sacramentum accedentibus, per Abſolutionem certiſſimè conferentur. *κ Cæterum, quoad modum confitendi ſecretò*, apud ſolum Sacerdotem, etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſſit, non eſt tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſultè, humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione aperienda. Vnde cum à ſanctiſſimis, *h* & antiquiſſimis Patribus, magno vnanimique conſenſu, ſecreta Confeſſio ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia ſancta vſa eſt, & modo etiam vtitur, fuerit ſemper commendata

a Lucæ 5. & 1. Ioh. 5. ... Can. 6.
b Ioan. 20. ... verbum ... pœnit. ... & c. ... de pœn. diſt. 3.
c Infr. Can 6.
d Deut. 5.
e Supr. ſeſſ. 6. c. 11. c. ad-... & c. de quotidianis de pœnit. diſt. 3.
f Ephes. 2.
g Pſal. 18.
h Concil. ... cap. 13.

commendata, manifeſtè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum eſſe, atque à Patribus, in Concilio Lateranenſi congregatis initium habuiſſe docere non verentur, neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia k ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur, λ *quod iure diuino neceſſarium*, & inſtitutum eſſe intellexerat, ſed vt præceptum Confeſſionis, μ *ſaltem ſemel* ν *in anno* ξ *ab omnibus & ſingulis*, ο *cùm ad annos diſcretionis perueniſſent*, impleretur. Vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi, ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ, quem morem hæc ſancta Synodus maximè probat, & amplectitur, tanquam pium, & meritò retinendum.

k Conc. Lateran ſub Innoc. 3. c. 21. c. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ.

1. VIde S. Thom. 3. *part. quæſt.* 90. *cum ſeqq.* vbi latiſſimè Vaſq. Nauarr. *in man. cap.* 1 *num.* 1. *cum ſeqq & cap.* 21 *n.* 30 *&* 34. *& in ſumma de pœnitem. diſt* 1. *n.* 18 Ioan. Maldon. *tom.* 2. *de pœnit. in contròuerſ. de confeſſ.* Luc. Pinel. *de Sacramento Pœnitentiæ, tract* 1. *de confeſſ.* Vincent. Mazzol. *in breui regula ad Confeſſoru . . confitentis munus rectè obenndũ*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *cum ſeqq.* Henriq. *in ſumma lib.* 5. Marcel. Megal. *p.* 2. *inſtit. Confeſſar.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part.* 1. vbi de Sacramento Pœnitentiæ, *cap.* 8. Ægid. de Coninck *de Sacram tom.* 1 *diſp.* 4. *à num.* 27. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 6. *à n.* 28. Galgan. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 92. Fernandez *in examine Theologiæ moralis part.* 3. *cap* 6. §. 6. Bonacin. *de Sacrament. diſp.* 5 *quæſt* 5. *ſect.* 2. Iul. Lauor. *de Iubilæo p.* 1. *c.* 14. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract.* 7. *c.* 9. *cum ſeqq.* Vincent. Filiuc. *in quæſt. moral. tract.* 7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 3. Paul. Laymann. *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 5. Alphonſ. de Leon *de officio, & poteſtate Confeſſoris.* Frias *in tract de modo & forma audiendi Confeſſiones.* Petr. de Ochagauia *de Sacram. tract.* 2. *de Confeſſ.* Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp.* 7. *de Confeſſ.* Cardin. Bellarm. *tom.* 2. *controu. lib. de Pœnitent.* Valent. *tom.* 4 *diſp.* 7. *q.* 9. *punct.* 1. Becan. *de Sacram. in ſpecie cap.* 36. Tanner *tom.* 4. *diſp.* 6. *de Pœnitent. q.* 7. Ioan. de la Cruz *in direct. Conſcient. tract. de Sacrament. Pœnit. q.* 3. Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3. *de Pœnit. lib.* 4. *de Confeſſione.*

α *Integram peccatorum Confeſſionem.*] De integritate Confeſſionis Sacramentalis Hurtado *dicto tract. de Pœnit. diſput.* 9. *& infrà can.* 7. *de Pœnit.*

β *E terris aſcenſurus ad cœlos*, &c.] Ergo dum vixit Chriſtus Dominus, hanc poteſtatem aliis delegare nec decuit, nec expediebat, vt per Suar. *p.* 3. *tom.* 4. *diſp.* 17. *ſect* 2. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 19. *&* 20.

2. γ *Si in genere dumtaxat, & non potiùs in ſpecie*, &c.] Scientiam in ſpecie peccatorum Confeſſarijs neceſſariam non ſolum ad ſententiam ferendam; ſed ad ſcrutandam pœnitentis conſcientiam, & vulnera animæ medenda, ; ex hunc text. tradit Torreblanca *de iure ſpirit. lib* 4. *c.* 6. *n* 4. *& lib.* 14. *cap.* 11. *n.* 5. vbi *n.* 4. ſubdit quòd ſi pœnitens morbi grauitate præuentus non poſſit peccata in ſpecie pronuntiare, ſi contritionis ſigna dedit; abſoluendus eſt, ſaltem ſub conditione, ſi talis explicatio eſt materia ſufficiens Sacramenti; quia Deus non requirit à nobis aliam Confeſſionem, quàm quæ nobis poſſibilis eſt, Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp.* 9. *diffic.* 5. vbi ait non ſufficere pœnitenti ut dicat ſe ſæpius peccaſſe mort. ſed ei neceſſarium eſſe omnia & ſingula peccata mortalia confiteri, *& diff* 9. Barthol. à S. Fauſto *tom* 3. *tract de Pœnit. lib* 4. *q.* 62. vbi dicit idem de illo, qui ſolum habet peccata venialia, vt teneatur explicare illorum ſpeciem. Idem Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 4 *diſp.* 201. reſoluit pœnitentem, qui non poteſt aliter ſua peccata confiteri, quàm per ſigna contritionis, poſſe ſacramentaliter abſolui, ſi dicat ſe certò commiſiſſe vnum peccatum mortale, non recordari tamen cuius ſpeciei fuerit illud, prout etiam ait poſſe ſacramentaliter abſolui eum, qui aliquod peccatum eſt confeſſus Confeſſario præſenti, & ex aliquo accidenti loquelam amiſit; necnon illum qui nullum peccatum in particulari potuit confiteri, ſed ſolùm ſigna generalia doloris oſtendit, ſacramentaliter etiam abſoluere poſſe, ſub conditione, vel mente concepta, aut expreſſa, ſi poſſum, & capax es, ego te abſoluo, & *q.* 202. poſt multos à ſe relatos, tenet quòd quando moribundus ante aduentum Sacerdotis oſtendit ſigna pœnitentiæ, & Confeſſionem petiit, accedens autem Sacerdos illum ita inuenit ſenſibus deſtitutum, vt ipſo præſente nullum ſignum doloris, aut pœnitentiæ exhibere poſſit; adſtantes tamen fatentur ipſum dediſſe ſigna contritionis, aut Confeſſionem petiiſſe, hunc poſſe à præſente Sacerdote ſacramentaliter abſolui. Verùm ſi pœnitens nullum peccatum confiteatur, nec petiit Confeſſarium, nec ſigna, vel nutus contritionis exhibuit, & ſit vir bonus, & deuotus ad Sacramenta, poterit ſub conditione abſolui in hunc modum, *Si tu es capax abſolutionis, ego te abſoluo à peccatis tuis.* Ita Viuald. *in ſuo candel aureo verb. abſolutio num.* 23. Anton. de Litteratis *in ſumm. p.* 1. *cap.* 35. *num.* 7. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.* 1. *tract.* 7. *q.* 48. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 48. Carol. de Baucio *in ſua praxi Confeſſ. pag.* 211. Anton. Dian. *moral. reſol. p.* 3 *tract.* 3. *reſol.* 8. quos refert & ſequitur Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 4. *q.* 204.

δ *Omnia peccata mortalia*, &c.] Peccata omnia mort. poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda eſſe in Confeſſione, docent S. Thom. *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 4. Suar. *tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 6. Valent. *tom* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 11. *punct.* 1. *col.* 1. Henriq *d. lib.* 5. *cap* 5. §. 8. Prigian. *p.* 2. *diſt.* 17. *quæſt. vnic. art.* 6. *concl.* 1. *& art.* 11. *concl.* 1. Ægid. de Coninck *d. tom.* 2. *diſp.* 7. *dub.* 1. *concl.* 1. Fernandez *d. c.* 6. § 6. *num.* 2. Valer. Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 91. *&* 99. Bonacin. *d. quæſt.* 5. *ſect.* 2. *puncto* 4. *num.* 1. Fagund. *d. præcept* 2. *lib.* 1. *in proœm.* Confeſſio enim ad hoc vt valeat, fieri debet de omnibus peccatis actis poſt Baptiſmum, vel ab vltima valida Confeſſione, Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 28. vbi *num.* 28. *cum ſeqq.* ſubdit per hunc text. numerum peccatorum non minus neceſſarium eſſe diſtinctè in Confeſſione explicare non modò quæ prodeunt ad actum exteriorem, ſed quæ merè accidunt in voluntate, etiamſi peccata ſint dubia, quia neceſſarium eſt ea confiteri cum ſua qualitate Hurtad. *d. tract de Pœnit. diſp.* 9. *diffic.* 4. *in princ.* Et quòd extra controuerſiam ſit numerum peccatorum eſſe neceſſariò in confeſſione explicandum, firmat per hunc text. Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3. *tract de Pœnit. lib.* 4. *q.* 172. 3.

ε *Poſt diligentem ſui diſcuſſionem*, &c.] Pœnitentem circa peccata mortalia tantam inquiſitionem præmittere debere, quantam adhiberet in negotio 4.

arduo

Digitized by Google

arduo, ſeu quanta iudicio prudentis viri iudicatur
ſufficiens ad omnia peccata in memoriam reuo-
canda, colligunt Nauarr. *in man. cap* 9. *n.* 10. Hen-
riq. *d. lib.* 5. *c.* 5 *à princip.* Nugn. *in addit. ad* 3. *p. q.* 9.
art. 2. *dub.* 1. *diffic. vnic. verſ. circa octauā concluſionem,*
Peſant. etiam *in addit. ad* 3. *part. q.* 10. *de integr. con-
feſſ. diſp.* 5. Zerol *de pœnit cap.* 7. *queſ.* 35. Ægid. de
Coninck *d. diſp.* 7. *dub.* 9. *n.* 71. Petr. de Ledeſma
in ſumma part. 1. *de Sacram.* vbi de pœnit. *cap.* 16.
concl. 6. Valer. Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 9. & 10. Bona-
cina *d. diſp.* 5 *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. § 1. *num.* 2. Lauor.
d. cap 14. *n.* 16. *cum ſeqq.* Fernandez *d. p.* 3. *cap.* 6.
§. 6. *n.* 23. late Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſput.* 9.
diffic. 8. vbi dicit quòd præſupponendum eſt pru-
dens, ſeu cordatum & diligens examen, & quòd
ſufficit quòd ſit mediocriter diligens, quale fieri
ſolet à viris prudentibus, & mediocriter timora-
tis. Barthol. à S. Fauſto *d. lib* 4. *q* 175.

5. *ζ Nam venialia*, &c.] Peccata venialia poſ-
ſunt à pœnitente omitti, nec qui ea tantùm habet,
obligatur per ſe ex præcepto Eccleſiæ confiteri.
Ita Victor. *de Sacram. n.* 158. Vitald. *in candel au-
reo,* vbi de Confeſſ. *n.* 51. Suar. *tom* 4. *de pœnit. diſ-
put.* 36 *ſect.* 2. *n.* 6. Nauar. *in cap. fratres, de pœnit. diſt.* 5.
num. 62. Henriq. *d. lib.* 4. *cap* 4. § 1. *littera B*, Azor.
inſtit. moral. p. 1. *lib.* 7. *cap.* 39. *quæſ.* 3. Fernandez
p. 2. *cap.* 8. § 3. *n.* 4. & *p.* 3. *cap.* 6. § 6. *n.* 14. Luc. Pi-
nel. *tract.* 2. *de confeſſ. cap.* 7. *dub.* 2. & *c* 8. *poſt princ.*
Ægid. de Coninck *d. tom.* 2. *diſp.* 5. *à num.* 51. Valer.
Reginald. *lib.* 6. *num.* 44. & 92. Gutier. *canon. lib.* 1.
cap. 6. *num.* 7. Ludouic. Bela *reſp. caſuum conſcient.*
p. 3. *caſu* 37. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 7.
n. 105. Fagundez *d. præcept.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. & *cap.* 2.
num. 8. Ego ipſe *in collect. ad cap. omnis vtriuſque ſe-
xus, n.* 4. *de pœnit. & remiſſ.* Paul. Laymann. *d. lib.* 5.
tract. 6. *c.* 5. *n.* 12. Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract.
de Pœnitent. diſp.* 15. *ſect.* 4. *n.* 49. Barthol. à S. Fau-
ſto *tom.* 3. *tract. de Pœnit. lib.* 4. *q.* 61.

6. *η Quæ memoriæ occurrunt peccata.*] Vide Nauarr.
in man. cap. 21. *n.* 35. Henriq. *d. lib.* 5. *c.* 3. § 4. Lauor.
d. p 1. *cap* 14. *à n.* 15. eundem Nauarr. *in cap. fratres,
de pœnit. diſt.* 5. *n.* 70. vbi aduertit nullum fuiſſe in
iure textum ante Concil. Trident. qui expreſsè de
hac ad memoriam peccata reducendi diligentia lo-
quatur, & *num* 83. declarat quid faciendum, quan-
do confitens ait ſe non, vt debebat, ad memoriam
ſua reduxiſſe peccata, quia lubricam ac debilem
habet memoriam, teneri ea ſcribere vt ſuo tem-
pore confiteatur, ſi id poſſit facere abſque proba-
bili periculo, exiſtimauit Bonacina *de Sacrament.
diſput.* 5. *q.* 5. *ſect* 2. *puncto vlt. num.* 6. ſed id non ad-
mittunt, Henriq. *lib* 4. *c.* 4. *num.* 8. Suar. *tom.* 4. *de Pœ-
nit. diſp.* 36. *ſect.* 5. *n.* 6. Valent. *tom.* 4. *diſp* 7. *quæſt.* 9.
puncto 4 Ægid. de Coninck *tom* 2. *diſp.* 7. *dub* 9.
num. 71. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 4. *q.* 176.

7. *θ Colligitur præterea etiam eas circumſtantias*, &c.]
Vide Nauarr. *in man. cap.* 6. *num.* 3. & *in cap. confide-
ret, de pœnit. diſt.* 2. *num.* 10. *cum ſeqq.* Henriq. *d lib.* 5.
cap. 6. *cum ſeqq* Peſant. *in addit. ad* 3. *p. q.* 10. § *de in-
tegritate confeſſionis diſp.* 3. Nugn. etiam *in addit. ad*
3. *part quæſt.* 9. *art* 2 *dub.* 2. Luc. Pinel. *de Sacramento
Pœnit. tract.* 2. *de confeſſ. cap.* 3. *cum ſeqq.* Zerol. *de
Pœnit. cap.* 12. Sayr. *in claui Regia lib.* 2. *cap.* 3. Fer-
nandez *d. p.* 3. *c.* 6. § 6. *num* 5. *cum ſeqq.* Petr. de Le-
deſma *d. tract de Sacram. Pœnitent. cap.* 18. Valent.
tom. 4. *diſp.* 7. *q.* 11. *puncto* 1. Valer. Reginald. *dict.
lib.* 6 *n.* 110. *cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacra-
ment. tom.* 2. *diſp.* 7. *num.* 8. *cum ſeqq.* Bonacin. *dict.
quæſt.* 5. *ſect* 2: *puncto* 2. § 3. *difficult.* 3. Ioan. de Lugo
de Sacram. in tract de Pœnit. diſp 16. *ſect.* 3. *n.* 104.
cum ſeqq. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 14 *c.* 6. *n.* 30.
cum ſeqq. Hurtado *d. tract de Pœnit. diſp* 9. *diffic.* 2.
cum ſeqq. Molfeſ. *in ſumma Theol. moral. tract* 7.
cap. 12. *num.* 58. *cum ſeqq.* Iul. Lauor. *de Iubilæo p.* 1.
c. 14. *à num.* 47. Galer. *in margarita caſuum conſcient.
verb. circumſtantia,* Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3 *tract.
de Pœnit. lib.* 4. *q.* 76. *cum ſeqq.* Tambur. *de iure Ab-
batum tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 6. *num* 13. Homobon. de
Bonis *de examine Eccleſiaſt. part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 11.
quæſt. 74. *cum ſeqq.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ
præcepta, præcept.* 2. *lib.* 4 *cap.* 1. *cum ſeqq.* Paul. Lay-
mann. *d. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 12.

*ι Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti
non occurrunt*, &c.] Vide Barthol. à S. Fauſto *lib.* 2.
de ſacris Indulg. in communi q. 100. vbi dicit docere
textum in præſenti peccata oblita bona fide in
Confeſſione remitti per abſolutionem, quæ eſt
tantæ virtutis quod etiam extenditur ad oblita.

κ Cæterum quoad modum confitendi ſecretò, &c.] 8.
Non eſſe contra inſtitutionem, aut valorem Sa-
cramenti quòd Confeſſio publicè fiat, tenent per
hunc text. Vaſq *q.* 91. *art* 4. *dub.* 1. Suar. *diſp* 21.
ſect. 2. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp.* 13 *ſect.* 5.
n. 65. & 73. quia non eſt de neceſſitate huius Sa-
cramenti auricularis, id eſt, ſecreta Confeſſio,
Vega *lib.* 3. *in Trident. cap.* 28. Fileſac. *de Confeſſione
auriculari* § 2. Petr. Sot. *de Confeſſ. lect.* 2. Torre-
blanca *de iure ſpirit. lib.* 14 *c.* 4. *n.* 25. Hurtado
d. diſp. 8. *diff.* 1. & 2.

λ Quod iure diuino acceſſorium, &c.] Præceptum
annuæ confeſſionis non eſſe purè humanum, ſed
includere, aut ſupponere præceptum diuinum
Confeſſionis quoad ſubſtantiam, quo præcipitur
Confeſſio vagè quoad tempus extra articulum
mortis, & ſuperaddere modificationem quoad
tempus, quam Chriſtus prætermittit, tenent Vaſq.
de Pœnit. q. 90. *art* 1. *dub.* 4. Hurtado *d. tract. de Pœ-
nitentia, diſp.* 2. *diffic.* 5. *verſ. Sotus verò*, at *diffic.* 5.
quærit, vtrùm Pontifex diſpenſare poſſit in præ-
cepto Confeſſionis.

μ Saltem ſemel in anno, &c.] Vide *c. omnis vtriuſ-* 9.
que ſexus, de pœnit. & remiſſ. vbi latè ſcripſi *à n.* 5.
Henriq. *d. lib.* 4. *cap* 3. § 2. *littera I*, & *c.* 4. § 7. Vaſq.
in 2. 2. *D. Thom. q* 90 *artic.* 3. *dub.* 1. *n.* 5. & 15.
Ægid. de Coninck *d. diſp.* 5. *à num* 44. Luc. Pinel.
d. tract. de Confeſſione c. 7. Molfeſ. *d tract* 7. *cap.* 10.
num. 23. late Fernandez *in examine Theologiæ mora-
lis part.* 2. *cap.* 8. § 3. Fagundez *in quinque Eccleſiæ
præcepta, præc.* 2. *c.* 1. Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 4. *q.* 29.
Trullench. *in præcepta decal. lib.* 3. *cap.* 4. *de præcepto
annuæ Confeſſionis per tot. & præcipuè dub.* 2. *à n.* 5.

Satisfeciſſe videri præcepto Eccleſiæ contento 10.
in d. cap. omnis vtriuſque ſexus, qui ſemel in anno
Paſchatis tempore peccata fuerit confeſſus Pœni-
tentiario deputato in vim decreti Concil. Trident.
ſeſſ. 14. *cap.* 5. refert deciſum Armend. *in addit. ad
recopil. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 19. *l.* 1. § 1. *de confi-
tendo ſemel in anno.*

Epiſcopum poſſe aduersùs eos, qui temporibus 11.
ab Eccleſia ſtatutis confiteri, & Euchariſtiam ſu-
mere neglexerint, vſque ad excommunicationem
procedere, etſi text. *d. cap. omnis vtriuſque ſexus*, vel-
let ab Eccleſia arcendos, refert deciſum idem Ar-
mend. *d. loco n.* 3. vbi addit, Epiſcopum talibus pro
ſatisfactione pœnas pecuniarias pro loco appli-
candas imponere poſſe, cùm hæc aliquando magis
timeantur; non expedire tamen vt Epiſcopus ſibi
reſeruet abſolutionem eorum, qui temporibus
conſtitutis negligunt confiteri, & communicare.

De hæreſi tamen ſuſpectos credunt omittentes 12.
Confeſſionem, & ſacram Communionem ſemel
in anno, cùm ſit ſignum malæ credentiæ, Pœnia

in direct. Inquiſit. part. 3. *commento* 24. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 6. *num.* 27. Zerol. *in praxi Epiſc part.* 1. *verb. caſus, verſ. confeſſionem,* Ludouic. Beia *in reſponſ. caſuum conſcient. part.* 4. *caſu* 4. quos refero *in collect. ad d. cap. omnis vtriuſque ſexus, n.* 11.

13. Huic præcepto annuæ Confeſſionis non ſatisfaciunt qui fictam, vel informem, aut ſine propoſito emendæ Confeſſionem fecerunt. Ita Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 3. *art.*... *concl.* 2. 3. & 4. Nauarr. *in man. cap.* 10. *num.* 4. Suar. *d. diſp.* 36. *ſect.* 7. *num.* 1. & 2. Fernandez *d. p.* 2. *c.* 8. §. 3. *num.* 12. vbi refert aliquos contrarium tenentes. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pænit. lib.* 4. *q.* 53. *cum ſeqq.* ſimiliter tenent Medina *Cod. de Pœnitent. q. de Confeſſ.* Megala *inſtit. Sacerd. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 5. & Vaſq. *tom.* 4. *q.* 92. *art.* 3. *dub.* 5. hoc præceptum annuæ Confeſſionis non adimpleri per Confeſſionem validam, ſed informem. Sed cæteri communi conſenſu tenent adimpleri, ex quorum numero ſunt S. Thom. Sot. Caiet. Canus, Palud. Couar. Martin. de Ledeſma, Petr. de Ledeſma, & alij, quos refert & ſequitur Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pænit. lib.* 4. *de Confeſſ. q.* 56. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 11. *puncto* 2. & 3. Ioan. de la Cruz *in directh Conſcient. p.* 2. *de Sacram. Pæn. q.* 3. Nugn. *in addit. ad* 3. *p. tom.* 2. *q.* 9. *art.* 1. Petr. Fay etiam *in addit. ad* 3 *p. q.* 6. *art.* 1. *d.* 1. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 36. *ſect.* 7. *num.* 6. Peſant. 3. *p. q.* 10. *de dolore d.* 3. Zerol. *in praxi de Pœnit. c.* 13. *q.* 35. Simplic. Murin. *in ſua Theologia morali de Sacramento Pænit. q.* 30.

14. *o In anno*] Intra annum ſcilicet, computandum à Quadrageſima in Quadrageſimam, aut à Paſchate in Paſcha, ſumptis Quadrageſima & Paſchate quindecim diebus à Dominica Palmarum, vſq; ad Dominicam in Albis, reſoluunt Suar. *tom.* 4. *de Pænit. diſp.* 36. *ſect.* 3. *n.* 3. Luc. Pinel. *d. cap.* 7. *dub.* 1. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 36. *q.* 6. Valer. Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 36. Ægid. de Coninck *d. tom.* 2. *diſp.* 5. *num.* 56. Fernandez *d. p.* 2. *c.* 8. §. 3. *n.* 6. Trullenc. *in præcepta Decalogi lib.* 3 *c.* 4. *dub.* 2. *n.* 6. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pæn. lib.* 4 *de Confeſſ q.* 39. Filliuc. *tract.* 7. *c.* 3. Laymann. *tract.* 6. *cap.* 5. Quamvis annum pro impletione dicti præcepti computandum eſſe à Ianuario in Ianuarium, crediderint, Vaſq. *de Pænit. q.* 90. *art.* 2. *dub.* 1. Ochagauia *tract.* 2. *q.* 9. Hurtado *d. diſp.* 7. *diffic.* 10. vbi *diffic.* 12. diſputat, Vtrùm qui in toto anno non confitetur, teneatur in principio ſequentis confiteri abſque dilatione.

15. Et ſic iam videtur receptius dictum præceptum non obligare pro certa anni parte, ſed ſatisfieri illi quavis Confeſſione facta per annum, ex Victor. *in ſumm. n.* 137. Vaſq *d. q.* 90. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 5. & 15. Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 4. Emman. Sà *in aphoriſm. verb. confeſſio n.* 4. Viuald *in candel. aureo,* vbi de Confeſſione *n.* 16. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pæn. diſput.* 15. *ſect.* 7. *num.* 157. Antonin. Dian. *moral. reſol. tom.* 1. *tract. miſcel. reſol.* 54. & *tom.* 2. *tract.* 4. *reſol.* 81. Trullench. *Decal. lib.* 3. *c* 4. *dub.* 2. *n.* 5. Ægid. de Coninck *d. diſp.* 5. *n.* 57. *cum ſeqq* Fernandez *d. p.* 2. *cap.* 8. §. 3. *n.* 9. vbi probat, quia *in d. cap. omnis vtriuſque ſexus,* traduntur duo præcepta, vnum de Confeſſione, alterum de Euchariſtia; pro Euchariſtia aſſignatur determinatum tempus Paſchatis, pro Confeſſione verò minimè, ſed ſimpliciter dicitur; ſaltem ſemel in anno confiteantur, niſi quòd Conc. *in hoc cap.* approbat & amplectitur morem illum pium & ſalutarem vniuerſalis Eccleſiæ confitendi ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſimæ.

16. Illum, qui per totum annum peccata ſua confeſſus non eſt, teneri ſtatim in ſequenti anno hoc eſt, cùm primùm potuerit, ſub noua culpa cõfiteri, reſoluunt Sot. *d. art.* 4. *verſ. grauior tamen,* Nauarr. *in man. cap.* 21. *num* 45. Henriq. *d. lib.* 4. *cap.* 3. §. 2. *littera P, & cap.* 4. §. 6. Suar. *d. tom.* 4. *diſputat.* 36. *ſect.* 4. *à princ.* Viuald. *d. tit. de Confeſſ. num.* 17. Fernandez *d. p.* 2. *cap.* 8. §. 3. *num.* 7. Fagund. *d. præc.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. Trullench. *in Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 7.

Si quis præuidet quòd tranſacta illa occaſione non poterit in toto anno confiteri ex penuria Confeſſarij, teneri ex vi huius præcepti Eccleſiaſtici ſtatim confiteri, reſoluunt Nauarr. *d. c.* 21. *num.* 35. Henriq. *d. cap.* 4. §. 7. *litt. N,* Suar. *d. diſput* 36. *ſect.* 5. *num.* 2. Fernandez *d.* §. 3. *num.* 8. Fagundez *d. cap.* 4. *num.* 16. Trullench. *d. cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 9. 17.

Vtrùm Papa diſpenſare poſſit in hoc præcepto de confitendo ſemel in anno propter aliquam iuſtam rationem, veluti cum Eremita viueret extra humanum conſortium, vel ſimilem? Affirmant ex eo quòd præceptum hoc quoad temporis determinationem eſt Eccleſiaſticum, & poſitiuum; Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q* 1. *art.* 5. & alij, quos refert & ſequitur Suar *d. tom.* 4 *diſp.* 36. *ſect.* 1. *n.* 5. pariter reſoluentes Papam diſpenſare non poſſe in præcepto diuino de confitendo in articulo neceſſitatis. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pænit. lib.* 4. *quæſt.* 31. vbi reſoluit præceptum annuæ Confeſſionis non eſſe merè Eccleſiaſticum, ſed diuinum, modificatum ab Eccleſia, & *quæſt.* 38. tenet non poſſe Romanum Pont. abſolutè cum aliquo, vel cum tota aliqua prouincia ſuper ſubſtantia huius præcepti diſpenſare, nec vt rarò confiteatur in vita, poſſe tamen iuſta de cauſa cum aliquo diſpenſare ne ad annuam Confeſſionem teneatur, vt ſi quiſpiam inter Turcas, vel in eremo extra hominum conſortium viueret. 18.

Sed an ſi quis in Confeſſione facta hoc anno aliqua peccata mortalia omiſerit per obliuionem excuſabilem, vel aliquam cauſam rationabilem, teneatur vi huius præcepti confiteri eadem peccata? Vide Luc. Pinel. *d. cap.* 7. *dub.* 3. Valer. Reginald. *dict. lib.* 6. *num.* 40 Fagundez *d præcept.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 17. Trullench. *d c.* 4. *dub.* 2. *n.* 8. 19.

ξ Ab omnibus, & ſingulis, &c.] Etiam ipſo Imperatore, & Regibus. Caſtald. *de Imperatore q.* 1. *n.* 25. & 26. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi c.* 20. *n.* 20. Ac ipſo ſummo Pont. ex Suar. *de Pænit. diſp.* 36. *ſect.* 2. *n.* 5. Vaſq. *q.* 90. *art.* 1. *dub.* 5. *num.* 12. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pæn. diſp.* 15. *ſect.* 7. *n.* 142. & 143. vbi *à num.* 149. de pueris agit, Barthol. à S. Fauſto *tomo* 3. *tract. de Pænit. lib.* 4. *q.* 10 *n.* 35. & Fagund. *d. præcepto* 2. *lib.* 1. *c.* 3 *num.* 18. plures, quos refero *in collect. ad d. c. omnis vtriuſque ſexus n.* 2. cum quibus eſt magis communis ſententia, ſummum Pontificem obligari de iure diuino confiteri; ad annuale verò Confeſſionis præceptum non teneri quoad vim coactiuam; ſecus verò quoad vim directiuam, Trullench. *in decalog. lib.* 3. *cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 13. & *c.* 5. *dub.* 2. *num* 10. 20.

o Cùm ad annos diſcretionis perueniſſent.] Peruenit ad annos diſcretionis quando quis dicatur, vide Nauarr. *d. c.* 21 *n.* 33 & 88. Suar. *d. tom.* 4. *diſput.* 36. *ſect.* 2. *n.* 3. Henriq. *lib.* 4. *c.* 5. §. 2. q. Valer Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 50. Paul. Comitol. *reſp. moral lib.* 1. *q.* 17. Ægid. de Coninck *de Sacr. tom.* 2. *diſp.* 5. *n.* 50. Fernandez *d. p.* 2. *c.* 8. §. 3 *n.* 15. Fagund. *d. præc.* 2. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 3. *in princ.* & *c.* 3. *n.* 10. Azor. *d. p.* 1. *lib* 7. *c.* 40. *quæſ.* 6. Ioan. de Lugo *d diſp.* 15. *ſect.* 7. *num.* 152. Vaſq *tom.* 4. *q.* 90. *art.* 2. *dub.* 4. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pænit. lib* 4. *quæſt.* 37. vbi ad completum ſeptennium id extendit, Trullench. *in Decalog. lib.* 3. *c.* 4. *dub.* 2. *num.* 11. & 12. 21.

De Miniſtro Sacramenti Pœnitentiæ, & Abſolutione.

CAPVT VI.

1. *Miniſter Sacramenti Pœnitentiæ ſolus Sacerdos.*
2. *Abſolutio ſacramentalis eſt ad inſtar actus iudicialis.*

CIrca miniſtrum autem huius Sacramenti, *a declarat ſancta Synodus*, falſas eſſe, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas *a* omnes, quæ ad alios quoſvis homines, præter Epiſcopos, & Sacerdotes Clauium miniſterium pernicioſè extendunt, putantes verba illa Domini: *b* Quæcunque alliganeritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: *c* & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcuè, *d* contra inſtitutionem huius Sacramenti, ita fuiſſe dicta, vt quivis poteſtatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam Confeſſionem, cuicunque factam. Docet quoque, etiam Sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti, in ordinatione collatam tanquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere, eóſque prauè ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt. *e* Quamvis autem Abſolutio Sacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolum nudum miniſterium, vel annuntiandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata, *ß ſed ad inſtar actus iudicialis*, quo ab ipſo, velut à iudice, ſententia pronunciatur. *f* Atque ideò debet pœnitens adeò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt, etiamſi nulla illi adſit contritio, aut Sacerdoti animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi deſit, putet tamen ſe propter ſuam ſolam fidem, verè, & coram Deo eſſe abſolutum; nec enim fides ſine Pœnitentia remiſſionem vllam peccatorum præſtaret, nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui Sacerdotem iocosè abſoluentem cognoſceret, & non alium ſeriò agentem, ſedulò requireret.

a Infrà can. 10.
b Matt. 16. & 18.
c Ioan. 20.
d Suprà ſeſſ. 7 de Sacramentis c. 10.
e Cap. ſecundum Eccleſiæ, 19. diſt. & c. non nocet, 1. q. 1.
f Infrà canon. 9.

1. VIde S. Thom. 3. *p. q.* 84. *art.* 3. Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 1. *&* *diſt.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 3. *concluſ.* 4. Pyg. *de Eccleſ. hierarchia, lib.* 2. *cap.* 3. Maldon. *tom.* 2. *de pœnit. part.* 3. *quæſt.* 3. Petr. Sot. *lect.* 3. *de Sacrament. Ordinis*, Onuphr. *de ſigillo Confeſſ. ſect.* 3. *quæſt. vnica dub.* 5. *verſ. prima concluſio*, Suar. *tom.* 3. *de pœnit. diſput.* 16. *cum ſeqq.* Vaſq. *tom.* 4 *q.* 84. *art.* 3. *dub.* 1. *&* *quæſt.* 93. *art.* 1. *dub.* 1. Marcel. Megal. *p.* 1. *inſtit. confeſſ. lib.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *cap.* 1. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 2. *quæſt.* 8. Bonacina *eod. tract. de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 1. *à n.* 1. Fernandez *in examine Theolog. moral. p* 3. *cap* 6. §... Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. lib. tract.* 7 *cap.* 7. *cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral. tract.* 7. *c.* 14 *de miniſtro Sacramenti Pœnit.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præceptu, præcept.* 2. *lib.* 7. *de miniſtro confeſſionis*, Paul. Laym. *in Theologia morali, lib.* 5. *de Sacrament. tract.* 6. *cap.* 10. Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. diſp.* 18 *ſect.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.* Torreblanca *de iure Spirit. lib.* 14. *c.* 1. *n.* 26. *&* *n.* 30. Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp.* 10. *de Miniſtro Sacrament. Pœnitent.* An liceat laico confiteri tempore neceſſitatis? Vide latè declarantem Magdalen. *de numero teſtium in teſtamento requiſito, part.* 1. *cap.* 10. *n.* 61. *cum multis ſeqq. pag.* 109. Ioan. de Lugo *d tract. de Pœnit. diſput.* 18. *ſect.* 1. *num.* 4. Hurtado *d. diſp.* 10. *diffic.* 1.

a Declarat ſancta Synodus, &c.] Ad alios præter Epiſcopos & Sacerdotes Clauium poteſtatem non extendi, dicit Torreblanca *d. lib.* 14. *c.* 1. *n.* 30.

ß Sed ad inſtar actus iudicialis.] Abſolutionem eſſe ad inſtar actus iudicialis, quo à Sacerdote, vel vti à iudice ſententia pronuntiatur, per hunc text. dicit Bonacina *d diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 6. *n.* 1. *in fine.* 2.

De Caſuum Reſeruatione.

CAPVT VII.

1. *Doctores referuntur de caſibus reſeruatis agentes.*
2. *Clemens VIII. cunctis Regularibus certos caſus reſeruatos taxauit.*
3. *Papa poteſt ſibi reſeruare caſus reſpectu omnium.*
4. *Caſus quot Pontifices ſibi reſeruarunt.*
5. *Cenſuras plures in Bulla Cænæ, & extra illam Pontifices reſeruarunt.*
6. *Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare caſus.*
7. *Epiſcopi quæ peccata reſeruare ſoleant, & poſſint.*
8. *Epiſcopus ſucceſſor illius, qui caſus ſibi reſeruauit, poteſt ab eis abſoluere.*
9. *Eccleſia poteſt reſeruare non ſolùm peccata, quæ habent excommunicationem, vel cenſuram annexam, ſed etiam alia peccata grauia.*
10. *Reſeruatio nulla fit in articulo mortis.*
11. *In mortis articulo conſtituti qui dicantur.*
12. *Sacerdotes ſimplices poſſunt abſoluere conſtitutos in articulo mortis, etiam quando adeſt proprius parochus.*
13. *Sacerdos etiam irregularis ſuſpenſus, excommunicatus, &c. poteſt abſoluere in articulo mortis.*
14. *Abſolui poſſunt a quocunque Sacerdote ſimplici conſtituti in articulo mortis, etiamſi ſint excommunicati, & denuntiati ob hæreſim, vel ob aliud quodcunque delictum.*
15. *Sacerdos, qui excommunicatione maiori innodatus conſtitutum in mortis articulo abſoluerit, nullam incurrit irregularitatem.*

16. *Abſo*

16. *Abſolutio data à ſimplici Sacerdote in mortis articulo eſt vera abſolutio.*
17. *Sacerdos nullus extra mortis articulum poteſt abſoluere à caſibus per Superiorem reſeruatis.*
18. *Pœnitentiarius ex ſe non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopalibus.*
19. *Vicarius Epiſcopi vigore generalis mandati non poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*
20. *Regulares etiam per priuilegium, quod Mare magnum vocatur, non habent facultatem abſoluendi pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*
21. *Patres Ieſuitæ, & alij Confeſſarij vigore priuilegiorum Roſarij non poſſunt abſoluere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*
22. *Regulares non poſſunt vigore Bullæ Cruciatæ Confeſſarios ſibi eligere, & ab eis abſolui à caſibus reſeruatis.*
23. *Regulares prætextu cuiuſcunque priuilegij habiti, vel habendi, non poſſunt quenquam abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario loci reſeruatis.*
24. *Regulares habentes facultatem abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis poſſunt abſoluere aduenientes ex alia à caſibus reſeruatis in diœceſi pœnitentiũ.*
25. *Conceſſa facultas abſoluendi à caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis, non comprehendit caſus, quos Epiſcopus, & Prælatus Religioſus cum ſuis ſubditis Regularibus reſeruauit.*
26. *Abſoluere Epiſcopum & cum ipſo diſpenſare poterit ab eodem Epiſcopo Confeſſor electus de omni peccati vinculo, de quo poteſt abſoluere, vel diſpenſare ipſe Epiſcopus.*
27. *Pœnitens habens peccata reſeruata Epiſcopo poterit abſolui à non reſeruatis reſeruata abſolutione à reſeruatis cum Superiori copiam ſui fecerit.*
28. *Pœnitens cum recurrit ad Epiſcopum in caſibus reſeruatis quomodo cum illo ſe gerere debeat ipſe Epiſcopus, oſtenditur.*

QVoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos dumtaxat feratur, *a* perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti Abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magnopere verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibuſvis, ſed à ſummis dumtaxat Sacerdotibus, abſoluerentur; *b α vnde meritò Pontifices Max.* pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. Neque dubitandum eſt, quando omnia, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin *β hoc idem c Epiſcopis omnibus* in ſua cuique diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, *γ pro illis in ſubditos* tradita ſupra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, *δ præſertim quoad illa, quibus excommunicationis* cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem conſonum eſt diuinæ auctoritati, non tantùm in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit *d*, *ε vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis*: atque *ζ ideò omnes Sacerdotes η quoslibet pœnitentes* à quibuſvis peccatis, & cenſuris *θ abſoluere poſſunt*: *ι extra quem articulum* Sacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio Abſolutionis accedant.

a Cap. ſi Epiſcopus de pœn. in 6.
b Cap. ſi quis ſuadēte, 17. q. 4. cap. ita quorundam, de iudæ. c. cōqueſt. de ſent. ex c. quicumque, eod. tit. in 6. & c. 1. eo. tit. in cle. c. & ſi dominiū, de pœn. in extrauag. cōmū. cum ſim.
c Rom 13.
Vide ſeſſ. 24. c. 6. poſt matrimoniũ.
d Cap. fi heis de pœn. in c. c. paſtoralis de off. ord. c. cupientes de pœn. in cle c. inter cuncta, §. duos de priuil. in extrauag. com. Cœleſt. Epiſcop. 2. c. 2. & Cartha. c. 76. & 81. Tolet. c. 126

1. VIde Petr. Sot. *de miniſtro confeſſion. lect. 5. verſ. his etiam*, Greg. de Valentia *tom. 4. diſp. 7. q. 10. puncto 2. ad fin.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 29. ſect. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 3. cap. 14. & lib. 6. cap. 9. §. 3.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 20. art. 1. & in ſumm. p. 1. cap. 55.* Vaſq. *tom. 4. q. 91. art. 3. & q. 92.* Marcel. Megal *p. 1. inſtit. confeſſar. c. 11 cum ſeqq.* Valer. Reg. *in praxi fori pœn. lib. 1. n. 23. & n. 125. cũ ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſur tom. 2. diſp. 8. a n. 75.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. l. 1. append. c. 7.* Tolet. *in ſum. lib. 3. c. 14.* Medina *tract. 2. de Confeſſ. q 12.* Comitol. *reſp. moral. lib. 1. q. 29.* Tanner. *tom 4. diſp. 6. q. 9. dub 8.* Barth. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœn. lib. 8. de caſib. reſeru.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 1.* Zerol. *in ſimili praxi, verb. caſus reſeruati, & in praxi pœnit. c. 13.* Galet. *in margarita caſuum conſciẽt. verb caſus reſeru.* Lauor. *de Indulg. p. 2. c. 28.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 12. c. 13. n. 64.* Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. pœnit. differ. 9.* Homob. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. p. 1. tract. 5. cap. 4. q. 27.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. c. 6. §. 6. num. 24. cum ſeqq.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 8.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 7. c. 17. cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract. 7. c. 10.* Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta præc. 2. lib. 8. c. 1.* Paul. Laymann *in Theologia morali lib. 5. tract. 6. c. 12.* Stepn. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. & Abbatum, c. 31. cum ſeqq.* nouiſſimè Machado *en el perfetto Confeſſor, y cura de almas lib. 1. p. 3. tract. 1. docum. 1. cum ſeqq.* Baſil. *verb. caſus reſeruatus*, late Ioan. de Lugo *de Sacram in tract. de Pœn. diſp. 20.* Torrebl. *de iure ſpirit. lib. 14 c. 4 n. 10. cum ſeqq.* Hurtad. *de Sacr. tract. de Pœn diſp. 11.* metipſum *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg 50. cum duab. ſeqq.* Et de his caſibus reſeruatis integros edidere tractatus Lælius Zecchius, Horat. Gambaruſta, Lucas Floronus, Barthol. Gipſius, Petr. Belloch. Homobon. de Bonis, & Ioan. Chapeauille.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

2. Clem. VIII. cunctis Regularibus per ſuum Breue certos caſus reſeruatos taxauit, & præſcripſit, vltra quos præcipit vt alij non reſeruentur à Prælatis ſuperioribus, niſi in Capitulo generali aut Prouinciali de conſenſu Patrum vocalium, & matura diſcuſſione. De his caſibus Clem. VIII. ſpecialem tractatum edidit Franc. Longus à Coriolano Capuccinus, & de illis agunt Sorb. *in addit ad cōpend p. 1. verb abſolutio ordinaria quoad Fratres*, Marcel. Megal *p. 3. inſt. Sacerd. lib. 1. c. 12.* Molfeſ. *in ſum. Theol. mor. tr. 7. c. 20. de caſib. reſeru. Prælatis Religioſorum.* Fagund. *in quinq; Eccleſ. præcept. præc. 2. lib. 8. c. 1. cum ſeqq.* Lezana *in ſum. quæſt. Regul. p. 1. c. 18. n. 20. cum ſeqq.* Steph. Daluin. *de poteſtate Epiſcopi & Abbatum c. 33.* Machado *d. docum. 1. n. 5.* Barth. à S. Fauſto *de Iubil. extraord. lib. 1. q 95. cum ſeqq.*

I Ludou.

Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p. 3. caſu* 16. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tomo* 2. *quæſt.* 34. Laurent. à Portel. *in tract. de his caſibus, & in dubiis regularib. verb. caſus reſeruati*, Quarant. *in ſumma Bullary, verb. caſus reſeruatus*, Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 3. *num.* 16. *cum ſeqq. & reſol.* 22. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœn. diſp.* 20. *num.* 39. *cum ſeqq.*

3. α *Vnde meritò Pontifices Maximi*, &c.] Poſſe Pontificem ſibi reſeruare caſus reſpectu omnium, ſiue ſint Epiſcopi, ſiue alij quicunque Prælati, tenent Fernandez *in examine Theologiæ moral. p.* 3. *c.* 6. § 6. *num.* 24. *in med.* Sebaſt. Acoſta *in explicat. Bullæ Cruciatæ quæſt.* 14. Coriolan. *de caſib. reſeru. p.* 1. *ſect.* 1. *art.* 1. *num.* 7. *verſ. primò*, Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 8. *quæſt.* 3.

4. Quot autem caſus Pontifices ſibi reſeruauerint, adnotant gloſſ. *verb. pertineant, in cap.* 1. *de tranſlat. Epiſcopi, & verb. pertinere, in c. ſicut vnire, de exceſſib. Prælat.* quæ vndecim recenſet quatuor verſibus, ex Hoſt. Gambar. *de offic. & poteſt. Legati de Latere l.* 2. *tit. de variis ordin. nominib. n.* 157. qui 27. verſibus ſexaginta complectitur, Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 8. *quæſt.* 51. multo plures refero *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *allegat.* 50. *in princ.*

5. Ex Bulla in Cœna Domini, & extra illam plures cenſuras ipſi Pontifici reſeruatas, collegerunt, & in catalogum redigerunt, Nauarr. *in man. c.* 27. *à n.* 25. Iacob. de Graff *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 19. *cũ ſeqq.* Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.* 1. *à cap.* 19. *vſque ad* 24. Suar. *tom.* 5. *de cenſ. diſp.* 21. *vſque ad* 24. Sayr. *in ſimili tract. lib.* 2. *&* 3. Iul. Cæl. Raine. *in catalogo cenſurarum*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *n.* 226. *cum ſeqq.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 14. *&* 15. Antonoc. *in ſua catecheſi Neap. lib.* 3. *c.* 37. *cum ſeqq.* Molfeſ. *d. tract.* 7. *c.* 18. Barth. à S. Fauſto *de Iubil. extraord. lib.* 4. *q.* 98. *&* 99. Ego ipſe *d. alleg.* 50. *ex n.* 83. & nouiſſimè Bonacin. per integrum tract. *de cenſuris in Bulla extra Bullam reſeruatis.*

6. β *Hoc idem Epiſcopus omnibus*, &c.] Poſſe Epiſcopum reſeruare ſibi caſus plus minúſve, iuxta maiorem, vel minorem Confeſſariorum, quos in ſua diœceſi habet, idoneitatem, capacitatem, & eruditionem, reſoluunt Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. caſus reſeruati*, Fernand. *d. p.* 3. *c.* 6. § 6. *n.* 24. *in med.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 492. Homob. de Bonis *de humana vitæ ſtatibus, c.* 10. *ſtatim poſt princ. & de caſibus reſeruat. part.* 1. *cap.* 1. Molfeſ. *d. tract.* 7. *c.* 17. *num.* 19. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 8. *q.* 3. *verſ. ſecundo.*

7. Quæ autem peccata reſeruare ſoleant, & poſſint Epiſcopi, tradunt Fernand. *d.* § 6. *n.* 25. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 51. *per tot.* Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 12. *cum ſeqq.* Hurtado *d. diſp.* 11. *diffic.* 4. *cum ſeqq.* Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 8. *q.* 7. *cũ ſeqq. & q.* 49. *&* 50. *& de Iubil. extra. lib.* 4. *q.* 91. In quibus reſeruandis ſeruandum eſſe modum à S. Congreg. præſcriptum, dicunt, & referunt Quarant. *in ſum. Bullarii, verb. caſus reſeruati*, Vgolin. *de officio & poteſt. Epiſcopi c.* 36. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 492. Coriolan. *d. ſect.* 1. *art.* 5.

Ideo Epiſcopi debent reſeruare paucos caſus, eóſque maximè neceſſarios, atrociores, & grauiores; non caſus Bullæ Cœnæ, neque ſpecialiter Papæ reſeruatos; neque promiſcuè eos, quibus eſt annexa excommunicatio nemini reſeruata, niſi ob frequentiam, ſcandalum, aut neceſſariam cauſam aliquos nominatim; neque eos in quibus eſt neceſſaria reſtitutio, vel executio pro abſolutione, neque eos, qui verſantur circa res parui momenti & qui frequenter eueniunt inter idiotas, licèt ſint mortiferi, nec in carnalibus, vbi adeſt periculum ſcandalorum, vel cedere poteſt ſuſpicio ob frequentem reditum ad ordinarios, Sel. *in ſelect. Canon. c.* 18. *n.* 8. vbi refert deciſum in S. Congr. Epiſcop. 26. *Nouembr.* 1602. Neque reſtitutionem incertorum ſibi reſeruent, *eod.* 14. *Iunij* 1619. Quænam peccata reſeruari poſſint, oſtendit Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 8. *q.* 7. *cum ſeqq.* vbi dicit mortalia reſeruari poſſe, non tamen omnia, ſed grauiora, quæ iudicantur expedire ad commune Eccleſiæ bonum, & ſubditorum ædificationem.

γ *Pro illis in ſubditos*, &c.] Epiſcopum qui caſus ſibi reſeruauit, & eius Superiorem in officio & iuriſdictione, ac ſucceſſorem, poſſe etiam ab eis abſoluere, tenent Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *c.* 1. *n.* 16. Coriolan. *d. ſect.* 1. *art.* 7. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.* 1. Henriq. *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 14. § 9. Barthol. à S. Fauſto *d. tract. de Pœnit. lib.* 8. *quæſt.* 11. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 53. *num.* 1. vbi *num.* 2. idem dico de Capitulo Sede vacante. 8.

δ *Præſertim quoad illa, quibus excommunicationis*, &c.] Poſſe Eccleſiam reſeruare non ſolùm peccata, quæ habent excommunicationem, vel cenſuram annexam, verùm etiam alia peccata grauia, quamvis nulla ſit annexa cenſura, reſoluunt Sot. *tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* 29. *ſect.* 2. *num.* 8. & ante eum Sot. *in* 4. *diſt.* 18 *quæſt.* 2. *art.* 5. *verſ. ſecundum argument.* & colligitur ex multis, quos citat Henriq. *in ſum lib.* 6. *c.* 14. § 1. *litt. D.* & de facto multas eſſe Epiſcopis, & in Religionibus reſeruatas, quibus cura annexa non eſt, fatetur Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 261. *verſ.* 10. reprehendentes Durandum, qui ſolas cenſuras reſeruari aſſerebat. 9.

ε *Vt nulla fiat reſeruatio in articulo mortis*, &c.] Vide Nau. *in princip. de pœnit. diſt.* 6. *& conſ.* 13. *de pœnit. & remiſſ.* Azeued. *l.* 5. *num.* 5. *verſ. eſt tamen verum, tit.* 1. *lib.* 1. *nouæ recopilat.* Suar. *tom.* 4. *de Pœnit. diſp.* 26. *ſect.* 4. Maldonat. *tom.* 2. *de Pœnit. cap.* 7. *de miniſtro confeſſionis, fol.* 76. *verſ. nam Eccleſia*, Vaſq. *tom.* 4. *quæſt.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *cum ſeqq.* Guttierrez *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 58. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 1. *& q.* 12. *num.* 2. *& lib.* 5. *quæſt.* 14. *num.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *à num.* 58. Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.* 1. *de Sacrament.* vbi *de Pœnit. cap.* 15. Cened. *ad Decretum collect.* 24. *n.* 5. Ægid. de Coninck *de Sacramentis & cenſur. tomo* 2. *diſput.* 8. *num.* 90. *cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.* 1. *num.* 110. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. pœnitent differ.* 9. Hurtado *de Sacrament. tract. de pœnit. diſp.* 10. *diffic.* 7. *cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p.* 2. *cap.* 9. § 18. *& p.* 3. *c.* 6. § 9. *à n.* 19. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapol. p.* 4. *deciſ.* 26. Mulfeſ. *in ſum. Theologiæ moral. tract.* 7. *cap.* 15. *n.* 74. Philibert. Marchin. *de bello diuino p.* 3. *c.* 3. Coriolan. *de caſibus reſeru. p.* 1. *ſect.* 2. *art.* 16. Paul. Laymann. *in Theologia morali lib* 5. *tract.* 6. *cap.* 12. Machado *en el perfetto Confeſſor y Cura de almas, lib.* 1. *p.* 1. *tract.* 1. *docum.* 3. *n.* 1. latè Ioan. de Lugo *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp.* 18. *ſect.* 2. *num.* 15. *cum ſeqq. & diſput.* 10. *ſect.* 10. *num.* 200. *cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 14. *cap.* 4. *à num.* 15. *& c.* 10. *à n.* 16. 10.

In mortis articulo conſtitutos dici illos, qui etſi viuant & viuere poſſint, propter mortem tamen quam ſecundum veriſimilem medicorum peritiam, aut periculum, quod ſperant, inſtantem vident, iam morientes arbitrantur, tenent Syluest. *in ſumma verb. abſolutio* 1. *n.* 10. Couarr. *in cap. alma mater, part.* 1. § 11. *num.* 8. Nauarr. *in manuali* 11.

cap.

cap.27.num.171. Suar. *d.tom 4. diſpu.26.ſect.4. n.4.* Vaſq. *d.art.1 dub.5.* Fr.Emman. *in explicat. Bullæ Cruciat. §.9 dub.3.* Vivald. *in candel. aureo ſub tit. de abſolut.num.60.* Fernandez *d.p.3. cap.6.§ 9. n.19.* Benzonius *in ſpeculo Epiſcop. lib.1.diſp.1 q.6.concl.2.* Duard. *in Bulla cœnæ lib.3.§.2.q.2.* Machado *vbi ſupra docum.* ... *n.2.* Huttado *d.tract. de Pœnit.diſp.10. diffic.9. in princ.* Valer. Reginald. *d. lib.1. n 59.* Ioan à Chapeauuille *de caſibus reſeruatis, c.7. difficult.1.& de modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis,* vbi de Pœnit. *quæſt.5. & 6.* Homob. de Bonis *de humana vita ſtatib. p.1.c.16.verſ.porrò,* Molin. *de ritu nupt lib 3 comp.* 18. n.18 Cortolan. *de caſib reſeruatis,p.1.ſect 2.art.16 à num.2.* Molfeſ. *d. tract.7. c.15 n.77.* Ioan. Valer. *d. verb. Pœnit. differ.23. in fine,* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib 2. c.11. n.1.* reſoluentes non poſſe abſolui à ſimplici Sacerdote omnem transfretare volentem, ſed credentem, aut dubitantem probabiliter ſe naufragaturum, aut alias de vita periclitaturum: ſimiliter non quemlibet obſeſſum ab hoſtibus, ſed teſtis impugnationis, nec quamvis mulierem prægnantem, ſed eam quæ periclitatur de vita arbitrio boni viri, late Boſſ. *in diſcept. moral. diſcept.2 n.6. cum ſeqq.* vbi à n.14. de ſuſcipiente longam nauigationem, & n.16. de optam aantibus agitationi tauroriun,haſtiludijs, &c. & n.17. de his, qui voluntariè ſe offerunt caſtrandos, & n.18. de obſeſſis, & obſidentibus & n.19. de damnatis ad triremes, & n.21. de peſte infectis, vbi n.25. *cum ſeqq.* videtur amplecti cum aliquibus limitationibus ſententiam, nempe in loco peſtifero nequaquam omnes, & quoſlibet Sacerdotes, etſi minimè ab Ordinario approbatos, poſſe audire Confeſſiones eorum, qui ibidem reperiuntur ſani, ſed tantum abſoluere, ſed tantum eorum, qui iam peſte ſunt infecti.

12. ¶ *Ideo omnes Sacerdotes, &c.*] Non ſolùm in abſentia proprij Sacerdotis, ſeu Superioris, verum etiam quando adeſt, vel ad illum poteſt haberi recurſus, cùm in articulo mortis nulla ſit reſeruatio, conſultius tamen faceret, qui præſente ſuo Parocho vel Superiore ab eo potius quà ab alio ſe abſolui faceret. *vt ita* Nauarr. *conſil.* 15. alias 2 *in nouis, de pœnit. & remiſſ.* Say. *in flor.bus decif.ſub eod.tit. decif.21.* Einman. Sà *in aphoriſm. verb. abſolutio, n.3.* Fr.Emman. *in ſum. p.1.c.* 59 *concl.3.* Vig. etiam *in ſum ma tom.1 c.6. caſu* 16. Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.1. de Sacram.* vbi de Pœnit. *cap.14.poſt 3.conclus. n.3.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.1. n.60.* Ioan. Valer *d.differ.23. ver.dubitari tamen,* Coriol. *d.p.1.ſect.2.art.16.n.7.* Zerol. *in praxi de Pœn c.15. q.4 & 5.* Chapeau. *de caſib reſeru.c.9.in fine, fol.60.* Ludou.de S.Ioan.*p.1.ſumm.tract.de Pœnit. quæſt.6. art.6.dub.4.* Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp.44. n.5.* Marchin.*de bello diuino p.3.c.3 n 11. & 12.* Homobon. de Bonis *reſponſ. moral.p.4.ſuper cenſuras reſp.83.* Anton. Diana *moral reſol.p.1 tract.de abſol.ab hæreſi reſol.5.* Boſſ. *de Iubileo ſect.1. caſu 12.n.3.*

Contra Suar *d.tom.4 de Pænit.diſp.26 ſect 3. n.1.* Valent.*tom.4.d.7 q.10.punct.2.* Vgol. *de cenſur. tab.1 cap.4.§.5.* Vaſq.*de Pœnit.q.93 art 1 dub.4 n.18.* Ioan.de Lugo *de Sacram.in tract.de Pœnit.diſput.18. ſect.2.n.23 cum ſeqq.* Addit.ad Nau.*conſ.3.de Pœn. & remiſſ* Gutti *canon.lib.2 cap.15. n.5.* Barthol à S. Fausto *d.tract.de* ... *lib. 6. quæſt.36 8* ... *de fuga Epiſcopi lib.1.diſp.1 q.6.* ... *concl.* ... *de origine S.Inquiſit.lib. 3. q.8. n.* ... Azor. *d.p.1. lib.8.c.19. qu.5.* Ægid. de Conninck *d. art.tom 2. diſp.8 dub.11 n.90.* Bonacina *de cenſuris diſp.1. q.3. punct.3 n.3.* Molfeſ.*d.tract.* ... *cap.15. num.79.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.*229 *num 2.* Sanch.*in præcepta Decalogi tom.1.lib.2 cap.11 num.6. & 7.* Ant. Ricciul. *de uno perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſten.lib 5.c.14 n 20.* Torreblanca *de iure ſpirituali lib.14.c.4 num.16.& 17.* Coraub. *de caſib.* ... *18.* Zambran.*de caſib.in art.mortis cap 4. dub.4. num 2.* Bonacin. *de Sacram.tom.1.diſp.8. dub.2 n.m.16.* Mol. *de Iuſtit.tom.4 diſp.63 n.2.* Floron. *de caſibus reſeru. p.1.c.4.§.19.n.5.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. q.3.* ... Hurtado *in quæſt moral.tom.1. tract.7. c.8. q.8. num.220.* Leyſ. Tamburin.*in ſelect.diſp. cenſ.2. cenſ.Theolog.dub.7.* Petr. de Ochagauia *de* ... *pœnitis tract.2.de Confeſſ.q.3 5.n.4.* exiſtimantes non poſſe eum Sacerdotem non debere abſoluere à reſeruatis quando adeſt Parochus, vel poteſt haberi facilis recurſus ad illum, ſeu ad Epiſcopum, ſine periculo quod interim decedat infirmus.

13. Et propter particulam vniuerſalem, *omnes,* qua vtitur Concilium, extendunt vt quilibet Sacerdos in dicto articulo mortis abſoluere poſſit, etiamſi ſit excommunicatus, & publicè denunciatus, ſuſpenſus,irregularis,degradatus, ſchiſmaticus, & hæreticus, dummodo non ſit periculum ſubuerſionis. Can. *in releat. de pœnit. p.3.* Nau *in man.c.27. n.171.* Tolet *in inſtruct.Sacerd.lib.1.c.15. n 6.* Paul.Comit. *reſponſ moral lib.6.q.27.* Azor.*inſt.moral.p.1. lib.8. c.11.q.12.* Valer.Reginald.*d.lib.1.num.60.* Ægid.de Coninck *d. tom.2 diſp.1. n. 234.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.229. & in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapol deciſ.26.n.7.part.4.* Bonacin. *de cenſuris diſp 1.quæſt.3.puncto 3. n.3.* Paul. Laymann *in Theologia morali lib.3. tract.6.c.12.n.13. verſ. notandum ſecundo.* Henriq. *in ſum. lib.6.c.* 1.. §.8. Suar. *de Pœnit. diſp.26 ſect.4. & de cenſur. diſp.11. ſect.* ... *n.14.* Molin. *de iuſtitia tom.4. diſp.*63. Torreblanca *in practicauris ſpirit.lib.4. cap.10 n.18.* Figund. *in quinque Eccleſiæ præcepta præc.2 lib.7.cap.1.n.6.* Boſſ. *in diſcept.moral.diſcept.2 num.44.* Huttado de Sacram.*tract.de Pœnit. diſp.10. diffic.* 8.

Contra Couarr. *in cap. Alma mater,p.1. §.6 concluſ.8.* Naoarr ſibi contrarium *in man.c.26 num.26.* S.Th.Tutref. Panorm. *& alios,* quos refert, & ſequitur Ioan.Valer. *de different.inter vtrumque forum,verb.excommunicatio, different 23. verſ. ſecundò dubitant, & verb. pænit differ. 9.* Coriol. *d. p.1. ſect. 2. art.16. num.10.* putantes in articulo mortis, & in extrema neceſſitate non conuenire hæretico Sacerdoti quemquam abſoluere,

14. ¶ *Quoſlibet pœnitentes, &c.*] etiam excommunicatos, & denunciatos ob hæreſim, vel ob aliud quodcunque delictum, vt per Tolet.*d lib 1.cap.15. n.1.* Azor.*inſtit.moral.p.1.lib 8.c.19. qu.3.* Valent. *tom 4.diſp.7.quæſt.10.puncto 2.* Suar.*tom.5 de cenſur. diſp.11.ſect.1.n.14.* Garcias *c.canon. lib.*... *n.59.* Cened.*ad Decretal.collect.10.num.3.verſ.in mortis.* Cruall. *commun.contra communes q.*82 *n.61.& ſeqq.* Aimil *de cenſur.p 2.c.6. dub.3.diſp.32 concl 4.* Sayr. *in ſimili tract. lib.*1. *cap.18.* Zambran.*de caſibus in articulo mortis, prælud.* 11 Bonac. *de cenſuris diſp.1. q.3. punct.3 n.3. & diſp.2. quæſt.2 punct. 3. § 4 num.32 verſ.ſecunda, & de cenſur. in Bulla Cœnæ reſer diſp.1. q.22. punct.2 n.9.* Homob. de Bonis *de humana vita ſtatib.p.1.c.16.verſ.porrò, & de caſibus reſer.p.1. cap.1.* Villalob. *in ſumma tom.1 tract 27. clauſ.1. §.12.* Paul.Laymann *in Theologia morali lib.5. tract.6. cap.12.* ... *moral.tom.1 tract. 7. cap. 8. quæſtio 8.* Torreblanca *in practicab iuris ſpir.lib.14. cap.10 num.16.* Trullench. *in expoſitione Decalogi lib 1. cap.3 dub.7.num 4.* Barthol.à S. Fauſto *d.tract.de Pœnit. lib.6. quæſt.38.* Cortolan. *de caſibus reſeruatis part.1.ſect.2.art.16.* Ioan. Valer. *de differ.inter vtrumque forum, verb. excommunicatio, different.23.*

Digitized by Google

Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.5. cap 14. n.18.*

15. *Abſoluere poſſunt.*] Abſque irregularitatis incurſu ſi maiori excommunicatione innodati conſtitutum in articulo mortis abſoluerint, quamvis ante Concil. ſecus de iure erat dicendum, ita Nauarr. *in man.c.27. num.*371. vbi ait ſe contrarium tenuiſſe *cap.*28. *num.*27. immemorem deciſionis Concilij *in præſenti*, Salaed. ad Bernard. *in pract. c.*33. *litt. A, in fine verſ. excuſabitur etiam.*

16. Cùm abſolutio hæc in mortis articulo data à ſimplice Sacerdote ſit vera abſolutio procedens ex alma iuriſdictione omnibus Sacerdotibus in tali cauſa delegata, ac proinde operetur omnes abſolutionis effectus, vt reſoluunt Suar. *tom.5. de cenſur. diſp.7. ſect* 1. *n.7.* Anton.Ricciul. *dict. tract. de iure perſonarum lib.4. cap.65. n.17.* ideo ſi conualeſceret ſic abſolutus, non eſſe iterum abſoluendum, tenent Sa a *in relect. Bulla in Cœna Domini cap.*1. *diſp.*100. *num.6.* Melch.Zambran. *in deciſ pro mortis articulo cap.4. de pænit.dub.4.* Anton.Ricciul. *d. lib.4. cap.65. num.*16.

17. *Extra quem articulum*, &c.] Nullum Sacerdotem extra mortis articulum poſſe abſoluere à caſibus per Superiorem reſeruatis, aliàs nulliter abſoluere, tenent Nauſtr. *in man.c.9. num.6. verſ.4.* Ioao.Valer. *d.verb.Pænit.differ.9. verſ nullus*, Ego ipſe *de offic.& poteſt.Epiſcop.p.3.alleg.52. per tot.*

18. Pœnitentiarium electum vigore Concilij Trid. *ſeſſ.24.de reform cap.8.* ſi non habet ab Epiſcopo authoritatem abſoluendi, non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopalibus ea ratione, & vi ſolius officij, cùm de caſuum reſeruatorum abſolutione nouo iure nihil decretum ſit, reſoluunt Nauarr. *conſil.20 ſub tit. de pænit. & remiſſ. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ.ſub eod tit.deciſ.44.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. dimiſſoria, §.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.179. in fine.*

19. Vicarium Epiſcopi vigore generalis mandati vicariatus abſoluere non poſſe à caſibus Epiſcopo reſeruatis, ten nt R.buff. *in praxi benefic. tit. de forma vicar.n.*179. Sbroz *de officio vicarij lib.2.q.*9. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Vicarius pen.* Piaſec. *in praxi Epiſcop p.2.c.1.num.15.in fine pag.*106. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.4 §.7. num.2. verſ.poſtremo*, Ego ipſe *d.p.3. alleg.54.n.*116.

20. Regulares etiam per priuilegium, quod *Mare magnum* vocatur, non habere facultatem abſoluendi pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis, deciſum referunt Ludou. Beia *reſponſ.caſuum conſcient.p.2.caſu 21.in fine, verſ. nunc tamen, & p.3. caſu 5.in fine, verſ. hoc tamen*, Campan. *in diuerſ. iuris Canonici rubr.12. c.13.n.63.* Fr. Ludouic. Miranda *in man.Prælat.tom.1.quæſt.46.art.2.in fine*, Armend. *in addit.ad recop.legum Nauarræ lib.2.tit.18. l.7.de religion.n.56.* Nicol.Garc. *de benefic. p.3.c.2. num.*267. 268. *&* 269. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.1. quæſt.6 1. art.13.* Homobon.de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract.5. cap.2. quæſ.*10. Zerol *in praxi Epiſcop. p.1.verb abſolutio §.5.verſ.dicet quis, & p.2.eod verbo §.1.verſ. reſpondendum ſecundò, & in praxi de Pænit.c.24 quæſ.9.* Fillinc.*tom.1 tract 15. num.*248. Boſſ. *de triplici Iubilæi priuilegio ſect.1. caſu 3. num.9.* Ego ipſe *d.p.3. alleg.52. num.8.*

21. Patres Ieſuitæ, & alij Confeſſarij vigore priuilegiorum Roſarij non poſſunt abſoluere pœnitentes à caſibus reſeruatis Epiſcopo, niſi priuilegia talem tradant facultatem, vel ſint obtenta, aut confirmata poſt Concil. Trident. Ita refert deciſum Garc. *d.p.3.cap.2.num.*386. vbi *n.*294. pariter reſolutum aſſerit poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis omnes, qui audiunt Confeſſiones virtute Bullæ Iubilæi indicti à Summo Pontif. cum facultate abſoluendi à quibuſcunque enormibus peccatis reſeruatis Sedi Apoſtol. etiam in Bulla Cœnæ Domini, ſed non virtute priuilegiorum, & facultatum perpetuò conceſſarum, & Roſarij.

Regulares vtriuſque ſexus non poſſunt vigore 22.
Bullæ Cruciatæ Confeſſarios ſibi eligere, & ab eis abſolui à caſibus reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini, propter Breue Clementis VIII. Ita Sebaſt.à Coſta *ſuper Bull. Cruciatæ quæſt.* 107. Euſeb. Herrera *in deciſ. moral.deciſ.9.in fine, §. 1. & 2. in princip.* Fr.Emman. *in addit. ſumm. tom. 3. cap.7. num.2.* Fr.Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.2. quæſt.34.art.15.concluſ.2.* Villalob. *in ſumm.tract.27. pro Bulla Cruciata, clauſ.9.* Suar. *tom.4.de relig.lib.2. cap.16.verſ.2.* late Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regular. verb. abſolutio, num.24.* optimè Sel. *in ſelectis Canonic. cap.18. num.* 10. vbi atteſtatur ita deciſum *in cauſa Portugalliæ & Caſtellæ 4. Decembris* 1627.

Regulares cuiuſvis Ordinis, Congregationis, 23.
Societatis, & inſtituti etiam neceſſariò exprimendi, tam intra, quam extra Italiam, in vim priuilegiorum aut confirmationum huiuſmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, non poſſunt quemquam abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario loci reſeruatis; at ſi ſecus egerint, abſolutiones nullæ atque irritæ erunt. Ab aliis verò caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtol. reſeruatis, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſtol. abſoluendi facultatem, & illa extra Italiam minimè ſublata fuit, ita Aldan. *in compendio canon.reſolut.lib.1. tit.10. num.15.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum in S. Congregation. Epiſcop. & Regul. *ſub die* 17. *Nouembris* 16.8.

Regulares audientes Confeſſiones in ea diœceſi, 24.
in qua ſunt approbati, cum facultate etiam caſuum reſeruatorum, abſoluere poſſunt aduenientes ex alia à caſibus reſeruatis in diœceſi pœnitentium, non autem in illa vbi Regulares confeſſiones audiunt, dummodo non malitiosè huiuſmodi pœnitentes talem abſolutionem quærant, ita Sel. *d.cap.* 18. *n.* 3. vbi aſſerit deciſum *ſub die* 19. *Nouembris* 1626.

Conceſſa facultas abſoluendi à caſibus Sedi 25.
Apoſtol. reſeruatis, nnn comprehendit caſus, quos Epiſcopus, & Prælatus Religioſus cum ſuis ſubditis Regularibus reſeruarit niſi de his fieret ſpecialis mentio, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d p.3.cap.2. num.*286.

Abſoluere Epiſcopum & cum ipſo diſpenſare 26.
poteſt ab eodem Epiſcopo Confeſſor electus de omni peccati vinculo, de quo poteſt abſoluere, vel diſpenſare ipſe Epiſcopus, vt dicit reſolutum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.1. num.*17.

Pœnitentem habentem peccata reſeruata Epiſ- 27.
copo, vel Prælato, & copiam eorum non habentem ad confitendum illis dicta peccata, poſſe confiteri Parocho, & ab eo abſolui à peccatis non reſeruatis, reſeruata abſolutione à reſeruatis cùm Superioris copiam ſui fecerit, reſoluunt Nauarr. *in man. c.* 26. *num.*6. Iacob.de Graff. *in aureis deciſ. part.1. lib.1. cap.13.num.70.* Læl.Zech. *de caſibus reſeruatis, in princ obſeru* 4. Paul. Comitol. *reſponſ. moral.lib.1. quæſt.29 num.2.* Ego ipſe *de officio & poteſtat.Epiſc. p.3.alleg.51.n.12.* Barth.à S.Fauſto *d. tract. de Pæn. lib.8.q.20.* vbi intelligit in caſu neceſſitatis & ſecus reſoluit ſi non vrgeat neceſſitas, plures alij, quos refert & ſequitur Io.Valer.*d.verb.Pæn.differ.* 10. aduertens debere pœnitentem tam reſeruata,

quàm

quàm non reſeruata peccata Parocho cõfiteri, quia quoad eum debet eſſe integra, licèt quoad Superiorem poſſet eſſe dimidiata, quod etiam adnotauit Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta*; *præcept.* 2. *lib.* 8. *c.* 3. *n.* 13. Barthol. a S. Fauſto *d. lib.* 8. *q.* 21.

28. Et notat Paſqual. *d. c.* 1. *n.* 18. *in fine, pag.* 108. quòd in caſibus reſeruatis cùm recurritur ad Epiſcopum, debet pœnitens confiteri omnia ſua peccata, & Epiſcopus vel omnia abſoluere, vel eum ad inferiorem remittere poteſt, præmiſſa facultate abſoluendi reſeruatum, quam ſufficit ſignificare ipſi pœnitenti, vt faciat ſe abſolui ab inferiore, & creditur tunc ipſi pœnitenti dicenti facultatem huiuſmodi ſibi ab Epiſcopo eſſe conceſſam, de quo tamen eſt conſulendus Fagund. *d. lib.* 8. *c.* 3. *à n.* 2. & Stephan. de Aluin. *d. c.* 33. *n.* 7. Machado *d. lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 1. *docum.* 3. *n.* 3. late Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp.* 20. *ſect.* 6. *num.* 74. *cum ſeqq.* Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp.* 11. *diffic.* 14. *cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3. *tract. de Pœnit. lib.* 4. *q.* 179.

De Satisfactionis Neceſſitate, & Fructu.

CAPVT VIII.

1. *Doctores de ſatisfactionis neceſſitate & fructu agentes.*
2. *Confeſſarius per ſe loquendo tenetur ſatisfactionem ſeu pœnitentiam iniungere.*
3. *Pœnitens quando pœnitentiam tenetur acceptare.*
4. *Satisfactio an poſſit fieri per opera aliàs debita quæ quis tenetur facere ex alio præcepto.*
5. *Pœnitentiam in peccato mort. adimplens peccat mortaliter, ſed pœnitentia ſibi a Confeſſario iniuncta ſatisfacit.*

DEmum, *a* quoad ſatisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita vna maximè noſtra ætate, ſummo pietatis prætextu impugnatur ab iis, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt: ſancta Synodus declarat, falſum omnino eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à *b* Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim, & illuſtria in ſacris litteris exempla reperiuntur, quibus, præter diuinam traditionem, hic error quàm manifeſtiſſimè reuincitur. Sanè & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiam deliquerint: aliter verò qui ſemel à peccati, & Dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcientes templum *c* Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla Satisfactione peccata dimittantur; vt occaſione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurij, & *d* contumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactionis pœnæ; cautioréſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitioſos habitus, malè viuendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. *e* Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouendam imminentem à *f* Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, *g* qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, certiſſimam quoque inde arrham habentes; quod ſi compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum; nam qui *h* ex nobis, tanquam ex nobis nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus; ita non habet homo vnde glorietur: *i* ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt: in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus: *k* facientes fructus dignos pœnitentiæ: qui ex illo vim habent: ab illo offeruntur Patri & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares, *a* & *conuenientes ſatiſfactiones iniungere*: ne, ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, læuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt Satisfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum, vindictam, & caſtigationem. *l* Nam Claues Sacerdotum non ad ſoluendum dumtaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent: nec propterea exiſtimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe forum iræ, vel pœnarum, ſicut nemo vnquam Catholicus ſenſit ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus *m* vim meriti, & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita optimam Pœnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnem Satisfactionis vim, & vſum tollant.

a De pœnit. diſt. 3. circa princ.
b Infrà can. 12. Geneſ. 3. 2. Reg. 12. Num. 12. & 20. ſeſſ. 6. c. 30. & c. 14.
c 1. Cor. 3. Epheſ. 4.
d Hebr. 10. Rom. 2.
e Ezec. 33. Ionæ 3. Hierem. 3. 18. & 25.
f Iſaiæ 30. Eccleſ. 17. Matth. 24. 25. & 28. cum ſim.
g Rom. 5. 8. Ioan. 2. in princip. 2. Cor. 3. Rom. 8.
h 2. Cor. 3. Philipp. 4. 2. Cor. 12. in fin.
i 2. Cor 10. in fin Galat. 6 Act. 17.
k Matth. 3. & 4 Luc. 3. 20. 27. č tẽpora cum multis ſeq. 26. q. 7. c. de pœnitentib. de conſecr. diſt. 4. Concil. Carth. 3. c. 31. & Cõcil. Carth. 4. cap. 74. Cõc. Cabil. c. 34. & 38. Conc. Aphr. cap. 9.
l Matth. 16. & Ioan. 20. ſuprà c. 1. & in fin & infrà c. 3. & vlt. de pœn.
m Infra c. 13.

1. VIde Scholaſt *in 4. à diſtinct. 20. vſque ad 25.* S.Thom *in ſupplem. q.12. & p.3. q.94.* Caiet. *tom.1.opuſc.tract.3.* Medin. *tract.3. de ſatisfact.* Petr. Sot.*lect.2.de ſatisfact.* Suar. *tom.4.de pœna diſp.37. cum ſeqq.* Luc.Pincl.*de pœnitent.tract.3.de ſatisfact.* Petr. de Ledeſm.*in ſum.p.1.de Sacr.* vbi *de Pœnit, cap 23.* Baduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p.2.lib.5.cap.5.per tot.* Ioan. Maldon. *tom.2.de pœnit ſub tit.de ſatisfact.* Marcel. Megal.*p.1.inſtitut. confeſſ.lib.7.* Valer. Regnald. *in praxi fori pœnitent. lib 7.* Fernandez *in examine Theologiæ moral.p.3. c.6. §. 7.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom.2.diſp.2.dub.12 num.107.& diſp.4. n.26 in fine,* Torreblanca *de iure ſpirit lib.14.c.8.de ſatisfactione.* Barthol.à S.Fauſto *tom 3.tract de Pœn.lib.5. de ſatisfact.* Bonacina *de Sacr.diſp.5.q.5. ſect.3.puncto 2.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moral tra.7. cap.25.de ſatisfact.*Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. p 1.tract.5.cap.15 quæſ.92. cum ſeqq.* Vinc. Filliuc. *in quæſt.moralib.tract.8.de ſatiſfact.* Iul.Lauor.*de Iubilæo & Indulgent.p.2 cap.5. de ſatisfact.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta,præc.2. lib.9.* Paul.Laymann. *in Theolog. morali lib.5.tract.6. cap.15.* Ioan. Sanci.*in ſelectis diſp.13.num.17.* Ioan. de Lugo *de Sacram. tract. de Pœnit.diſp.9. ſect.2. n.45.* vbi ait per hunc text. non ſemper auferri totum reatum pœnæ ſimul cum culpa, *& diſp.14 ſect.1. n.1.* vbi dicit, quòd licèt remiſſa culpa mort. auferatur reatus totius pœnæ æternæ, non tamen auferrur reatus totius pœnæ temporalis, & *diſp.25.* agit de ſatisfactione prout eſt tertia pars Sacramenti Pœnitentiæ, Hurtado *de Sacram. tractat. de Pœnit. diſput.13. de ſatisfactione ſecundum ſe.*

2. *a Et conuenientes ſatisfactiones iniungere.*] Confeſſarium, per ſe loquendo, teneri arbitrio ſuo condignam ſatisfactionem, ſeu pœnitentiam iniungere ex hoc text. colligunt Suar. *tom. 4.de Pœnit.diſp.38.ſect.3.* Valent. *tom.4.diſp.7.quæſt.14. punct.4.*Henriq *in ſum lib.4.cap.20.§.5.& cap.21.in princ.* Valer.Reginald.*d.lib.7.à n.11.* Ægid. de Coninck *d.tom.2.diſp.10.n.60 cum ſeqq. & à num.70.* Nugn. *in addit.q.13.art.2. diffic.1. verſ. ex dictis ſequitur,* Paul.Comitol. *reſponſ.moral. lib.1. q.35. n.2.* Ludouic.Beia *reſponſ.caſuum conſcient. p.3.caſu 1. & 2.*Bonac. *d.diſp.5. q.5.punct.2.n 1.* Iul.Lauor.*dict. p.2.c.5.n.8.& 13.* Torreblanca *d.lib 14. c.8. à n.19.* Hurtado *d.tract diſp 14 diffic.2.& 3.* Barth.à S.Fauſto *d.lib.5.q.34 cum ſeqq.*Fernandez *d.§.7. n.3.* tam ante, quàm poſt abſolutionem ſacramentalem, vt tenent Nauarr. *in man. cap.26.n.19.* Ludouic. Beia *d.p.3.caſu 3.in princ.* Bonacin. *d q.5 ſect.3.punct.2. n.19.*Iul.Lauor.*d.cap.5.n.11. cum ſeqq.*licèt rectiùs ante imponendam credat Fernandez *d. §.7. n.5.*

3. Pœnitentem teneri pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam acceptare, acceptatámque adimplere, niſi adſit rationabilis cauſa non acceptandi, tenent Magiſt. *in 4. diſt 16.* vbi S.Thom.*q.1.art.3. q.3.* Richard. *art.1. quæſt.1.* Durand. *q.5 ad 2.*Scot.*quæſt.2.art.2.*Suar. *d. tom.4. diſp.38.ſect.7.n 2.*Petr.Sot *ſect.2. de ſatisfact.* Maldon *d.tit.de ſatisfact. c.5.*Henriq.*in ſum lib.4. c 8. §.1. iuncto commento litt.B,* Luc.Pincl. *de Sacram. Pœnitent tract.3 de ſatisfact.dub 4.* Valent.*tom.4 diſput.7.quæſt.14 puncto 4.* Vaſq. *quæſt.94 art.2. dub.1. num.5.*Nugn.*quæſt.15.art.1. & q.13. art.2.diffic.3.* Marcel.Megal. *d.lib.6.cap.3. n.3. cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *d. tom.2. diſp 10 n.79.* Fernandez *dict. p.3. c.6. §.7. num. 10. cum ſeqq.* Bonacin. *de Sacr. diſp.5.q.5.ſect.3. punct.4.num.1.*Molfeſ.*d. tractat.7. cap 25. num.56.* Valer. Reginald. *d. lib.7. à n.75.* Iul.Lauor.*d.cap.5.n.9.* Paul. Laymann.*d.c.15. n.6.* Ioan.de Lugo *d. tract.de Pœnit.diſp.25 ſect.5.n.68. cum ſeqq.* Torreblanca *d. lib.14. cap 8. n.21. cum ſeqq.* Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp. 14. diffic.4.* Ratio eſt, quia Confeſſarius, vt dicunt Doctores citati *num. præcedenti*, tenetur imponere pœnitentiam; ergo pœnitens tenetur impoſitam acceptare, alioqui fruſtrà eſſet potentia, & neceſſitas ad imponendam ex parte Confeſſoris, ſi daretur libertas acceptandi ex parte Pœnitentis.

Contra Martin.Ledeſm. *2 4.q.20. art.4. quæſt.2.* Nauarr *in man.cap.26.num.20.& in cap.contrarium, de pœnit.diſt.5.n.18.*Ludouic.Beia *d.p.3. caſu 3.verſ. ex parte ergo pœnitentis.* Ioan. Rebell. *in hiſtoria miraculorum ſanctiſſimi Roſarij, lib.3. dialog.7.* Medin. *in Cod.de ſatisfact.q.6.*Zerol. *de pœnit. c.25.quæſt.9.* Fagundez *d. præcept.2. lib.3. c.3. n.17.*exiſtimantes Confeſſorem non poſſe inuitum pœnitentem obligare ad acceptandam pœnitentiam.

4. Vtrùm autem poſſit fieri huiuſmodi ſatisfactio per opera aliàs debita, quæ quis tenetur facere ex alio præcepto? Vide Bonac *d.q.5. ſect.5. puncto 2. n.11.*Iul.Lauor. *d. cap.5.à n.25.* vbi *n.28.*rationem aſſignat, quare tempore Miſſæ audiendæ de præcepto adimpleri poſſit pœnitentia iniuncta à Confeſſario, & non poſſit adimpleri ieiunium iniunctum pro pœnitentia tempore vigiliæ, vel Quadrageſimæ, & ſic quare aliquando per vnicam actionem dentur plures effectus ſatisfactionis, aliquando verò non, reſpondendo in hæc verba: Quando actio terminatur ad plura obiecta ſecundùm diuerſas rationes formales, putà iuſtitiæ, Religionis, &c. tunc poteſt per vnicam actionem pluribus obligationibus ſatisfieri, quia vnum obiectum eſt independens ab altero; quando verò terminatur actio ad plura, quæ ſub eadem ratione conſiderantur, tunc non poteſt per vnam actionem pluribus ſatisfieri, quia habent idem principium, & eandem rationem formalem, quæ terminatur ad diuerſa obiecta, à quibus ſicuti plura ſunt, ita ſatisfaciens illis debet ſpecificari per modum plurium, alioqui vnum poſſet pro centum ſatisfacere debito mille aureorum, & ſic vnica ſatisfactione non poſſunt adimpleri plura præcepta ſub eadem ratione formali, v. g. religionis, iuſtitiæ, &c.

5. Pœnitentiam in peccato mortali adimplens licèt peccet, tamen obligationi pœnitentiæ ſibi à Confeſſario iniunctæ ſatisfacit, vt per Syluеſt. *in ſumm.verb.ſatisfactio, num.7.* Sot. *in 4. diſtinct. 19. quæſt.1.art.4.* Nauarr.*in manual. cap.3. n.5.* Valent. *tom.4.diſp.7.quæſt.14.puncto 3.verſ.non eſt tamen negandum,* Suar. *tom.4. diſp.38. ſect.8. num.3. & 7.* Ægid.de Coninck *d.tom.2. diſp 10. n.22. cum ſeqq.* Zerol. *de Pœnitent.c.25.quæſ.18.*Bonacin. *d.quæſt.5. ſect.3.puncto 4.num.15.*Iul.Lauor.*d.cap.5.num.32.& 33.* Ioan. de Lugo *dict. tract. de Pœnit. diſput.25. ſect.3.num.30. cum ſeqq.* vbi poſt Palud. Adrian. Caiet. & Sotum tenet pœnitentiam poſſe adimpleri in ſtatu peccati abſque graui peccato. Hurtado *d.tract.de Pœnit.diſput.14. difficult.14.* Bartol. à S.Fauſto *d.tract de Pœnit.lib 5. quæſt.28.* vbi quòd peccat, non tamen mort. Pœnitentia enim facta in peccato ſortitur ſuum effectum adueniente charitate, & ſublato obice. & per eam ſatisfit pœnæ debitæ, vt per Nauarr.*d.c.3.n.5.* Henriq. *d. c.20. n.7.* Emman.Sà *verb.ſatisfactio,n.7.*Suar.*d.ſect.8 num.5.* Zerol.*d.quæſt.18.*Bonac.*d.punct.4.n.17.* Iul. Lauor. *d.cap.5.n.34.* Fagundez *d.præc.2. lib.9. cap. 4.n.2.* Coninck *d.diſp.10 dub.11.* plures, quos refert & ſequitur Diana *moral.reſol. tom.1. tract.4. de Sacram. reſol 85.* Ioan.de Lugo *d tract de Pœnit. diſp. 25. ſect.3. num.40.* Barthol.à S. Fauſto *d.lib.5.quæſt.27.*

De

De Operibus Satisfactionis.

CAPVT IX.

1. *Iuſti per opera pænitentiæ, vel ſponte aſſumpta, vel etiam illis præcepta, an poſſint ſatisfacere pro pœnis ex peccatis remiſſis reſtantibus.*

2. *Flagella inflicta in hoc mundo à Deo ſi patienter tolerentur, ſunt ſatisfactoria pro peccatis.*

DOcet prærerea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolum pœnis, ſponte à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut Sacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris *a* argumentum eſt, *a temporalibus flagellis*, à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus.

a Cap. ſunt plures in ſit. de pœnit. diſt 3.

VIde Catech. Roman. Pij V. *p.2. cap.5. n. 54.* Hurtado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſput. 13. diffic. 3.* dum dicit hominem iuſtum poſſe bonis operibus ſatisfacere pro pœna temporaria aliquando reſtante poſt peccatum quoad culpam remiſſam. Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. cap. 8. n. 12. & 13.* vbi quòd non ſolum pœnis à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, ſed etiam temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis ſatisfacere valemus, & *n. 17.* dicit quòd effectus huius ſatisfactionis ex opere operato, remittit pœnam temporalem præter illam, quæ reſpondere poteſt merito operantis, & *num. 18.* quòd remittit pœnam Purgatorij, nam opera noſtra concurrentibus omnibus conditionibus de condigno & iuſtitia, ſatisfaciunt pro pœna Purgatorij.

Vtrùm iuſti per opera pœnitentiæ vel ſponte aſſumpta, vel etiam illis præcepta, poſſint ſatisfacere pro pœnis ex peccatis remiſſis reſtantibus? Affirmant Cardin. Bellarm. *lib. 4. de pœnit. cap. 3. cum ſeqq.* Valent. *tom. 4. diſput. 7. q. 14. puncto 2.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 37. ſect. 1.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. diſp. 10. n. 14. cum ſequentibus.*

a Temporalibus flagellis, &c.] Flagella inflicta in hoc mundo à Deo, ſi patienter tolerentur, eſſe ſatisfactoria pro peccatis, docent S. Thom. *in addit. ad 3. part. quæſt. 15. art. 2.* Silu. *in ſum. verb. ſatisfactio quæſt. 9.* Nauarr. *in man. cap. 7. num. 4.* quos refert & ſequitur Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. part. 2. cap. 5. num. 30.* Torreblanca *dict. lib. 14. cap. 13. num. 23.* Hurtado *d. diſput. 13. diffic. 7. in princip.*

DE EXTREMA-VNCTIONE.

VISVM eſt autem ſanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adiungere ea, quæ ſequuntur de Sacramento Extremæ-Vnctionis, quod non modo Pœnitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à Patribus. Primum itaque circa illius inſtitutionem, declarat, & docet, *a* quod clementiſſimus Redemptor noſter, qui ſeruis ſuis quouis tempore voluit de ſalutaribus remediis *b* aduerſus omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparauit, quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros, dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incommodo poſſint, ita Extremæ-Vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmiſſimo quodam præſidio muniuit. Nam etſi aduerſarius *c* noſter occaſiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deuorare animas noſtras quoquo modo poſſit, nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia, etiam ſi *d* poſſit, diuinæ miſericordiæ deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ perſpicit.

a Inſr. can. 1. de Sacram. Extremæ-Vnction.
b Ephef. 6.
c 1. Petr. 5. cap. nulli dubium 1.
d Geneſ. 3. & infr. c. 47 in fin.

VIde Theologos *in 4 diſt. 23. & ibi* S. Thom. & Sot. eundem S. Thom. *p. 3. q. 29. art. 1.* Canoniſtas *in cap. vnico, de Extrema-Vnctione.* Silu. Armil. Victor. Nald. & alios ſummiſtas *v rb. Extrema-Vnctio.* Victorel. *de Extrema-Vnct.* Catechiſm. Roman. *eod. verb.* Card. Bellarm. *in contron. Cathol. tom. 3. lib. vnic. de Sacram. Extremæ-Vnctionis,* Valent. *tom. 4. diſp. 8.* Suar. *tom 4. de Pœnit. diſp 39 cum quinque ſeqq.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de Sacram. vbi de Extrema-Vnctione.* Ioan Maldon. *tom. 2 controuerſ. tit. de Extrema-Vnctione.* Henriq. *in ſumm. lib. 1. c. 8.* Fr. Emman. *quæſt. regul tom 5. quæſt. 9. art. 3. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Extrema-Vnctio,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. Extremæ-Vnctionis,* Franc. Pitigian. *diſt 23. quæſt. vnica art. 1. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 28. num. 43. cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 19.* Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Extrema Vnctio,* Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcop. verb. Vnctio Extrema,* Barthol. Gauant. *in Enchirid. Epiſcop. eod. verb.* Poſſeuin. *de officio curati cap 9.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 10. §. 1.* Laurent. à Portel. *in dubiis regularibus verb. Sacrament. num. 11. & 12.* Galgan. *de iure publico. lib. 3. tit. 97.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 7.* Fr. Ludou Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 49.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract. 4. cap. 3.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 4. cap. 3. cum ſeqq.* Villalob. *p. 1 ſum. tract. 10. diffic. 4.* Paul. Laymann. *in Theologia morali lib. 5. tract. 8.* Tambutin. *de iure Abbatum tom. 2 diſp. 7.* Ioan. Chapeauille *de modo miniſtrandi ſacrament. tempore peſtis cap. 5.* Zambran. *de caſib. in articulo*

*mortis cap.*5. Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. regul. reſolut* 141. *de Vnctione Extrema*, Torreblanca *de iure ſpirituali lib.* 2. *cap.*11. Hurtado *de Sacram. tract. de Extrema-Vnctione*, Metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi part.*2. *alleg.*31. *& de officio, & poteſtate Parochi, cap.*22.

De Inſtitutione Sacramenti Extremæ-Vnctionis.

Capvt I.

1. *Extrema-Vnctio verè & propriè eſt nouæ legis Sacramentum.*
2. *Extremæ Vnctionis Sacramentum à Chriſto D.N. inſtitutum.*
3. *Materia proxima ſacramenti Extremæ-Vnctionis eſt vnctio ſaltem quinque ſenſuum facta à Sacerdote.*
4. *Materia Extremæ Vnctionis eſt oleum ab Epiſcopo benedictum.*
5. *Sacerdos ſimplex an poſſit ex commiſſione Papæ oleum,& Chriſma conſecrare, ſeu benedicere.*
6. *Parochus non excuſatur à peccato ſi oleum alterius anni adhibeat, niſi neceſſitas aliud ſuaderet.*
7. *Parochus eo caſu, quo oleum conſecratum creditur non ſufficere pro toto anno, licitè poteſt ei miſcere oleum non conſecratum in minori quantitate.*
8. *Oleum ſanctum à quovis Epiſcopo recipiunt Fratres Cruciferi.*
9. *Et Fratres S. Mariæ de Monte Carmelo.*
10. *Oleum ſanctum permittere debet Epiſcopus quòd Regulares teneant in eorum Eccleſiis pro vſu ipſorum dumtaxat.*
11. *Olea ſacra poſſunt ab Epiſcopo benedici in alia Eccleſia à Cathedrali.*
12. *Olea ſacra quotannis ab Epiſcopo conficiuntur.*
13. *Conſecratio ſacrorum oleorum debet fieri iuxta formam Pontificalis.*
14. *Olea ſacra ex cauſa neceſſitatis poſſunt confici ab Epiſcopo cum minori numero Sacerdotum.*
15. *Oleum ſanctum debet aſſeruari in Cathedrali, & ab eius dignitatibus diſpenſari aliis Eccleſiis.*
16. *Forma Sacramenti Extremæ Vnctionis.*
17. *Vngi poteſt organum ſenſus magis obuium, ſi periculum fuerit in mora.*

a Marc. 6. b Iac. 5. c. presbyteros, 95. diſt. c. 1. §. 1 de Sacr. Vnctione, Conc. Cabilon cap. 48. Innoc. 1. epiſt. 1. c. 8.

INſtituta eſt autem hæc Vnctio infirmorum tanquam verè, & propriè Sacramentum noui Teſtamenti *a à Chriſto Domino noſtro*, *a* apud Marcum quidem inſinuatum, *b* per Iacobum autem Apoſtolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in vobis? Inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, *β vngentes eum oleo*, in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apoſtolica traditione, per manus accepta, Eccleſia didicit, docet materiam, formam, proprium miniſtrum, & effectum huius ſalutaris Sacramenti: intellexit enim Eccleſia, *γ materiam eſſe oleum, ab Epiſcopo benedictum.* Nam Vnctio aptiſſimè Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repræſentat, *δ formam deinde eſſe illa verba*, Per iſtam vnctionem, &c.

1. EXtremam-Vnctionem verè, & propriè eſſe nouæ legis Sacramentum, probant S. Thom. 3. *p. q.* 29. *art.* 1. Suar. *tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 39. *ſect.* 1. & 2. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 79. *art.* 1. Franc. Pitigian. *diſt.* 23. *quæſt. vnica, art.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. *n.* 43. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 11 *quæſt.* 1. *ſtatim in princ.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 19. *dub.* 1. Bonacina *eod. tract. diſp.* 7. *quæſt. vnica, puncto* 1. *n.* 1. & 3. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 3. *cap.* 10. §. 1. *num* 13. Ioan. de Lugo *de Sacr. in genere diſp.* 7. *ſect.* 1. *n.* 3. *in fine.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 7. Hurtado *de Sacrament. tract. de Extrema-Vnctione diffic.* 1. Et nullum in veteri lege reſpondere potuit Sacramentum huic Extremæ Vnctionis, quod eſt quædam immediata præparatio ad gloriam, & ingreſſum ad cœlum; quia pretio nondum ſoluto aditus in cœlum patere non potuit, vt docet Sayr. *de Sacram. in genere lib.* 3. *cap.* 4. *quæſt. vnico, art.* 2. *verſ. quintum eſt, prope medium.*

2. *a A Chriſto Domino noſtro, &c.*] Vide Henriq. *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 7. Sayr. *de Sacrament. in genere lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 2 *art* 2. & *quæſt.* 3. *art.* 2. *verſ. de Sacram. Extremæ-Vnctionis*, Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. Valq. *in* 3. *p. tom.* 2 *diſp.* 135. *n.* 4. Valer. Regin. *d. lib.* 28. *n. n.* 45. Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis ſect.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. & *num.* 18. *cum ſeqq.* Bonac. *d. puncto* 1. *num.* 2. & 3. Molfel *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 21. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 3. *cap* 4 *n.* 66. & 74. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 7. & 10. Hurtad. *d. tract. de Extrema-Vnctione diffic.* 3.

β Vngentes eum oleo, &c.] Vnctionem ſaltem quinque ſenſuum factam à Sacerdote eſſe materiam proximam huius Sacramenti, docent S. Th. *in* 4. *diſt.* 23. *quæſt.* 2. *art.* 3. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 19. *dub.* 3. *num.* 12. Zambran. *dict. cap.* 5. *in princ. n.* 3. Bonac. *d. puncto* 2. *num.* 9. Ego ipſe *d. cap.* 22. *num.* 27. vbi *n.* 28. aduerto in illis vngendis non eſſe neceſſarium ordinem neceſſitate Sacramenti, quia mutato ordine adhuc completa manet ſignificatio, & *num.* 31. quòd ſi ægrotus manibus careat, vngenda eſt caro propinqua: ſi oculis careat, locus oculorum vngi debet, & *n.* 33. & 34. quòd in caſu neceſſitatis, quando periculum eſt in mora, ſine culpa poterit vna auris, vel vna manus inungi, & quòd tunc cauſa celebrandi propter periculum inſtantis mortis vnctiones ſine cruce fieri nihil obſtat. 3.

γ Materiam eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum.] Vide Sayr. *de Sacramentis in genere lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt. vnic. art.* 3. *de Sacramentis, verſ. de Extrema-Vnctione.* Zerol. *in praxi Epiſcop part* 1. *verb. Extrema-Vnctio* §. 1. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 2. *de Sacram.* vbi de Extrema-Vnct. *cap.* 2. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap* 9. *verſ. quotieſcunque, in fine.* Valer. Reginald *d. lib.* 28. *num.* 50. *cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *d. diſput.* 29 *à num* 5. Bonacin. *d. quæſt vnic. punct.* 2. *num.* 2. Fernandez *d.* §. 1 *num.* 2. Vincent. Filliuc. *in quæſt.* 4.

Digitized by Google

quæſt. moralibus tract. 3. *cap.* 4. Zambran. *de Extrema-Vnctione, cap.* 5. *in princ. num* 3. Torreblanca *d. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 11. *cum ſeqq.* Hurtado *d. tract. de Extrem Vnct. diffic.* 5. Metipſum *de officio & poteſtate Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 31. *num.* 13. *& de officio & poteſt. Parochi cap.* 22. *num.* 24. *cum ſeqq.*

5. Vtrùm Sacerdos ſimplex ex commiſſione Papæ poſſit oleum, & Chriſma conſecrare, ſeu benedicere? Vide Sot. *in* 4. *diſt.* 23. *q.* 1. Caiet. *in* 3. *p. q.* 72. *art.* 3. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *c* 6. *n* 7 Viuald. *in candel. aureo*, vbi de Extrem. Vnct. *tit. de materia numero* 4. Henriq. *lib.* 3. *cap.* 8. §. 2. Barth. ab Angel. *dial.* 3. §. 98. Fernandez *d.* §. 1. *n.* 2. *in fine*. Zambran. *de caſibus in art. mortis cap.* 5. *num.* 3. Bonacio. *dicto puncto* 2. *n.* 3. vbi ait affirmatiuam ſententiam probabilem ſibi videri, & *num.* 4. reſoluit oleum oliuatum eſſe materiam ſufficientem huius Sacramenti, etiamſi benedictum ſit ab Epiſcopo alia benedictione, quàm benedictione conſueta ab Eccleſia, & *num.* 5. aſſerit non eſſe validum Sacramentum Extremæ-Vnctionis, ſi aliud oleum per errorem adhibeatur, præter oleum infirmorum, refero ego ipſe *d alleg.* 31. *n.* 16. *& d. cap.* 22. *num.* 24.

6. Non videri à peccato excuſandum Parochum ſi oleum alterius anni adhibeat, reſoluunt Bonacina *d. quæſt. unic. puncto* 2. *n.* 6. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 7. §. 2. *n.* 1. Poſſeuin. *de officio Curati cap.* 9. *n.* 5. Ludouic. à S. Ioanne *de adminiſtr. Sacram art.* 5. *de Extrema-Vnctione n.* 1. Torreblanca *d. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 16. quia debet eſſe benedictum eo anno, vt præcipitur *in cap. litteris, de conſecrat. diſt.* 3. niſi neceſſitas aliud ſuaderet; tunc enim poſſe Parochum vetere oleo morituros vngere donec nouum ipſi ab Epiſcopo tranſmiſſum fuerit, reſoluunt Zambran. *d. cap.* 5. *dub.* 4. *num.* 15. Vgolin. *d.* §. 2. *num.* 2. Paul. Laymann. *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 8. *cap* 2. *num.* 4. vbi aduertit quòd ſi adueniente nouo ex veteri aliquid remanſerit in lampadibus Eccleſiæ, quæ ante venerabile Sacramentum ſunt, ponendum eſt vt comburatur, refero Ego ipſe *d. cap.* 22. *num.* 25.

7. Parochum eo caſu, quo oleum conſecratum credit non ſufficere pro toto anno, licitè poſſe ei miſcere oleum non conſecratum, quando timet fore vt oleum conſecratum non ſufficiat, modò quod additur ſit minoris quantitatis conſecrato, argum. *cap. quod in dubiis, de conſecrat. Eccleſ.* reſoluunt Fuſc. *de Viſitat. lib.* 1. *c.* 6 *num.* 10. Poſſeuin. *d. cap* 9. *num.* 2. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 8. Ego ipſe *d. alleg.* 31. *num.* 17. *& d. cap.* 22. *num* 26. Ludouic. à S. Ioanne *d. loco n.* 1. Zambran. *d. cap.* 5. *dub.* 5. Torreblanca *d lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 17.

8. Oleum ſanctum à quovis Epiſcopo recipiunt Fratres Cruciferi, Vrbanus III. *conſt.* 1. incip. *Cùm anteceſſor*, 7. *Kal. Aprilis* 1187.

9. Oleum ſanctum pro adminiſtranda Extrema-Vnctione ſuis Fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo per Archiepiſcopos, & Epiſcopos exhiberi iuſſit Clemens VIII. *conſt.* 57. incip. *Exponi*, 24. *Martij* 1599.

10. Oleum ſanctum permittere debet Epiſcopus quòd Regulares teneant in eorum Eccleſiis pro ipſorum vſu duntaxat, Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 10. vbi refert deciſum in S. Congregat. Epiſcop. & Regul. *in Æſina* 13. *Iulij* 1586.

Olea ſacra poſſunt ab Epiſcopo benedici, & conſecrari etiam in alia Eccleſia ſi à Cathedrali abfuerit, idem Aldan. *d. titul.* 8. *num* 11. vbi ait reſolutum à S. Rit. Congreg. *in Oriolen.* 17. *Nouembris* 1600. 11.

Olea ſacra quotannis ab Epiſcopo confici, & ſuæ diœceſis Presbyteris diſtribui debens, crematis veteribus, & vetera non poſſunt adhiberi poſtquam noua ſunt conſecrata, Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 12. vbi aſſerit deciſum in S. Congreg. Rit. *in Cepten.* 7. *Septemb* 1601. 12.

Oleorum ſacrorum conſecratio debet fieri omnino iuxta formam Pontificalis, & Canonici ſupplere debent, ſi numerus ſufficiens Presbyterorum non adſit præter Canonicos, Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 13. vbi ait fuiſſe reſolutum ab ead. S. Rit. Congregat. *in Lauretana* 9. *Maij* 1606. 13.

Olea ſacra ex cauſa neceſſitatis poſſunt confici ab Epiſcopo cum minori numero Sacerdotum quàm præſcribitur in Pontificali, Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 14. referens ita fuiſſe deciſum ab eadem S. Congregat. Rit. *in Curien.* 21. *Auguſti* 1604. *& in Naxien.* 12. *Martij* 1616. 14.

Oleum ſanctum debet aſſeruari in Cathedrali, & ab eius dignitatibus diſpenſari aliis Eccleſiis, Aldan. *d. titul.* 8. *num.* 18. vbi atteſtatur ita reſolutum ab eadem S. Congreg. *in Tuſcanen* 19. *Auguſti* 1619. 15.

d Formam deinceps eſſe illa verba, &c. Vide Henriq. *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 8. §. 3. Sayr. *de Sacramentis in genere lib.* 1. *cap.* 3. *art.* 5 *verſ. in Extrema-Vnctione*, Ægid. de Coninck *d. diſput.* 19 *à num.* 13. Valer. Reginald. *d lib.* 28. *à num.* 45. Petr. de Ledeſma *in ſumma part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Sacramento Extremæ-Vnctionis, *cap.* 3. Bonacin. *d. quæſt. vnica puncto* 3. *ſub rub. Quænam ſit forma Sacramenti Extremæ-Vnctionis*. Fernandez *d.* § 1. *num.* 4. *&* 5. Suar. *tom.* 4. *de pænit. diſput.* 40. *ſect.* 3. Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract.* 4. *cap.* 3. *num.* 27. Paul Laymann. *in Theologia morali, lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 3. Metipſum *de officio, & poteſtate Parochi, c.* 22. *n.* 35. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 25. Hurtado *d. tract. de Extrema Vnctione diffic.* 7. 16.

Vbi autem periculum fuerit in mora, vel morbus eſſet contagioſus, putà tempore peſtis, credunt infrà citandi ſatis eſſe ſi vngatur organum ſenſus magis obuium, dicendo: *Per iſtam ſanctam vnctionem, & piiſſimam ſuam miſericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum, & greſſum*. Ita Suar. *d. tom.* 4. *diſput* 41 *ſect.* 3. Victorel. *de Extrema-Vnctione*, §. *de ſingulis vnctionib.* Ægid. de Coninck *d. diſputat.* 19. *dub* 5. Poſſeuin. *d. c.* 9 *n* 19. Bonacina *d. quæſt. vnica punct* 3. *n.* 5. Chapeauille *de modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis, cap.* 5. *quæſt.* 30. Paul. Laymann. *d. cap.* 3. *verſ. ſecundò*, Ego ipſe *d. n* 35. 17.

De Effectu Sacramenti Extremæ-Vnctionis.

CAPVT II.

1. *Doctores de effectu Sacramenti Extremæ-Vnctionis agentes.*
2. *Sacramentum Extremæ-Vnctionis impendit ſuum effectum in vltima vnctione.*
3. *Primarius huius Sacramenti effectus eſt tollere reliquias præcedentium peccatorum.*
4. *Huius Sacramenti effectus eſt ſanitas corporis.*

Res

a Iacob. 5. Ibidem. b Inf. can. 2. de Sacr. Extremæ-Vnctionis. Gen. 3.

REs porrò, & effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et *a* oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, &, ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: *b* res etenim hæc gratia eſt Spiritus ſancti, cuius Vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, *α ac peccati reliquias abſtergit*, & ægroti animam alleuiat, & confirmat magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatur, *β & morbi incommoda, ac labores* leuius fert, & tentationibus Dæmonis, calcaneo inſidiantis, facilius reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum, vbi ſaluti animæ expedierit, conſequitur.

1. VIde Henriq. *in ſumma lib. 3. cap. 9.* Franc de Pitigian. *diſt. 13. quæſt. vnica art* 8. Petr. de Ledeſm. *in ſumma p. 1. de Sacram.* vbi de Sacramento Extremæ Vnctionis. *cap* 4. Suar. *tom. 4. de pœnit. diſput.* 4. *ſect.* 1. Sayr. *de Sacram. in genere, lib* 5. *cap.* 6. *quæſito vnico, art. 2. verſ. de Sacr. Extrema-Vnct.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſp. 19. num. 16. cum ſeqq.* Bonac. *in ſimili tract. diſput.* 7. *q. vnica. punct* 6 *à n.* 1. Fernandez *in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 10. §. 1. n.* 10 Baldvin. *in ſuper opera controuerſ. Bellarmini part. 2. lib. 6. c. 2.* Vide tit. Fillius. *in quæſt. moral. tract. 5. c. 6. n. 117. cum ſeqq.* Ioan. Sanct. *in ſelect. diſp. 27. n* 6. Torreblanca *de iure ſpirit. lib 2. cap. 12. n. 30. cum ſeqq.* Hurtad. *de Sacram. tract. de Extrem. Vnct. diffic.* 8.

2. Sacramentum Extremæ-Vnctionis impendere ſuum effectum, in vltima vnctione virtute omnium præcedentium, reſoluunt Sot. *in 4. diſt. 23. quæſt. 1. art. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 19. q. 5. in fine*, Ægid. d. Coninck *d. diſput. 19. dub. 6.* Bonac. *d. punct. 6. num. 2.*

α Ac peccati reliquias abſtergit.] Primarium huius Sacramenti effectum eſſe, tollere reliquias præcedentium peccatorum tam originalis, quàm actualium, mortalium, & venialium, tenent per hunc text. Ægid. de Coninck *d. diſp. 19. dub. 7. c. 17.* Torreblanca *d. lib. 2. cap. 12. num. 31.* latè Hurtado *d. tract. de Extrem. Vnct. diffic.* 8. 3.

β Et morbi incommoda ac labores, &c] Sanitatem corporis ſi ... Sacramenti effectum & rem, explicat Ioan. de Lugo *de Sacrament. in genere diſput. 2. ſect. 8. num.* 166. ... conferre ſalutem corporalem quando expedit, tradunt Valent. *tom. 4. diſput. 8 quæſt. 1. puncto* 5. Suar. *part. 3. tom. 4. diſp. 41. ſect. 3. ex num.* 1. Torreblanca *dict. lib. 2. cap. 11. num.* 32. 4.

De Miniſtro Sacramenti Extremæ-Vnctionis, & Tempore, quo dari debeat.

CAPVT III.

1. *Miniſtri proprij Extremæ-Vnctionis ſunt Eccleſiæ Presbyteri.*
2. *Regulares Sacerdotes, qui Extremam-Vnctionem ſine proprij Parochialis Presbyteri ſpeciali licentia miniſtrauerint, ipſo iure excommunicationem incurrunt Sedi Apoſt. ſpecialiter reſeruatam.*
3. *Regulares poſſunt Extremam-Vnctionem toties quoties opus fuerit, miniſtrare omnibus & ſingulis Fratribus profeſſis, conuerſis, oblatis, donatis, nouitiis, & ſeruitoribus ſæcularibus.*
4. *Excommunicationem* Clem. 1. de priuileg. *non incurrunt Religioſi adminiſtrantes cum ratihabitione parochi, vel in caſu neceſſitatis ipſo abſente.*
5. *Sacerdotes plures ſimul cum Curato eodem tempore poſſunt Extremam-Vnctionem dare.*
6. *Extrema-Vnctio illis infirmis preſertim adhibenda, qui tam periculoſe decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur.*
7. *Extrema-Vnctio vt exhibeatur non eſt expectandus articulus, quo infirmus omni prorſus ſenſu careat.*
8. *Extremæ-Vnctionis Sacramentum iterari poteſt ſtatu infirmitatis mutato.*

a Cap. illud ſuperfluum, 95. diſt. & infr. canon. vlt. b 1. Tim. 4. Iacobi 5. c Infr. can. 3. de Sacrament. Extr. Vnct. d Cap. non licet. 12. diſt. c. 1. in fin. de ſumma Trinit. & cap. fin. de foro compet.

IAm verò, quod attinet ad præſcriptionem eorum, qui & ſuſcipere, & miniſtrare hoc Sacramentum debent, haud obſcurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum, nam & oſtenditur illic, proprios huius Sacramenti miniſtros eſſe Eccleſiæ Presbyteros, quo nomine, eo loco, non ætate ſeniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, ſed *a* aut Epiſcopi, aut Sacerdotes, ab ipſis ritè ordinati, *b* per impoſitionem manuum presbyterij Declaratur etiam, eſſe hanc Vnctionem *α infirmis adhibendam*, illis verò præſertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur, vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod ſi Infirmi poſt ſuſceptam hanc Vnctionem conualuerint, *β iterum huius Sacramenti ſubſidio*, iuuari poterunt, cum in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi ſunt, qui contra tam apertam, & dilucidam Apoſtoli Iacobi ſententiam docent, hanc Vnctionem vel figmentum eſſe humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promiſſionem gratiæ habentem, & qui illam iam ceſſaſſe aſſerunt, quaſi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiua Eccleſia referenda eſſet, & qui dicunt, ritum, & vſum quem ſancta Romana Eccleſia in huius Sacramenti adminiſtratione obſeruat, *c* Iacobi Apoſt. ſententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum eſſe, & denique qui hanc Extremam-Vnctionem à fidelibus ſine peccato contemni poſſe affirmant; hæc enim omnia manifeſtiſſimè pugnant cum perſpicuis tanti Apoſt. verbis. *d* Nec profecto Eccleſia Romana aliarum omnium mater, & magiſtra, aliud in hac adminiſtranda Vnctione, quantum ad ea, quæ huius Sacramenti ſubſtantiam perficiunt, obſeruat, quam quod beatus Iacobus præſcripſit.

Nec

Neceverò tanti Sacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius Spiritus ſancti iniuria eſſe poſſet.

Hæc ſunt quæ de Pœnitentiæ, & Extremæ-Vnctionis Sacramentis, hæc ſancta œcumenica Synodus profitetur, & docet, atque omnibus Chriſti fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autem canones inuiolabiliter ſeruandos eſſe tradit, & aſſerentes contrarium perpetuò damnat, & anathematizat.

3 Extremæ-Vnctionis proprios miniſtros eſſe Eccleſiæ Presbyteros, per hunc text. aſſerunt Card. Bellarm. *in controuerſ. Catholic. tom. 3. lib. de Extrema-Vnctione c. 9. in princip.* Suar. *tom. 4. diſp. 43.* Henriq. *in ſumma lib. 3. cap. 13. §. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 79. art. 1.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 2. quæſ. 3. art. 2. verſ. de Sacrament. in med.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. de Sacrament.* vbi de Sacramento Extremæ-Vnctionis, *c. 5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Extrema-Vnctio, §. 2.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœn. lib. 28. à n. 60.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 19. à num. 27.* Bonacin. etiam *de Sacrament. diſput. 7. quæſt. vnica puncto 4. à num. 1.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 10. §. 1 num. 8.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tom. 1. tract. 4. quæſt. 53.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 4. cap. 3. num. 32.* Vinc. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 3. cap. 5. num. 87.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 5. tract. 8. cap. 6. à num. 1.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis, c. 5. dub. 8. n. 2.* Ludouic. à S. Ioanne *de adminiſtr. Sacrament. art. 5. de Extrema-Vnctione num. 25.* Torreblanca *de iure ſpirituali lib. 2. cap. 11. num. 26. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram. tract. de Extrema-Vnct. diffic. 12.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. reſolut. 142. à num. 1.* Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. diſp. 7. quæſt. 2.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Parochi cap. 22. à princip.* qui ferè omnes numeris immediatè ſeqq. reſoluunt non poſſe Presbyteros hoc Sacramentum adminiſtrare niſi habeant iuriſdictionem, & ab Eccleſia non impediantur, ac propterea grauiter peccare qui non eſt proprius Sacerdos, aut Parochus; vel qui facultatem non habet à proprio Parocho, ſi hoc Sacramentum adminiſtrauerit, quia hoc ad proprij Paſtoris pertinet officium, & nullus mittere debet falcem in meſſem alienam, ſibique alienam iuriſdictionem vſurpare.

4 Regulares autem Sacerdotes, qui clericis, ſæcularibus, ſiue laicis Sacramentum hoc ſine proprij parochialis Presbyteri ſpeciali licentia miniſtrauerint, ipſo iure excommunicationem incurrere Sedi Apoſtol. ſpecialiter reſeruatam, probat text. *in Clement. 1. de priuileg.* & ex illa colligunt Henriq. *in ſumm. lib. 13. cap. 40. §. 4. littera N,* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 60. art. 8. verſ. decima,* Zerol. *d. verb. Extrema-Vnctio, §. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 13. quæſ. 5. verſ. primum,* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 44.* Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. quæſt. 46. art. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 210. verſic. duodecimo.* Lacana *in ſumm. quæſtionum Regular. cap. 9. num. 31. & cap. 21. num. 10.* Bonacin. *d. punct. 4. num. 6.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 3. allegat. 50. num. 96.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. *& de offic. & poteſt. Parochi cap. 22. num. 3.*

Omnibus tamen, & ſingulis Fratribus profeſſis, conuerſis, oblatis, donatis, nouitiis, & ſeruitoribus ſæcularibus, aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus, poſſe ipſos Regulares Sacramentum hoc toties, quoties neceſſarium fuerit, miniſtrare abſque alicuius pœnæ incurſu, conceſſit Eugen. IV. Fratribus Minoribus, referunt Ludouic. Miranda *d. art. 1. verſ. ſed pro,* Portel. *in dubiis regul. verb. famuli, ſeu familiares, num. 1.* Tamb. *d. diſput. 7. q. 3. in princ.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. reg. reſol. 64. num. 1.* Ego ipſe *d. cap. 22. num. 4.*

Excommunicationem *dictæ Clem. 1. de priuileg.* non incurrere Religioſos adminiſtrantes cum ratihabitione Parochi, vel in caſu neceſſitatis ipſo abſente, reſoluunt plures citati à Bonacin *d. quæſt. vnica puncto 4. n. 6.* quibus addo Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt. 49. art. 2. concluſ. vnic. in princip.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 9.* Tambur. *d. diſp. 7. quæſt. 2.* Poſſe enim quemcumque alium Sacerdotem non excommunicatum, aut ſuſpenſum licitè adminiſtrare hoc Sacramentum ſi Parochus adſit, vel non poſſit, aut per manifeſtam iniuriam nolit hoc Sacramentum miniſtrare, ex interpretatiua, ſeu præſumpta Epiſcopi, vel Papæ licentia, ſi pro ea petenda Superior adiri nequeat, tenent Henriq *d. lib. 3. cap. 13. §. 4.* Suar. *tom. 4. de pœnit. diſp. 44. ſect. 2.* Ægid. de Coninck *d. diſput. 19. num. 19.* Fernandez *d. §. 1. n. 8. propè fin.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis cap. 5. dub. 8.* 4

Plures Sacerdotes ſimul cum Curato eodem tempore poſſe Extremam-Vnctionem dare, ita vt vnus vnum ſenſum vngat, ibidem prolata forma partiali, aſſerunt Valer. Reginald *d. lib. 23. num. 61.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Extrema-Vnctio habet,* Ægid. de Coninck *d. diſp. 19. dub. 9.* Poſſeuin. *de officio curati cap. 9. ſub num. 8.* Bonacin. *d. puncto 4. num. 7.* vbi ſubdit hoc non eſſe faciendum ſine neceſſitate, aliàs incurri peccatum mortale. Ludouic. à S. Ioanne *d. loco n. 7.* 5

a Infirmis adhibendam, &c.] Vide Henriq. *d. lib. 3. cap. 11 à princ.* Zerol. *d. verb. Extrema-Vnctio, §. 5. & de Sacram. Pœnit. cap. 15. q. 7. verſ. dico ſecundo,* Galet. *in margarita caſuum conſcient. eod. verb. Extrema-Vnctio n. 1.* Poſſeuin *d. cap. 9. n. 4. in princ.* Ægid. de Coninck *d. diſp. 19. dub. 7.* Ludouic. Miranda *d. q. 49. art. 2. concluſ. 1.* Ludouic. à S. Ioanne *d. art. 5. à num. 5.* Hurtado *d. tract. de Extrema Vnct. diffic. 10.* Fr. Emman. *dicta quæſt. 79. art. 2.* Bonac. *d. quæſt. vnic. puncto 5. n. 1.* vbi *num. 6.* ſubdit parochum adminiſtrare debere hoc Sacramentum cùm viderit hominem eſſe morti proximum ob peſtem, ob ictum viperæ, vel ob rabidum morſum, & addit Chapeauille *in tract. de modo adminiſtrandi Sacramenta tempore peſtis, cap. 5. quæſ. 11.* Sacramentum hoc ſub conditione poſſe adminiſtrari, quamvis etiam adhibito medicorum iudicio probabiliter dubitetur, an homo peſte infectus, & conſequenter in periculo mortis ſit, necne? De quo Ego ipſe *d. cap. 22. n. 22. & ſeq.* 6

Ad exhibendum tamen hoc Sacramentum non eſſe expectandum articulum, quo infirmus omni protinus ſenſu careat, aut quo omnino ipſius deſperata ſit ſalus, aduertunt Nald. *in ſumm. verb. Extrema-Vnctio, n. 1.* Ægid. de Coninck *d. diſp. 19. dub. 7. n. 24.* Poſſeuin. *d. cap. 9. num. 5.* Ludouic. Miranda *dict. quæſtion. 49. art. 2. concluſ. 3.* Bonac. *d. puncto 5. n. 7.* Nec eſſe neceſſarium vt infirmus in lecto iaceat; quia etiam extra lectum inungi poſſe, v. g. peſte infectum, hydropicum, & phthiſicum, reſoluunt Henriq. *d. lib. 3. cap. 11. §. 1.* Zambran. *d. c. 5. & dub. 5.* 7

Senes

Senes quoque, qui in ſenectute deficiunt, abſque alia infirmitate inungi poſſe, tenent Bonacina *d. puncto* 5. *num.*9. *in princ.* Valer. Reginald. *d.lib.*28. *num* 69. Ludou. c. Miranda *d. q.*49. *art.*2. *concl.* 8. vbi idem dicit de mulieribus in partu iamiam deficientibus, & ſimilibus.

8. *β Iterum huius Sacramenti ſubſidio*, &c.] Vide Victor. *in ſum.n.*224 Henriq. *d.lib.*3.§.4. Suar. *tom.*4. *de pœnit.diſp.*40. *in fine*, Fr. Emman. *d.q.*79. *art.*4. Petr. de Ledeſma *in ſum.p.*1. *de Sacram.* vbi *de Sacram. Extreme-Vnction.c.*8. Ægid. de Coninck *d.diſp.*19. *à n.*26. Valer. Reginald. *d.lib.*18.*n.*49. Bonacin. *dict. quæſt. vnic. punct.*6.*n.*4. Poſſeuin. *d.c.*9.*n.*18. Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis tract.* 4. *c.*3. *num.*55. Paul. Laymann. *d. c.*4.*n.*5. Metipſum *de officio, & poteſt. Parochi,c.* 22.*d.*38. Torreblanca *d.lib.*2 *c.*11.*n.*41.

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.

1. *Pœnitentia eſt verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur.*
2. *Baptiſmus & Pœnitentia Sacramenta duo diſtincta ſunt.*
3. *Pœnitentia vocatur ſecunda poſt naufragium tabula.*
4. *Verba Domini,* Accipite Spiritum ſanctum, &c. *intelliguntur de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ.*
5. *Actus tres in pœnitente requiruntur quaſi materia Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio.*
6. *Contritio bona ex quibus non eliciatur.*
7. *Confeſſio Sacramentalis inſtituta & ad ſalutem neceſſaria eſt iure diuino, & modus ſecretè confitendi eſt a Chriſto inſtitutus.*
8. *In Sacramento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium eſt iure diuino confiteri omnia & ſingula peccata.*
9. *Integritas confeſſionis.*
10. *Peccata omnia mortalia poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda ſunt in confeſſione.*
11. *Circumſtantiæ quæ peccati ſpeciem mutent.*
12. *Confeſſio omnium peccatorum non eſt impoſſibilis, ſed ad eam tenentur omnes & ſinguli Chriſti fideles ſemel in anno.*
13. *Abſolutio Sacramentalis Sacerdotis eſt actus iudicialis, non nudum miniſterium.*
14. *Sacerdotes in peccato mortali exiſtentes ligandi & ſoluendi poteſtatem habent.*
15. *Sacerdotes ſoli ſunt miniſtri abſolutionis.*
16. *Epiſcopus habet ius reſeruandi caſus, & caſuum reſeruatio prohibet quominus Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat.*
17. *Per pœnitentiam deletur ſemper tota culpa, & ſimul tota pœna.*
18. *Pro peccatis quoàd pœnam temporalem Deo per Chriſti merita ſatisfit pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis.*
19. *Satisfactionibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt.*
20. *Claues Eccleſiæ datæ ſunt ad ſoluendum, & ligandum.*

α CANON I.

a Supr.c.1. de pœnit.

SI quis dixerit, in Catholica Eccleſia *a* Pœnitentiam non eſſe verè, & propriè Sacramentum, pro fidelibus quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum: anathema ſit.

β CANON II.

b Supr.c.2.

c Cap.2. poſt naufragium, de pœn.d.1.

Si quis Sacramenta confundens, *b* ipſum Baptiſmum Pœnitentiæ Sacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideo Pœnitentiam non rectè ſecundam *c* poſt naufragium tabulam appellari: anathema ſit.

γ CANON III.

d Ioann.20. Matth. 4. ſupr. cap.1. & in ſeſſ. de iuſtificat. cap.14.

Si quis dixerit, verba illa Domini *d* Saluatoris: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit, detorſerit autem contra inſtitutionem huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangelium, anathema ſit.

δ CANON IV.

e Supr.c.3. de pœnit.

Si quis negauerit, *e* ad integram & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materiam Sacramenti, Pœnitentiæ, videlicet, Contritionem Confeſſionem, & Satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur, aut dixerit, duas tantum eſſe Pœnitentiæ partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, anathema ſit.

ε CANON V.

f Supr. c.4. de pœnit.
g Iſaiæ 38.

Si quis dixerit, *f* eam Contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem & deteſtationem peccatorum, qua *g* quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non verum & vtilem dolorem, nec præparare ad matrem, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, demum illam eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium, anathema ſit.

ζ CANON VI.

h Supr. 6. de pœnit. Clem.1. in ep.1. ad Iacobū. Conc. Cabil c.8.

Si quis negauerit *h* Confeſſionem Sacramentalem vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam

neceſſariam eſſe iure diuino, aut dixerit modum ſecretè confitendi ſoli Sacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum, anathema ſit.

h CANON VII.

Si quis negauerit, i Sacramento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino, confiteri omnia & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ ſunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant; ſed eam Confeſſionem tantùm eſſe vtilem ad erudiendum, & conſolandum pœnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe tantùm ad ſatisfactionem canonicam imponendam; aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum: aut demum, non licere confiteri peccata venialia, anathema ſit.

i Suprà c.5. Deut. 5.

i CANON VIII.

Si quis dixerit, Confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſeruat, k eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam, à piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos, vtriuſque ſexus, Chriſti fideles, iuxta magni Concilij l Lateranenſis conſtitutionem, ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſſimæ, anathema ſit.

k Supr.c.5.

l Conc. Lat. ſub Innoc. 3 c. 21. & c. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ.

l CANON IX.

Si quis dixerit, m Abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti: modò tantùm credat, ſe eſſe abſolutum: aut Sacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat: aut dixerit, non requiri Confeſſionem pœnitentis, vt Sacerdos eum abſoluere poſſit, anathema ſit.

m Suprà c. 6. in fin. de ſuffic.

n CANON X.

Si quis dixerit Sacerdotes, qui in n peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, aut non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum: o Quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſſit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem, anathema ſit.

n Supr. c. 1. & 9. de pœnit.

o Mat. 16. & 18. Ioan. 20.

λ CANON XI.

Si quis dixerit, Epiſcopos non habere ius p reſeruandi ſibi caſus, niſi quo ad externam politiam, atque ideò caſuum reſeruationem non prohibere, quo minus Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat, anathema ſit.

p Supr. c. 7. c. ſi Epiſc. de pœn. in 6. c. de cætero & c. de monialibus de ſent. excom. cum ſimil.

μ CANON XII.

Si quis dixerit, totam pœnam ſimul cum q culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionémque pœnitentium non eſſe aliam, quam fidem, qua apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe, anathema ſit.

q Supr. c. 8. de pœnit.

ν CANON XIII.

Si quis dixerit, pro r peccatis, quo ad pœnam temporalem, minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis, ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, ſed neque ſponte ſuſceptis, vt ieiuniis, orationibus, eleemoſynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideò optimam pœnitentiam eſſe tantùm nouam vitam, anathema ſit.

r Supr. c. 8. & 9.

ξ CANON XIV.

Si quis dixerit, ſ ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipſum beneficium mortis Chriſti obſcurantes, anathema ſit.

ſ Supr. c. 5.

ο CANON XV.

Si quis dixerit, Claues Eccleſiæ eſſe t datas tantum ad ſoluendum, non etiam ad ligandum: & propterea Sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clauium, & contra inſtitutionem Chriſti: & fictionem eſſe, quod virtute Clauium, ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat, anathema ſit.

t Supr. c. 1. & 8. in fin. de pœnit.

α CANON I.] Vide Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, precept.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. 2. 2. *&* 10. Barthol. à S. Fauſto *tom.* 3. *de Pœnit. lib.* 2. *q.* 1. *cum ſeqq.* Sayr. *de Sacramentis in genere lib.* 6. *c.* 4 *quæſ.* 1. *verſ. pœnitentia*, dum ait ſacramentum Pœnitentiæ neceſſarium eſſe ſolùm his, qui peccauerunt mortaliter poſt Baptiſmum, Bonacina *de Sacram. diſp.* 5. *q.* 3. *punct.* 1. *n.* 4. dum poſt alios reſoluit peccatum tam originale, quàm actuale ante Baptiſmum commiſſum non eſſe materiam neceſſariam, & ſufficientem ſacramenti Pœnitentiæ, Ioann. de Lugo *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp.* 16. *ſect.* 1. *n.* 13.

Digitized by Google

2. β Canon II.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro Cathol. tom. 2. lib. 7. art. 1.* Balduin. Iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. p. 2. lib. 5. c. 1 poſt princip.* Molfeſ. *in ſum. Theologia moralis tract. 1. c. 8. n. 28.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 2. q. 10.*

3. Pœnitentiam rectè vocari ſecundam poſt naufragium tabulam, ex hoc can. colligunt Henriquez *in ſumm. lib. 1. cap. 4. §. 1. in med.* Sayr. *in claui regia lib. 10. cap. 4. num. 1.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 2. q. 11. & 12.*

4. γ Canon III.] Vide Sot. *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. col. mihi 20.* Vaſquez *in 3. p. tom 2. q. 135. n. 29.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. diſput. 4. dub. 1. n. 16.* Bonacin. *in ſimili tract. diſp. 5. quaſt. 2. punct. 4. num. 2. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 7. c. 14. n. 16.*

5. δ Canon IV.] Vide Sot. *in 4. diſt. 17. q. 2. art. 2. col. 1.* Suar. *tom. 4. de Pœnitent. diſput. 18. ſect. 2.* Henriquez *in ſum. lib 4. c. 9. & 10.* Onuphr. *diſp. 3. de pœnit. ſect. 1 q. 2.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. Confeſſ. lib. 1. c. 7. & 8.* Paul. Laymann. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 6 cap. 3. num 6.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. diſp. 4 dub. 4. num. 32.* Sayr. *de Sacrament. in genere, lib. 1. c. 3. quaſt. vnic. art. 7. verſ. ad primum,* Ioan. Sanc. *in ſelect. diſput. 26. num. 7.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 10. n. 60. cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnitent. lib. 5. q. 5* Fernandez *in examine Theologia moral. p. 3. c. 8. §. 3.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 7. c. 3. num. 24. & cap. 4. n. 7.* vbi ait quòd hic vocatur quaſi materia, quia non eſt vera materia elementaris, eſt tamen loco illius, & ſic vera materia Sacramenti, Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. lib. 2. c. 3. n 6. & lib. 9. c. 3. à num. 1.* Bonacina *d. diſput. 5. quaſt. 3. punct. 1. num. 1.* vbi cum aliis tenet materiam proximam ſacramenti Pœnitentiæ eſſe actus pœnitentis, videlicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, & *in verſ. reſpondeo primo,* cum Henriq. *d. c. 10. §. 3. in commento litt. V,* particulam *quaſi,* non adhiberi in præſenti canone ad diminuendam proprietatem rei, ſicut & in illo loco Ioan. 1. *quaſi vnigenitus à patre.*

6. ε Canon V.] Vide Nauarr. *in commento de Iubileo notab. 19. ad finem,* Iul. Lauor. *de Iubilao, & Indulgent. p. 1. c. 14. à n. 67.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract. 7. c. 2. n. 27.*

7. ζ Canon VI.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico tom. 2. lib. 7. art. 5.* Fernandez *in examine Theologia moral. p. 3. c. 6. §. 4. n. 11.* Doctores citatos *ad cap 1. de Sacram. Pœnitentia.*

8. η Canon VII.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico lib. 7. art. 2.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quaſt. 19. n. 10.* Vincent. Filliuc. *in quaſt. moralib. tom. 1. tract. 7. n. 105.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. lib. 1. c. 1. n. 2.* Laymann. *in ſumma Theologia moral. lib. 5. tract. 6. cap. 3. num. 5.* Hurtado *de Sacramentis tract. de Pœnit. diſp. 9. diffic. 1.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 4. q. 62. & q. 174.*

9. De integritate confeſſionis, vide S. Thom. *p. 3. quaſt. 91.* vbi Vaſquez innumeros Patres, & Scholaſticos citat, Suar. *tom. 2. de Pœnitent. diſp. 12. & 23.* Marcel. Megal. *part. 1. inſtit. Sacerd. lib. 5. cap. 8. cum ſeqq.* Ioan. Maldon. *tom. 2. de Pœnitent. in controuerſ. de confeſſ. cap. 4. fol. 51. cum ſeqq.* latè Molfeſ. *in ſum. Theologia moralis, tract 7. c. 12. de integritate Confeſſ.* Fagund *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 1. lib. 3. cap. 3. & 4.*

10. Omnia, & ſingula peccata mortalia poſt Baptiſmum commiſſa neceſſariò explicanda eſſe in Confeſſione quoad numerum, quantum moraliter fieri poteſt, docent S. Thom. *in diſtinct. 47. q. 3. art. 4.* Val. *tom. 4. diſp. 7. quaſt. 11. puncto 1. col. 4.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. de Sacramentis,* vbi de Sacramento Pœnit. *cap. 17. concluſ. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 6. n. 92. & 99.* Pitigian. *p. 2. diſt. 17. quaſt. vnica art. 6. concluſ. 1. & art. 11. concluſ. 2.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſp. 7. dub. 1. concluſ. 1.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 5. quaſt. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 2. n. 2.* vbi *n. 2.* obſeruat non eſſe opus ſingula peccata ſigillatim ſucceſſiuè recenſere, ſed ſufficere vno verbo dicere numerum peccatorum vnius ſpeciei.

De circumſtantiis, quæ peccati ſpeciem mutant, vide Luc. Pinel. *de Pœnitent. tract. 2. de confeſſ. cap. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. circumſtantia,* Valent. *tom. 8. diſput. 7. quaſt. 11. puncto 1. aſſert. 2.* Nugn. *in addit. ad 3. p. q. 9. art. 2. dub. 2. concluſ. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 6. num. 12.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 31.* Pitigian. *p 2. diſt. 17. quaſt. vnica art. 5. concl. ..* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 5. quaſt. 5. ſect. 2. puncto 2. §. 1. diffic. 3. à n 6. cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §. 6. à n. 3.* Fagundez *d. pracept. 6. lib. 4 c. 1.* Ioann. de Lugo *de Sacramentis in tract. de Pœnit. diſp. 16. n. 104. cum multis ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœnit. lib 4. q. 76. cum ſeqq.* 11.

θ Canon VIII.] Vide Suar. *tom. 4. de Pœnitent. diſput. 21. ſect. 3. num. 5. & 6.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. quaſt. 11 puncto 1. in fine,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1. de Sacram.* vbi de Pœnit. *cap. 8. concluſ. 2.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſp. 6. n. 1. cum ſeqq.* Vaſquez *tom. 4. in 3. p. q. 90. art. 2. dub. 1.* Megal *p. 1. inſtit. Confeſſ. lib. 5. cap. 3. num. 6. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 7. c. 10. n. 9.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. in proœmio, & lib. 1. cap. 3. n. 2 & lib. 3. cap. 1. num. 4.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 25. pag 63. cum ſeqq.* Trullench. *in Decalog. lib. 3. c. 3. dub. 1. n. 1.* 12.

ι Canon IX.] Vide S. Thom. *3. p. quaſt. 84. art. 3.* Sot. *in 4. diſtinct. 14. quaſt. 1. art. 3.* Nauarr. *in manual. cap. 4. num. 7.* Onuphr. *diſput. 2. de Pœnitent. ſect. 1. quaſt. 5. dub. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. n. 138.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 19. ſect. 1 num. 9. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſum. Theologia moral. tract. 7. cap. 5. n. 28.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. lib. 2. cap. 11. num. 2. & lib. 3. c. 3. num. 18.* 13.

κ Canon X.] Vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. n. 154. cum ſeqq.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. Confeſſar. lib. 1. cap. 4.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 7. c. 14. à num. 100.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, prac. 2. l. 7. c. 1. n. 2.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. c. 1. n. 10.* 14.

Sacerdotes ſolos eſſe miniſtros abſolutionis, illiſque, & non omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus fuiſſe dictum, *Quacunque ligaueritis,* &c. ex hoc loco colligunt Valer. Reginald. *lib. 1. c. 1.* Ægid. de Coninck *de Sacramentis tom. 2. diſp. 8. à princip.* Molfeſ. *d. c. 14. n. 19.* Fagundez *d. pracept. 2. lib. 7. c. 1. n. 1.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœnitent. lib. 6. q. 18. cum ſeqq.* 15.

λ Canon XI.] Vide Franc. Leon. *in Theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 5. n. 49.* Coriolan. *de caſibus reſeru. p. 1. ſect. 1. art. 1. num. 6.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis tract. 7. c. 17. num. 17.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta. pracept. 1. lib. 8. c. 1. n. 4.* Metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi p. 3. allegat. 50. n. 185. poſt princip.* Et verba canon. *quoad externam politiam,* id eſt, *quoad forum exterius,* intelligunt 16.

Henriquez

Henriq. *in ſumm. lib. 6. c. 14. in princ.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 25. num. 10.* Barthol. à S. Fauſto *tom. 3. in tract. de Pœnit. lib. 8. q. 3.*

17. μ Canon XII.] Vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. n. 2. & 25.* Fernand. *in examine Theolog. moral. p. 3. c. 6. §. 7. n. 2.* Ioan. de Lugo *de Sacram. in tract. de Pœnit. disp. 8. sect. 2. n. 45.*

18. ν Canon XIII.] Vide Card. Bellarm. *lib. 4. de pœnit. cap. 3. cum ſeqq.* Suar. *tom. 4. de pœnit. diſp. 37. sect. 1.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. quaſt. 14. punct. 2.* Marcel. Megal. *p. 1. inſtit. Confeſſ. lib. 6. c. 1. n. 2.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 2. c. 2. q. 9. art. 3. verſ. quo ſuppoſito,* Bonacina *de Sacram. diſp. 5. q. 5. sect. 3. puncto 2. n. 8 cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 7. cap. 25. num. 30.* Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept. 2. lib. 9. c. 1. n. 1.* Ioan. de Lugo *de tract. de Pœnit. diſp. 24. sect. 1. n. 8. & 34.*

ξ Canon XIV.] Vide Nauar. *in man. c. 26. n. 20. cum ſeqq. & in cap. contrarium, de Pœnit. diſt. 5. n. 38.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. diſp. 10. n. 62.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 7. cap. 25. n. 30.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. c. 8. n. 7.* 19.

ο Canon XV.] Vide Molfeſ. *in ſum. Theol. moral. tract. 7. c. 26. n. 56.* 20.

De Sacramento Extremæ-Vnctionis.

1. Extrema Vnctio eſt verè & propriè Sacramentum à Chriſto inſtitutum, & à B. Iacobo promulgatum.
2. Extrema-Vnctio confert gratiam, & remittit peccata, ac alleuiat infirmos.
3. Miniſtri Extremæ-Vnctionis ſunt Sacerdotes ab Epiſcopo ordinati.

α Canon I.

SI quis dixerit, Extremam-Vnctionem non eſſe verè, & propriè Sacramentum à [a] Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à [b] beato Iacobo Apoſtolo promulgatum, ſed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum, anathema ſit.

β Canon II.

Si quis dixerit, ſacram infirmorum [c] Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos: ſed iam ceſſaſſe, quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema ſit.

γ Canon III.

Si quis dixerit, [d] Extremæ-Vnctionis ritum, & vſum, quem obſeruat ſancta Romana Eccleſia, repugnare ſententiæ beati Iacobi Apoſtoli, ideóque eum mutandum, poſſéque à Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit.

a Suprà de hoc Sacramento in princip. & cap. 1.
b Marc. 6. Iacob. 5.
c Suprà c. 2. de hoc Sacram.
d Supr. c. vlt. Conc. Cabil. c. 48. Iacob. 5.

1. α Canon I.] Vide Maldonat. *tom. 2. controuerſ. tit. de Extrema-Vnctione, q. 1.* Vaſquez *in 3. p. tom. 2. diſp. 135. n. 4.* Emman. de Valle *de incantat. & inſalmis, sect. 2. c. 11. n. 8.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tract. 4. c. 3. n. 21.* Hurtado *de Sacram. diſp. 4. de Sacramentis in genere, difficult. 2. verſ. iam tamen, & tract. de Extrem. Vnct. diffic. 1.* & plures alios Doctores citatos *ad cap. 1.*

2. β Canon II.] Vide Magiſt. *in 5. diſt. 23.* Iodoc. Cocc. *in theſauro Catholico lib. 7. art. 6.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib. 5. c. 1. quaſ. vnic. art. 2. verſ. de Sacramento Extrema Vnctionis,* Petr. de Ledeſma *in ſumm p. 1. de Sacramentis,* vbi de Sacram. Extremæ-Vnct. *cap. 1. concl. 1.* Emman. de Valle *de incantat. & inſalmis, sect. 2. cap. 11. n. 16.* Molf. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 1. c. 8. n. 40.*

γ Canon III.] Vide Valer. Reginald. in *praxi fori pœnitent. lib. 28. n. 60.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 4. c. 3. n. 61.* & plures Doctores relatos *cap. 5.* 3.

DE REFORMATIONE.

Si prohibiti aſcendere ad Ordines, aſcendant; ſi ſuſpenſi, aut interdicti à proprio Prælato malè ſe geſſerint, puniantur.

Capvt I.

1. Locum habet hoc cap. etiam in clericis ſæcularibus.
2. Habet locum in ſuſpenſionibus, & prohibitionibus tam temporariis, quàm perpetuis.
3. Suſpenſus à miniſterio Altaris, vel interdictus ad promouendum contra voluntatem ſui Ordinarij non poteſt promoueri, neque habilitari.

CVm honeſtius, ac tutius ſit ſubiectis, debitam Præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſeruire, quàm cum Præpoſitorum ſcandalo graduum altiorum appetere dignitatem ei, cui aſcenſus ad ſactos Ordines à ſuo Prælato, ex quacumque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extraiudicialiter, fuerit interdictus, aut qui à ſuis Ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, ſiue honores, reſtitutio ſuffragetur.

1. PEr hoc cap. correctum eſſe cap. *ex tenore*, & ampliatum cap. *ad aures, de temporib. ordinat.* ita vt comprehendat quoque clericos ſæculares, etiam dignitates, vel beneficia, quibus annexus ſit Ordo, obtinentes, tam quoad facultatem prohibendi aſcenſum ad Ordines, quàm etiam ſuſpendendi, ipſiſque poteſtatem appellandi ademptam fuiſſe, referunt deciſum additio ad Naoarr. *conſ. 42. in nouis, ſub tit. de temporib. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 63.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 564. in 1. ed 1. aliàs reſol. 486. n. 7. in 2. edit.* aſſerens pariter reſolutum arctatum ad Ordinem recipiendum, & prohibitum ex hoc decreto non incidere in pœnam cap. *licet canon de elect. lib. 6.* iuxta *cap. commiſſa. eod. tit. & lib.* atque etiam quòd ſi adimitur appellatio non tamen recurſos.

Habere locum in ſuſpenſionibus, & prohibitionibus tam temporariis, quàm perpetuis & temporalem prohibitionem, & ſuſpenſionem diei eam vbi ex delicto occulto extraiudicialiter procedit Epiſcopus ad ſuum beneplacitum prohibendi, & ſuſpendendi, tenet Aldan. *in compendio canonicarum reſolut. lib. 3. tit. 4. n. 10.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in nullius 3. Februarij* 1593.

Suſpenſum à miniſterio Altaris, vel interdictum à ſe promouendum contra voluntatem ſui Ordinarij, non poſſe promoueri, neque habilitari, dicit deciſum Aldan. *citato loco.*

Prælatis Regularibus competere facultatem attributam Epiſcopis hoc decreto, reſoluit Aldan. *d. tit. 4. num. 15.* vbi refert ſic reſolutum 3. *Aprilis 1621.*

Nemo Epiſcoporum, qui Titulares vocantur, alterius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis, ordinare præſumat.

CAPVT II.

1. *Epiſcopus titularis vigore cuiuſcumque priuilegij nullum etiam prætextu familiaritatis ordinare valet, & ſi ſecus faciat, eſt ſuſpenſus per annum ab exercitio Pontificalium.*
2. *Epiſcopus titularis ſuffraganeus, cui annua penſio 100. aureorum ſuper fructibus Epiſcopatus, cuius eſt ſuffraganeus, reſeruata fuit, illam accipere debet, quamuis inſeruiat.*
3. *Pontificalia exercere non poteſt in loco exempto Epiſcopus accerſitus ab illius Superiore, niſi de licentia Epiſcopi loci, inter cuius fines locus huiuſmodi exemptus fuerit conſtitutus.*
4. *Epiſcopus titularis non poteſt familiarem ſuum triennalem ordinare.*
5. *Epiſcopus ordinans ſibi non ſubditum abſque ſui proprij Prælati expreſſo conſenſu, aut litteris dimiſſoriis ab exercitio Pontificalium per annum eſt ſuſpenſus.*
6. *Ordinati ab Epiſcopo titulari ſine conſenſu Epiſcopi, ipſo iure ſuſpenſi ſunt.*

ET, quoniam nonnulli Epiſcopi ad Eccleſiarum quæ in partibus infidelium conſiſtunt, clero carentes, & populo Chriſtiano, cum ferè vagabundi ſint, & permanentem ſedem non habeant, non quæ Ieſu Chriſti, a ſed alienas oues, inſcio proprio Paſtore, quærentes dum per hanc ſanctam Synodum ſe Pontificalia officia in alterius diœceſi, niſi de loci Ordinarij expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quaſi Epiſcopalem cathedram in loco nullius diœceſis ſua temeritate eligunt, & quoſcumque ad ſe venientes, etiam ſi ſuorum Epiſcoporum, ſeu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali charactere inſignire, & ad ſacros etiam Presbyteratus Ordines promouere præſumunt: quo plerumque fit, vt minus idonei, & rudes ac ignari, & qui à ſuo Epiſcopo tanquam inhabiles & indigni reiecti fuerunt, ordinati nec diuina officia peragere, nec Eccleſiaſtica Sacramenta rectè valeant miniſtrare: Nemo Epiſcoporum, *α qui Titulares vocantur, β etiam ſi in loco nullius diœceſis*, etiam exempto, aut aliquo monaſterio cuiuſvis Ordinis reſederint, aut moram traxerint, vigore cuiuſvis priuilegij ſibi de promouendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſit, alterius ſubditum, *γ etiam prætextu familiaritatis* continuæ commenſalitatis ſuæ, *δ abſque ſui proprij Prælati, expreſſo conſenſu*, aut litteris b dimiſſoriis ad aliquos ſacros, aut minores Ordines, vel primam Tonſuram promouere, ſeu ordinare valeat: contra faciens *ζ ab exercitio Pontificalium per annum, α taliter verò promoti* ab executione Ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure ſint ſuſpenſi.

a Infr. c. 8. ſuprà ſeſſ. 6. c. 5.

b Seſſ. 6. c. 5. & ſeſſ. 23. c. 8. Conc. Nic. c. 17. Conc. Aurel 3 c 15 Cõc. Mogunt. c. 14. c 1. c. 1. 21. q. 2. 9 q. 2. per totam, c. 1 cum ſeq de temp in 6. & infrà ſeſſ. 23. de reformat. c. 3. 8. & 10

1. VIde Nauar. *conſil. 10. n. .. de tempor. ord* Henriq. *in ſum. lib. 14. c. 17. §. 3. in fine lit. A*, Franc. Leon *in theſauro fori Eccleſ. p. 3. c. 8. n. 16. & p. 1. c. 4. n. 34.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. q. 7. n. 6.* Azor. *inſtit. mor p. 2. l. 3. c. 48. q 6.* Galet. *in margarita caſuum conſcient verb. Epiſcopus pag. 100. col. 1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop p. 1. c. 1. n. 15. in fine*, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. poſt reſol. 495. in notab. de materia Epiſc. n. 1. in 2. edit.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c. 26. §. 4. verſ. excipitur*, Bonacina *de Sacram. diſp. 8. q. vnic. punct. 4. prop. vnic. n. 19.* Narbona *l. 35. gloſſ. 1. n. 32. tit. 3. lib. 1. noua recop.* Hieron. Venero *in examine Epiſcop. lib. 1. c. 11. n. 18.* Alzed. *in praxi Epiſcopi p. 2. c. 5. de ordinat. n. 40.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 6. c. 5.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 2. c. 2. n. 25. propè fin.* Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. iuris allegat. 5. n. 3.* Hurtado *de Sacramentis tom. 1. tract. de Ordine, difficultate 17. in fine*, Metipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi. part. 2. allegat. 6. à princip.* Nouar. *in ſingul. Canonic. concluſ. 106. & 107.* Et de his Epiſcopis titularibus vide quæ ſcripſi *in eodem tract. p. 1. tit. 1. c. 6. n. 15. cum ſeqq.*

α Qui Titulares vocantur.] Epiſcopus titularis ſuffraganeus alterius Epiſcopi deputatus, cui annua 2.

penſio

Google

penſio 200. aureorum ſuper fructibus Epiſcopatus, cuius eſt ſuffraganeus, reſeruata fuit, illam accipere debet, quatenus inſeruiat, alias aſſignanda eſt ſucceſſoribus inſeruientibus, ita Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 1. tit. 4. n. 3.* vbi refert ita deciſum *ſub die 11. Iunij 1592.*

3. β *Etiamſi in loco nullius diœceſis*, &c] In loco exempto intra fines certæ diœceſeos exiſtenti non poſſe Epiſcopum diœceſanum etiam à ſuperiore loci exempti Ordinario acceſſitum Pontificalia exercere, niſi de licentia Epiſcopi loci, intra cuius fines locus huiuſmodi exemptus fuerit conſtitutus, refert reſolutum Aldan. *citato loco.*

4. γ *Etiam prætextu familiaritatis*, &c.] Epiſcopus Titularis familiaritatis ratione neminem ordinare poteſt, vide Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 26. lit. C. in gloſſ. ſine licentia ſui præſulis, verſ. tertius caſus eſt*, Piaſec. *citato loco*, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 596. & in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 266. n. 2. verſ. limita 2 in 2. edit.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon rub. 9. c. 9. n. 6.* Nouar. *in ſing. canon. concl. 103. n. 7.* Alzed. *d. n. 40.* Metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 5. n. 17.* Narbona *l. 35. gloſſ. 1. n. 32. tit. 3. lib. 1. Recop.* Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Sacram. Ordinis, n. 26.* Marcel. Vulpe *in praxi fori Eccl. c. 7. n. 18. in fine*, Marchin. *de Sacram. Ordinis tract. 1 p. 5. c. 9. n. 16.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 13. n. 14.*

δ *Abſque ſui proprij Prælati*, &c.] Vel Vicarij eius, aut Officialis, vt refert deciſum Sbroz. *in addit. ad ſuum tract. de officio Vicarij lib. 2. q. 41.* Præſumptum probari licentiam à proprio Epiſcopo in fauorem Clerici, qui ab alio Ordines aſſequutus eſt, eo ipſo quòd non inquietat eum, vt per Stephan. Gratian. *diſcept. fore. ſ. c. 210. n. 52.* Narbona *l. 10. gloſſ. 3. n. 2. tit. 6. lib. 1. Recopilat.*

ε *Expreſſo conſenſu.*] Ergo non ſufficit tacitus, Narbona *l. 59. gl. 1. n. 22. tit. 4. lib. 2. Recop.* D. Felic. de Vega *in relect. c. ſignificaſti, n. 32. de foro compet.*

ζ *Ab exercitio Pontificalium per annum*, &c.] Vide Salzed. *d. verſ. tertius caſus eſt*, Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. c. 89. verſ. tertio*, Henriq. *in ſumm. lib. 13. de excommun. cap. 58. verſ. ſecundò Epiſcopus*, Thom. Valaſc. *alleg iuris tom. 1. alleg. 45. n. 18.* Bonac. *de cenſur. d. ſp. 3. q. 6. punct. 5. n. 21.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 9. c. 5.* quos refero Ego ipſe *d. alleg. 6. n. 4* vbi *num. ſeqq.* habentur quæ Pontificalium nomine veniunt. 5.

η *Taliter verò promoti*, &c.] Ordinatos ab Epiſcopo titulari ſine conſenſu proprij Epiſcopi ipſo iure ſuſpenſos eſſe donec à ſuo Prælato aliud viſum fuerit, tenent Salzed. ad Bernard. *c. 26. in verb ſine licentia ſui Præſulis, verſ. tertius caſus eſt*, Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 38. verſ ſecundò Epiſcopus*, quos refert & ſequitur Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. 45. n. 18.* 6.

Epiſcopus ſuos Clericos ab alio malè promotos non ante admittat ad Officia celebranda, quàm eos ſuo prævio examine dignos iudicauerit.

Capvt III.

1. *Procedit hoc decretum quando propter abſentiam, vel aliud legitimum impedimentum examen ab Ordinario fieri nequit.*
2. *Examinati, & probati ad ſacros Ordines à prædeceſſoribus Epiſcopis non comprehenduntur ſub hoc decreto, niſi noua cauſa poſt promotionē ſuperueniat.*
3. *Epiſcopus non poteſt examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit.*
4. *Epiſcopus ille, cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, an poſſit iterum examinare dimiſſum.*

Epiſcopus quoſcumque a ſuos Clericos, præſertim in ſacris conſtitutos, abſque ſuo præcedenti examine, & commendatitiis litteris, quacumque auctoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo, à quo ordinati ſunt, probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtranda minus idoneos, & capaces repererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, ſuſpendere, & illis, ne in altari, aut aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit. a Supr. cap. prox. & infrà ſeſſ. 23. de reform. c. 8.

1. CVm *infrà ſeſſ. 23. de reformat. c. 3.* Concilium Epiſcopis interdixerit ne ſubditos ſuos aliter quàm probatos, & examinatos ad alium Epiſcopū ordinandos dimittāt, ideo hoc decretum procedere quando propter abſentiam, vel aliud legitimum impedimentum examen ab Ordinario fieri nequit, affirmat Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 21. lit. B. verſ. mea tamen ſententia*, aduertens quòd ſemper Ordinibus initiandus morum integritate, & vitæ probitate Ordinarij teſtimonio laudandus, & commendandus eſt, & quòd ſi aliter ab Epiſcopo fuerit ordinatus, ordinans à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus, *infrà ſeſſ. 23. de reform c. 8.*

2. Examinatos, & probatos ad ſacros Ordines à prædeceſſoribus Epiſcopis non comprehendi ſub hoc decreto, niſi noua cauſa poſt promotionem ſuperueniat, refert deciſum Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 4. n. 85.*

3. Epiſcopum non poſſe examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit, quòd ſi idem Epiſcopus aliquos minus idoneos iudicauerit, eos ſuſpendere debere, atteſtantur reſolutum Armendar. *in addit. ad recopilegam Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7 de Epiſcopis, num. 69.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. dec. 390. in 1. edit.* aliàs *reſol. 329 in fine, in 2. edit.* Gonzal. *d. gloſ. 4. n. 8.* vbi *n. 101.* ait, quòd quando agitur de adminiſtratione Sacramentorum, vel cura animarum exercenda, tunc Presbyter curam animarum exercens, vel Sacramenta miniſtrans, ſeu exercere, vel adminiſtrare intendens, poteſt examinari ab Epiſcopo ſucceſſore, licèt ab anteceſſore fuerit approbatus, & ſi minus idoneus repertus fuerit, excludi debet, ſi Rector non ſit, & perpetuum titulum non habeat; ſi verò titulum habuerit, poteſt ſuſpendi, & coadiutor benè meritus illius expenſis apponi.

Vtrùm autem poſſit præſul ille, cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, iterum examinare dimiſſum? Vide Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 9. c. 8. n. 31. verſ. ſed ne*, Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 1. c. 1. n. 12. pag. 29.* quos refero *de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 7. n. 22.* 4.

Nullus Clericus eſt exemptus à Correctione Epiſcopi reſidentis etiam extra Viſitationem agentis tanquam ſit deputatus à Sede Apoſtolica.

CAPVT IV.

1. *Epiſcopus non poteſt ex hoc cap. etiam extra viſitationem corrigere, & punire clericos ſæculares exemptos ab Epiſcopo, & alteri inferiori ordinario ſæculari intra diœceſim exiſtentes ſubiectos.*

a Supr. c. 1. & ſeſſ. 6. de reform. c. 3. c. irrefragabili in princ. de off. ord.

b Supr. ſeſſ. 6 c. 4. de reform. & infrà ſeſſ. 24. de reform. c. 5.

OMnes [a] Eccleſiarum Prælati, qui ad corrigendum ſubditorum exceſſus diligenter intendere debent, & à quibus nullus Clericus per huius ſanctæ Synodi ſtatuta, cuiuſvis priuilegij prætextu, tutus cenſetur, quo minus iuxta canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi poſſit, ſi in Eccleſiis ſuis reſederint, quoſcumque ſæculares Clericos, qualitercumque exemptos, qui aliàs ſuæ iuriſdictioni ſubeſſent, de eorum exceſſibus, criminibus & delictis, quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem tanquam ad hoc Apoſtolicæ Sedis delegati corrigendi, & caſtigandi [b] facultatem habeant: quibuſcunque exemptionibus, declarationibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis, concordiis, quæ tantum ſuos obligent auctores ipſis Clericis, ac eorum conſanguineis capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuſlibet, ipſorum exemptorum contemplatione, & intuitu minimè ſuffragantibus.

VIde Franc. Leon. *in theſauro fori Eccl. p. 2. c. 2. n. 63.* plures per me citatos *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 74. & ſuprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 8.*

1. Epiſcopum non poſſe ex hoc cap. etiam extra viſitationem corrigere, & punire clericos ſæculares exemptos ab Epiſcopo, & alteri inferiori Ordinario ſæculari intra diœceſim exiſtentes ſubiectos, deciſum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. l. 5. §. 2. n. 9.* & Ego ipſe *d. tract. de offic. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 74. n. 4. propè fin.* vbi etiam quòd text. in præſenti non derogat conſuetudini immemoriali, ex Seraphin. *deciſ. 417. n. 7.* nec corrigit *Extrauag. cùm Matthæus 3. de hæret. inter communes*, ex Cened. *ad Clementinas collect. 14. n. 9. cum ſeqq.*

Conſeruatoriæ Litteræ in quibus vim habeant?

CAPVT V.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Doctores de Conſeruatoribus, & litterarum conſeruatoriarum materia tractantes.*
3. *Conſeruatoria Regularibus conceſſa non fuerunt ſublata ex decreto cap. 20. ſeſſ. 24.*
4. *Religiones non habentes Conſeruatores poſſunt illos eligere per communicationem priuilegiorum cum aliis eos habentes.*
5. *Abbas Ordinis Oliuetani poteſt eligi in Conſeruatorem, ſi Epiſcopus in Synodo eum deputauerit iudicem ſynodalem.*
6. *Milites Hieroſolymitanos non afficit conſtitutio Gregorij XV. de Conſeruat.*
7. *Regulares etiam elapſo tempore præfixo in conſtit. Gregorij XV. de Conſeruat. illos iuxta eius formam eligere poſſunt.*
8. *Conſeruatores Regularium procedere an poſſint contra debitores ex cauſa ciuili.*
9. *Conſeruator vt ſuſpectus recuſari poteſt.*
10. *Conſeruatoria aliqua non durant poſt quinquenniũ.*

a Cap. 1 & c. vlt. de off. deleg.

INſuper, cùm nonnulli, qui ſub prætextu quòd ſuper bonis, & rebus, ac iuribus ſuis diuerſæ eis iniuriæ ac moleſtiæ inferantur, [a] certos iudices per litteras Conſeruatorias deputari obtinent, qui illos à moleſtiis, & iniuriis huiuſmodi tueantur, ac defendant, & in poſſeſſione, ſeu quaſi, bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manuteneant, & conſeruent, nec ſuper illis eos moleſtari permittant, eiuſmodi litteras in pleriſque contra concedentis mentem in reprobum ſenſum detorqueant: idcirco nemini omnino, cuiuſcumque dignitatis & conditionis ſit, etiam ſi Capitulum fuerit Conſeruatoriæ litteræ, cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis, quorumcunque iudicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore conceſſæ, ſuffragentur ad hoc, vt coram ſuo Epiſcopo, ſiue alio ſuperiore Ordinario, in criminalibus, & mixtis cauſis accuſari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non poſſit: aut quo minùs, ſi qua iura ei ex ceſſione competierint, ſuper illis liberè valeat apud iudicem Ordinarium conueniri. [a] *In ciuilibus etiam cauſis*, ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat. [b] *Quod ſi in iis cauſis*, in quibus ipſe reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo Conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe dicatur: aut ſi qua inter ipſos iudices, Conſeruatorem, & Ordinarium, controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, [c] *donec per arbitros in forma iuris electos*, ſuper ſuſpicione, aut iuriſdictionis competentia fue-

rit

rit iudicatum. Familiaribus verò eius, qui huiuſmodi litteris Conſeruatoriis tueri ſe ſolent, nihil illa proſint, præterquam duobus dumtaxat, ſi tamen illi propriis eius ſumptibus vixerint. Nemo etiam ſimilium litterarum beneficio, *δ vltra quinquennium* gaudere poſſit. Non liceat quoque Conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum. *ε In cauſis verò mercedum*, aut miſerabilium perſonarum, huius ſanctæ Synodi ſuper b hoc decretum in ſuo robore permaneat. *ζ Vniuerſitates autem* generales, ac Collegia Doctorum, ſeu ſcholarium, & regularia loca, necnon hoſpitalia, actu hoſpitalitatem ſeruantia, ac Vniuerſitatum, Collegiorum, locorum, & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſenti canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur. b Supr. ſeſſ. 7 c. 14.

1\. Vide Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 3. verſ. nec poſſunt*, Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 65.* Guttier. *pract. l. 3. q. 9.* Farin. *conſil. 68. n. 20.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 12. cap. 13. num. 24. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. dec. 258. part. 2.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccl. p. 2. cap. 1. num. 102. cum ſeqq.* Modern. *de ſupplicat. ad ſanct. ſſ. part. 2. c. 11. à n. 7.* Sanch. *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. c. 9. dub. 5. n. 11. & 12.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 106. à n. 17.*

2\. De Conſeruatoribus, & litterarum conſeruatoriarum materia, vide Doctores per text. *ibi in cap. 1. de officio deleg. lib. 6.* Sylueſt. *in ſumm. verb. Conſeruator.* Azeued *ad tit. 8. lib. 1. nouæ recop.* Mendoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de Conſeruatoria,* Cabedo *diuerſorum iuris argument. lib. 3. c. 18.* Molin. *de iuſtit. tr. 5. diſput. 29* Guttier. *d. quæſt. 9.* Fr. Emman. *d. quæſt. 65.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 899. & d. deciſ. 258.* Ioan. à Cruce *de ſtatu relig. lib. 2. cap. 10.* Fr. Ludouic Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 47.* Portel. *in dub. regular. verb. Conſeruatores,* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſolut. 33.* Ceuall. *commun. contra commun. 1, tom. 4. quæſt. 797. num. 792. cum ſeqq.* Campan & Franc Leon. *citatis locis*, nouiſſimè Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, p. 2. l. 2. cap. 3. num. 13. cum ſeqq.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 17.* Gabr. Pereira *Luſit. deciſ. 118. num. 15. & 16.* Alexandrum Monet *in ſpeciali tract. de Conſeruatoribus.* Et vltra conſtitutionem Clementis VIII. incip. *Sanctiſſimus*, de anno 1592. emanauit alia Gregorij XV. incip. *Sanctiſſimus*, de anno 1621. quam retuli *d. alleg. 106. n. 55.* & poſt me Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi, c. 3. poſt dub. 8.* In qua conſtitutione Gregorij XV. inter cætera ſtatutum eſt, vt coram Conſeruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut retrahere non poſſunt, itaque memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in iis tantùm, in quibus rei extiterint, quibus verbis minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniuriis, ac violentiis, dummodo obſeruent formam præſcriptã in conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis *in c. 1. & fin. de officio deleg. lib. 6.* refero deciſum Ego ipſe *d. alleg. 105. in fine*, ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ.

3\. Conſeruatorias Regularibus conceſſas, quas Concil. in præſenti ſaluas eſſe voluit, non fuiſſe ſublatas ex decreto *cap. 10. ſeſſ. 24.* tenet Aldao. *in compendio canon reſolut. lib. 4. tit. 8 n. 10.* vbi refert ſic deciſum fuiſſe *ſub die 18 Ianuarij* 1594.

Conſeruatorum Regularium priuilegia cùm ex diſpoſitione Pij V. extẽdantur ad tres diætas, & ſic poſſet eorum iuriſdictio extendi ad plures Epiſcopatus, & ex diſpoſitione Gregorij XIII. tenentur dicti Conſeruatores, & Regulares notificare huiuſmodi electionem, & deputationem Conſeruatorum Ordinario loci, debet illa fieri nõ ſolùm Ordinario prædicti loci, ſed etiam omnibus Ordinariis, ad quorum diœceſes ſe extendit eorum facultas, ſeu iuriſdictio, ita Aldan. *d. tit. 8. n. 11.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 11. Iulij* 1620.

4\. Religiones Conſeruatores non habentes, illos eligere poſſunt per communicationem priuilegiorum cum aliis eos habentes, ſtante diſpoſitione *c. fin. de offic. deleg. lib. 6.* vbi habentur ea verba quòd plerumque à Sede Apoſt. Conſeruatores conceduntur; ergo cùm de facili concedantur Conſeruatores, veniunt ſub communicatione priuilegiorum. Ita Aldan *vbi ſup.* vbi ait ſic deciſum *ſub die 12. Septembris* 1610.

5\. Abbas Ordinis Oliuetani poteſt eligi in Conſeruatorem, ſi Epiſcopus in Synodo eum deputauerit iudicem ſynodalem. Ita Sel. *in ſelect. canon. c. 12. n. 4.* vbi tenet ita fuiſſe reſolutum *ſub die 2. Martij* 1619. Vtrùm autem Abbates, Priores, & cæteri Prælati Regulares hodie in iudices Conſeruatores eligi poſſint; vide nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 17. q. 4.*

6\. Milites Hieroſolymitanos non afficit dicta conſtit. Gregor. XV. niſi quoad Conſeruatores, & non quoad iudices ordinarios habentes ordinariam iuriſdictionem intra limites ſuorum Prioratuum, Sel. *citato loco*, vbi teſtatur ita reſolutum *in Melenitana 6. Februarij* 1627.

7\. Regulares, qui in tempore ſibi in dicta conſtitutione Gregorij XV. præfixo, Conſeruatores eligere non curauerunt, dicto tempore elapſo quandocunque eis libuerit, Conſeruatores iuxta formam dictæ conſtitutionis eligere poſſunt, Sel. *d. c. 11. num. 7.* vbi dicit ſic reſolutum *ſub die 18. Septembris* 1627.

8\. *α In ciuilibus etiam cauſis*, &c.] Vide Fr. Emman. *d. q. 65. art. 23.* Ioan. à Cruce *d. c. 10. dub 6. concl. 2.* Ceuall. *d. quæſt. 797. n. 792. cum ſeqq.* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 47. art. 7. concl. 5. & 6.* Portel. *in dubiis Regularibus verb. conſeruatores, n. 7.* Hieron. Roder. *d. reſol. 33. num. 12. & n. 26.* Franc. Leon. *d. c. 3. n. 101.* Guttier. *pract. lib. 3. q. 9 à n. 8. & lib. 4. q. 63. per totam*, Cabed. *d. c. 18. n. 3.* Campan. *d. tit. c. 13. n. 20.* metipſum *d. alleg. 106. n. 40.* Mendez à Caſtro *d. part. 2. lib. 2. c. 3. n. 30. in fine.*

9\. *β Quòd ſi in his cauſis*, &c.] Conſeruatorem vt ſuſpectum recuſari poſſe per hoc decretum, tenet Ceuall. *d. tom. 4. q. 897. n. 779. cum ſeqq.* quem refero *d. alleg. 106. num. 35.* Campan. *d. c. 13. n. 25. in fine*, contra Azorium per eum citatum.

γ Donec per arbitros in forma iuris electos, &c.] Loqui de conſeruatoribus electis à partibus ad vnam, vel alteram cauſam, non habentibus, nec valentibus habere Tribunal erectum, dicit Anguian *in tract. de legibus, lib. 3. controu. 34. num. 4.* De practica procedendi ad eligendos huiuſmodi arbitros, vbi contentio fuerit inter Conſeruatorem & Ordinarium, vide Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. q. 897. n. 741. cum ſeqq. & n. 775.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana, p. 2. lib. 2. c. 3. num. 28.* vbi

addit eo caſu, quo vnus ex illis noluerit arbitros eligere, recurri poſſe ad Regem vt arbitros aſſumat tanquam protectorem Concilij Tridentini, quod non approbo.

20. *δ Vltra quinquennium.*] Tranſacto quinquennio non durant litteræ conſeruatoriæ, vt per Fuſc. quem citat Ceual. *d.q.*897. *n.*789. Fr. Emman. *dict. q.*65. *art.*9. Azor. *inſtit. moral. p.*2. *lib.*5. *cap.*34 *q.*14. Campan. *d.c.*13. *n.*25. *verſ. quin ſi nullo.* Fr. Ludouic. Miranda *d q.*47. *art.*6. vbi quòd in Ordinibus, & Religionibus Conſeruatorum officium non eſt temporale, & metipſum *d alleg.*106. *num.*50. & 51. Hieron. Roder *d. reſol.* 33. *n.*8.

ε In cauſis verò mercedum, &c.] Vide *ſuprà ſeſſ.*7. *de reform. cap.* 13.

ζ Vniuerſitates autem, &c.] Vniuerſitatem Conſeruatores minimè ſub hoc decreto comprehendi tenet Anguiano *d. lib.*3. *controuerſ.*33. *n.*5. & 6.

De Honeſtate in Veſtibus à Clericis ſeruanda.

CAPVT VI.

1. *Clericorum proprius habitus, illiuſque honeſtas.*
2. *Habitus non facit Monachum.*
3. *Habitum clericalem honeſtum non deferens quas pœnas incurrat de iure Concilij.*
4. *Et quid noſtra conſtit. Sixti V.*
5. *Habitum clericalem non tenentur deferre clerici qui habent fructus, aut penſionem non excedentes valorem annuum 60. duc.*
6. *Inſeruientes Palatio Apoſt. in inferioribus miniſteriis ſi habuerint penſionem, non tenentur in habitu, & tonſura incedere.*
7. *Veſtes dum longa non requiruntur in clerico.*
8. *Clement. quoniam, de vita, & hon. cler. non habet locum in clerico, qui ſemel habitum dimiſit.*
9. *Clericus non valens ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem geſtare, excuſatur.*
10. *Tonſuram propter infirmitatem non deferens clericus nullam pœnam incurrit.*
11. *Clericus, qui propter aliquod veriſimile periculum transformari cogeretur, in nullam pœnam incidit.*
12. *Habitum dimittens clericus domi ſua, & in occulto excuſatur.*
13. *Veſtes breuiores habens clericus ex neceſſitate itineris excuſatur.*

a Maiſcon. c.5.

QVia verò, a *α etſi habitus non facit monachum*, oportet tamen Clericos veſtes proprio congruentes Ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem extrinſecam oſtendant: tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religioniſque contemptus, vt, propriam dignitatem, & honorem clericalem parui pendentes, b veſtes etiam deferant publicè laicales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. Propterea omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, quantumcunque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque Eccleſiaſtica obtinuerint, ſi, poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honeſtum habitum clericalem, illorum Ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, *β per ſuſpenſionem ab Ordinibus*, ac officio, & beneficio ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, necnon ſi ſemel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiuſmodi coërceri poſſint & debeant, ſecundum Conſtitutionem Clementis V. in Concilio Viennenſi editam, c quæ incipit, Quoniam, innouando, & ampliando.

b Cap. porrectum, & c. ex. p. 80. de reg. can. vlt. 4. diſt.

c Lib. 5. Cle. de vita & honeſt. Cle c. 1.

1. VIde nouiſſimè Stephan. Vveyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit.* 8. *pag.*65. *cum ſeqq.* vbi innouatur *Clem. quoniam, de vita, & honeſt. cleric.* per decretum Concilij in præſenti. Multa circa decernendum proprium clericorum habitum Ordini & dignitati congruentem, illiuſque honeſtatem, tradunt Couar. *pract. cap.*31. *num.*7. *verſ.*4. Roland. *conſ.*4. *num.*27. *lib.*1. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.*78. ſecundùm nouiſſimam impreſſ. Decian. *tract. crimin. tom.*1. *lib.*4. *cap.*9. *num.*96 *cum ſeqq.* Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. lib.*1. *part.*2. *c.*2. *verſ. de habitu autem,* Viuald. *in candel. aureo, part.*3. *ad fin. in explicat. Bullæ Sixti V. de habitu, & tonſura, n.*9. *verſ. tertia aſſertio,* Rendina *in prompt. recept. ſent. tom.*1. *tit.*17. *num.*15. Scacc. *in tract. de iudic. part.*1. *cap.*12. *n.*84. & 87. Camil. Borrel. *in addit. ad Bellug. in ſpeculo Principum rub.*11. *§. videamus, litera B & in ſumm. omnium deciſ. tom.*1. *tit.*11. *de vita, & honeſt. cler. n.*39. *cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*1. *verb. clericus, §.*14. Piaſec. *in ſimil. praxi part.*2. *c.*3. *num.*14. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *n.*14 & 15. Fr. Paulin. Berti. Lucenſ. *in praxi crimin. regular. tit.*4. *cap.*33. *num.*10. *cum ſeqq.* Cened. *pract. & canonic. quæſt. lib.*1. *quæſt.*4. *n.*30. Beller. *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de diſciplina clericali, §.*16. *à n.*12. Viuian. *in praxi iur. patron. part.*3. *lib.*15. *cap.*4 *à n.*9. Guid. Panciroli. *in theſauro var. lection. lib.*1. *cap.*21. Farin. *in praxi crimin. part.*1. *quæſt.*8. *n.*69. Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſp.*46. *num.*5. Thom. Valaſc. *tom.*1. *allegation. Iuris, alleg.*11. Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. in prælud. num* 271. Nicol. Garc. *de benef. p* 7. *cap.*1. *à n.*21. Nouar. *in ſingul. Canon. conc.* 17. Suar. de Paco *in pract. tom* 12. *prel.*5. *num.*7. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib.*7. *c.*6. *n.*1. Sanch. *in opuſcul. moral. lib* 7. *c.*1. *dub.*49. *n.*2 nouiſſimè R.P.D. Sperell. amicum noſtrum, *dec.*17 *n.*44. & *deciſ* 66. *n.*8. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſc. p.*2. *alleg.*9.

α Etſi habitus non facit Monachum.] Concordat *c. porrectum, de Regular.* vbi gloſſ. *ve h no facit, cap. conſuluit, qui cleric. vel vouen.* Card. Tuſch *pract. concluſ. tom.*4 *lit. H, concl.*12. *n.*1. Campan. *in diuerſ iuris canon. rub.*11. *c.*4. *n.*5. Beller. *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de diſciplina clericali, §.*15. *num.*10. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi admittendi ad Religionis ſtatum nouitios, diſp.*11. *dub.*10. *ſub n.*1. quos refero in *tract. Axiom. iuris vſufructu. axiom.*109. *n.*1. 2.

β Per

2. *Per ſuſpenſionem ab Ordinibus*,&c.] Decernit S.Synodus *in præſenti*, quòd ſi poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiam per edictum publicum moniti fuerint honeſtum habitum clericalem illorum Ordini & dignitati congruentem,& iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem,& mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab Ordinibus, ac officio,& beneficio,ac fructibus,redditibus,& prouentibus ipſorum beneficiorum,necnon ſi ſemel correcti denuo in hoc deliquerint,etiam per priuationem beneficiorum huiuſmodi coerceri poſſint, & debeant.

3. Poſtea verò contra huiuſmodi non deferentes habitum clericalem,emanauit conſtitutio Sixti V. incip.*Cùm ſacroſancta, ſub dat.5.Id. Ianuarij* 1588. *in Bullario nouo tom.2.pag.*653.vbi Clericis & Militibus, qui in hac vrbe præſentes in habitu clericali,ac tonſura, ac militibus in militari non incederent,mandatiſque ſuper his editis ſub certo termino non obedierint, præter alias pœnas contra

4. eos inflictas ſine vlla alia monitione ipſo facto priuatos declarat, quibuſcunque dignitatibus,adminiſtrationibus,officiis, Canonicatibus, & præbendis,ac beneficiis etiam ſimplicibus, & præſtimoniis per eorum quemlibet in titulum,commendam,vel aliàs pro tempore obtentis, necnon penſionibus, & fructibus,ac prædiis, boniſque Eccleſiaſticis huiuſmodi quocunque modo eis reſeruatis, vel reſeruandis, omniſque iure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti; huius conſtitutionis meminit Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel. gloſſ.*15. *n.*56. Sed hanc Conſtitutionem dum diſponit cum pœna priuationis ipſo iure beneficij, hoc reſpectu & parte non eſſe vſu receptam in Hiſpania, aſſerit Nicol. Garc.*de benefic.part.*7.*c.*1.*n.*24.quem refert nouiſſime Salgado *de ſupplic.ad Sanctiſſ.p.*1.*cap.*2. *n.*157.*verſ.item conſtitutionem.*

5. Deinde idem Sixtus V.*per aliam ſuam conſtitut.* incip.*Paſtoralis ſub dat.pridie Kalend.Februarij eiuſdem anni* 1588 declarauit habitum clericalem non teneri deferre clericos non recipientes penſionem, fructus,aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica ſibi in vna, vel pluribus vicibus reſeruata, & conceſſa ſummam, ſeu valorem annuum 60. ducatorum auri de Camera inſimul non excedentes,ſeu excedentia.

6. Et inſuper declarat non teneri in habitu,& tonſura clericali incedere inſeruientes Palatio Apoſtolico in inferioribus miniſteriis, vt ſunt parapharnarij,credentiarij, & ſimiles, qui penſiones, aut fructus, bonave Eccleſiaſtica loco penſionum vſque ad quamcunque ſummam & valorem percipiunt. Declarat etiam eos clericos, aut milites, quibus penſiones,aut fructus,bonave, aut prædia Eccleſiaſtica ad quamcunque ſummam reſeruata, aut reſeruari conceſſa ſunt non aliter ad gerendum militarem habitum teneri poſtquam penſiones, fructus,aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quominus exigant,vel percipiant, harum conſtitutionum tenorem referunt, Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Habitus clericalis*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.*2. *c.*3.*n.*23.*pag.*129.*&* 130.

Ex quibus non requiri duas veſtes longas in clerico,ex Viuald. receptum dicit Nicol. Garc. *de benefic.part.*7. *c.*1. *n.*23. ſed ſufficere quòd pallium perueniat ad talos,toga verò tegat genua,reſoluunt Iacob. de Graff. *in aur.deciſ.part.*1.*lib.*3 *c.*3. *num.*3. Viuald.*in candel.aureo part.*3.*ad fin.in explicat.Bulla Sixti V.de habitu & tonſura,n.*9.*verſ.quarta aſſertio.* Petr.de Ledeſma *in ſumm.p.*2.*tract.*7.*c.*2.*prope concluſ.*14.*circa fin.* Nouar. *de nouo iure Pontific. concl.*117.*n.*6 Diana *moral.reſol.p.*4.*tract.*1.*reſol.*91. & demum requiri veſtem ſuperiorem clericalem, quæ cooperiat interiorem quamvis laicalem, ex Franch.& Scace.aſſerit Carol.de Graſſ.*de effectibus cleric. effectu* 1.*n.*1186. 7.

Diſpoſitionem *Clem.quoniam, de vita,& honeſt. cleric.*quam innouat,& ampliat Concil.*in præſenti*, & ſuprà citatas Sixti V. Conſtitutiones, non habere locum in clerico, qui ſemel habitum dimiſit, cùm in eis requiratur vt tantùm perſeueret vt publicè pro laico exiſtimetur, tenent Farinac. *d. q.*8. *n.*68. Piaſec *in praxi Epiſcop.p.*2.*c.*3.*n.*14. *verſ. excuſatur*,Proſp.de Auguſtino *in addit.ad Quarant.in ſumm Bullarij,verb.habitus clericalis*, Aloyſ. Ricc.*in collect.deciſ.part.*4.*collect.*956.*limit.*3.Vgolin.*de officio Epiſcopi c.*12 §.6.*n.*3. 8.

Nec in clerico,qui ratione paupertatis habitum proprio Ordini congruentem geſtare non valuerit,vt per Aloyſ. Ricc.*d.collect.*956 *limit.*2. Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ.enarrat.lib.*3. *tit.de vita, & honeſt.cleric.n.*7. Vgolin.*d.cap.*12.*n.*3.*verſ. quinto*, Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *n.*1175. Decian.*tract.crimin. tom.*1.*lib.*4. *c.*9. vbi exemplificat quando clericus eſſet ita pauper, vt non poſſet propter paupertatem alias veſtes inuenire, niſi laicales ſibi donatas. 9.

Nec in clerico, qui non poteſt propter infirmitatem tonſuram deferre,Capell. Tholoſ.*deciſ.*104. Thom.Actins *in tract.de infirmit.p.*1.*in verb.clerici*, *n.*12. Zypæ.*vbi ſuprà*, Vgolin. *d.c.*12. *num.*3.*verſ. quoad tonſuram*, Aloyſ. Ricc *d.collect.*956.*limit.*1. Bellet *d.tit.de diſciplina cleric.*§.17.*num.*9.Carol.de Graſſis *d.effectu* 1.*num.*1571. Thom. Valaſc.*tom.*1. *alleg.*11.*n.*9. 10.

Nec in clerico, qui propter aliquod veriſimile periculum transformari cogeretur, vt per Rubin. *deciſ.*91.*part.*2. Aloyſ. Ricc. *d. collect.*956. *limit.*4. Zypæ.*d.tit.de vita, & honeſt.cleric.n.*7.Piaſec.*d.c.*3. *n.*14.*verſ.excuſaretur.* 11.

Nec in clerico, qui domi ſuæ,& in occulto habitum dimittit, vt per Vgolin. *d.c.*12. *n.*3. *verſ.*4. quem refero *d.alleg.*9.*n.*19. 12.

Nec in clerico, qui ex neceſſitate itineris, vel peregrinationis habet veſtes breuiores,vt per Bellet.*d.tit.de diſciplina clericali*, §.16.*n.*14. 13.

Voluntarius Homicida, quamvis occultus, omni Ordine ac Beneficio careat; caſualis autem, aut vim vi repellens ex cauſa, ab Ordinario loci, aut Metropolitano cognita cauſa, ac probatis precibus diſpenſetur.

CAPVT VII.

1. *Doctores referuntur de materia huius text. agentes.*

2. *Loquitur de homicidio ex propoſito, & per inſidias, & volito.*

3. *Homici*

3. *Homicidium per induſtriam, & per inſidias, & ex propoſito requirit.*
4. *Mandans aliquem baculo verberari eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, non intelligitur incidiſſe in hoc decretum.*
5. *Canonici Iureconſulti non poſſunt ſubſtitui à Gubernatore ciuitatis.*
6. *Etiam Ordinem minorem comprehendit.*
7. *Non extenditur ad penſiones.*
8. *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, vel manifeſto.*
9. *Non operatur omnimodam impoſſibilitatem, ſed difficultatem præmaximam.*
10. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio caſuali.*
11. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum illo, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere.*
12. *Irregularitas nulla oritur ex homicidio merè caſuali, in quo nulla fuerat penitus admiſſa culpa.*
13. *Irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, non contrahit mandans committi homicidium in perſonam vnius, ſi committatur in perſonam alterius.*
14. *Irregularitatem non incurrit is, qui omni diligentia, vt præcaueret, adhibita, dum operam rei licita daret, ſolo caſu fortuito homicidium cōmiſit.*
15. *Doctores referuntur de intellectu horum verborum agentes.*
16. *Capitulum Sede vacante, & Prælati inferiores an cōprehēdātur hic ſub appellatione Ordinarij loci.*
17. *Cognitio cauſæ in hac materia poteſt fieri ab Ordinario ſine ordine, & figura iudicij.*

a Exod. 21. Ext. c. 1. de homicid. b Cap. inquiſitionis, de accuſat. & cap. cum non ab homine, de iud. a Cap. ſtudeat, 50 diſt. & cap ſignificaſti in 6. de homicid.

CVm etiam qui a per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari auelli debeat, *a qui ſua voluntate homicidium perpetrauerit* b, etiam ſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros Ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum, conferri liceat, *β ſed omni Ordine γ ac beneficio* & officio Eccleſiaſtico *δ perpetuò careat, ε ſi verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, ζ vel vim vi repellendo* c, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur: quam ob cauſam etiam ad ſacrorum Ordinum, & alterius miniſterium, & beneficia quæcumque, ac dignitates iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur, *loci Ordinario*, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu vicinori Epiſcopo, *θ qui non niſi cauſa cognita*, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, diſpenſare poſſit.

1. VIde Rebuff *in praxi benefic. rub. de diſpenſat. tit. de corpore vit. ad finem*, Nauarr. *in man. cap. 27. num. 139. & ſeq. & num. 250. & conſ. 57. in antiq. ſub tit. de temporibus ordinat.* aliàs *conſ. 40. ſub tit. de homicid. in nouis, & in c. ſi quando, except. 9. de reſcript.* Couar. *in Clem. ſi furioſus, p. 1. § 3. n. 6.* Valenzuel. *conſ. 128. n. 34 tom. 2.* Ludouic. Lop. *in inſtructoria conſcient. p. 2. c. 93.* Henriquez *in ſumm. lib. 14. c. 19.* Sayr. *in floribus dec. ſ ſub tit. de temper. ordinat. deciſ. 59.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 97. littera B, verſ. hodie autem*, Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 11. per tot.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 154.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1 tit. 18 l. 7. de irregular. n. 3. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract. 6. c. 7. num. 39.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 11. c. 23. à n. 65. & à n. 128. & n. 145.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. c. 6. n. 122.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol. 52 ex n. 23.*

[2. *a Qui ſua voluntate homicidium perpetrauerit*, &c.] Loqui de homicidio ex propoſito, & per inſidias, & volito ſimpliciter, tenet Sel. *in ſelectis Canon. c. 18. n. 8.* vbi ait ita fuiſſe reſolutum *ſub die 11. Auguſti* 1105. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut. 440. in princ.* Eleganter Fr. M. Franciſcus de Araujo *in 1. 2. S. Thomæ tom. 1. q. 76. art. 4. dub. 4 n. 13. pag. 401.* vbi quòd homicidium voluntarium eſt volitum directè, aut in ſe, aut in cauſa, quæcunque ſit illa, in qua fuit præuiſum & nihilominus homo, vult cauſam illam: caſuale verò eſt volitum indirectè, & ratione negligentiæ dumtaxat, propter quam non fuit præuiſum, neque intentum directè.

3. Et requirere homicidium per induſtriam, & per inſidias, & ex propoſito, referunt deciſum Nicol. Garc. *de benef. part. 7. c. 11. n. 44. in 2. declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregular. n. 8. in fine.* Ego ipſe *d. alleg. 59. n. 49.*

4. Vnde is, qui mandauit aliquem baculo verberari eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarius armis percuſſerit, & occiderit, non intelligitur incidiſſe in hoc decretum, adeò vt omni Ordine, atque beneficio & officio Eccleſiaſtico abſque ſpe diſpenſationis perpetuò carere debeat, vt refertur deciſum Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 11. c. 23. ante n. 145.* Armend. *d. loco n. 8.*

Canonicos Iureconſultos non poſſe ſubſtitui à Gubernatore ciuitatis in ipſius locum in eius abſentia, Sel. *d. c. 18. n. 9.* vbi teſtatur ita fuiſſe reſolutum *in vna Alatrina 16. Martij* 1630. 5.

β Sed omni Ordine.] Etiam minori, vt interpretantur Couar. *in Clem. ſi furioſus, part. 2. § 3. n. 5. in fine*, Henriq. *in ſumm. lib. 14. cap. 19. § 1. littera D*, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 504. num. 2.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 2. alleg. 59. n. 60.* vbi etiam quòd nec in ſuſceptis miniſtrare poteſt. 6.

γ Ac beneficio.] Non extendi ad penſiones, referunt deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 5. n. 136.* Armendar. *d. lib. 7 de irregularit. n. 5.* 7.

Epiſcopum diſpenſare non poſſe in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifeſto, neque ad Ordines minores, neque etiam ad beneficium ſimplex obtinendum, reſoluunt Nauar. *in man. cap. 27. n. 194. verſ. ſeptima, & n. 240. verſ. quarto, & conſil. 17. in antiq.* alias 13. *in nouis, de homicid* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 19.* Maiol. *de irregular. lib. 5. c. 48. in fine*, Salzed. ad Bernard. *in tract. c. 97. lit. A, verſ. hodie autem, in fine*, Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 19. punct. 3. § 5.* Petr. de Aragon. *in 1. 2. q. 64. art. 8. in fine*, Tolet. *in inſt. vlt. Sacerd. l. 1. c. 31.* Henriq. licèt dubius, *d. cap. 19. § 1. lit. D. & lib. 13. c. 57. § 1.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 7. n. 14 & 15.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 119. tit. 14. n. 62.* Ego ipſe *d. alleg. 59. n. 59.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 38 art. 9.* Villalob. *in ſumm. p. 1. tract. 21. diffic. 28. n. 10.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol. 52. n. 24.* 8.

δ Perpetuò

9. *b Perpetuò careat.*] Hæc verba non operari omnimodam impoſſibilitatem, ſed difficultatem præmaximam, tenet Campan. *d. c. 23. n. 128.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 39. n. 63.*

10. *c Si verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu,* &c.] In irregularitatibus prouenientibus ex homicidio caſuali poſſe Epiſcopum diſpenſare ad Ordines minores, & beneficium ſimplex obtinendum ad ſacros Ordines, ſi homicidium caſuale ſit occultum, reſoluunt Nauar. *d. c. 27. n. 40. verſ. quando,* Henriq. *d. lib. 14. c. 19. §. 1. littera X,* Zerol. *in praxi Epiſcop. §. 2. verb. diſpenſatio,* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſput. 18. num. 111. verſ. poteſt,* Hieron. Roder. *d. reſol. 52. n. 23.* Bonacin. *de cenſur. diſput. 7. quæſt. 4. puncto vlt. num. 41,* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract. 3. q. 69 in fine part. 1.*

11. Vnde Epiſcopum diſpenſare poſſe cum illo, qui aliquem hominem occidit, non intendens occidere, cùm huiuſmodi homicidium caſuale dicatur, poſt Nauar. Henriq. reſoluunt Aloyſ. Rice *in praxi rerum fori Eccl. decis. 521. in 1. edit.* alias *reſol. 418. n. 2. & 3. in 1. edit.* Bonacin. *d. diſp. 7. q. 4. puncto vlt. n. 7.* Ego ipſe *alleg. 39. n. 50.*

12. Ex homicidio merè caſuali cùm nulla penitus fuerat admiſſa culpa, & in quo non dabatur opera rei illicitæ, nullam oriri irregularitatem, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de irregularit. n. 3.*

13. Mandantem committi homicidium in perſonam vnius, ſi committatur in perſonam alterius, non dici incidiſſe in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, atteſtantur reſolutum Armendar. *d. l. 7. de irregul. n. 4.* Aloyſ. Rice. *in praxi aurea reſolut. 411.* Campan. *d. c. 23. n. 84.* Ego ipſe *d. alleg. 39. n. 52.*

14. An is, qui omni diligentia, vt præcaueret, adhibita, dum operam rei licitæ daret, ſolo caſu fortuito homicidium commiſit, irregularitatem incurrat, adeò vt Ordines ſuſcipere, & beneficia obtinere abſque diſpenſatione non valeat, ſtante hoc decreto: Non incidiſſe referunt deciſum Armendar. *d. l. 7. de irregularit. n. 6.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 11. n. 53. in 2. declar.*

d Vel vim vi repellendo, &c.] Circa intellectum horum verborum inſudant Maiol. *de irregular. l. 1. c. 2. num. 10. verſ. 20. & lib 5. c. 48. num. 10. & 11.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. q. 54. n. 3.* Auil. *de cenſur. part. 7. diſput. 5. ſect. 3. dub. 2. verſ. loquendo de iure nouo,* Suar. *in ſimili tract. diſp. 46. ſect. 1. n. 3.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. c. 65. n. 13.* Aloyſ. Rice. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 930.* Petr. de Ledeſma *in ſumm part. 2. tract 8. de iuſtit. commutatiua c. 18. concl. 14. diffic. 1.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 3. c. 9. num. 29.* Sayr *de cenſur. lib. 7. c. 7. n. 22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. n. 112.* Coninck *de Sacrament. tom. 1. diſp. 18. n. 73.* latè Cened. *pract. & canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 24. n. 13. cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 12. c. 23. n. 51.* Bonacin. *d. diſp. 7. quæſt. 4. puncto 6. n. 3. cum ſeqq.* Farin. *fragment. crimin. part. 1. littera F, n. 475.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſciplina clericali §. 5. n. 109. cum ſeqq.* Ego ipſe *d. alleg. 39. n. 54.* Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol. 15. num. 73.* 15.

Habere etiam locum cùm agitur de repellenda vi illata patri, dicit reſolutum Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 11. n. 53.*

e Loci Ordinarij.] An etiam Capitulo Sede vacante? Vide Ludou. Beiam *reſponſ. caſuum conſcient. part. 4. caſu 37. verſ. tandem nullus,* Campan. *d. c. 23. num 146.* Henriq *d. lib. 14. c. 20. §. 1. in ſine,* Doctores, quos plena manu refero *d. alleg. 39. num 6.* vbi *num. 17.* de Abbatibus, & aliis Prælatis inferioribus habentibus iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, & *n. 18.* de Superioribus Religionum, & *n. 19.* de Archiepiſcopo in actu viſitationis. 16.

f Qui non niſi cauſa cognita, &c.] Hanc cauſæ cognitionem poſſe fieri ab Ordinario ſine ordine & figura iudicij, & teſtibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus, multis firmat Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 8. à n. 4.* 17.

Epiſcopus valens ex Priuilegio punire Subditos alienos, non poteſt punire Clericos alienos reos criminum etiam atrocium, niſi ex proprij Clericorum Epiſcopi, aut Perſonæ ab eo deputandæ interuentu.

CAPVT VIII.

1. *In quibus loquatur.*
2. *Epiſcopus loci delicti condemnat clericum delinquentem ſi ibidem inueniatur.*
3. *Epiſcopus loci vbi fuit commiſſum delictum, poteſt in prima inſtantia de illo cognoſcere quamuis non ſit Ordinarius domicilij delinquentis.*

PRæterea, a quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri ſunt Paſtores, ac proprias oues habent, alienis etiam ouibus præeſſe quærunt, & ita alienis ſubditis quandoque intendunt, vt ſuorum curam negligant, quicumque, etiam Epiſcopali præditus dignitate, qui alienos ſubditos puniendi priuilegium habuerit, contra Clericos b ſibi non ſubditos, præſertim in ſacris conſtitutos, quorumcunque etiam atrocium criminum reos, niſi cum proprij ipſorum Clericorum Epiſcopi, ſi apud Eccleſiam reſederit, aut perſonæ ab ipſo Epiſcopo deputandæ interuentu, nequaquam procedere debeat, aliàs proceſſus, & inde ſecuta quæcumque viribus omnino careant.

a Suprà c. 1. & ſeſſ. 6. c. vlt.

b Conc. Moguntin ſub Arnulpho Imper c. 14. & 15.

1. LOqui de iis, qui virtute priuilegij animaduertere volunt in non ſubditos, aſſerit Aldan. *in compendio Canonicar reſol. lib. 5. tit. 10. n. 8.*

2. Epiſcopus enim loci delicti innititur iuri communi, de quo *in cap. poſtulaſti, & in cap. vlt. de foro comp.* quibus iuribus probatur Epiſcopum loci delicti condemnare clericum delinquentem, quod videtur intelligi, ſi ibidem talis clericus delinquens inueniatur, Butr. *in dict. cap. vlt. num. 6.* & *ibi* Felin. *num. 8. in fine,* Grammat. *conſil. 27. num. 56. cum ſeq.* Menoch.

Menoch. *conſil.* 2. *num.* 130. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 16. *num.* 12. Vel niſi de more remittatur, *Clement paſtoralis*, §. *verum*, *de re iudic.* vbi Imol. *num.* 64. & Card. *num.* 12. *verſ. denique*. D. Barboſa *in l. hæres abſens*, §. *proinde*, *in art. de foro delicti n.* 5. vbi *n.* 124. ſubdit quòd inter Eccleſiaſticos ſit etiam remiſſio.

3. Poteſt enim ratione delicti Epiſcopus loci, vbi fuit commiſſum, cognoſcere in prima inſtantia, quamvis non ſit Ordinarius domicilij delinquentis, vt refert deciſum Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *c.* 1. *num.* 5. quia Concil. *infrà ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 10. non ſuſtulit modos legitimos, quibus quis ex iuris diſpoſitione ſortitur forum, vt oſtendi *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 81. *num.* 14.

Beneficia vnius Diœceſis nullo prætextu vniantur Beneficiis alterius Diœceſis.

Caput IX.

1. *Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.*
2. *Præſtimonia an ſint beneficia Eccleſiaſtica.*

a A Dionyſio Papa. Vide 2. Conſtantin. c. nimis, c. Eccleſias 13. q. 1. c. paſtoral. de his quæ fiunt à Prǣl. & infrà ſeſſ. 24. de reform. c. 13. in fin. & c. 17.
b Suprà ſeſſ. 7. c. 6. & 7. & infrà ſeſſ. 24. de refor. c. 13. & 15.

ET, quia a iure optimo diſtinctæ fuerunt diœceſes, & parochiæ, ac vnicuique gregi proprij attributi Paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores, qui ſuarum quiſque ouium curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus non confundatur, aut vna & eadem Eccleſia duarum quodam modo diœceſum fiat, non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint, beneficia vnius diœceſis, etiam ſi parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, *a ſeu præſtimonia*, aut præſtimoniales portiones fuerint, etiam ratione agendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de cauſa, alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco etiam pio perpetuò non b vniantur, decretum huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando.

1. VIde Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.* 2. *c.* 26. *num.* 24. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 3. *verb. vnio*, §. 8. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *c.* 2. *num.* 85. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitens lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 302. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 492. *in* 1. *edic.* aliàs *reſol.* 383. *num.* 5. *limit.* 5. *in* 2. *edic.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regular. reſolut.* 15. *n.* 33. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 180. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 66. *n.* 9.

a Seu præſtimonia] An ſint beneficia Eccleſiaſtica, latè diſputaui *in tract. de iure Eccleſiaſt. lib.* 2. *c.* 8. & ibi citatis addo Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simonia c.* 25. *n.* 2.

Beneficia Regularia conferantur non niſi Regularibus actu, aut qui eſſe debeant.

Caput X.

1. *Doctores referuntur de materia cap. agentes.*
2. *Beneficia S. Ioannis Hieroſolymit. comprehenduntur ſub hoc decreto.*
3. *Regulares etiam Canonici ſunt incapaces beneficij ſimplicis.*
4. *Milites Regulares S. Iacobi, & alij ſimiles ſunt capaces beneficiorum ſæcularium.*
5. *Equites Capellani Religionis S. Stephani præſentari poſſunt ad Eccleſias ſæculares.*
6. *Canonicus ſancti Georgij in Alga poteſt admitti per Datarium ad parochialem Eccleſiam ſibi reſignatam.*
7. *Beneficia regularia quæ?*
8. *Religioſus vnius Religionis non eſt capax beneficij alterius Religionis.*
9. *Religioſus non eſt capax beneficij alterius monaſterij eiuſdem Ordinis.*
10. *Beneficium regulare adminiſtrationem non habens dari poteſt his, qui habitũ nondum ſuſcepere, modò illum ſuſcipere, & profeſſionẽ emittere teneantur.*
11. *Beneficia adminiſtrationem habentia dari poſſunt his ſolùm qui profeſſionem priùs emiſerint.*
12. *Beneficia regularia ſæcularibus, & è conuerſo in ſubſidium dari poſſunt.*
13. *Beneficia regularia quando dicantur dari in ſubſidium ſæcularibus, & è contra.*

a Cap. cùm de beneficio de præbend. in 6. & infrà ſeſſ. vlt. c. 21. circa mediũ de reg. & mon. Deut. 2. c. cum cauſam de elect. & c. quidem de Apõ.

a REgularia a *beneficia*, in titulum Regularibus profeſſis prouideri conſueta, cum per obitum, aut reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, β *religioſis tantùm illius Ordinis*, γ *vel iis, qui habitum*, omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non aliis, ne veſtem lino, lanaque contextam induant, conferantur.

1. VIde Nauarr. *conſil.* 9. *de præbend. in antiq.* aliàs *conſil.* 11. *de ſtatu monach. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de præbend deciſ.* .. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 2. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 14. *art.* 3. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. beneficia*, §. 5. Seraphin. *deciſ.* 1165. & 1305. Mantic. *deciſ.* 68. *num.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.*

collect. 763. & in praxi aurea reſolut. 3:1. Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloſſ. 8. à princip. Nicol. Garc. de beneſ. part. 7. cap. 10. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 1. num. 19. Viuian. de iurepatronat. part. 2. lib. 1. cap. 1. ex num. 79. in nouiſſ. impr. Campan. in diuerſ. iuris Canon. rub 12. cap. 7. à num. 14. Sanchez in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 29. à num. 27. Ioan. Anton. Maſſobr. in ſua praxi habendi concurſum, prælud. 7. dub. 21 à num. 2. Hieron. Roder. in compendio quæſt. regul. reſolut. 15. à num. 4. Anton. Fabric. de re beneſic. tit. de ſæculari & regulari beneficio, Cardinal. Tuſch. tomo 1. littera B, concluſ. 67. Sebaſt. Cæſar. in reloct. de Eccleſiaſtica hierarchia, diſput. 14. §. 1. n. 2. Paul. Laymann. in Theologia morali, lib. 4. tract. 3. cap. 4. num. 1. & 2. Squillante de priuileg. clericor. cap. 4. n. 5. Tambur. de iure Abbatum tom. 3. diſp. 9. q. 7. num. 18. Rot. in Ferrarien. Prioratus 18. Aprilis 1611. coram Attrebaten.

2. Comprehendi ſub hoc decreto beneficia Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, cenſuit Rota deciſ. 569. p. 2. recent.

3. Regulares ſunt incapaces beneficij ſimplicis, etiamſi eſſent Canonici Regulares, non autem beneficij curati, iuxta diſpoſitionem cap. quod Dei timorem, de ſtatu monach. ſed hoc ex ſtylo concedi non debet, niſi inſtante Epiſcopo pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ. Ita refert deciſum Nicol. Garc. de beneſic. p. 7. cap. 10. num. 31. & 32.

4. Beneficiorum ſæcularium, ſiue ſimplicium, ſiue curatorum, capaces ſunt Milites Regulares militiæ S. Iacobi de Spatha, aliique huiuſmodi non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia, ita referunt deciſum Nicol. Garc. in addit. ad ſuum tract. de beneſ. p. 1. cap. 4. num. 2. Ego ipſe de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 57. num. 174.

5. Equites Capellanos Religionis S. Stephani Papæ & Mart. etſi habeant proprias Eccleſias dictæ Religioni ſubiectas, præſentari poſſe ad alias Eccleſias ſæculares, ex lib. ſtatutorum, & conſtit. dictæ Religion. fol. 16. ex Viuian. dixi d. alleg. 57. n. 173.

6. Canonicum S. Gregorij in Alga admitti per Datariam ad Parochialem Eccleſiam ei reſignatam, ait Aldan. in compendio Canon. reſolut. 3. tit. 4. n. 10. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum in Veronen. 17. Nouembris 1529.

7. α Regularia beneficia] Quæ dicantur, latè tradunt Sanchez d. lib. 7. cap. 29. à num. 11. Hieron. Roderic. d. reſolut. 15. n. 27. cum ſeqq. Ego ipſe d. p. 3. alleg. 57. num. 168.

8. β Religioſis tantùm illius Ordinis, &c.] Religioſum illius Religionis non eſſe capacem beneficij Regularis alterius Religionis, reſoluunt Rebuff. in praxi beneſic. tit. de diſpenſat. cum regular à num. 2. Nauar. commente 4 de Regular. num 23. in princip. Fr. Emmanuël quæſt. regular. tomo 1. quæſt 34. art. 8. Gonzal. ad regul. 8 Cancell. gloſſ. 8. num. 96. cum ſeqq. Hieronym. Roderic. d. reſolut. 15. num. 4. Sanchez d. lib. 7. cap. 29. num. 29. vbi num. 30. ſubdit nec Pontificem ſolitum eſſe concedere Regularibus gratiam aſſequendi beneficium alterius Ordinis, niſi transferendo illos ad id monaſterium, ad cuius collationem beneficium aſſequuntur, & num. 31. hinc colligit integrum non eſſe duobus Religioſis diuerſorum Ordinum permutare beneficia regularia de licentia ſuorum Prælatorum, quia neuter eſt beneficij alterius capax, & citat Bellam. de permut. beneſ. p. 1. quæſt 11. num. 12.

9. Idem iuris eſſe quantum ad beneficia alterius monaſterij eiuſdem Ordinis, reſoluunt Rebuff. in praxi beneſic. tit. de diſpenſat. cum regularib. à num. 2. Nauarr. d. commento 4. de regul. num. 25.

in princip. Fr. Emmanuël quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 34. art. 8 Sanchez d. lib 7. cap. 29. num. 29. Hieron. Roderic. d. reſolut. 15. num. 50. per cap. cum ſingula §. prohibemus, de præbend. lib. 6. vbi id grauiter interdicitur, eaque acceptantes fiunt ipſo iure inhabiles, & ineligibiles.

γ Vel iis, qui habitum, &c.] Ergo beneficium regu- 10.
lare dari poteſt his, qui habitum nondum ſuſcepêre, modò illum ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur. Rot. in Carpentoracten. Prioratus 19. Aprilis 1619. coram bona mem. Buratto, inter eius impreſſas deciſ. 390.

Beneficia regularia adminiſtrationem non habentia, necnon quaſvis Monachales, & Canonicales portiones Regularibus prouideri conſuetas poſſunt Ordinarij collatores conferre nedum eius Ordinis profeſſis, ſed etiam ſæcularibus, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere omnino teneantur, ita referunt deciſum Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 8. num. 77. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 5. n. 23. Sanchez d. lib. 7. cap. 4. n. 14. Hieronym. Roderic. d. reſolut. 15. ſub n. 4. Maſſobr. in praxi concurſus prælud. 7. dub. 11. num. 9.

Ad beneficia verò huiuſmodi adminiſtratio- 11.
nem habentia nullum eligi debere, niſi priùs profeſſionem expreſsè emiſerit, innuit Puteus deciſ. 254. lib. 2. in correctis, & expreſsè ſub die 12. Decembris 1585. reſolutum fuiſſe atteſtatur Piaſec. d. num. 23. pagina 330. Campan. in diuerſ. iuris Canonic. rubr. 12. cap 7. num. 16. Nicol. Garc. de beneſic. part. 7. cap. 10. num. 10. Gonzal. d. gloſſ. 8. n. 78. & huius deciſionis meminit Rota in dicta Carpentoracten. Prioratus 20. Martij 1620. coram bona mem. Buratto, inter eius impreſſas deciſ. 463. num. 1.

In ſubſidium verò, veluti ſi deficiant Regula- 12.
res, aut neceſſitas vrgeat, putà quia idonei non reperiuntur, beneficia regularia ſæcularibus, & è conuerſo conferri poſſe, probat text. in cap. inter quatuor, de relig. domib. & reſoluunt Rebuff. in concord. tit. de collation. §. volumus, verſ. conformitatem, & in praxi tit de diſpenſat. cum regular. num. 40. & in tract. nomin. quæſt. 5. num. 13. verſ. fallit niſi idonei non reperiantur, Gonzal. d. gloſſ. 8. num. 41. Nicol. Garc. d. p. 7. cap. 10. num. 16. Azor. inſtitutionum moralium p. 2. l. 3. cap. 26 quæſ. 5. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract 3. num. 158. Paul. Laymann. in ſumma Theologiæ moralis lib. 4. tract. 2. cap. 4. n. 2. verſ. excipe quinto, & expreſsè quòd Sacerdos Regularis in ſubſidium, vt ſuprà, admittatur ad ſæculare beneficium curatum, tradit Abb. in cap. 1. de capell. mon. quem referunt & ſequuntur Cephal. conſil. 358. n. 25. Ioan. Baptiſt. Coſta de remed. ſubſid. remed. 71. num. 2. vbi intelligit ſiue ſit liberum, ſiue iuriſpatronatus laicorum.

Quando autem dicantur beneficia regularia da- 13.
ri in ſubſidium ſæcularibus, & è contrà, ponit Abb. in cap. inter quatuor, quem refert & ſequitur Azor. d. quæſ. 5. aſſerens hunc ordinem eſſe ſeruandum, videlicet vt ſi alij eiuſdem cœnobij fuerint, hi adhibeantur, ſin minus, aduocentur alij Monachi alterius cœnobij, eiuſdem tamen Ordinis; quòd ſi nec hoc fieri queat, ſupponantur alij alterius Ordinis Religioſi, vt colligitur ex c. relatum, ne clerici, vel mon. quòd ſi etiam deſiderentur, tunc ſæculares clerici in eorum locum ſufficiunt.

Nullus admittatur ad Profeſſionem, niſi vt in Ordine, ad quem transfertur, ſub obedientia maneat, & Beneficiorum ſecularium etiam Curatorum incapax exiſtat.

Capvt XI.

1. *Doctores de materia & intellectu huius cap. agētes.*
2. *Prælatus non poteſt ſuis Religioſis tranſlatis, abſque iuſta cauſa concedere facultatem ſtandi extra monaſterium.*
3. *Superior poteſt dare licentiam tranſlato ad modicum tempus ſtandi extra monaſterium cauſa prædicationis.*
4. *Tranſlati ad Carthuſianos poſſunt ibi in clauſtro Priores, & extra clauſtrum procuratores eſſe.*
5. *Regulares nulli etiam Canonici poſſunt ſine diſpenſatione Apoſtolica beneficia curata, nec in perpetuum, nec ad tempus habere.*
6. *Canonici Regulares non ſunt admittendi ad curam Parochialium Eccleſiarum abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione.*
7. *Canonicis Regularibus Lateranen. non licet etiam.*
8. *Milites Regulares non emittentes tria vota ſubſtantialia non ſunt incapaces beneficiorum ſecularium.*
9. *Sacerdos adſcriptus Eccleſiæ receptitiæ, ſi fiat miles Capellanus Hieroſolymitanus non poteſt prætendere fructus Eccleſiæ receptitiæ.*

a Additio ad c. 27. Conc. Agathenſis.

QVia verò Regulares,[a] de vno ad alium Ordinem tranſlati, facilè à ſuo Superiore licentiam ſtandi extra Monaſterium obtinere ſolent, quo vagandi, & apoſtatandi occaſio tribuitur: nemo cuiuſcumque Ordinis Prælatus, vel Superior vigore cuiuſvis facultatis aliquem ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt in Ordine ipſo, ad quem transfertur ſub ſui Superioris obedientia in clauſtro perpetuò maneat, ac taliter tranſlatus, etiam ſi Canonicorum Regularium fuerit,[a] *ad beneficia ſecularia, etiam curata* omnino incapax exiſtat.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat lib. 2. cap. 15. num. 79.* Nauarr. *commento 4. de regul. num. 11. & 12.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 53. art. 4.* Azor. *inſt. mor. p. 1. lib. 12. c. 14. q. 12. verſ. in Concilio,* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. n. 81. & 82.* Hieron. Rodet. *in compend. quæſt. reg. reſol. 123. n. 88.* qui aiunt ante hoc decretum fuiſſe frequentiſſimum, tranſlatum legitima licentia de vna in alteram Religionem poſſe à Superiore Religioſo, ad quam transfertur, admitti animo eius, nō retinendi in clauſtro, ſed dandi ei poſtea licentiam manendi extra clauſtrum perpetuò, vel per multos annos, ſed vix à culpa liberum quòd bono fine ea dimiſſio deſtitueretur; ſinis enim ſolebat eſſe vagari, & liberum reddi à iugo regulæ. Addunt præterea plures ex citatis potuiſſe licere dicto Superiori in aliquo euentu, nempe concurrentibus maxima ſuę Religionis deſerendę neceſſitate ob moleſtias, perſequutiones, aut diſſenſiones, vel ſimiles caſus, & magna difficultate inueniendi Monaſterij, cum Religioſum perpetuò eſſe in clauſtro volentis, & magna de tranſlato fiducia; quo caſu poſſe Prælatum admittere illum animo concedendę licentię manendi extra clauſtrū non tam amplè, & vagè, ſed arctatè ad eum locum, in quo poſſet Prælatus eius vitam noſſe eiúſque curam habere, eúmque corrigere, & ſi opus eſſet, aliò transferre. Aduertunt deinde citati Doctores decretum hoc non videri inducere ius nouum, ſed antiquum declarare, & ita improbare eas licentias, quæ communiter erant illicitæ, ac ſtatui Religioſo valde pernicioſæ, ac proinde in caſu, in quo prædictæ licentiæ ante id decretum erant licitæ, eſſe quoque modò, quòd in eo caſu tantæ neceſſitatis nec facilè conceſſę dicantur, nec materiam vagandi præſtent, nec ſit omne ſalutis remedium huiuſmodi Religioſis occludendum.

2. Poſſe Prælatum eam ſtandi extra Monaſterium tranſlatis his facultatem concedere, quam licitè concedere poſſet propriis eius Religionis alumnis, & ſicut iis non poſſet abſque iuſta cauſa concedere, ſecus tamen illa exiſtēte, ita & illis, reſoluunt Nau. *d. commento 4. de Regular. n. 15,* Sanch. *d. cap. 7. n. 84.*

Superiorem poſſe dare licentiam tranſlato ad modicum tempus ſtandi extra monaſteria cauſa prædicationis, vel audiendi confeſſiones; refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 69.* 3.

Pius V. edidit conſtitutionem reuocatoriam indultorum recipiendi, vel retinendi Religioſos alterius Ordinis etiam laxioris, quæ incip. *Quæcumque,* ſub dat. Romæ pridie Id. Octobris 1569. per quam conſtitutionem poſſe Epiſcopum agere contra Regulares vacantes de vno in alium Ordinem tranſlatos, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Religion. num. 68.*

Omnes cuiuſcumque Religionis legitimè tranſlatos ad Carthuſianos poſſe in eadem Carthuſienſi Religione in clauſtro Priores, & extra clauſtrum procuratores eſſe, reſolutum atteſtatur Armendar. *d. l. 7. de Religionib. num. 67.* 4.

a *Ad beneficia ſecularia etiam Curata, &c.*] Nullos Regulares, etiamſi Canonici ſint, poſſe ſine diſpenſatione Apoſtolica beneficia Curata nec in perpetuum, nec ad tempus habere, referunt deciſum Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Canonicus Regularis,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 7. num. 53.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 71.* Mart. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 30. num. 13.* Aloyſ. Ric. *in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapolit. deciſ. 159. p. 1.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol. 15. num. 52. in fine,* vbi cum Sanchez *citato loco* atteſtatur ſacram Congreg. ex decreto Gregorij XIII. declaraſſe nullum hodie Regularem eſſe capacem beneficij curati abſque Pontificis diſpenſatione. Ego ipſe *in collect. ad cap. quod Dei timorem, n. 3. de ſtatu monachor.* vbi plures citaui Doctores reſoluentes, poſſe de iure communi, per illum textum. 5.

Canonicos Regulares, non obſtante *d. cap. quod Dei timorem,* non eſſe admittendos ad curam parochialium Eccleſiarum abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, reſoluunt Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. to. 1. q. 31. art. 5.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 10. num. 32.* Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib. 2. tit. 5. num. 21.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per 6.

S. Cong.

S. Congreg. Epiſcop. & Regul. negotiis præpoſitam *in vna Cremonen. 1. Septembris* 1603.

7. Canonicis Regularibus Congregationis Lateranen. non licere etiam de licentia ſui Generalis abſque permiſſu Summi Pontif. aſſumere curam animarum etiam ad tempus, multóque minus beneficium Curatum ad tempus, referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Canonicus Regularis*, Nicol. Garc. *d. p.* 8. *cap* 10. *num.* 32. Piaſec. *in praxi Epiſcop p.* 2. *cap.* 5 *num.* 23. Gabr. Pennot. *lib.* 2 *hiſtor. tripart. Canon. Regul. c.* 72. *num.* 7 *circa med. cum ſeqq.* Tamburin. *de iure Abbatum tomo* 3. *diſput.* 9. *quæſt.* 7. *num.* 11. *cum ſeqq.*

8. Milites Regulares militiæ S. Iacobi de Spatha, alioſque huiuſmodi non emittentes tria vota ſubſtantialia, videlicet caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, non eſſe incapaces beneficiorum ſæcularium ſiue ſimplicium, ſiue curatorum, neque etiam penſionum, reſoluit Nicol Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p.* 1 *cap.* 4. *n* 23. vbi ait ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 10. *Nouembris* 1609.

Sacerdotem adſcriptum Eccleſiæ receptitiæ, ſi fiat Miles Capellanus Hyeroſolymitanus, ſeu alterius Militiæ, non poſſe prætendere fructus Eccleſiæ receptitiæ, quia reputatur Regularis, qui non eſt capax beneficiorum ſæcularium, tenet Aldan. *d. tit.* 5 *num.* 12. aſſerens ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 17. *Martij* 1615. 9.

Solus competenter ex ſuis dotans, aut de nouo Capellam fundans, iuſpatronatus obtinet.

CAPVT XII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Intelligitur de iuribuſpatronatus in futurum acquirendis poſt Concil.*
3. *Eccleſiam in proprio ſolo ſuis ſumptibus conſtruens, in ea iuſpatronatus acquirit.*
4. *Iuſpatronatus fundatum in fundo ſubiecto fideicommiſſo reſtituendo cum vniuerſa hæreditate, acquiritur hæredi. & fideicommiſſario.*
5. *Compatronus non adiungitur fundatori inuito.*
6. *Eccleſiam conſtruenti cum proteſtatione recuperandi expenſas ab ea, tunc iuſpatronatus non acquiritur. ſed Eccleſia.*
7. *Iuſpatronatus non acquiritur ex conſtructione neceſſariò, non voluntariè facta.*
8. *Iuſpatronatus acquiritur ex reædificatione, ſeu refectione Eccleſiæ penitus deſtructa.*
9. *Iuſpatronatus ex Eccleſia conſtructione acquiritur abſque alio reſeruatione, niſi illud expreſſè remittatur.*
10. *Cõſenſus tacitus diœceſani in cõſtructione Eccleſiæ ad acquirendũ iuſpatronatus colligitur ex inſtitutionibus ipſius factis ad præſẽtationes patronorũ.*
11. *Cõſenſus expreſſus Ordinarij, qui requiritur in cap. Nobis, poteſt etiã ante creationem iuriſpatronatus interuenire, & poſtea, & quandocunque.*
12. *Dotans inſufficienter, quod arbitrabitur Epiſcopus, non acquirit iuſpatronatus.*
13. *Iuſpatronatus non acquiritur ex augmento dotis.*
14. *Dos ab initio fundationis ſufficiens præſumitur.*
15. *Conſenſus diœceſani requiritur in dotis datione, & aſſignatione.*
16. *Ad acquirendum iuſpatronatus non requiruntur tria hæc copulatiuè, fundus, conſtructio, & dos. Contrà num.* 17.
17. *Iuſpatronatus honorificũ in Eccleſia Cõuẽtuali nõ acquiritur ex ſola cõſtructione abſque dote. ibid.*
18. *Inſtituere præſentatos à patronis, & per examen idoneos repertos, ſolus poteſt Epiſcopus.*
19. *Inſtitutio præſentati à patronis non poteſt reſeruari alteri quàm Epiſcopo, niſi, &c.*
20. *Inſtituendi ius poteſt competere Prælatis inferioribus ex cauſa neceſſaria.*

NEmo, etiam cuiuſvis [a] dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, quacumque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut Capellam *a de nouo fundauerit * & conſtruxerit*, ſeu iam erectam, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis propriis, & patrimonialibus bonis *β competenter dotauerit*, [b] iuſpatronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. In caſu autem fundationis, aut donationis, *γ huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, δ & non alteri* inferiori reſeruetur.

[a] Seſſ. 25. cap. 9.
[b] Cap. piæ mentis cum ſeq. 16. q. 7. & c. nobis. de iurepatrõ. & inſt. ſeſſ. vlt. c. 6. in princ.

1. VIde Lambertin. *de iurepatron. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *cum ſeqq.* Paul. de Citadinis *in ſimili tract. p.* 3. Roch. *eod. tract. verb. Eccleſiam fundauit & verb. conſtruxit*, *& verb. dotauit*, Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *princ.* Perez *l.* 1. *gloſſ.* 1. *tit.* 6. *l.* 1. *ordin.* Flamin. Paril. *de reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 40. *num.* 40. *cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. iuſpatronatus*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 18. *n.* 33. *cum ſeqq.* Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 5. *cap.* 9. *à num.* 36. Cardoſ. *in praxi iudicum, & aduocat. verb. iuſpatronatus, num.* 2. *cum ſeqq.* Camill. Borrel. *in ſumm. omnium deciſ. tom.* 1 *tit.* 31. *à n.* 1. Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ. p.* 3 *collect.* 1693. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 25. Maſſobr. *in praxi habendi concurſũ præbend.* 7. *dub.* 6. Vgolin. *de officio & poteſtate Epiſ. cap.* 51. *in princ. num.* 6. metipſum *in ſimili tract. p.* 3. *alleg.* 70. *num.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 8. *à n.* 1. Caſtro Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 13. *diſput. à puncto* 2. *num.* 6. Tamburin. *de iure Abbatum, tomo* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 21.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

2. Intelligendum eſſe hoc decretum de iuribuſpatronatus in futurum acquirendis poſt Concilium, non verò acquiſitis, refert deciſum Ricc. *p.* 4. *deciſ.* 257. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 30. *l.* 1. *de iurepatron. n.* 22. ſubdens *n.* 21. eorum titulos eſſe oſtendendos Ordinario, & ſi apparuerit iurapatronatus rectè, ac ritè conceſſa fuiſſe, nec ex illis eſſe, quæ reuocata ſunt *infrà ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 9. & data fuiſſe ea lege expreſſa, vt præſentatio fieret Capitulo, ſeu dignitatibus Cathedralis Eccleſiæ, ſaluum adhuc manere illud ius præſentationis ex *d. cap.* 9. *& ſeſſ.* 7 *de reform. c.* 13. ſi verò de non ſimplicibus beneficiis agatur, ſeruandam eſſe formam *ſeſſ.* 24. *de reform cap.* 18.

3. *a De nouo fundauerit & conſtruxerit.*] Quamvis aliud ſit fundare Eccleſiam, & aliud conſtruere, ſiquidem fundare dicitur, qui fundum dat, ſeu aſſignat, vt Eccleſia conſtruatur, conſtruere verò dicitur, qui ipſam conſtruit, vel ædificat, vt *in c. Abbatem, el.* 2. 18. *q.* 2. *c. nobis* 25. *de iurepatr.* adhuc hæc

Verba appoſita ſunt ad demonſtrandum quemlibet modum fundationis ſcilicet, & conſtructionis ſufficere vt prædictum ius acquiratur, non verò vt ſignificent fundationem ipſam & conſtructionem debere coniungi. Ita D. Felician. de Vega *ad cap. quanto, num. 24. de iudic.* vbi *num. 26.* aducitur quòd ſi adſit conſuetudo quòd ſola fundatio non operetur huiuſmodi iuſpatronatus niſi ſimul cum conſtructione, ita quòd ſi alter ſit qui conſtruit quàm qui fundauit, ille ſolus ſit patronus, ea debet ſuſtineri, ſicut in noſtra Hiſpania receptum videmus, in ea enim non qui fundum præſtitit ad Eccleſiam, vel Capellam, ſed qui illam conſtruxit, vel dotauit, vtitur prædicto iurepatronatus, vt notat Nicol. Garc. *d. cap. 9. n. 41.* Intellige ſiue quis eam in proprio ſolo ſuis ſumptibus omnino conſtrueret, *cap. Abbatem 18. quæſt. 2. cap. nobis, de iurepatronat.* ſiue etiam ſolum tantummodo, ſiue fundum ad eam ædificandam obtulerit, ac donauerit. Lambertin. *de iurepatronat. p. 1. lib. 1. quæſt. 2. art. 2. num. 1. & 2.* & Doctores communiter. At quamlibet fundi donationem non tribuere iuſpatronatus, ſed neceſſarium eſſe vt totum dominium transferatur, reſoluunt Lambertin. *d. p. 1. quæſt. 2. art. 2.* Maſſobr. *d. prælud. 7. dub. 18.*

4. Si verò fundum ſubiectum ſit fideicommiſſo reſtituendo cum vniuerſa hæreditate, iuſpatronatus in eo fundatum acquiri hæredi & fideicommiſſario, niſi hæres habeat quartam totius hæreditatis aliunde, reſoluunt Lambertin. *d. p. 1. quæſt. 9. art. 21.* Maſſobr. *d. prælud. 12.*

5. Fundatori inuito non adiungi compatronum, tenent Lambertin. *d. p. 1. quæſt. 3. art. 6.* Maſſobr. *d. prælud. 7. dub. 11.*

6. * *Et conſtruxerit.*] Etiam abſque proprij fundi aſſignatione, veluti ſi in ſolo ab aliis dato ipſe propriis ſumptibus liberè Eccleſiam conſtruxerit, *cap. monaſterium 16. quæſt. 7.* aliàs enim ſi hæc fiant iuxta terminos *cap. ad audientiam, el. 1. de Eccleſ. ædificand.* & cum proteſtatione recuperandi expenſas ab ipſa Eccleſia, tunc iuſpatronatus non illi acquiri, ſed Eccleſiæ, ex cuius bonis illa fuit conſtructa, reſoluunt gloſſ. *verb. conſtruxiſſe, in cap. Apoſtolicos 17. quæſt. 2.* Gonzal. *d. gloſ. 18. num. 33.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 9. à num. 36.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 10. n. 202. & ſeq.*

7. Sicut etiam non acquiri iuſpatronatus ex conſtructione neceſſariè, non voluntariè facta, tenent Lambertin. *d. p. 1. lib. 1. quæſt. 4. princ. art. 7.* Rot. *deciſ. 167. num. 5. & 6. part. 2. diuerſ. & deciſ. 758. n. 2. part. 2. recent. & in Camerinen. penſion. 10. Decembris* 1625 *coram R. P. D. meo Pirouano.*

8. Iuſpatronatus etiam acquiri ea reædificatione, ſeu refectione Eccleſiæ penitus deſtructæ, ſeu funditus dirutæ, ita vt noua conſecratione indigeat, tenent Roch. *de iurepatron. verb. conſtruxit, num. 12.* Lambertin. *eod. tract. p. 1. lib. 1. q. 6. princip. art. 3. ex num. 15.* Burſat. *conſil. 310. à num. 3. vol. 3.* Menoch. *conſil. 90. num. 27. & conſil. 336. num. 5. cum ſeqq.* Spin. *d. gloſ. 4. num. 28.* Zerol. *d. p. 1. verb. iuſpatronatus, §. 2. ad ſ.* Seraphin. *deciſ. 518. & 907.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 1559.* Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 6. c. 19. quæſ. 10.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 18. num. 13.* Nicol. Garc. *d. c. 9. num. 51.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 11. cap. 13. num. 373.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 177. num. 26.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, præl. 7. dub. 22. num. 6.* ſecundùm Romanam impreſſ. Viuian. *in praxi iuriſpatr. lib. 2. cap. 4. n. ... in vlt. impreſſ.* Caſtr. Palao *d. punct. 2. num. 5.* Rot. *in Senen. beneficij 18. Martij 1596. coram Litta, & deciſ. 54. num. 5. p. 1. recent. & in Mutinen. plebis ſeu Iuriſpatronatus 21. Februarij 1625. coram R. D. meo Coccino Decano, & in Beſſanen. Parochialis 3. Iunij 1626. coram bonæ mem. Buratto,* inter eius impreſſas *deciſ. 946. num. 7.*

Ex qua quidem Eccleſiæ conſtructione acquiri iuſpatronatus abſque alia reſeruatione, niſi illud expreſsè remittatur, firmant Viuian. *d. p. 1. lib. 2. c. 1. num. 9.* Ferentil. *in annot. ad deciſ. 1. Buratti, n. 14. litt. B,* quia probata conſtructione cum aſſenſu Epiſcopi ſaltem tacito, & præſumpto, non eſt neceſſe probare alium aſſenſum quoad acquiſitionem, Caualer. *deciſ. 336. ex num. 4.* 9.

Tacitus autem conſenſus diœceſani Ordinarij colligitur ex inſtitutionibus ipſius factis ad præſentationes patronorum, Roch. *de iurepatron. verb. pro eo, quæſt. 8. num. 2.* Rot. *in Aquen. iuriſpatronatus 7. Nouembris 1601. coram Card. Lancelloto tun.* impreſſa per Marcheſ. *de commiſſionib. p. 2. pag. 454.* Beltramin. *ad deciſ. 420. Gregorij XV. num. 7.* 10.

Expreſſum autem ipſius Ordinarij diœceſani conſenſum, qui requiritur *in cap. nobis 25. de iurepatron.* poſſe etiam ante creationem iuriſpatronatus interuenire, & poſtea quandocunque, firmauerunt Cald. *conſil. 6. de iurepatron.* Roch. *d. verb pro eo, q. 4. n. 9.* Lambert. *d. lib. 1. p. 2. quæſt. 1. art. 16. & quæſt. 12. art. 36. n. 5.* Rot. *in Piſtorien. iuriſpatronatus 13. Martij 1609. corã R. D. meo Coccino Decano, & in Briſtonen. iuriſpatronatus 7. Maij 1612. corã bonæ mem. Vbaldo ſen.* Beltramin. *d. n. 7.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi q. 5. alleg. 79. num. 21.* vbi *n. 132.* quòd præſtandus eſt ab Ordinario illius loci in quo fundatur vel conſtituitur Eccleſia, & *num. 30.* quòd Ordinarij nomine in hac materia venit quilibet Prælatus etiam inferior, dummodo habeat Epiſcopalem iuriſdictionem, & *num. 32.* extendo ad Capitulum Sede vacante. 11.

ß *Competenter dotauerit.*] Ergo dotantem inſufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirere iuſpatronatus, ſed dici benefactorem, tenent Lambertin. *d. lib. 1. p. 1. q. 5. n. 11.* Nicol. Garc. *d. p. 5. cap. 9. n. 52.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 123. num. 3. verſ. declaratur,* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 30. l. 1. de iurepatron. n. 31.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 18. n. 53.* vbi ait quòd debet priùs conſtare dotem primam fuiſſe reductam de eſſe ad non eſſe, vt quis ratione ſecundæ acquirat iuſpatronatus, Caſtro Palao *d. puncto 2. num. 6.* 12.

Vnde illud non acquiri ex augmento dotis, bene reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol. 150.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. c. 177. num. 24. & 25.* Rot. *deciſ. 521. p. 2. recent.* Ego ipſe *d. allegat. 70. num. 15. & in collect. ad cap. quoniam 3. num. 8. de iurepatronat.* 13.

Dotem autem huiuſmodi ab initio fundationis ſufficientem præſumi, probat *cap. ... num. 100. de conſecrat. diſt. 1.* Calderin. *conſil. 19. poſt med. verſ. pro parte contraria,* Verall. *deciſ. 62. p. 1.* Gregorius. XV. *deciſ. 483. num. 5.* Rot. *in Toletana iuriſpatronatus, 11. Februarij 1627. coram R. D. meo Coccino Decano,* impreſſa per Viuian. poſt ſuam *praxim iuriſpatronat. deciſ. 112.* 14.

In huius dotis datione, & aſſignatione requiri diœceſani conſenſum, ſicut in fundatione, & conſtructione, aduertit Viuian. *in d. praxi iuriſpatron. lib. 1. cap. 4. num. 17.* ſecundùm nouiſſ. impreſſ. ſubdens Diœceſanum antea qualitates dotantis exquirere debere, quomodo velit dotem conſtituere, & an ſit congrua, & ſufficiens. Sed an ſine particulari reſeruatione dotem danti acquiratur iuſpatronatus? Affirmatiuè tenet Roch. *d. verb. dotauit, n. 4.* 15.

Rota

Rota *deciſ. 517. num. 2. p. 1. recentior. & deciſ. 674. n. 1. p. 2.* Durand. *deciſ. 147. num. 1. & in diſcurſu 285. n. 28. cum ſeqq.*

16. Vtrùm autem ad acquirendum iuſpatronatus tria illa copulatiuè requirantur, ſcilicet fundus, conſtructio, & dos? Non requiri, ſed vnum ſufficere vt concurrat, cùm iura alternatiuè loquantur, videtur probare text. *in cap. nobis,* & *ibi gloſſ. verb. conſtruxerit, cap. quoniam,* & *ibi gloſſ. verb. fundatores, de iurepatron. cap. filiis, cap. decreuimus, cap. monaſterium 16. quæſt. 7. cap. ſignificant, de teſtib.* gloſſ. magna *in cap. piæ mentes 16. quæſt. 7.* Abb. *in cap. ad audientiam, num. 10. & 11. de Eccleſ. ædific. & in cap. propoſuit, num. 1. de filiis presbyt.* & *ibi* additio; idem Abb. *in d. c. nobis, num. 1.* Cardin. *num. 5.* Ioan. Andr. *num. 6. & 7.* Butr. *num. 1.* Boich. etiã *num. 1.* Anchar. *in princ. & num. 6.* Hoſt. *num. 1. de iurepatron.* Beroi. *in cap. quoniam, num. 95. eod. tit.* Hoſt. *in ſumm. de iurepatron, n. 2.* Abb. *conſil. 54. num. 1. p. 1. & conſil. 59. n. 1. & 3. p. 2* Card. *conſil. 121. num 2. verſ. ad quod reſpondeo,* Ioan. de Anania *conſil. 24. verſ. iſtud probo,* & *ibi* Bolognet. *num. 6.* Menoch. *conſil. 141. num. 1. & 4. & de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 90. n. 4. & 5.* Lambertin. *d. lib. 1. p. 1. quæſt. 1. art. 1. n. 18. verſ. venio igitur ad 1.* Spin. *d. gloſ. 4. princ. n. 28. & 29.* Paul. de Citradinis *de iurepatronat. p. 3. num. 1.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 52. in princ. num. 6.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 6. num.* ..Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 32. n. 23.* Verall. *dec. 133. p. 2.* Rot. *diuerſ. p. 2. deciſ. 598. n. 1. & p. 4. deciſ. 565. num. 2.* eadem Rot. *deciſ. 5. de iurepatron. in antiq.* Aloyſ. Ric. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 72. num. 5. & ſeq. p. 1.* Rota apud Tambur. poſt *tom. 3. de iure Abbatum deciſ. 28. per tot.*

17. Contrà Roch. de Curte *de iurepatronat. in princ. num. 3. ad fin. & n. 4. & in verb. Eccleſiam fundauit, num. 1. quæſt. 2. & verb. conſtruxit, n. 3. quæſt. 3. & verb. dotauit, num. 1.* Abb. *con. 106. num. 2. col. 1. in fine; verſ. quod etiam, part. 2. & in c. ad audientiam, num. 4. de Eccleſ. ædificand.* Ioan. de Anania *conſil. 24. num. 4. verſ. illud probo* Gregor. Lopez *l. 1. gloſſ. 3. tit. 15. p. 1.* Perez *tom. 1. ordinam. fol. 136 verſ. fundatione igitur, & folio 137. verſ. ſextò quæritur,* Moner. *de commutat. vltim. voluntat. cap. 10. num. 202. verſ. ego vero,* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. cap. 9. num. 44* Caſſador. *deciſ. 6. num 10. de iurepatronat.* exiſtimantes ad acquirendum iuſpatronatus tria copulatiuè requiri, ſcilicet fundum, conſtructionem, & dotem, ſiue ab vno, ſiue à diuerſis.

Iuſpatronatus honorificum in Eccleſia Conuentuali acquiritur ex ſola conſtructione abſque dote, *c. nobis, de iurepatron.* Lambertin. *p. 1. quæſt. 11. art. 7. num. 5. & lib. 3. quæſt. 1. princ. num. 5. cum ſeqq.* Rota apud Tambur. poſt *tom. 3. de iure Abbatum deciſ. 28. n. 4.* Et huiuſmodi iuſpatronatus honorificum acquiritur etiam ex ſola conſtructione abſque reſeruatione, niſi expreſsè remittatur, quia Eccleſia deducitur de non eſſe ad eſſe, & cùm conſtructor faciat expenſas conſiderabiles, æquum eſt, vt in illa Eccleſia honorentur & inuitentur Chriſti fideles ad ſimilia peragenda, Lambert. *d. lib. 1. p. 1. quæſt. 2. art. 4. n. 12.* Rota apud Tambur. *vbi ſuprà d. deciſ. 28. num. 5. & deciſ. 29. num. 2.*

γ Huiuſmodi inſtitutio Epiſcopo, & non alteri, &c.] Epiſcopum ſolum poſſe præſentatos à patronis, & per examen idoneos repertos inſtituere, reſoluunt Lambert. *lib. 2. p. 3. quæſt. 1. princ. art. 10 num. 1.* Mari. Antonin. *var. reſol. l. 1. reſol. 47. n. 6. & reſol. 55. n. 11. in fine.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 214.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi, c. 5. & 4. num. 1.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 72. n. 176.* vbi *num. 183.* amplio ad Capitulum Sede vacante. 18.

δ Et non alteri inferiori reſeruetur.] Et ideo in Eccleſiis exemptis non poſſe reſeruari inſtitutionem præſentati à patronis alteri, quàm Epiſcopo, niſi Rector illius loci fuerit Ordinarius, ordinariáque fungatur iuriſdictione, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 4 tit. 30. l. 1. de iurepatron. num. 82.* 19.

Ex cauſa neceſſaria; nempe priuilegio, ſeu præſcriptione immemoriali, poſſe Prælatis inferioribus ius inſtituendi competere, reſoluunt Lambert. *lib. 2. p. 3. quæſt. 1. princ. art. 10.* Mari. Antonin. *d. lib. 1. reſol. 9. n. 11. & reſolut. 12. & reſol. 47. num. 6.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 72. num 84. & à num. 185.* verius credo inſtitutionem etiam auctorizabilem inferioribus Prælatis præſcriptione acquiri poſſe, & *n. 188.* quòd Religioſis in Eccleſiis, quæ pleno iure eis ſubiiciuntur pertinet inſtitutio, in illis verò, quæ pleno iure ad illos non pertinent, inſtitutio, & deſtitutio ad eos non ſpectat, ſed Presbyteri ab illis præſentandi ab Epiſcopo ſunt inſtituendi, de quo etiam Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ord. in exemptos, p. 4. q. 80.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſolut. 15. n. 13.* vbi ait per multa priuilegia Apoſtol. collationem, & inſtitutionem beneficiorum Regularium, etiam auctorizabilem, pertinere ad Monachos, & ad monaſteria, quibus ſunt vnita, nec Epiſcopos in eorum vacatione poſſe edicta proponere, nec ad concurſum vocare. 20.

Præſentetur Beneficiandus ipſi Ordinario, aliàs Inſtitutio ſit nulla.

CAPVT XIII.

1. *Intelligitur quoad examen. dumtaxat ab Ordinario faciendum de perſona præſentati.*
2. *Inſtitutiones inferioribus ex immemorabili competentes non ſunt ſublatæ per Concil.*
3. *Capitulum Sede vacante poteſt præſentatos clericos à patronis inſtituere.*
4. *Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante habẽs mandatum generale poteſt inſtituere præſentatos.*
5. *Edictorum relaxatio in hac materia ad eos ſpectat ad quos ante Concil. ſpectabat.*

NOn liceat præterea [a] patrono cuiuſvis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia ſui iuriſpatronatus, niſi Epiſcopi loci Ordinario, ad quem prouiſio ſeu inſtitutio ipſius beneficij ceſſante priuilegio, iure pertineret, quoquomodo præſentare: aliàs præſentatio, ac inſtitutio, forſan. & ſecutæ, nullæ ſint, & eſſe intelligantur.

[a] Vide ſeſſ. 25. c. 9. c. illud, & c. relatum, de iurepatron. Conc. Moguntr. tempore Arnulphi c. 4. Concil. Saleguuſtad. cap. 13. & infr. c. 9.

1. REfert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legũ Nauarræ lib. 4. tit. 30. l. 1. de iurepatron. n. 63.* hoc decretum intelligendum eſſe quoad examen dumtaxat ab Ordinario faciendum de perſona præſentati, ſecundùm *cap. 13. ſeſſ. 7.* non autem intelligendum vt cenſeatur ablata inſtitutio, quam ſaluam eſſe omnibus Epiſcopo inferioribus hoc idem Concilium voluit *ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. quod*

ſi ad inferiorei, nec per id eoſcii ſublatas fundationes, veluti ſi fundator Capellæ reliquerit inſtitutionem Capitulo.

2. Inſtitutiones Archidiaconis, & alijs inferioribus ex immemoriali competentes non eſſe per Concilium ſublatas, refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic. p. 9. cap. 3. num. 19. ad 1.*

3. Capitulum Sede vacante poſſe præſentatos clericos à patronis inſtituere, reſoluunt Quarant. *in ſumma Bullarij. verb. Sede vacante q. 9. verſ. qua concluſio*, Nicol. Garc. *p. 5. c. 7. n. 54.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 38. q. 1.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 72. n. 183.*

4. Vicarium Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante non habentem mandatum limitatum, ſed generale, poſſe inſtituere præſentatos, probat *cap. ex frequentibus, de inſtit.* & *ibi* gloſſ. & Doctores, & *in c. fin. de officio Vicarij, lib. 6.* Roch. de Curte *de iurepatronat. verb. competens, quæſt. 32.* Miles *verb. Vicarius Epiſcopi*, Couarr. *lib. 3. variar. c. 20. n. 7.* Suar. de Pace *in pract. tom. 2. prælud. 3. n. 7. & 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. à num. 78.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Vicarius, §. 14.* Azor. *d. p. 2. lib. 3. cap. 44. quæſ. 5. & lib. 6. c. 22. quæſ. 3.* Nicol. Garc. *de beneſic. p. 5. cap. 8. num. 84. cum ſeqq.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. quæſt. 3. per tot.* vbi *n. 15.* aduertit quòd licet in hoc decreto dicatur inſtitutionem fieri non debere niſi ab Epiſcopo loci Ordinario, & quod propter illas particulas, *quoquo modo*, & *niſi*, videantur excluſi ſimiles caſus, diſſimiles, æquales, & maiores expreſſis, ac indirectos, tamen Vicarij non ſunt ſimiles, nec æquales, nec maiores Epiſcopis, ſed vous, & idem cum illis, ac proinde excluſi non cenſentur, ſed Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, & Præpoſiti.

Edictorum, ſiue citationum ad vocandos oppoſitores relaxatio, quæ fieri debet in præſentationibus patronorum, & edicta ponere ante inſtitutionem iuriſpatronatus, ad eos ſpectat, ad quos ante Concil. ſpectabat. Ita refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic. p. 9. cap. 5. num. 19.* 5.

SESSIO XXI.

Laïcos, & Clericos non conficientes, non adſtringi Iure diuino ad Communionem ſub vtraque Specie.

CAPVT I.

1. Doctores de materia cap. agentes.
2. Clerici non conficientes Euchariſtiam ſibi adminiſtrare poſſunt.
3. Laicus niſi in neceſſitate extrema mortis, & in abſentia Sacerdotis Euchariſtiam ſibi adminiſtrare nequit.

Iſaiæ 11. a Concil. Conſtanr. ſeſſ. 13. infrà can. 2.

ITAQVE ſancta ipſa Synodus, à Spiritu ſancto, qui ſpiritus eſt ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ[a] iudiciũ, & conſuetudinem ſecuta, declarat, ac docet, nullo diuino præcepto laïcos, *a & Clericos non conficientes*, obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum, neque vllo pacto, ſalua fide dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei Communio ad ſalutem ſufficiat: nam[b], etſi Chriſtus Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis, & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit: non tamen illa conſtitutio, & traditio eò tendunt, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtramque ſpeciem accipiendã aſtringantur. Sed neque ex ſermone illo, apud Ioannem ſexto, rectè colligitur vtriuſque ſpeciei Communionem à Domino præceptam eſſe, vtcumque iuxta varias Sanctorũ Patrum, & Doctorũ interpretationes intelligatur, namque qui dixit[c]: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque[d]: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit[e]: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam[f]: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et denique qui dixit[g]: Qui manducat meam carnem, & bibit eum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominus[h]: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

b Matt. 26. Marc. 14. Lucæ 22. 1. Cor. 11.
c Ioann. 6. d ibidem.
e Ibidem. f Ibidem.
g Ibidem. h Ibidem.

1. VIde Heſſelan. *de Communione ſub vtraque ſpecie*, Card. Bellarm. *lib. 4 de Euchar. cap. 14.* Valent. *tom. 4. diſp. 6. quæſt. 6. puncto 5.* Henriquez *in ſumma lib. 8. de Euchariſtia, cap. 44. in princ.* Iodoc. Coce. *in theſauro Catholico tom. 2. lib. 6. art. 2.* latè Hurtado *de Sacramentis diſput. 10. diffic. 5.* vbi latè probat laicos non teneri ſub vtraque ſpecie, ſed licitè poſſe ſub ſpecie tantùm panis communicare, Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1. de Sacrament.* vbi de Euchariſtia, *cap. 16. concl. 2.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 1. quæſt. 80. num. 111. cum ſeqq. & quæſt. 73. num. 36.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. l. 29. num. 58. in fine. & num. 59.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 101.* Bonacina *de Sacramentis diſput. 4. quæſt. 2. puncto 3. à princ. & quæſt. 1. puncto 4 num. 5.* quærit vtrùm Sacerdos communicans ſub vtraque ſpecie plus gratiæ recipiat, quam recipit laicus, qui ſub vna tantùm ſpecie communicat, de quo etiam Hurtado *d. tract. de Euchariſt. diſp. 11. diffic. 6. per tot.*

a Et clericos non conficientes] An hi non conficientes ſibi Euchariſtiam adminiſtrare poſſint? Reſp. affirmatiuè Vgolin *de officio Epiſcopi cap. 15 §. 7. n. 9.* quem refero *de officio & poteſt. Parochi, c. 20. num. 24.* tum quia & coniuges matrimonium ſibi adminiſtrant præſente eorum Parocho, & duobus teſtibus; tum etiam, quia indulgentia conceſſa à Prælato, & ipſe recipere eam poteſt, & ſubdit non 2.

repugnare

repugnare, differentiam eſſe debere inter dantem, & accipientem, ac proinde non poſſe quempiam ſeipſum baptizare, quia ea Sacramenta dum adminiſtrantur fiunt, & in Baptiſmo quod generationem ſignificat, ſicut non poteſt quis ſeipſum generare, ita nec poteſt ſe ipſum baptizare, *cap. debitum, de Baptiſmo*; & in pœnitentia debet quis iuriſdictionem habere.

3. At Euchariſtia per modum cibi ſumitur; ergo per ſe adminiſtrare ipſe Sacerdos ſibi poteſt, ſicut cibum ſumere, nõ autem laicus, quia ipſi prohibitum eſt eam tangere, arg. *c. tribus, de conſecr. diſt.* 2. niſi in neceſſitate extrema mortis, & in abſentia Sacerdotis, ſecundum Suar. *t.* 3. *q.* 82. *diſp.* 72. *ſect.* 3. Poſſeu. *de officio Curati c.* 8. *n.* 24. aſſerentes exemplum Reginæ Scotiæ, quæ ſe ipſam cõmunicauit, dum ſtatim eſſet occidenda, quod tamen factum dicunt forſitan de Summi Pont. licetia proceſſiſſe.

Eccleſiæ Poteſtas circa Diſpenſationem Sacramenti Euchariſtiæ.

CAPVT II.

PRæterea declarat, hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe, vt in Sacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret. Id autem Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, [a] cum ait: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei; atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe, ſatis conſtat, cum in multis aliis, tum in hoc ipſo Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius vſum [b] Cætera, inquit, cum venero, diſponam. Quare agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione Sacramentorum auctoritatem; licet ab initio Chriſtianæ Religionis non infrequens vtriuſque ſpeciei uſus fuiſſet, tamen progreſſu temporis, latiſſimè iam mutata illa conſuetudine, grauibus, & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi [c] approbauit, & pro lege habendam decreuit, quam probare aut ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate pro libito mutare non licet.

[a 1. Cor. 4. 1. Cor. 6.] [b 1 Cor. 11.] [c Concil. Conſtant. ſeſſ. 13.]

VIde Henriq. *in ſumm. lib.* 8. *de Euchariſt. c.* 44. §. 3. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 3. *diſput.* 223. *numer.* 22. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 21. *num.* 27. Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom.* 1. *quæſt.* 80. *n.* 121. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. *n.* 203.

Totum, & integrum Chriſtum, ac verum Sacramentum ſub qualibet Specie ſumi.

CAPVT III.

INſuper declarat, quamuis Redemptor noſter, vt antea dictum eſt, [a] in ſuprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus ſpeciebus inſtituerit, & Apoſtolis tradiderit; tamen fatendum eſſe etiam ſub altera tantum ſpecie, totum, [b] atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi, ac propterea, quod ad fructum attinet, *a nulla gratia, neceſſaria ad ſalutem eos defraudari*, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt.

[a Matt. 26. Marc. 14. ſupr. cap. 1. 1. Cor. 11.] [b Cap. qui manducant, c. qui inuitat; cap. ſinguli de cõſ. diſt. 2. ſuper. ſeſſ. 13 c. 2. & can. de Sacram. Euch.]

VIde Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Euchariſtia, *cap.* 7. *concl.* 1. & 4. Balduin. *tom. ſuper opera controuerſ. Bellarmini part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8 *à princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 29. *num.* 37. & 38. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 1. *quæſt.* 76. *art.* 3. *n.* 32. & 33. Cartaſe. *in interpretat. ad aliquas leges nouæ recop. c.* 1. *num.* 11. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta. præc.* 3. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 2. latè Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.* 1. *tract. de Euchariſtia, diſp.* 8. *ſect.* 1. *à num.* 2. Hurtado *de Sacramentis t.* 2. *tract. de Euchariſt. diſput.* 2. *diffic.* 4. *verſ. ita tamen, & diſput.* 5. *diffic.* 1. *in princ.* Bonac. *de Sacrament. diſput.* 4. *qu.* 3. *punct.* 5. *num.* 1. vbi *num.* 3. ait Chriſtum exiſtere totum ſub ſpeciebus non ſolùm quoad ſubſtantiam, verùm etiam quoad accidentia, videlicet quoad quantitatem, & qualitatem, & *num.* 4. aſſerit Chriſtum quoad ſubſtantiam, & accidentia non ſolùm exiſtere ſub qualibet ſpecie, verùm etiam ſub qualibet parte ſpecierum, de quo etiam latè Hurtado *d. diſp.* 5. *de Euchariſtia, diffic.* 9. vbi ait Theologos conuenire Chriſtum eſſe totum in tota materia conſecrata, & totum in qualibet parte materiæ, in qua eſt corpus, aut ſanguis Chriſti, ſicut anima rationalis eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, & *diffic.* 10. quærit verùm totus Chriſtus ſit ſub indiuiſibilibus ſpecierum panis, & vini?

a Nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, &c.] Dum docet hic text. ſub altera tantum ſpecie totum Chriſtum contineri, & verum ſacramentum ſumi, ac propterea nulla gratia ad ſalutem neceſſaria defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt, videtur probare vtramque ſpeciem non conferre plus gratiæ, quàm alteram tantum, vt per Caiet. *quæſt.* 80. *art.* 12. Sot. *in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 12. Martin. Ledeſma 1. *part.* 4. *quæſt.* 11. *art.* 12. *dub.* 2. Petr. Sot. *lect.* 10 *de Euchariſt.* Heſſelan. *in Communione ſub vtraque ſpecie, tract.* 3. Suar. *diſp.* 63. *de Euchariſt. ſect.* 2. Ægid. de Coninck *de Sacrament. quæſt.* 79. *art.* 1. *num.* 34. quicquid poſt Alex. Caſalium noſtrum, & Vaſquez dicat Hurtado *d. diſp.* 11. *de Euchariſt. diffic.* 6.

Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

Capvt IV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Infantes ſi daretur eis Communio, reciperent gratiam.*
3. *Parochus communicare non poteſt perpetuò & abſolutè fatuos, ſed tantùm ſemifatuos, tempore quo habent dilucida interualla.*

a Inſ. can. 4. b Tit. 3.

DEnique eadem ſancta Synodus docet [a] paruulos, *α vſu rationis carentes*, nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem, ſiquidem, per [b] Baptiſmi lauacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt, *β neque ideo tamen damnanda eſt antiquitas*, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauit. Vt enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certè, eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe, ſine controuerſia credendum eſt.

1. VIde Henriquez *in ſumma lib. 8. de Euchariſt. cap. 42. à princ.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Euchariſtia, p. 102. col. 1.* Vaſq. *in 3. p. tom. 3. diſput. 212. num. 17. & diſput. 214. num. 35.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 1. de Sacram.* vbi de Euchariſtia, *cap. 13. concl. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29 quæſt 4. n. 86.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 1. q. 80. art. 9. à n. 72.* Bonacin. *eod. tract. diſp. 4. quæſt. 1. puncto 3. num. 2.* Filliuc. *in quæſt. moralibus tom. 1. tract 4. c. 7. n. 185. & 187.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp. 38. num. 1. & 9.* latè Ioan. de Lugo *de Sacram. t. 1. tract. de Venerabili Euchariſt. Sacramento diſp. 13. ſect. 2. num. 8. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirituali, lib. 2. cap. 7. n. 65. cum ſeqq.* vbi etiam quòd in ſeptimo ætatis anno paruulis danda eſt Euchariſtia cum Pœnitentia, Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Euchar. diſp. 9. diffic. 4. verſ. circa infantes.*

2. Infantes ſi daretur eis Communio recepturos gratiam, reſoluunt Victoria *in ſumm verb. Euchariſtia, num. 84. in fine,* Soar. *tom. 3. diſput. 62. ſect. 4.* Barth. ab Angelo *dialog. 4. §. 23.* Petr. de Ledeſma *d. c. 13. concl. 8. dubda 2.* Ægid. de Coninck, *d. q. 80. art. 9. num. 77.* Bonacina *d. puncto 3. num. 2. verſ. obſeruant,* poſt Suar. & Vaſq. ita reſoluit Ioan. de Lugo *vbi ſupr.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Euchariſt. diſput. 9. diffic. 19.* Ratio eſt ſecundùm illos quia ceſſante prohibitione Eccleſiæ, poſſet Euchariſtiæ Sacramentum ob iuſtam cauſam dari paruulis, ſicut olim dabatur; ergo ſignum eſt paruulos eſſe capaces Euchariſtiæ, & conſequenter recepturos ipſius effectum, ſi ipſis adminiſtraretur.

α Vſu rationis carentes.] Vnde perpetuò, & abſolutè fatuos inſanitate communicare non poſſe Parochum, ſed tantùm ſemifatuos, & non continuò amentes tempore quo habent dilucida interualla, reſoluunt Henric. *d. lib. 8. cap. 42. §. 3.* Bonacin. *d. diſp. 4. q. 6. puncto 1. ex n. 4.* Paol. Laymann. *in Theologia morali lib. 1. tract. 4. cap 4.* Villalob. *in ſumm. p. 1. tract. 7. dub. 40. num. 3.* Sanci. *in ſelect. diſp. 26. num. 5. & diſp. 36. num. 9.* Antonin. Diana *reſol. moral. part. 2. tract. de celebrat. Miſſar. reſol. 79.* quos refero *de officio, & poteſt. Parochi, c. 20. n. 19.* vbi *num. 43.* de infirmo delirante, Hurtado *d. diſp. 19. diffic. 20.*

β Nec tamen ideo damnanda eſt antiquitas, &c.] 3.
Olim namque conſuetudo fuit in variis prouinciis, conferendi Euchariſtiam infantibus, vt conſtat ex Dionyſio *de Eccleſ. hierarch. c. 7.* & ex Cyprian. *lib. de lapſis,* & ex Gregorio Magno, *in ſuo Miſſali veteri* quod Romæ extat, & id fuiſſe in Hiſpania conſuetum, ſupponit Concil. Tolet. XI. *can. 11.* tefert Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Euchariſt. diſp. 9. diffic. 15. verſ. Ricard.* & Ægid. de Coninck *d. art. 9. num. 75.*

De Communione ſub vtraque Specie, & Paruulorum.

1. *Excommunicantur dicentes omnes Chriſti fideles ex Dei præcepto, vel neceſſitate Sacramenti debere ſumere vtramque ſpeciem S. Euchariſtiæ.*
2. *Eccleſia iuſtis de cauſis præcepit laicis, & clericis non conficientibus Communionem ſub vna tantùm ſpecie.*
3. *Totus, & integer Chriſt. ſub vna panis ſpecie ſumitur.*
4. *Paruulis non eſt neceſſaria Euchariſtiæ Cõmunio.*
5. *Pueri in qua ætatis parte incipiant habere diſcretionem ſufficientem ad obligationem præcepti communicandi, relinqui debet arbitrio Confeſſarij & parentum.*

α Canon I.

a Concil. Conſtant. ſeſſ. 13.

SI quis dixerit [a], ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis, omnes & ſingulos Chriſti fideles utramque ſpeciem ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere, anathema ſit.

β Canon II.

b Suprà c. 2. & Conc. Conſtant. de com. loc.

Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam [b] Catholicam non iuſtis cauſis, & rationibus adductam fuiſſe, vt laïcos, atque etiam Clericos non conficientes ſub panis tantummodo ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, anathema ſit.

γ Canon III.

c Suprà c. 3. & ſeſſ. 13. c. 3. & can. 3. Concil. Conſt. ſeſſ. 13.

Si quis negauerit totum [c], & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem & auctorem, ſub una panis ſpecie ſumi, quia, ut quidam falsè aſſerunt, non ſecundum ipſius Chriſti conſtitutionem ſub utraque ſpecie ſumatur, anathema ſit.

δ Canon

ᵹ Canon IV.

Si quis dixerit[d], paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem, anathema ſit. d Suprà in princ. & c. 4.

Duos verò articulos[e], aliàs propoſitos, nondum tamen excuſſos, videlicet: An rationes, quibus ſancta Catholica Eccleſia adducta fuit, vt communicaret laïcos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, ſub una tantum panis ſpecie, ita ſint retinendæ, vt nulla ratione Calicis uſus cuiquam ſit permittendus, &, An, ſi honeſtis, & Chriſtianæ charitati conſentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis vſus videatur, ſub aliquibus conditionibus concedendus ſit, & quænam ſint illæ: Eadem ſancta Synodus[f], in aliud tempus, oblata ſibi quàm primum occaſione, examinandas, atque definiendas reſeruat. e Seſſ. 22. in decreto. f Infrà ſeſſ. 22. in fin.

1. α Canon I.] Vide Cardin. Bellarmin. *in controverſ. Cathol. lib. 4. de Euchariſtia, c. 10. num ſeqq.* Henriq. *in ſumm. lib. 8. de Euchariſtia, c. 24.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 58. in fine.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 1. q. 80. num. 111. cum ſeqq.* Fillliuc. *in quæſt. moral. tom. 1. tract. 4. cap. 7. n. 201.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Euchariſt. diſp. 10. diffic. 5.*

2. β Canon II.] Vide Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 1. quæſt. 80. num. 121.* vbi percurrit iuſtiſſimas rationes, quas habet Eccleſia præcipiendi laicis, & clericis non conficientibus Communionem ſub vna tantùm ſpecie, idem tradit Hurtado *de Sacram. tom. 2. diſp. 10. de Euchariſtia, diffic. 5. verſ. ſuppoſito.*

3. γ Canon III.] Vide Balduin. *inn. ſuper opera controverſ. Bellarm. part. 1. lib. 3. cap. 8. à princ.* Ægid. de Coninck *de Sacram. t. 1. q. 76. art. 3. à n. 32.*

δ Canon IV.] Vide Henriquez *in ſumm. lib. 8. cap. 3. §. 4.* Bonacin. *de Sacramentis diſput. 4. quæſt. 3. puncto 3. num. 2.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 1. tract. 4. num. 40.* Hurtado *de Sacramentis tom. 2. tract. de Euchar. diſput. 9. diffic. 4. verſ. circa infantes.* 4.

Relinqui debere arbitrio Confeſſarij & parentum in qua ætatis parte incipiant pueri habere diſcretionem ſufficientem ad obligationem præcepti communicandi, reſoluunt Suar. *tom. 3. diſp. 70. ſect. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 29. num. 83.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 1. quæſt. 80. art. 1. dub. 4. num. 102.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 38. num. 15.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 3. quæſ. 10.* Poſſeuin. *de officio curati cap. 8. num. 9. & 10.* Bonacin. *d. diſp. 4. quæſt. 7. puncto 2. num. 2.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi cap. 20. num. 38.* 5.

DE REFORMATIONE.

Epiſcopi gratis debent ordinare, Dimiſſorias, & Teſtimoniales dare, nec illi, eorumve Miniſtri aliquid pro ſigillo etiam ſponte oblatum recipere poſſunt. Vbi eſt conſuetudo aliquid recipiendi pro Litteris, nihil accipiatur à Notariis pro officio vltra decimam vnius aurei partem, modò aliunde iis non ſuppetat ſalarium, &c.

Caput Primum.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Ordinator non poteſt accipere ab Ordinato aliquam mercedem.*
3. *Diaconi qui ſoluerunt decem ſcuta ſuo Ordinario pro obtinendis litteris dimiſſorialibus, incidunt in ſimoniam.*
4. *Simonia committitur ſi prouiſio fiat mercede, & pretio.*
5. *Epiſcopis eorumque vicariis nihil licet accipere pro executione litterarum Apoſt. diſpenſationum matrimon. & abſolutionum.*
6. *Litteræ publicatoriæ gratis concedi debent.*
7. *Dimiſſoriæ, commendatitiæ, aut teſtimoniales litteræ gratis concedi debent.*
8. *Ordinum collatores, ſiue illorum miniſtri nihil accipere debent ab illis, qui ordinantur.*
9. *Beneficiorum collatores, nil pro collatione, ſeu quavis alia diſpoſitione beneficiorum directè, vel indirectè accipere, vel exigere poſſunt.*
10. *Cancellarius quid poſſit accipere pro collatione & inſtitutione Eccleſiarum.*
11. *Notarij quid pro ſingulis litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus recipere poſſint.*
12. *Commendatitiæ, aut teſtimoniales litteræ gratis concedendæ.*
13. *Epiſcopo, vel eius vicario non licet quicquam accipere pro diſpenſationibus matrimonialibus.*
14. *Notario, vel Cancellario ex quibus nihil liceat accipere.*
15. *Ex quibus aliquid liceat percipere.*
16. *Notarij poſſunt aliquid accipere pro ſingulis litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus quando nullum habent ſtipendium conſtitutum ab Epiſcopo.*
17. *Verba hæc important graues, & grauiores pœnas.*

QVoniam[a] ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis Tonſuræ, nec pro litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, α *etiam ſponte oblatum*, Epiſcopi, & alij Ordinum collatores, β *aut eorum miniſtri*, quovis prætextu accipiant. γ *Notarij verò* in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus

a Vide 2. Lateran. c. 6. 3. Concil. Calced. actione 15. c. 2. Cōc. Aurel. c. 3. Cōc. Tol. 8. c. 3. cap. ſicut Epiſcopum 1. q. 1. & c. 1. de ſimo. de quibus Miſcell. Cōc. l. cap. 14.

bus decimam tantum vnius aurei partem accipere poſſint: *a dummodo eis nullum ſalarium* ſit conſtitutum pro officio exercendo, nec Epiſcopo ex notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem Ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire poſſit; tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit, contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ, ſimoniacæ prauitati fauentes, nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo, & qui ſecus fecerint, tam dantes, quam accipientes, *a vltra diuinam vltionem* [b], pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrant.

b 2. Bracharen. cap. 5.

1. Vide Nauarr. *in man. cap* 22. *num.* 18. *& conſ.* 1. *de cenſib.* in vtraque edit. Sayr. *in floribus dec. sub eod. tit. deciſ.* 1. Matth. Suar. *in pract. & ordine viſitandi, cap.* 18. *num.* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *cap.* 14. *num* 197. *in fine*, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 4. *num.* 27. Sbroz *de Officio Vicarij lib.* 1. *quæſt.* 41. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 11. *cap.* 27. *per totum*, Narbona *l.* 33. *gloſſ. vnica n.* 6. *tit.* 25. *lib.* 4. *noua Recopil.* P. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de Simonia, cap.* 20. *n.* 9. *cum ſeqq. & c.* 53. *num.* 5. vbi quòd decretum in præſenti comprehendit quamcunque vocem, vel actionem miniſtrantium collationi Ordinum, Metipſum *in collect. ad, cap.* 1. *de ſimonia.*

2. Non poſſe Ordinatorem accipere ab ordinato aliquam mercedem, munera, nec quidem forfices, mappas, pectines, vel ſimilia, ſed tantùm cereum, refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *c.* 1. *n.* 55.

3. Diaconos, qui ſoluerunt decem ſcuta ſuo Ordinario pro obtinendis litteris dimiſſorialibus, quarum vigore fuerunt ordinati ad Presbyteratum, incidiſſe in ſimoniam, & pœnas ſimoniacis huiuſmodi inflictas, reſoluit Sel. *in ſelect. Canon. c.* 10. *num.* 11. vbi refert ita fuiſſe deciſum *in nullius* 7. *Septembris* 1630.

4. Simoniam committi, ſi prouiſio fiat mercede, & pretio, vel cum aliquo pacto, & conditione, & non gratis, probat *cap. ordines* 1. *quæſt.* 1. cum allegatis per Nicol. Garc. *de benef. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 14. Idem dicendum in prouiſione Præceptoriæ S. Iacobi, Calatraoæ, & ſimilia, reſoluit Nicol. Garc. *d. tract. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 4.

5. Epiſcopis, eorùmque vicariis nihil prorſus accipere licere pro exequutione litterarum Apoſtol. diſpenſationum matrimonialium, & abſolutionum, nec pro cognoſcendis diſpenſationibus in gradu matrimonij prohibito; Notariis verò licere duntaxat quartam partem ducati accipere pro præſentatione reſcripti, & pro examine teſtium, refert deciſum Sel. *d. c.* 10. *n.* 15.

6. Prohiberi etiam aliquid recipere pro litteris publicatoriis, teſtatur reſolutum Nicol. Garc. *d. p.* 8. *cap.* 1. *n.* 77. *ad* 4.

7. Dimiſſorias, commendatitias, aut teſtimoniales litteras gratis concedi debere, aſſerit deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 1. *n.* 77.

8. Ordinum collatores, ſiue illorum miniſtri, nihil accipere debent ab illis, qui ordinantur, etiam pro litteris dimiſſoriis, necnon pro ſigillo[a], etiamſi ab immemorabili tempore fuerit obſeruatum, vt certum quid recipiatur. Notarij verò pro dimiſſoriis decimam partem aurei recipiant, ſi nullum habeant ſalarium pro officio exercendo, ex quo emolumento nihil directè, vel indirectè perueniat Epiſcopis. In Indiis verò, in quibus res maximo pretio venduntur, Notarij poſſunt exigere loco dictæ decimæ partis vnius aurei, quantitatem permiſſam ex decreto f. mem. Sixti V. ita refert deciſum Sel. *d. cap.* 10. *num.* 15.

Collatores beneficiorum quacunque dignitate præfulgeant, nil pro collatione, ſeu quauis alia diſpoſitione beneficiorum quouis quæſito colore directè, vel indirectè, etiam ſub nomine Annatæ, aut cuiuſvis alterius portionis fructuum, etiam à ſponte dantibus, vel offerentibus accipere aut exigere poſſunt, eorundem quoque collatorum Notarij, & alij quiuis officiales, quibus tamen aliunde certum ſalarium conſtitutum eſt, eadem omnino obſeruare debent. Illis verò, quibus ſalarium pro officio ſuo exercendo nullum conſtitutum eſt, licet in qualibet huiuſmodi beneficiorum collatione, ſeu alia diſpoſitione pro ſuo labore aliquam mercedem accipere, quæ tamen ſcriptura, ſigillo, & cæteris omnibus computatis vnum aureum non excedat, & inde collatores ipſi nihil emolumenti percipere poſſint, alioquin tam dantes, quàm recipientes pœnis contra ſimoniacos editis ſacris canonibus tenentur, ipſáſque ipſo facto incurriſſe cenſentur. Notarij autem, ſeu officiales alij à ſuis officiis ſuſpenſi ſunt. Ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *c.* 1. *n.* 76. *&* 77. 9.

Epiſcopo non licere quicquam accipere, vel percipere directè, vel indirectè, vbi infra ſcripta expediuntur, dicit Sel. *d. cap.* 10. *num.* 20. referens ſic fuiſſe deciſum *in vna Vicen.* 8. *Martij* 1602. videlicet:

Litteræ collationum, inſtitutionum, ſeu prouiſionum beneficiorum vacantium per obitum, vel per reſignationem etiam ex cauſa permutationis, vel alia.

Litteræ dimiſſoriales, ſeu teſtimoniales, quæ conceduntur Presbyteris, ſeu clericis ad alias diœceſes tranſituris.

Litteræ recipiendi Ordines ab alienis Epiſcopis.

Litteræ recipiendi Miſſas.

Licentia audiendi confeſſiones.

Licentia adminiſtrandi Sacramenta, excepta Pœnitentia.

Licentia deſeruiendi beneficiis curatis, aut ſimplicibus.

Licentia ordinandi ſe ad titulum patrimonij, ſeu approbationes huiuſmodi titulorum.

Licentia abſentandi ſe ab Eccleſiis, ſeu beneficiis.

Licentia erigendi capellas.

Licentia colligendi eleemoſinas.

Licentia ſepeliendi cadauera intra Eccleſiam.

Mandatum de publicando in Eccleſia initiandos ſacris Ordinibus.

Diſpenſationes ad duo beneficia etiam ſimilia ſub eodem tecto.

Litteræ approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in menſibus reſeruatis, quæ ad Sedem Apoſt. tranſmittuntur.

Approbationes iuriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione.

Creationes vicariorum in Parochialibus.

Deputationes Œconomorũ dum beneficia vacant.

Executiones litterarum Apoſt. gratiam, ſeu iuſtitiam concernentium.

a Etiam

a Etiam ſponte oblatum.] Vide Suar. *d. Relig. t. 1. tract. 3. lib. 4. de ſimonia c. p. 49. n. 5.*

10. *β Aut eorum miniſtri.*] Pro collatione, aut inſtitutione Eccleſiarum, & præſertim curatarum, Cancellarium poſſe in ſingulis accipere mercedem ſuo labori conuenientem, quod tamen ſcripturæ, ſigillo, & cæteris omnibus computatis vnum aureum non excedat, & dummodo ipſi Cancellario ſalarium nullum pro ſuo officio exercendo conſtitutum ſit, & ex pecunia quam accipiet, nihil prorſus emolumenti collatores, aut inſtitutores vllo modo directè, vel indirectè, percipiant. Ita refert deciſum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. de Epiſcopis n. 27. in reſp. ad 1. & 2.* Piaſec. *in praxi Epi. cap. 4. 2. cap. 5. n. 28.*

11. *γ Notarij verò, &c.*] Vide Sbroz. *de Vicario Epiſc. lib. 2. q. 42.* Suar. *d. cap. 55. n. 6 cum ſeq.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. dimiſſoria, §. 7.* Leſſ. *de iuſtit. l. 2. c. 35. dub. 10.* Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 12. c. 5. q. 1.* Vgol. *de ſimon. tab. 1. c. 41. §. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 200.* Piaſec. *in praxi Epiſc. part. 1. c. 3. n. 55.* Steph. VVeyms *ad conſtit. 24. ex more antiquo deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas conſt. 17. n. 33. pag. 204.* Narbona *d. l. 32. gloſſ. vnica n. 7.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 11. c. 6. q. 11. reſol. 4.* Cened. *ad Decret. collect. 177. n. 1.* vbi ſub dubio reſoluere videtur quòd poſt confecta inſtrumenta & tradita partibus poſſunt Notarij, quod ab ordinariis ſponte offertur recipere, de quo vide Martien. *in dialog. relator. p. 2. c. 85. n. 5.* Perez *l. 2. gloſſ. 1. poſt med. tit. 9. l. 2. ordin.* Homob. de Bonis *d. §. 11. q. 12. reſol. 1. in fine,* facit Sanch. *de matrimon. lib. 8. diſp. 35. n. 14.* in terminis Narbona *d. l. 33. gloſſ. vnica n. 8.*

12. Nihil exigendum pro dimiſſoriis, commendatitijs, aut teſtimonialibus litteris, refert deciſum Armendar. *d. tit. 18. de Epiſcopis num. 27. in reſponſ. ad 3.* quem cito *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 2. allegat. 7. num. 26.*

13. Pro diſpenſationibus matrimonialibus non licere Epiſcopo, vel eius vicario quicquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali conſuetudine, nec ratione ſigilli, vel alicuius alterius rei, aſſerit reſolutum Armendar. *d. tit. 18. de Epiſcopis n. 10. in reſp. ad 6.* aduertens propterea decretum illud quod ſolet poni in litteris diſpenſationum matrimonialium, vt nihil muneris, aut præmij ſponte accipi poſſit pro illarum executione, ita intelligendum eſſe, vt neque Ordinarius ipſe, neque vicarius eius quicquam pro mercede laboris, quem ea in re ſuſciperent, capere poſſent, addit deinde Notarium pro examine teſtium quartam aurei, ſeu ducati partem licitè accipere poſſe.

14. Notario, vel Cancellario nihil licere accipere, neque ratione ſcripturæ, neque ſigilli, neque laboris, aut alio titulo, ſed gratis his quorum intereſt debere præſtare omnia infrà ponenda, tenet Sel. *d. cap. 10. num. 21.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in vna Vicen. 8. Martij 1602.* videlicet:

Approbationem ad audiendas confeſſiones.
Licentiam adminiſtrandi Sacramenta.
Licentiam deſeruiendi beneficijs.
Licentiam ſepeliendi defunctorũ corpora in Eccleſia.
Licentiam celebrandi Miſſas.
Licentiam colligendi eleemoſynas.
Mandata publicandi in Eccleſia eos, qui primam tonſuram, vel minores Ordines ac ſacros ſuſcipere voluerint.

15. Quoad alia verò quæ ſequuntur, poterit aliquid percipere, ſi nullum ſibi ſalarium, vel ſtipendium conſtitutum fuerit, tuncque congruam tantùm ſui laboris mercedem quæ quoad litteras collationis, vel inſtitutionis curatarum Eccleſiarum, vel deputationis vicariorum in illis, vnum aureum, & quoad litteras dimiſſorias, & teſtimoniales decimam vnius aurei partem nunquam excedat.

Pro litteris collationum, inſtitutionum, ſeu prouiſionum beneficiorum vacantium per obitum, vel per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, vel alia.
Pro litteris dimiſſorialibus ſeu teſtimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris, ſeu clericis ad alias diœceſes tranſituris.
Pro litteris recipiendi Ordines ab alienis Epiſcopis.
Pro licentia ordinandi ſe ad titulum patrimonij, ſeu pro approbationibus huiuſmodi titulorum.
Pro licentia abſentandi ſe ab Eccleſia ſeu beneficijs.
Pro licentia erigendi capellas.
Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in menſibus reſeruatis, quæ ad Sedem Apoſt. tranſmittuntur.
Pro approbatione iuriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione.
Pro creationibus Vicariorum in Parochialibus.
Pro deputationibus Œconomorum dum beneficia vacant.
Pro executionibus litterarum Apoſt. gratiam, ſeu iuſtitiam concernentium.

16. *δ Dummodo eis nullum ſalarium, &c.*] Ergò quando nullum habent ſtipendium conſtitutum ab Epiſcopo, poſſunt aliquid accipere, vt per Nauarr. *in man. c. 23. num. 102.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 55. pag. 61.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 200. verſ. quæritur,* Narbon *d. l. 33. gloſſ. vnica n. 7. & 10.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia c. 53. num. 6.* vbi dicit Concilium in præſenti limitaſſe illam prohibitionem, permittendo, vt Notarij decimam partem aurei pro litteris accipere poſſint cum tribus conditionibus; vna, vt ſolùm hoc liceat vbi non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi: alia, vt Notarius non habeat ſtipendium pro officio exercendo: tertia vt nihil ex illo lucro ad Epiſcopum redundet; aliàs decernit Notarium teneri gratis ſuas operas præſtare.

17. *ε Vltra diuinam vltionem.*] Importare hæc verba graues, & grauiores pœnas, aſſerit Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib. 1. cap. 31. num. 15.*

Nullus quantumvis idoneus ſæcularis Clericus Maioribus ordinetur, niſi priùs habeat Beneficium ſufficiens ad vitam, quod reſignare non poſſit, niſi, &c. vel Patrimonium, aut Penſionem ſimiliter verè ſufficiens, &c.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Ordinare ante Concilij publicationem poterat Epiſcopus clericos ſuos ad diuerſos titulos.*
3. *Religioſos non comprehendit.*

4. Sed

4. *Sed comprehendi declarauit Pius V.*
5. *Conſtitutio Pij V. intelligitur tam in non profeſſis, quam in nulliter profeſſis.*
6. *Patres Societatis Ieſu poſſunt promoueri ad ſacros Ordines abſque titulo.*
7. *Titulus non requiritur ad minores Ordines.*
8. *Beneficij ad titulum, quod in diſtributionibus quotidianis conſiſtit, poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri.*
9. *Ordinari quis non poteſt ad titulum beneficij de futuro.*
10. *Beneficij ad titulum poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri, non obſtante quod non lucretur illius fructus niſi poſt ſuſceptum Presbyteratus Ordinem.*
11. *Vicaria perpetua ad titulum poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri.*
12. *Capellania ad titulum poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri, ſi fuerit authoritate Apoſt. vel ordinaria erecta, & in titulos creata.*
13. *Praſtimonij ad titulum quod ſolitum fuerit dari in titulum poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri.*
14. *Eccleſiæ receptiuæ ad titulum poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri.*
15. *Ad titulum Eccleſiæ, cui adſcribitur, an & quando poſſit quis ad ſacros Ordines promoueri.*
16. *Coadiutoria perpetua cum futura ſucceſſione ad titulum poteſt quis promoueri.*
17. *Capellaniam etiam amouibilem in capella Papæ obtinens poteſt ad illius titulum promoueri.*
18. *Seminarij ad titulum non poteſt ordinari cooptatus in illius collegium.*
19. *Vicaria amouibilis ad titulum non poteſt quis promoueri.*
20. *Epiſcopus arbitrari debet congruam ſummam, & decentem beneficij valorem, qui ad victum honeſtè ſufficiat.*
21. *Beneficium debet ab illo pacificè poſſideri, qui ad eius titulum vult ordinari.*
22. *Beneficium reſignans ad cuius titulum ordinatus fuit, tenetur facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, aliàs reſignatio eſt nulla.*
23. *Non poteſt per æquipollens adimpleri.*
24. *Habet locum etiam in reſignationibus factis coram Papa.*
25. *Prohibet reſignationes voluntarias, ſed non priuationes.*
26. *Beneficiarius in ſacris conſtitutus non poteſt ullo modo beneficium reſignare, niſi, &c.*
27. *Renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, non valet, niſi facta mentione, &c.*
28. *Permutatio beneficij, non facta mentione quod ad illius titulum fuit permutans ſacris initiatus, nulla eſt.*
29. *Niſi obtinuerit poſſeſſionem permutati beneficij ſufficientis.*
30. *Iurans reſignare beneficium ad cuius titulum fuit promotus, pœnitentia impoſita abſoluendus eſt ne reſignet.*
31. *Beneficium reſignare valet conſtitutus in minoribus, etiamſi non habeat aliunde quo viuere poſſit.*
32. *Habet locum etiamſi beneficia ſint iurisſpatronatus.*
33. *Pius V. imponit pœnam contra reſignantes beneficia contra formam huius cap.*
34. *Ordinarius tenetur alere illum Presbyterum cuius reſignationē admiſit vnius tantùm beneficij quod habebat ad congruam ſuſtentationem neceſſariū.*
35. *Patrimonium obtinentes ordinari poſthac non poſſunt niſi illi quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum.*
36. *Patrimonium ſuper re immobili conſtitui debet.*
37. *Patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, eſt res certa fructifera, &c.*
38. *Patrimonij quantitas remittitur ad terminos Concil.*
39. *Patrimonij examen pertinet ad Epiſcopum priuatiuè quoad alios.*
40. *Patrimonium pro clericis ad ſacros Ordines promouendis poteſt conſtitui ſuper annuis perpetuis cenſibus.*
41. *Patrimonium donatum per parentes, ea conditione vt illud habeat interim dum aliquod non obtinet beneficium, eſt validum.*
42. *Donationis ad titulum poteſt quis ordinari.*
43. *Donatione facta, & ſequuta traditione bonorum pro patrimonio ſi clericus moriatur, an donans recuperet eadem bona.*
44. *Dimiſſorias concedere poteſt Epiſcopus clericis abſentibus vt ad patrimonij, vel penſionis titulum ordinentur.*
45. *Ordinari quis poteſt ad ſacros Ordines cum patrimonio ſibi aſſignato à patre in bonis, quæ ſunt directi dominij Eccleſiæ.*
46. *Ordinari quis poteſt ad titulum bonorum immobilium, & annuorum redituum.*
47. *Beneficij & patrimonij ad titulum poteſt quis promoueri ſi beneficium per ſe ſufficiens non ſit.*
48. *Ordinari nullus poteſt in ſacris ſi cum beneficio aut patrimonio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemoſynæ, &c.*
49. *Ordinari nullus poteſt ad titulum ſuæ induſtriæ, vel honeſti laboris.*
50. *Litteraturæ ad titulum non poteſt quis ordinari.*
51. *Ordinari ſine beneficio vel patrimonio quandoque conceſſum eſt ob penuriam Sacerdotum.*
52. *Clauſ. Donec fuerit de beneficio prouiſus, non comprehendit officium organiſtæ.*
53. *Epiſcopus quando poſſit ordinare familiarem ſuum ad titulum penſionis.*
54. *Verba hæc denotant boni viri arbitrium.*
55. *Ordinari nullus poteſt contra prohibitionem ſui Prælati, aut de illo conqueri, ſeu ab eo appellare.*
56. *Neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ ſufficit vt Epiſcopus poſſit admittere ordinandum ad titulum patrimonij.*
57. *Patrimonij quantitas remittitur ad terminos Concilij.*
58. *Patrimonium an ſufficiat, relinquitur arbitrio Ordinarij.*
59. *Bona, ad quorum titulum quis eſt ſacro Ordine inſignitus, prohibentur ſine licentia Epiſcopi alienari.*
60. *Patrimonium vendi, hypothecari, vel præſcribi tempore ordinario non poteſt.*
61. *Alienatio patrimonij, aut extinctio penſionis ſubſequens promotionem eſt inualida.*
62. *Dictio, nullatenus, importat nullitatem actus ipſo iure.*
63. *Alienatio, ſeu renunciatio patrimonij, an poſſit fieri ſine licentia Epiſcopi, ſi habeatur beneficium, vel quid aliud ſufficiens.*
64. *Beneficium, vel patrimonium quando dicatur ſufficiens.*
65. *Decretum Concilij in præſenti quorum canonum pœnas innouet.*
66. *Innouare pœnam ſuſpenſionis cap. neminem, & cap. ſanctorum, qui teneant.*
67. *Innouare pœnam cap. cùm ſecundùm, qui reſoluant.*
68. *Conſtitutionis Sixti V. modificatio.*

69. Ord

69. *Ordinatus ad titulum patrimonij quamuis poſt ordinationem illud retrodonet, ſeu renunciet, non incurrit vllam ſuſpenſionem.*

70. *Patrimonium habens ex ficta donatione an puniatur per ſententiam iudicis amiſſione eius.*

71. *Donatio pro ſuſcipiendis Ordinibus an impugnetur in legitimam.*

72. *Ordinatus bona fide ad titulum patrimonij quod priùs erat alteri donatum non incurrit pœnas huius decreti.*

CVm non deceat eos qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore [a] mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere: compertúmque ſit, compluresplériſque in locis ad ſacros Ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, ſe beneficium Eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultatés obtinere: *a ſtatuit ſancta Synodus, ne quis deinceps, b Clericus ſæcularis,* quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, *γ ad ſacros Ordines* promoueatur, niſi prius legitimè conſtet, *δ beneficium Eccleſiaſticum; ε quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, ζ pacificè poſſidere. η Id verò beneficium reſignare non poſſit,* niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, *θ neque ea reſignatio admittatur,* niſi conſtito, quod aliunde viuere commodè poſſit: & aliter facta reſignatio nulla ſit. *ι Patrimonium verò, κ vel penſionem obtinentes* ordinati poſthac non poſſint, *λ niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos μ pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum;* eo quoque prius perſpecto, patrimoniũ illud, vel penſionem vere ab eis obtineri, taliáque eſſe, *ν quæ eis ad vitam ſuſtentandam* ſatis ſint: *ξ atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi ο alienari, aut extingui, vel π remitti ϖ nullatenus poſſint, ρ donec beneficium Eccleſiaſticum σ ſufficiens* ſint adepti, vel aliundè habeant [b], vnde viuere poſſint: *τ antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando.*

[a] Cap. Diaconi ſunt. circa med. 93. diſt.

[b] Cap. neminem, diſt. 70. c Et c. Sanctorum, 70. diſt. cap. cum ſecũdum, de præbend. & c. cum Epiſcopus, de præbend. in 6. c. fin. de reſcrip. in 6. Vide conſtitutionem Alexand. in Conc. Later. p. 1. c. 5.

1. VIde Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 17. §. 3.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 18. in nouiſ. edit.* Fr. Emman. *in ſumma tom. 2. cap. 15.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 2. q. 9.* Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 3. cap 4.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacramentis.* vbi de ſacram. Ordinis, *cap. 7. concl. 6. cum ſeqq.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. c. 5. per tot.* Aloyſ. Ric. *in collect. deciſionum part. 3. collect. 566 & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 312. cum ſeqq. in 1. edit.* aliàs *reſ. 270. cum ſeqq. in 2. edit.* Martin. Fornar. *in tract. de Ordine cap. 8.* Vgolin. *de officio Epiſcopi c. 26. §. 8. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 72. cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum,* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 8. quæſt. vnica, puncto 5. num. 18. cum ſeqq.* item Narbona *l. 35. gloſſ. 1. tit. 3. lib. 1. Recopil.* Boët. Epo *tom. 1. tit. de immuſd. Eccleſ. ſemper. q. 1. n. 5. cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 8. c. 1. cum ſeq.* Hombon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract. 2. q. 29. cum multis ſeqq.* Sanctarel. *var. reſol. q. 49.* Lotter. *de re benefic. tom. 1. lib. 1. c. 1. per tot.* Illoſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. 1. & 2. diſt. 70.* Aldan. *in compendio Canon. reſol. l. 1. tit. 10. per tot.* Sel. *in ſelectis Canon. c. 3.* Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 95.* iterum Bonac. *de cenſur. extra Bull. Cœnæ diſput. 3. q. 1. puncto* 8. Marchin. *de ſacrã. Ordinis tract. 2. p. 6 c. 5. cum ſeqq.* Alzedo *de præcellentia Epiſcop. dignit. p. 2. c. 5. n. 49. cũ ſeqq.* Sanch. *in opuſcul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 34. cum ſeqq.* Torreblanca *in practicab. Iuris ſpirit. l. 2. c. 13. num. 14. cum ſeqq.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ. c. 8. n. 6. cum ſeqq.* meipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 19. & 20.*

2. *a Statuit ſancta ſynodus ne quis deinceps, &c.*] Ordinare ante Concilij promulgationẽ poterat Epiſcopus clericos ſuos ad diuerſos titolos: Primò ad titulum beneficij, *c. Sanctorum, 70. diſt.* Secundò ad titulum paternæ hæreditatis, *cap. Epiſcopus in fine, de præbend.* ſeu ad titulum proprij patrimonij, *cap. tuis, de præbend.* Tertiò ad titulum alterius beneficij, *cap. poſtulaſti, de iure patr. cap. per tuas 9. de ſimonia,* Felin. *in cap. in noſtra, de reſcript. corollar. 34. num. 31.* Quartò ad titulum ſtipendij ab Epiſcopo ſibi aſſignandi ſuper fructibus ſuæ menſæ Epiſcopalis, ad *cap. Epiſcopus, de præbend.* Abb. *in c. cum ſecundum num. 11. eodem tit.* Quintò ad titulum penſionis, ſeu ſtipendij à laico aſſignandi, Rot. *deciſ. 11. de præbend. in antiquior. & dec. 39. de reſcript. in antiq.* Hodie Epiſcopus etiam vrgente neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum non poterit ad tertium, & quartum clericos promouere, ad ſecundum verò poterit, ſed in terminis tantùm, in quibus Concil. loquitur, nempe pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ, dummodo talis laicus ſit verè facultatibus idoneus, atque in forma valida obliget ſe, ſuóſque ſucceſſores ad præſtandum hoc ſtipendium, & non alienandum ſine licentia Epiſcopi illa bona, ſuper quibus aſſignatum erit hoc ſtipendium, hæcque obligatio duret donec ordinatus beneficium ſufficiens, aut penſionem aliunde erit adeptus. Ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 5. num 93.*

3. *β Clericus ſæcularis.*] Ergo Religioſos non comprehendere, aiunt Henriq. *in ſumm. lib. 10. c. 17. §. 3.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 13. art. 5.* Sanctarel. *d. q. 49. num. 5.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 19. num. 4.* aduertentes Sixtum *in ſua Conſtit. 29. contra clericos malè promotos,* hoc idem inſinuare in illis verbis, ibi, *aut quoad ſæculares ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij.*

4. Sed ſub hoc decreto comprehendi omnes & ſingulos etiam cuiuſcunque Ordinis clericos Religioſos, ſiue ſæculares more Religioſorum viuentes in communi, & non profeſſos, declarauit Pius V. *conſtitut. 74.* incip. *Romanus Pontifex, de anno* 1568. relata per Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 1. de conferend. ordinib. num. 43.* & per illam ſic ſentiunt Vgolin. *d. c. 26. §. 8. num. 1. verſ. hac autem regula,* Salzed. ad Bernard. *d. cap. 18. num. 2.* Nicol. Garc. *d. part. 2. cap. 5. num. 12.* Bonacina *de ſuſpenſ. in particulari diſp. 3. q. 2. puncto 9. num. 1.* Nold. *in ſumm. verb. Ordo, num. 28.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 2. cap. 15. num. 11.* Homoboo. de Bonis *d. tract. 2. quæſt. 21.* Sanctarel. *d. quæſt. 49. num. 10. in princip.* Sanch. *d. cap. 1. dub. 35. num. 9.* Alzedo *d. part. 2. cap. 5. num. 51.* Lezana *in ſumma quæſt. Regul. cap. 14. num. 10.* Ego ipſe *d. allegat. 19. num. 4. in fine.*

Digitized by Google

5. Et hanc Pij V. conſtitutionem intelligendam
eſſe tam in non profeſſis, quàm in nulliter profeſ-
☞ ſis, cenſuit Rot. *in Vrgellen. Canonicatus* 3. *Mar-
tij* 1595. *coram Card. Blanchetto*, quam refert Nicol.
Garc. *d. p.* 2. *cap.* 5 *num.* 11. *&* 12. & obſeruant San-
ctarel. *d. num.* 10. *in fine*, Aloyſ. Ricc. *in dec. curia Ar-
chiep. Neapol. p.* 2. *deciſ.* 283. *& in praxi rerum fori
Eccleſ. reſol.* 270. *num* 2. vbi *num.* 3. cum Malol. *de ir-
regul. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 1. reſoluit ſic ordinatos Re-
gulares nõ profeſſos ſine titulo illo in ordine mini-
ſtrantes effici irregulares, refero Ego ipſe *d. alleg.* 19.
num. 5. *&* 6.

6. Gregor. XIII *in conſt. ſua*, incip. *Aſcendente*, ſub
dat. Kal. Iunij 1584. conceſſit Societati Ieſu quòd
qui tria vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ
in Societate emiſerunt, de licentia Præpoſiti Ge-
neralis poſſint promoueri ad ſacros Ordines abſq;
titulo, etiam ante ſolemnem profeſſionem emiſ-
ſam, ſi modò ſint ætate, moribus, & doctrina ido-
nei, non obſtante dicta conſtitutione Pij V. quæ
hoc decretum ad Religioſos non profeſſos exten-
dit, fortaſſe quia cognoſcebat illo prædictæ Socie-
tatis Patres ligati, eo quòd etſi veri dicerentur Re-
ligioſi, tantùm ſimplicia vota emittebant. Ita Men-
doſ. *conſ.* 13. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 17. §. 3. Flamin. Pariſ.
d. lib. 2. *q.* 6. *n.* 19. Piaſec. *d. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 44. Fr. Emman.
in ſum. tom. 2. *cap.* 15 *num.* 1. *& q. regul. tom.* 3. *q.* 23.
art. 3. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 13. Martin. Fornar. *d.
tract. de Ordine cap.* 8. *num.* 9. *verſ. pro reſolutione*, Bo-
nacina *punct.* 9. *num.* 2. Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 31.
ſect. 1. *num.* 38. Vgolin. *d. c.* 26. §. 8. *num.* 1 *verſ. excipi-
tur tamen*, Sanctarell. *d. q.* 49. *num.* 6. *&* 11. Illuſtriſ.
D. Roderic. à Cunha *in cõment ad c.* 1 *num.* 1. *diſt.* 70.
Molfeſ. *d. cap.* 15. *num.* 12. Sanchez *d. dub.* 35. *num.* 9.
Marchin. *d. tract.* 2. *p.* 6. *cap.* 5. *n.* 5. Alzedo *d. p.* 2. *cap.* 5.
num. 52. Lezana *d. c.* 14. *n.* 10. Vnde ſi cõtingat è So-
cietate quem eiici in Sacris iam conſtitutum &
carentem beneficio, tunc Prælatus eiuſdem Socie-
tatis de honeſto victu ſaltem de reddítu 40. annuo-
rum illi prouidere debet donec ſufficiens benefi-
cium fuerit aſſequutus, ita Marchin. *d. cap.* 5. *num.* 5.
Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 19 *n.* 17.

7. y *Ad ſacros Ordines.*] Ad minores igitur Ordi-
nes titulum non requiri contra *gloſſ.* 1. *in c. nemi-
nem*, 70. *diſt.* tenent, ſeruarique de conſuetudine at-
teſtantur Salzed. *d. cap.* 18. *n.* 5. Vgolin. *de irreg. c.* 61.
num. 2. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 15. *n.* 16. Nauarr.
conſ. 14 *n.* 1. *de tempor. ordin.* Thom. Valaſc. *d. tom.* 1.
alleg. 35. *n.* 3. Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 37. Alzed. *d. p.* 2.
c. 5. *n.* 50. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 1. *de Sacram.* vbi
de ſacram. Ordinis, *c.* 5. *ad fin.* Flamin. Pariſ. *d. lib.* 2.
q. 6. *n.* 4. Nicol. Garc. *d. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. *cum ſeq.* Aloyſ.
Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 271. *num.* 3.
Campan. *d. rub.* 8 *cap.* 1. *n.* 5. Sanctarel. *d. q.* 49. *num.* 3.
& 4. Homobon. de Bonis *d. tract.* 2. *p.* 20. Illuſtriſ.
D. Roder. à Cunha *in comment. ad d. c.* 1. *diſt.* 70. *n.* 3.
Ego ipſe *d. alleg.* 19. *n.* 3.

8. δ *Eum beneficium Eccleſiaſticum*, &c.] Ad titulum
beneficij, quod in diſtributionibus quotidianis
conſiſtit, poſſe quem ad ſacros Ordines promoue-
ri, tenet Campan. *d. rubr.* 8. *c.* 5. *n.* 29. quem refero *d.
allegat.* 19. *num.* 24. Marchin. *d. tract.* 2 *p.* 6. *c.* 6. *diffic.* 5.
num. 19.

9. Ad titulum beneficij de futuro ad quod eſt præ-
ſentatus, nominatus, ſeu poſtulatus non poſſe quem
promoueri, reſoluunt Salzed. *d. c.* 18. *num.* 6. Fr. Em-
man. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 10. Vgolin *d. cap.* 26.
§. 8 *n.* 3. *in fine*, Petr. de Ledeſma *d. c.* 7. *poſt* 8. *concl.*
Nicol. Garc. *d. p.* 2. *c.* 5. *n.* 130. Narbona *d. loco n.* 64.
pag. 13. Sanchez *in opuſc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 34.
n. 5. *& dub.* 35. *n.* 2. D. Acuña *in cap. neminem*, *n.* 13.
diſt. 70. Marchin. *d. tract.* 2. *p.* 6. *c.* 6. *diffic.* 3. Ego ipſe
d. alleg. 19. *n.* 28.

Contrà Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 3. Sayr.
de cenſur. l. 4. *c.* 14. *num.* 19. Campan. *d. rubr.* 8. *cap.* 4.
num. 10. exiſtimantes poſſe quem promoueri non
ſolùm ad titulum beneficij iam quæſiti, ſed etiam
quærendi.

Ad titulum beneficij poſſe quem ad ſacros Sub- 10.
diaconatus, & Diaconatus Ordines promoueri,
non obſtante quòd non lucretur illius fructus, niſi
poſt ſuſceptum presbyteratus Ordinem, tenet Ni-
col. Garc. *d. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 110. Armendar. *in addit. ad
recopil. legum Nauarra l.* 2. *tit.* 8. *l.* 1. *de patrim. cleric.
n.* 11. Ego ipſe *d. p.* 2. *alleg.* 19. *num.* 29. Marcel. Vulpe
d. cap. 8. *n.* 11.

Vicariæ perpetuæ ad titulum poſſe quem ad ſa- 11.
cros Ordines promoueri, reſoluunt Mendoſ. *ad re-
gul.* 34. *Cancell. q.* 13. *n.* 3. Salzed. *d. cap.* 18 *num.* 7. Va-
lenzuela *conſ.* 54. *n.* 29. *lib.* 1. Campan. *d. rubr.* 8. *cap.* 4.
n. 8. Sebaſt. Cæſar *in relect. de Eccleſ. hierarchia p.* 3.
diſp. 14. §. 8. *ex n.* 3. ſecus ſi vicaria fuerit tempora-
lis, vt infrà *num.* 20.

Ad titulum capellaniæ in perpetuum auctorita- 12.
te Apoſt. vel ordinaria erectæ, & in titulos creatæ,
poſſe quem ordinari, reſoluunt Sebaſt. Cæſar. *in d.
relect. de Eccleſiaſtica hierarchia p.* 3. *diſp.* 14. §. 3. *n.* 4.
Illuſtriſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad princ.
diſt.* 7. *num.* 9. Salzed. *d. c.* 28. *num.* 9. *verſ. ſed verum*,
vbi addit hoc veriſſimum, quando ab initio in fun-
datione interuenit auctoritas Epiſcopi, & datur in
titulum perpetuum. & *in verſ. illud*, ſubdit defendi
poſſe quòd licèt in primæua capellaniæ fundatio-
ne non interuenerit Ordinarij auctoritas, ſi tamen
non reluctante fundatoris voluntate poſtea Ca-
pellania in Eccleſiaſticũ beneficium fuerit erecta,
nempe per collationẽ, & canonicam inſtitutionem
fundatoris, conſanguineus, vel alius, qui ad eam
vocatus eſt, eius nomine & titulo poterit ordinari.
Sæculares autem Capellanias præſumi de ſui natu-
ra perpetuas, & collatiuas, reſoluunt Lap. *alleg.* 9.
n. 3. Card. *conſil.* 57. *n.* 5. Caſſad. *dec.* 4. *num.* 2. *de præ-
bend.* Canaler. *deciſ.* 72. *n.* 3.

Ad titulum præſtimonij ſoliti dari in titulum 13.
clericis, poſſe quem ad ſacros Ordines promoueri,
reſoluunt Salzed. *d. cap.* 18. *num.* 10. Sebaſt. Cæſar
d. diſp. 14. §. 5. *num.* 3. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.* 26.
§. 8. *num.* 3. *in fin.* Marchin. *d. p.* 6. *cap.* 6. *difficult.* 6.
num. 22.

Ad titulum Eccleſiæ receptiuæ poſſe quem ad 14.
ſacros Ordines promoueri, per text. cum gloſſ. *in
c. neminem*, 70. *diſt.* tenent Zerol. *in praxi Epiſcop.
p.* 1. *verb. dimiſſoria*, §. 5. *verſ. hic eſt.* Campan. *d. rubr.*
8. *c.* 4. *n.* 12. vbi id verum credit in ea diœceſi, quæ
tenuitate beneficiorum grauata miniſtris indige-
ret Eccleſiaſticis, nec viri adſunt congruum ne-
dum patrimonium non habentes, at illo omnino
carentes.

Ad titulum Eccleſiæ, cui adſcribitur, poſſe quem 15.
promoueri, exiſtimant Maiol. *de irregul. lib.* 4. *c.* 15.
ſub num. 2. Flamin. *d. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 33. per Con-
cil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 16. mandans
neminem ordinandum niſi iudicio ſui Epiſcopi
ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, quarum al-
teri propterea ab Epiſcopo adſcribatur vbi ſuis
fungatur muneribus, cúmque locum deinde in-
conſulto eodem Epiſcopo deſerere nequeat, nam
præſupponit per eiuſmodi adſcriptionem addi-
ctum eſſe illi Eccleſiæ, & ex ea fructus perci-
pere, alioquin non procedere arbitratur Cam-
pan. *d. rubr.* 8. *cap.* 4. *num.* 14. & Maioli ſenten-
tiam veram credit Vgolin. *d. cap.* 26. §. 8. *num.* 6.

quatuor

Digitized by Google

quatnor cōcurrentibus; primò vt interueniat conſenſus Rectoris eius Eccleſiæ; ſecundò vt interueniat licentia, ac conſenſus Romani Pontif. & hoc ad ſucceſſorem; tertiò vt ex ſeruitio Miſſarum, & diuinorum officiorum, & eleemoſynis à fidelibus elargiendis habeant vnde ſe ſuſteutent; quartò vt ne inde amoueantur.

16. Ad titulum coadiutoriæ perpetuæ cum futura ſucceſſione poſſe quem promoueri, dummodo ratione illius habeat congruam ſuſtentationem tanquam ad titulum penſionis, tenent Nauar. *in tract. de Orat. c.1c.n.*8.Salzed.*d.c.*18.*n.*7. Acoſta de Andrada *ad Bullam Cruciatæ q.* 75. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.gloſſ.* 5.§.9.*n.*7.Petr.de Ledeſma *d. c.* 7. *concluſ.*1.*dub.*1.Monet.*de optione canonica c.*4.*quæſt.* 8. *n.* 169. Nicol. Garc. *d. p.*2.*c.*5.*n.*132.Sebaſt.Cæſar. *d.diſp* 14.§.9.*n.*4.*&* 9.Vgolin. *de officio Epiſc.c.* 26. *num.*8 Narbona *citato loco n.*65 *pag.*12.Sanchez *in opuſc. moral. lib.* 7.*c.*1.*dub.*35.*n.*4.Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p.*2.*alleg.*19.*n.*23.

17. Capellaniam in Capella Papæ obtinentem, licèt ſit ad nutum amouibilis, ad illius titulum ordinari poſſe, tradunt Nauarr. *conſil.* 20. *de temper. ordin.* Sayr. *in florib.deciſ.ſub cod. tit.deciſ.* 59. Aloyſ.Ricc. *in d.praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 334.*in fine*, Ego ipſe *d.allegat.*19.*n.*30.

18. Cooptatum in Collegium ſeminarij non poſſe ordinari ad titulum ſeminarij, niſi ob cauſam inſeruiendi beneficio, quod forſan eſſet ſeminario iniunctum, deciſum referunt Læl.Zech.*de repub.Eccleſiaſt. tit. de Clericis ſub n.* 7.*v* 84.Zerol.*in praxi Epiſcop.p.*1.*verb.ſeminarium*,§.6.Flamin.Pariſ. *d.q.* 6.*n.*32.Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Ordo pen.*Armend.*d.l.*1 *de patrim.cleric.n.* 9. *&* 10. Piaſec.*d.p.*1.*c.*1.*num.*45.Iul. Cæſar Madius *de ſacris Ordin.c.*5.*n.*10.Marchin.*d.*6. *diffic.* 5. *n.* 33. Alzedo *d. p.*2. *c.*5.*num.*56.Nicol.Garc.*d p.*2.*c.*5.*n.*104. vbi in addit. refert declaraſſe Gregorium XIII. Clericos ſeminarij non poſſe promoueri ad aliquem Ordinem ſacrum ad titulum ipſius ſeminarij, niſi pro ſeruitio beneficij ſeminario vniti, & tunc cum aſſignatione certi annui redditus vnde ſic promotus viuere poſſit, quæ tamen aſſignatio ceſſat poſtquam illi aliunde ſe æquè ſuſtentare potuerunt, refero Ego ipſe *d.alleg.*19.*n.*31.

19. Ad titulum vicariæ temporalis, aliorúmque ſimilium beneficiorum, ſeu capellaniarum amouibilium, nō poſſe quem promoueri, reſoluunt Maiol. *d.lib.*4.*c* 15.*num.*4.Henriquez *d cap.*17.§.3.*litt. Q*, Aloyſ.Ricc.*in deciſ.curiæ Archiep.Neap.deciſ.*190. *p.*2. Salzed. *d. c* 18.*n.*8.*verſ & ea ratione*, Flamin. Pariſ. *d. lib.*2.*q.*6.*n.*1.Gonzal.*d.gloſſ.*5.§.3.*num.* 42. Campan.*d.rubr* 8.*cap.*4.*num.*4.*in fine*, Ego ipſe *d.allegat.*19.*num.*25.Narbona *d.l.*35.*gloſſ.*1.*num* 68.vbi *num.* 69. dicit de capellania ad nutum amouibili, ſeu de quolibet manuali beneficio. Marchin. *d. tract.* 2. *p.* 6. *difficult.*5.*num.*18.Sanchez *d.dub.*35. *num.*5.

20. *l Quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat.*] Epiſcopum arbitrari debere congruam ſummam & decentem beneficij valorem, cùm præſcripta certa quantitas non ſit, aſſerunt Menoch.*de arbitr. caſu* 216. *n.*12. *cum ſeqq.* Flamin.Pariſ.*de reſignat.lib.*5. *q.fin.num.*131. *&* 281. Ludou. Beia *reſponſ.caſuum conſcient. p.* 4.*caſu* 26.Henriquez *in ſumm. lib.* 10. *cap.*17.§.3.*in commento litt.N*, Nicol.Garc.*d.cap.*5. *num.*112.*cum ſeqq.* Azor.*d.p.*2.*lib.*6.*cap.*10. *quæſ.* 8. Vgolin. *d. c.* 26.§.8.*n.*2.Thom.Valaſc.*allegat. iuris tom.* 1.*alleg.*35.Illuſtriſſ.D.Roder.à Cunha *in comment.ad c.*1.*diſt.*70.*num.*12.Iacob.de Graff.*conſil.*4. *de tempor. ordin. vol.*1.*& de arbit. Confeſſ.lib.*2.*c.*49.

Lotter.*de re benefic.lib.*1. *q.*2. *n.*31. Sanch. *d.cap.*1. *dub.*35 *n.*7.Molfeſ.*in ſumm.tract.*2. *cap.*15.*n.*6. Narbona *d.loco n.*35.*pag.*9. Ego ipſe *d.allegat.*19.*num.*8. *cum ſeqq.*

m Pacificè poſſidere.] Beneficium debere ab ipſo pacificè poſſideri, qui ad eius titulum vult ordinari, ex hoc loco colligunt Nauarr. *in tract. de Orat. notab.*13.*num.*69.Flamin.Pariſ.*d.lib.*5 *q.*6.*num.*155. Vgolin.*d.c.*26.§.8.*n.*3.*verſ.tertiò conſtare*, vbi ſubdit propterea quòd ſi lis ei mota ſit de beneficio ad eius titulum, lite durante ordinari non debet, quippe quia eo priuari poſſit. Ego ipſe *d. alleg.* 19. *n.*15.*cum ſeqq.* vbi oſtendo quando quis dicatur pacificus poſſeſſor, & quando beneficium litigioſum cenſeatur. 21.

n Id verò beneficium reſignare non poſſit, &c.] Reſignantem beneficium, ad cuius titulum ordinatus fuit, teneri facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, aliàs reſignationem irritam eſſe, & nullam, reſoluunt, deciſúmque referunt Flamin. Pariſ.*d lib.*2.*quæſt.*6.*num.*39.Vgolin. *de offic. Epiſc. c.*14.§.3.*& cap.*26.§.8.*num.*4. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl.deciſ.*314.*in* 1.*edit.* aliàs *reſolut.*272. *num.*1.*in fine in* 2 *edit.*Azeued.*l.*1.*num.*9.*tit.*4. *lib.*1. *noua Recop.*Valenzuela late *conſil.*32.*n.*1. *cum ſeqq. tom.*1. Steph. Grat. *diſcept.* 991. Sanchez *in opuſc. moral.lib.*7.*c.*1.*dub.* 38.*num.*1.Marchin.*d.p.*6.*diffic.*7. Nicol.Garc.*d cap.*5.*n.*217.vbi *num.*214.ſubdit quòd eſt nulla etiam in foro conſcientiæ, Petr.de Ledeſma *d. c.* 7. *concluſ.*10.Campan. *d. rubr.*8.*c.*6.*num.*2. Armendar.*d.l.*1.*de patrim.Cleric. num.*21. Ego ipſe *d.alleg.*19.*num.*32.Et ipſi reſignanti hoc caſu competere actionem ſpolij ex Rotæ deciſionibus, firmant Piaſec. *in praxi Epiſcop p.*1.*c.*1.*num.* 44. *verſ. ampliari poſſet*, Gonz.*ad reg.*8.*Cancell. gloſſ.*5. §.10. *n.*35.quia cum reſignatario non teneat, ius non abdicatur à reſignante, Nicol.Garc.*d.cap.*5.*num.*225. Rota *in Leodien.Canonicatus S. Ioan.*28.*Iunij* 1621. *coram bonæ mem. Remboldo, prope fin.* quam refero *d.alleg.*19.*n* 36.& ead.Rota *deciſ.*415.apud Farinac. *p.*1.*in poſthum.* 22.

Nec poſſe per æquipollens adimpleri, tenent Nicol.Garc. *d.c.*5.*n.*193.Armendar.*d.l.*1.*de patrim. cleric.num.*22.Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.c.*991. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum reg.* 5.*dub.*1. *n.*45.*in vlt.impreſſ.*Rot. coram Gregorio XV. *deciſ.*441.*n.*1.& *ibi* Beltramin.*num.*9. *& in d. Leodien. Canonicatus.* 23.

Et habere locum etiam in reſignationibus factis coram Papa, poſt Nicol. Garc. *d.c.*5.*n.*193.firmauit Rot.*in d. Leodien.Canonicatus, verſ. non obſtat quòd Concilium.* 24.

Et prohibere reſignationes voluntarias, ſed non priuationes, referunt deciſum Nicol.Garc. *d. cap.*5. *n.*220.Armendar.*d.l.*1. *de patrim.on. cleric. num.* 24. Ego ipſe *d.alleg.*19.*n* 45. 25.

Et beneficiatum in ſacris conſtitutum non poſſe vllo modo beneficium reſignare, niſi aliunde habeat vnde ſe commodè ſuſtentare valeat, ſancivit etiam Pius V.*Conſtit.*58.incip.*Quanta, Kal. April.* 1568.quæ licèt loquatur de reſignationibus factis coram Ordinario, habere tamen locum etiam in Curia, tradunt Flamin. Pariſ. *de reſignat.lib.*3.*q.*14. *n.*3.*&* *l.*5.*q.vlt.n.*176.Nicol.Garc. *d.c.*5. *num.* 198. Aloyſ. Ricc.*reſolut.*272.*in fine*, Ego ipſe *d. alleg.*19. *num.*40. 26.

Renuntiationem beneficij, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, factam etiam cum penſione ſufficienti ad congruam ſuſtentationem, non valere niſi facta mentione quòd ad illius titulum fuit promotus, reſoluunt additio ad Nauar. *conſil.*4. 27.

de renuntiat. Nicol. Garc.*d.p.2.c.5.num* 215.Stephan. Gratian. *diſcept. forenſium.c.*591.*num.*2.Ego ipſe *d. alleg.* 19. *n.*41. Homobon.de Bonis *de examine Eccleſ. tract.*2.*c.*1.*q.*23.*in fine*, Rot. *in d. Leodien. Canonicatus, v.nec obſtat quod dictum S. Concilium*,Vgolin. *c.*26.§.8.*n.*4.

Contrà Nauarr. *conſil.* 23. *de præbend. in antiq.* aliàs *conſil.* 3. *de renuntiat. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ.ſub d. tit.de præbend.deciſ.*23.Campan.*d. rubr.* 8. *c.* 6. *n.* 6.exiſtimantes reſignationem promoti ad ſacros Ordines ad titulum beneficij,quod ipſe poſtea reſeruata penſione ſufficienti ad eius uſum renuntiauit, nulla facta mentione quòd ad titulum illius beneficij ordinatus eſſet, non obſtante hoc decreto,in foro conſcientiæ,& etiam exteriori validam eſſe.

28. Permutationem beneficij, non facta mentione quòd ad illius titulum fuit permutans ſacris initiatus, nullam eſſe,ac proinde diſpoſitionem Concilij in præſenti in ea locum habere, tenent Gonzal.*ad regul.*8.*Cancell.gloſſ.*5.§.10 *à num.*43. Nicol. Garc.*d.p.2.c.5.num.*218.Stephan.Gratian.*d.c.* 159. *num.*3.

29. Sed tutum eſſe in conſcientia illum, qui beneficium, ad cuius titulum erat promotus, reſignauit, & aliud ex cauſa permutationis obtinuit, tacendo in reſignatione quòd erat promotus ad titulum primi beneficij, dummodo ſecundum beneficium ſit æquiualens,referunt deciſum Armendar. *d. l.* 1. *de patrimon. cleric. n.*31. Stephan.Gratian.*in addit. ad d.c.*189.*n.*3.Ego ipſe *d.alleg.*19.*n.*44.

Immo in vtroque foro validam eſſe huiuſmodi permutationem, tacita promotione illius ad titulum facta, quando permutans conſequitur validè poſſeſſionem pacificam alicuius beneficij ſufficiẽtis ad congruam, & non permutatur beneficium pingue cum tenui, & minùs ſufficienti ad victum, reſoluunt Vgolin *d.c.*26.§.8.*num.*4.*verſ.ſecundò excipitur*,Campan. *d.rub.*8.*c.*6.*n.*5. Rot. *in Mutinen. Canonicatus* 4.*Decembris* 1609.*coram Gregorio XV. deciſ.* 441. *n.* 3. in collectis per Beltramin. refert Maſtbr. *in praxi habendi concurſum regul.* 5. *dub.* 1.*n.*45.ſecundùm Roman. impreſſ.

30. Intantem reſignare beneficium,ad cuius titulum fuit promotus, vel procuratorem conſtitutum ad reſignandum non reuocare, pœnitentia impoſita abſoluendum eſſe ne reſignet, & vt procuratorem poſſit reuocare, referunt deciſum Flamin.Pariſ. *d. q.* 6. *n.*43.Nicol.Garc.*d.c.*4.*n.*232.*in* 1.*&* 2.*declar.* Armendar. *d l.*1.*de patrim.cleric.n.*29.Azor. *inſtit. moral.p.* 2. *lib.* 7. *cap.*15.*q.*6.Vgolin.*d.c* 26.§.8.*ſub n.*4.Campan.*d.c.*6.*num.*4.Aloyſ.Ricc.*in d.praxi rerum fori Eccleſ.reſol.* 272.*num.*2.Ego ipſe *d.alleg.*19. *n.*46.Marchin. *d p* 6.*c.*6.*diffic.*7.*n.*39.

31. Conſtitutum in minoribus Ordinibus non ligari diſpoſitione huius c. immo poſſe beneficium reſignare, etiamſi non habeat aliunde quo viuere poſſit, tenet Flamin. *d. quæſt.* 6.*n.*178. Fr.Emman. *in ſumma tom.* 2.*c.* 15.*num vltim.* Azot.*d.p.*2.*lib.*7. *cap.* 20. *quæſ.* 7.Ceuall. *comm. contra communes, quæſt.* 561.*num* 26.Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ. cap.*158. *à num.* 9. Nicol.Garc.*d.p.*2.*c.*5.*num.*203. Paul.Comitol. *reſp.moral.lib.*6.*q.*34.*num.*4.Vgolin. *d. cap.*26.§.8.*n.*4.*verſ.poſtremo*,Ego ipſe *d.alleg.*19. *num.* 39.

32. Habere locum contenta in hoc decreto, etiamſi beneficia eſſent iuriſpatronatus, aſſerit deciſum Nicol.Garc.*d.p.*2.*c.*5.*n.*196.

33. *b Neque ea reſignatio admittatur*, &c.]Pœnam contra reſignantes beneficia, contra formam huius cap. & contra talem reſignationẽ admittentes,imponere Pium V. *in d.conſtitut.incip. Quanta Eccleſia Dei*,ſub dat.Kalend Aprilis,1568.aſſerunt Vgolin. *d.c* 26.§.8.*n.*5.Nicol.Garc.*d.c.*5.*num.*228.*in* 4. *declar.*Armendar.*d.l.*1 *de patrim.cleric.n.*27.

Ordinarium, qui admiſerit reſignationem factam ab aliquo Presbytero, qui nihil aliud præter id beneficium habebat,vnde commodè ſe ſuſtentare poſſet, teneri eum alere,nec poſſe eidem beneficium reſignatum reſtituere,ſed in eo inſtitui debere illum, qui præſentatus fuerat à patrono,deciſum referunt Nicol.Garc.*d.cap.*5.*num.* 228.*in* 3. *declar.* Armendar. *d.l.* 1.*de patrim.cleric.num.* 26. & addit ex aliis Homobon.de Bonis *de examine Eccleſ.tract.* 2. *c.*2.*q.*23.*prope fin.* ſi beneficium erat liberæ collationis, ad Romanum Pontific. eius collationem ſpectare. 34.

c Patrimonium verò, &c.]Vide Nauarr.*conſil.* 14. *num.* 2. *de tempor. ordinat.in nouis*, Vgolin.*de officio Epiſcopi cap.*26.§.9.*num.*3.Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.* 8. *cap.*4 *num.*1.Lotter.*de re benef.lib.*1. *quæſt.*1.*num.*32.Bonacina *d.diſp.*3.*q.*1.*puncto* 9.*n.*14. metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.*2.*alleg.*19. *à num.* 52. 35.

Patrimonium ſuper re immobili conſtitui debere,reſoluunt Nauarr.*conſil.*34.*de tempor. ordin. in nouis*, Azor. *d. p.* 2.*lib.*3.*cap.*4.*q.*7.Vgolin.*d.cap.*26. §.10.*n.*1.Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 315. *in* 1.*edit.* aliàs *reſolut.* 273. *in* 2.*edit.*Illuſtriſſ.D.meus Roder.à Cunha *in comment.ad cap.*1. *n.*11 *diſt* 70.Ego ipſe *d alleg.*19.*n.*55. 36.

Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, licèt in rebus immobilibus eſſe debeat, & non in mobilibus,non tamen ob id incurri pœnam ſi quis ordinetur ad patrimonium in mobilibus,curare tamen debere ſic ordinatum, vt quamprimum titulus ille bonorum mobilium in bona immobilia ad mentem Concilij Trident. conuertatur, reſoluunt Nauarr. *d. conſ.* 34. Sayr. *in floribus deciſ.ſub tit. de tempor.ordinat.deciſ.*31.

Patrimonium,ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, eſt res certa fructifera, de qua ipſe diſponere valeat, & ideo nec ob penuriam Sacerdotum ad ſacros Ordines promouendi ſunt, qui ſuper alienis bonis aſſecurationem habent victus, & aliarum rerum neceſſariarum cum cautione certa ſine alio titulo beneficij, vel patrimonij, ita refert deciſum Nicol.Garc.*d p.*2.*c.*5.*n.*96. 37.

Patrimonij quantitas ad quod quis promoueri poſſit, non taxatur, ſed remittitur ad terminos Concilij, ita reſolutum aſſerit Nicol.Garc.*d.cap.*5. *num.* 113. 38.

Patrimonij examen pertinet ad Epiſcopum priuatiuè quoad alios,vt per Sel.*in ſelectis canon.cap.* 3. *num.* 1. vbi refert deciſum *in Placentina* 16. *Martij* 1630. 39.

Patrimonium pro clericis ad ſacros Ordines promouendis poteſt conſtitui ſuper annuis perpetuis cenſibus,cum cautione quòd ſi cenſus redimerentur,pecunia ex iudicis decreto apud idoneas perſonas deponatur ad effectum inueſtiendi, Aldan.*in compendio canonic.reſol.lib.*1.*tit.*10. *n.* 3. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 2. *Iunij* 1629. 40.

Patrimonium donatum per parentes, ea conditione vt filius vſumfructum habeat interim dum beneficiũ aliquod, aut bona alia ad eius congruam ſuſtentationem ſufficientia acquirit, eſt ſufficiens, & ad illius titulum poteſt ordinari, Sel. *d. c.* 3.*n.*2. vbi dicit ita fuiſſe reſolutum à S. Congreg. Epiſc. & regul. *in Eugubina* 22. *Maij* 1590. 41.

Donationis ad titulum poteſt quis ordinari,ſi ita Epiſcopus iudicauerit aſſumendum pro neceſſitate, 42.

vel

vel vtilitate Eccleſiarum, etſi donatio eſt realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non poſſit abſque Epiſcopali licētia, vel ſi aliunde habeat vnde viuere poſſit, refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num.* 76. Narbona *d. l.* 35. *gloſſ.* 1. *num.* 9. & reſoluunt Vgolin. *d. c.* 26. §. 9. *n.* 4 Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 2 *pag.* 380. Azor. *inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *quæſ.* 2.

43. Donatione facta, & ſecuta traditione bonorum donatorum pro patrimonio ad ſuſcipiendus Ordines ſacros, ſi clericus moriatur ante ſuſceptos Ordines, non obſtat decretum in præſenti quin donans recuperet eadē bona ſi attento iure communi reſtituenda forent, Sel. *d. c.* 3. *num.* 3. vbi ait ita fuiſſe reſolutum *in Mutinen.* 11. *Iunij* 1631.

44. Clericis abſentibus, qui Eccleſiis neceſſitatem habentibus ſubuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non poſſent, dimiſſorias concedere poteſt Epiſcopus vt ad patrimonium, vel penſionis Eccleſiaſticæ titulum ordinentur, refert deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 76.

45. Ordinari quis poteſt ad ſacros Ordines cum patrimonio ſibi aſſignato à patre lo bonis, quæ ſunt directi dominij Eccleſiæ, & de quibus ſoluitur quædam rata fructuum in recognitionem, quatenus vtile dominium bonorum per patrē aſſignandorum filio legitimè transferri valeat, & ad illius vitam honeſtè ſuſtentandam dicta bona ſufficiant, Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 4. vbi dicit ita fuiſſe reſolutum *in Lucana* 7. *Septembris* 1630.

46. Ad titulum bonorum immobilium, & annuorum redditū ſibi donatorum poteſt quis ad ſacros Ordines promoueri, ſi tamen Epiſcopus iudicauerit eum aſſumendum pro neceſſitate ſuarum Eccleſiarum, donationéſque huiuſmodi bene, & abſque vlla fraude in forma valida fiant, ac bona, & redditus donati huic promouendo ſufficiant ad vitam honeſtè ſuſtentandam, & nullo modo poſſint alienari abſque licentia Epiſcopi, donec ille beneficium ſufficiens adipiſcatur, vel aliunde habeat vnde commodè viuere poſſit, referunt deciſum Nicol. Garc *d. p.* 1. *c.* 5. *n.* 79. Armendar. *d. l.* 1. *de patrim. cleric. n.* 5. Campan. *d. rubr.* 8. *c.* 4. *n.* 3. Ego ipſe *d. alleg* 19 *n.* 56.

47. Sufficienti titulo beneficiali ſi quis careret, haberet tamen tantundem patrimonij, quod beneficio adiunctum ſufficientem conſtitueret titulum, permittendum illi eſt ad ſacros Ordinet promoueri, vt per Zerol. *in praxi Epiſcop. pars* 1. *verb. dimiſſoria, verſ.* 2. Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumma Bullary, verb. Ordo, verſic. circa* 2. Vgolin. *d. c.* 26. §. 3. *in fin.* & §. 8. *n.* 2. Armendar. *d. l.* 1. *de patrim. cleric. n.* 16. *in fine*, Ego ipſe *alleg* 19. *num.* 14.

48. Ordinari nullus poteſt in Sacris ſi cum beneficio, aut patrimonio inſufficienti iungantur pitantiæ, eleemoſynæ, anniuerſaria, confraternitates, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Miſſarum in exercitio ſacrorum Ordinum percipere, & lucrari poteſt, quæ omnia ad victum honeſte ſufficiant. Prout nec etiam promoueri poteſt ſi nihil prædictorum, vel minus ſufficienter haberet, ſi Epiſcopus obliget ſe ſuppleturum alimenta, quibus ſe ſuſtentari poſſit, ita referunt deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 2. *c.* 5. *num.* 116. Armendar. *d. l.* 1. *de patrim. cleric. n.* 16. & 17. Narbona *d. l.* 35. *gloſſ.* 1. *n.* 62. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.*

49. Nullus ad ſacros Ordines promoueri poteſt ex induſtria ſua vel honeſto labore, puta quòd ſit muſicus, Magiſter Grammaticæ, pictor, aut alterius licitæ profeſſionis, ex qua tantùm quærit quod ſit

ſufficiens ad ſuſtentationem vitæ, ita referunt deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 1. *c.* 5. *n* 126. Armendar. *d. l.* 1. *de patrimon. cleric. n.* 18. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *n.* 13. *diſt.* 70. Ego ipſe *d. alleg.* 19. *n.* 71.

Litteratorem ad titulum non poſſe quem ordinari quantumcumque ſit litteris, & gradu inſignis, tenent Salzed. *d. c.* 19. *n.* 7. Fr. Emman. *in ſumma tom.* 2. *c.* 15. *n.* 16. Nicol. Garc. *d. c.* 5. *n* 128. Petr. de Ledeſma *d c.* 7. *ante vlt. concl.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 81. *n.* 2. Narbona *l.* 35. *gloſſ.* 1. *n.* 73. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Ego ipſe *d. allegat.* 19. *n.* 72. Campan. *d. rubr.* 8. *c.* 4. *n.* 6. Marchin. *d p.* 6. *c.* 6. *diffic.* 5. *à n* 36. 50.

Contra Henriquez *in ſumma lib.* 10. *c.* 17. §. 4. *in comment. litt.* G. Auila *de cenſur. p.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 6. *ad fin.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 4. *n.* 27. Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.* 57. *num.* 30. exiſtimantes Epiſcopo fas eſſe ad ſacros Ordines aſſumere virum litteris inſignem, & collegio illuſtri cooptatum, quamvis titulo carentem, & allegat Cordub. *caſu* 36. atque doctos Theologos & Iuriſperitos conſultos ita reſpondiſſe.

Sed nunquid filius fruitæ paternæ hæreditatis prætextu regulariter ad Ordines ſacros valeat promoueri? Vide latè diſputantem Narbona *d. tit. l.* 35. *gloſſ.* 1. *num.* 37. *cum multis ſeqq. tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.*

Ob penuriam Sacerdotum quandoque conceſſum eſſe ordinari ſine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis ſpondeat ſe neceſſaria ordinandis ſubminiſtraturum, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 2. *c.* 5. *num.* 97. Armendar. *d. l.* 1. *de patrim. cleric. n.* 2. Campan. *d. rubr.* 8. *cap.* 4. *n.* 6 Ego ipſe *d. alleg.* 19. *num.* 73. 51.

Clauſula appoſita in conſtitutione patrimonij, quod ſolet aſſignari clericis à conſanguineis, videlicet, donec fuerit de beneficio prouiſus, non comprehendit officium organiſtæ, & magiſtri capellæ, Aldan. *d. tit.* 3. *n.* 5. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 27. *Iunij* 1521. 52.

x Vel penſionem obtinentes.] Epiſcopum poſſe ordinare familiarem ſuum etiam ad titulum penſionis ſi pro commoditate, vel neceſſitate ſuarum Eccleſiarum iudicauerit ordinandum, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 8. *de patrimonio cleric. n.* 7. *in fine.* 53.

a Niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos.] Cùm hæc verba denotent boni viri arbitrium, hoc eſt, voluntatē rationi ſubmiſſam *l. fidei commiſſaria* 2. *ff. de fideicomm. libert.* gloſſ. *verb. viſum, in c.* 2. *de corpore vitiat.* Lap *alleg.* 60. *n.* 3. ideo ſi Epiſcopus legitimè non interponat arbitrium, Deum ſolummodo iudicem habebit, gloſſ. *verb. relinquitur, in c. ſtatutum*, §. *acceſſorem, de reſcript. in* 6. Caldan. *conſ.* 38. *n.* 7. ac proinde non dabitur appellatio, quia ſuperior non poteſt animum, & conſcientiam inferioris immutare, Bald. *in l.* 1. *n* 10. *verſ. ſcias tamen, C de ſentent. ex breuic. recit.* Cou. *variar. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 3. *verſ. ab eo.* 54.

Ex quibus nullum poſſe contra prohibitionem ſui Prælati ordinari, aut de illo conqueri, ſeu ab eo appellare, eo quòd illum ordinare nolit, reſoluit Aloyſ. Ricc *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 587. *in* 2. *edit.* & cenſuit Rot. *in Elbor. Ordin.* 21. *Iunij* 1618. *coram bonæ memor. Rembaldo, &* 18. *Februarij* 1619. *coram R. D. meo Coccino Decano.* 55.

p Pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum.] Epiſcopus ergo vt poſſit admittere ordinandum ad titulum patrimonij eius arbitrio iuxta hoc decretum, ſufficit vel neceſſitas, vel vtilitas 56.

Digitized by Google

Eccleſiæ, Aldan. *d. tit. 3. num. 6.* vbi teſtatur ita deciſum *ſub die 17. Martij* 1619.

57. *v Quæ ſit ad vitam ſuſtentandam*, &c.] Quantitatem patrimonij, ad quod quis promoueri poteſt, non taxari, ſed remitti ad terminos Concilij, referunt deciſum Nicol. Gatc. *d. p. 2. c. 5. n. 113.* Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. n. 12.*

58. Et Ordinarij arbitrio relinquendum huiuſmodi iudicium, an tale patrimonium ſufficiat propter diuerſitatem locorum, cùm in vno loco ſufficiat, quod alibi non erit ſufficiens, tenent Hoied. *de incomp. benef. p. 1. c. 19. n. 33. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſu* 218. *n.* 12. Iacob. de Graff. *de arbitr. confeſſ. lib. 2. cap. 49.* Vgolin. *d. c. 26. §. 12. in princ.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.* 271. Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. n.* 8. Narbona *l.* 35. *gloſſ. 1. n. 35. tit. 3. lib. 1. noua Recopil.*

59. *ξ Atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi*, &c.] Bona, ad quorum titulum quis eſt ſacro Ordine inſignitus, prohiberi ſine licentia Epiſcopi alienari, reſoluunt Nauar. *conſil.* 16. *in antiq.* aliàs *conſil.* 21. *in nouis, de tempor. ord.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 18. & 60. Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 37. §. 2.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 18. *prima à n.* 72. Flamin. Pariſ. *d. lib. 2. q. 6. n.* 18. Guttier. *pract. lib. 2. q. 65. à n.* 10. Cened. *ad Decretal. collect.* 83. *n.* 2. Ceuall. *commun. contra communes q.* 527. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ. 5. §. 10. n.* 13. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 159. n.* 2. Vgolin. *d. c. 26. §.* 13. Nicol. Garc. *d. p. 2. c. 5. n.* 181. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 8. c. 6.* Narbona *d. l. 35. gloſſ. 1. n. 85. cum ſeqq.* Boët. Epo *tom. 1. tit. de iuriſdict. Eccleſ. temp. quæſt. 1. n. 5.* Valenz. *conſil. 32. à num.* 1. Ego ipſe *d. allegat.* 19. *à num.* 75.

60. *ο Alienari, aut extingui, vel remitti*, &c.] Immo nec vendi, Campan. *d. rubr. 8. c. 6. n. 7.* quem refero *d. alleg. 19. n.* 78. nec permutari, Gonzal. *d. §. 16. n. 35. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *d. c. 159. n.* 3. Ego ipſe *d. alleg. 19. num.* 83. Rot. *deciſ.* 614. *in 1. collect.* Farinac. aliàs *p. 4. diuerſor.* nec hypothecari, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 212. p. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 19. n.* 85. nec præſcribi tempore ordinario, Melch. Phœbos *Luſit. deciſ. 19. n 12. tom. 1.*

61. *π Nullatenus poſſint.*] Vnde alienationem patrimonij, aut extinctionem penſionis ſubſequentem promotionem eſſe inualidam ipſo iure, reſoluunt Nauarr. *conſil. 17. n. 2.* & 4. & *conſil. 21. n. 2. de tempor. ordinat. in nouis*, Flamin. *d. q. 6. n. 1.* & 35. Campan. *d. rubr. 8. c. 6. n.* 8. Ego ipſe *d. alleg. 19. n.* 77. Narbona *d. l. 35. gloſſ. 1. num* 86.

62. Tum ex dictione illa *nullatenus*, quæ importat nullitatem actus ipſo iure, ex multis quos plena manu retuli *in tract. de dictionib. vſufreq. dict.* 226. *num.* 4. ſecundùm Lugdunen. impreſſ. tum etiam, quia verbum, *poſſum*, negatiuè prolatum neceſſitatem importat, & actum contra geſtum omnino reddit nullum, priuatque omni potentia, iuxta gloſſ. *verb. non poteſt, in cap. non poteſt, de regul. iuris lib. 6.* cum propemodum adductis per me *d. tract. d.* 268. *num.* 3.

63. *ρ Donec beneficium Eccleſiaſticum*, &c.] Ergo alienatio, ſeu renuntiatio patrimonij, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, facta ſine licentia Epiſcopi, valida erit, ſi tunc habet beneficium, ſeu aliàs vnde viuere poſſit, eo quod illud aduerbium, *donec* reſtringit omnia antedicta, & eſt temporis limitatiuum, ex adductis per me *d. tract. de dictionib. vſuf. dict.* 93. *num.* 3. & propterea ſit ſenſus affirmatiuè conſtituendus, nempe quod ordinatus ad titulum patrimonij, vel beneficij poteſt ſine licentia Ordinarij vendere patrimonium, beneficiumque reſignare ſi habeat vnde viuat; ita concludunt Flamin. *d. quæſt. 6. num.* 17. Ceuall. *commun. contra commun. q. 527. n.* 8. & *q. 561. à num.* 22. Stephan. Gratian. *d. cap. 159. num.* 14. Axor. *d. p. 2. l. 3. c. 4. q. 3.* Illuſtriſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 1. n. 26. diſt.* 70. Nicol. Garc. *d. p. 2 c. 5. n.* 286. Coſta *de iudic. c. 1. n.* 49. Narbona *d l. 36 gloſſ. 1 num.* 89.

Contrarium verò tenet Quintanad. *Eccleſ. lib. 3. n.* 72. Cened. *pract. & canon. q. lib. quæſt. 11. n.* 9. Vgolin. *d. cap. 27. § 13. n.* 4. vbi ait Epiſcopi licentiam neceſſariam eſſe ad patrimonium alienandum, vbi quis beneficium Eccleſiaſticum, aut patrimonium aliud ad victum ſufficiens adeptus fuerit, vt ipſe Epiſcopus arbitretur an id, quod adeptus eſt, ſat ſit ad ſumptus pertinentes, cum id arbitrari ad ipſum ſpectet; ſi enim contingeret profundere, quod deinceps acquiſiuit, Clericus admitteretur ad patrimonium prius habitum, Campan. *d. rubr.* 8. *cap. 6. num. 9. verſ. & obuiam*, vbi ait duo concurrere debere in patrimonij alienatione, alterum quòd alia res ſubrogetur pro decenti victo, alterum quod Epiſcopus cognoſcat, & comperto ita eſſe aſſentiat; ſubditque explicationem illorum verborum, *atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari*, poſſe fieri hoc modo atque illa deinceps etiã cum licentia Epiſcopi alienari, &c. vel non poſſint ſine licentia, donec, &c. cum duæ negatiuæ affirment, quaſi voluerit dicere Concil. vt poſſint cum licentia quando beneficium Eccleſiaſticum, &c. nam dictio illa, *donec*, reſtringit vſque ad illud tempus; ergo eo elapſo permittit, ex text. ſingulari *in l. generaliter, ff. de decurion.* refero Ego ipſe *d. alleg.* 19. *num.* 90.

σ Sufficiens.] Quod autem beneficium, vel patrimonium ad hoc propoſitum dicatur ſuffi- 64.
ciens, docet Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. c. 15. num.* 9. Flamin. Pariſ. *d. q. 6. n.* 14. & *lib. 5 q. 6. n.* 155. Vgol. *de cenſur c. 61. irregul. num.* 6. Petr. de Ledeſm. *d. c. 7. concl.* 7. Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. beneficium*, & *verb. dimiſſoria, §. 5. dub.* 4 & *p. 2. eod. verb. ad fin.* Fr. Ludou. Beia *reſponſ. caſuũ conſcient p. 4. caſu* 26. Nicol. Garc. *d. p. 2. c. 5. n.* 182. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 246. n. 2. p. 2.* Th. Valaſc. *allegat. iuris, tom. 1. alleg.* 35.

τ Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innouando.] Decretum Concilij in præſenti innouare pœ- 65.
nam ſuſpenſionis, de qua *in cap. neminem*, & *in cap. Sanctorum, 70. diſt.* & aliam quam incurrit ordinator prouidendi de neceſſariis illum, quem abſque titulo ordinauit, donec Eccleſiaſticum beneficium conſequatur, de qua *in cap. cum ſecundũ, de præbend.* quando ſcilicet ordinatus, & ordinator in culpa fuerunt, exiſtimant Nauarr. *conſil. 14. n.* 4. & *conſ.* 46. *num.* 1. & 2. *de tempor. ordin. in nouis*, Soar. *tomo 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. poſt n.* 35. Campan. *d. rub. 8. cap. 5. n.* 1. Sanchez *in opuſc. mor. lib. 7. c. 1. dub. 35. num.* 12.

υ Alij verò multo plures putant textum in præ- 66.
ſenti innouare tantummodo pœnam ſuſpenſionis, de qua *in d. cap. neminem*, & *d. cap. Sanctorum*, ex quorum numero ſunt Maiol. *de irregul. lib 4 cap.* 15. *in princ.* Vgolin. *de irregul. c. 61. n.* 7. Salzed. *d. c.* 18. *n.* 1. Spin. *d. gloſſ. 18. n.* 65. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 2. c. 97. num.* 66. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. dimiſſoria. §.* 4 & *p. 2. eod. verb. §.* 6. & *verb. irregularitas §.* 2. Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 15. n.* 1. & 4. Petr. de Ledeſma *d. c. 7. concl. 5. diffic.* 5. & *concl. 9. diffic.* 2. Flamin. *d. lib. 2. q. 6. num.* 18. Luc. Ortiz. *in ſum. reſolut. 10. de ſuſpenſ. notab.* 5. idem Iacob. de Graffiis *conſil. 14. n.* 14 & 15. *de temp. ord.* Steph. Fagund. *de quinque Eccleſ. præcept. p. 1. lib. 3. c. 8. ſub n.* 7.

Scottia

Scotria in Pontific. Conſtit. epit. 147. theor. 139. Ioan. de la Cruz in direct. Conſcient. p. 2. tit. de Sacrament. Ordinis dub. 6. concl. 2. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 38. qui omnes aiunt omnino innouari hanc pœnam, ſiue quia ſublata non erat per d. cap. cùm ſecundum, de præbend. cùm ordinatus deceperit Epiſcopum circa titulum ſuum, ſiue, quia licèt ſublata ſit, renouata eſt, & vigori reſtituta per hoc decretum, quia ipſum ſimpliciter innouat canones antiquos quorum vnus eſt d. cap. neminem, & cap. ſanctorum.

67. Tertio loco quidam nomero, & authoritate ſuperiores tenent hoc decretum tantùm innouare pœnam d. cap. cùm ſecundum, quæ eſt ſolummodo aduersùs ordinantes, non verò ordinatum, & ſic ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, neque aliquam pœnam incurrere, ſed Epiſcopum cogendum eſſe illi prouidere: ita Viuald. in candel. aureo part. 2. de ſuſpenſ. c. 28. Henriq. in ſumm. lib. 13. c. 37. §. 2. Gutier. pract. lib. 2. q. 65. n. 11. verſ. nec optimo Medina, Cened. ad Decretal. collect. 33. n. 2. & 6. ad fin. Auila de cenſur. part. 3. diſput. 5. dub. 5. verſ. ex dictis ſequitur primo, Nauarr. ſibi contrarius conſ. 19. n. 1. de temporibus ordinat. Addit. ad ipſum Nauarr. conſ. 1. quæſt. 16. in fine, de conſtitut. Emm. Sà verb. ſuſpenſio, n. 10. Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib. 1. c. 48. verſ. quinta habetur, num. 6. in fine, & verſ. 18. num. 16. Fornar. de Ordine c. 8. num. 8. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 14. n. 36. Sbroz. de officio Vicar. lib. 1. q. 56. Anton. Diana moral. reſolut. p. 1. tract. 16. miſcel. reſolut. 5. Marchin. de Sacram. Ordinis d. p. 6. c. 7. diffic. 6. à princ. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 8. n. 9. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſc. Neapol. cap. 83. n. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 10. n. 22. Bonacin. de Sacrament. diſput. 8. quæſt. vnica puncto 5. n. 14. verſ. primo, Sanctarel. var. quæſt. 49. n. 15. & ſic deciſum fuiſſe, teſtantur Nicol. Garc. d. part. 2. cap. 5. n. 27. & 29. Armendar. d. l. 1. de patrimon. cleric. num. 19. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad cap. ſanctorum num. 7. diſt. 70. Ego ipſe d. p. 2. alleg. 29. num. 27.

68. Et quamvis Sixtus V. in ſua conſtit. quam edidit contra clericos malè promotos, incip. Sanctum, & ſalutare ſub dat. Nonis Ianuarij 1588. ordinatorem ſine patrimonio à collatione quorumcunque Ordinum, atque etiam ipſius Tonſuræ, ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſum, atque ab ingreſſu Eccleſiæ interdictum declarauerit, & promotum ab executione, miniſterio, & exercitio Ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſum pronuntiauerit, attamen quia conſtitutio hæc nimis rigida multis viſa fuit, & ſcrupulos varios tam promouentibus, quàm eis, qui promoti fuerant, ingenerauit, eam poſtea Clemens VIII. noua quadam Conſtit. incip. Romanum Pontif. ſub dat. pridie Kal. Martij 1595. Motu proprio, & ex certa ſcientia de Apoſt. poteſtatis plenitudine, ſua perpetuò valitura conſtitutione ad terminos ſacrorum Canonum ac Conſtitutionis Pij Papæ II. incip. Cum ex ſacrorum ſub dat. 13. Kal. Decembris 1461. & ad diſpoſitionem decretorum S. Concilij Triden. reſtrinxit, & reduxit; necnon cenſuras & pœnas in eadem Sixti conſtitutione contra quoſcumque (præterquam contra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, quas voluit in ſuo robore permanere) moderatur, & aboleuit. Ita Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. vlt. ſect. 3. n. 41. Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. q. 20. art. 13. Sayr. d. lib. 4. c. 17. poſt n. 37. Fornar. d. cap. 9. n. 9. verſ. nec etiam, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 1. n. 128. Paul. Comitol. reſponſ. moral. l. 6. q. 36. Sanctarel var. reſol. q. 45. n. 22. & 23. Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha in comment. ad c. 2. n. 8. diſt. 70.

Vnde ordinatum ad titulum patrimonij, qui poſt ordinationem illud retrodonat, ſeu renuntiat, vel alienat, quamvis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem Concilij, & ſic caſtigari poſſit per Epiſcopum, non incurrere tamen vllam ſuſpenſionem, inferunt Nauarr. in man. cap. 27. n. 158. verſ. 2. & conſ. 22. de temporibus ordin. in nouis, quod deeſt in antiq. Sayr. in floribus deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 60. Salzed. d. c. 18. n. 13. Gutier. d. q. 65. num. 10. Sayr. d. lib. 4. cap. 15. num. 23. ad fin. Ceuall. q. 527. num. 9. Nicol Garc. d. p. 2. c. 5. n. 165. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. c. 159. num. 16. & 17. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 72. verſ. porrò, Ego ipſe d. alleg. 20. n. 32. 69.

An & quando ordinantes ſine titulo, vel cum inſufficienti, teneantur de ſufficienti prouidere ordinatis, dixi latè d. part. 2. alleg. 20. à princip. vſque ad num. 13. 70.

Sed an donans fraudulenter, vel fictè promittens patrimonium, deprehenſa fraude, & conſtito quòd promiſſio patrimonij fuit ficta, & donatio tantùm verbalis, puniatur per ſententiam iudicis amiſſione patrimonij? Puniri propter fraudem commiſſam contra Eccleſiam, reſoluunt Fr. Emman. in ſumma tom. 2. c. 15. n. 7. Petr. de Ledeſma d. c. 7. concl. 6. difficult. 5. Auila de cenſur. p. 3. diſp. 5. dub. 5. verſ. tertia concluſio. Nicol. Garc d. p. 2. c. 5. n. 152. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 32. n. 7. ad med. quos refert & ſequitur Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad c. 1. n. 23. diſt. 70. 71.

Verùm donatio pro ſuſcipiendis Ordinibus filio ſimpliciter facta conferri debeat, ſeu imputari in legitimam? Vide meiſmet d. p. 2. allegat. 19. à n. 64. addo Narbonam d. lib. 35. gloſſ. 1. n. 11. cum ſeqq. 72.

Ordinatum in ſubdiaconum ad titulum patrimonij ipſi à patre aſſignati, ſi poſtea habuit notitiam prioris obligationis dicti patrimonij, non incurrere pœnas huius decreti, quia ab initio fuit in bona fide, tenet Sol. d. c. 3. n. 17. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum ſub die 26. Iunij 1621. 73.

Tertia pars quorũcunque Prouentuum, & Obuentionum, tam Dignitatũ, quàm Canonicatuum, Perſonatuum, &c. conuertenda eſt in Diſtributiones quotidianas, vbi eæ ſunt ita tenues, vt negligantur, diuidantúrque ſolis intereſſentibus. Salua conſuetudine, per quam non inſeruientes recipiunt minùs tertia ſaltem parte. Contumaces vlterius puniendi.

Capvt III.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Diſtributiones quotidianæ introducta ſunt fauore cultus diuini.*
3. *Decretum hoc locum non habet extra Eccleſiam cathedra*

cathedralem, vel collegiatam.
4. *Diſtributiones vbi eſſent ſufficientes, & tolerabiles, detrahi non poteſt tertia pars eis applicanda.*
5. *Veriſimilitudo quod diſtributiones negligantur quomodo habenda.*
6. *Pars tertia deducenda eſt de fructibus ſecundum valorem currentem.*
7. *Partis tertia deductio facienda eſt deductis oneribus, & ſic penſionibus.*
8. *Licentia cauſa ſtudiorum non excuſat ab amiſſione tertiæ partis fructuum, &c.*
9. *Pars tertia detrahenda eſt ex omnibus dignitatibus quamvis de iurepatronatus ſint.*
10. *Dignitates non veniunt ſub detractione tertiæ partis quæ nullas habent diſtributiones quotidianas, quamvis habeant locum in choro.*
11. *Partis tertiæ deductio facienda eſt ex illis dignitatibus, quarum fructus ſunt illius Eccleſiæ, in cuius choro ſedem habent.*
12. *Duobus remediis vti non poteſt Epiſcopus.*
13. *Decreti iſtius diſpoſitio habet locum contra omnes Capellanos, & obtinentes dignitates.*
14. *Diſtributiones quotidianæ ſingulis horis canonicis, & Miſſæ conuentuali aſſignari debent.*
15. *Diſtributiones, quæ acceptæ fuerunt in tertia parte fructuũ, aſſignari debent omnibus horis canonicis.*
16. *Canonicus legitimè abſens non tenetur de ſuo ſoluere pro Miſſis conuentualibus.*
17. *Portio diſtributionum Canonicorum abſentium intereſſentibus accreſcit.*
18. *Detractio tertiæ partis fit de neceſſitate quando nulla ſunt diſtributiones.*

a Infrà ſeſſ. 22. de refor. cap. 3.

b Infrà ſeſſ. 21. de refor. cap. 1.

a CVm *beneficia ad diuinum cultum*, atque Eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſtituta ne qua in parte minuatur diuinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur, ſtatuit ſancta Synodus, β *in Eccleſiis, tam cathedralibus, quam collegiatis*[a], in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, γ *vel ita tenues*, δ *vt veriſimiliter negligantur*, ε *tertiam partem* fructuum, & quoruncumque prouentuum, & obuentionum ζ *tam Dignitatum, quam Canonicatuum*, perſonatuum, portionum, & officiorum, η *ſeparari debere, & in diſtributiones* quotidianas conuerti, θ *quæ inter dignitates obtinentes, & ceteros diuinis intereſſentes*, ι *proportionaliter* iuxta diuiſionem κ *ab Epiſcopo*, λ *etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegato*, in ipſa prima fructuum deductione faciendam, diuidantur, ſaluis tamen conſuetudinibus earum Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt, non obſtantibus exemptionibus, ac aliis conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuſcunque, creſcenteque non ſeruientium contumacia, liceat contra eos procedere iuxta iuris,[b] ac ſacrorum canonum diſpoſitionem.

1. VIde Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 2. n. 67.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. deciſ.* 498. *in 1. edit.* aliàs *reſol.* 88. *in 2. edit.* Monet. *de diſtrib. quotid. p. 1. q. 5. num. 24 cum ſeqq.* me ipſum *in tract. de Canonicis cap. 21. n. 13. cum ſeqq. & infrà ſeſſ. 22. de reformat. cap. 3.* nouiſſimè Stephan. Vveyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas conſtit.* 11. *n.* 8. *cum ſeqq. pag.* 94. *&* 95.

2. a *Cum beneficia ad diuinum cultum*, &c.] Diſtributiones quotidianas introductas eſſe fauore cultus diuini, vt is in Eccleſiis augeatur, per *c. vnic. de cleric. non reſid. lib.* 6. tenent Abb. *in cap. licet, n. 2. de præbend.* Rebuff. *in concord. rub. de collat. §. 1. verb. diſtributionum, circa med.* Nauar. *de orat. c.* 18. *num.* 10. *&* 11. Decian. *conſil.* 69. *n.* 2. *vol.* 2. Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſ. c.* 21. *n.* 4. Vgolin. *de ſimon. tab. 1. c. 9. §. 4. n.* 2. Monet. *de diſtrib. quotid. p. 1. quæſt. 5. num.* 35.

3. β *In Eccleſiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis.*] Ergo extra Eccleſiam Cathedralem, vel collegiatam hoc decretum locum non habere, deciſum teſtatur Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. n.* 475. *cum ſeqq.* quem refero *d. c.* 11. *n.* 25.

Vnde detrahi non poſſe aliquam partem fructuum beneficiorum, quę ſunt extra Eccleſiam Cathedralem, vel collegiatam, niſi ipſa beneficia eſſent incorporata præbendis canonicalibus, reſoluunt Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 7. verſ. de diſtributionibus*, Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. diſtributiones quotidianæ, §. 2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 289. *num. 3. verſ. de diſtributionibus.*

4. γ *Vel ita tenues*, &c.] Vbi autem eſſent diſtributiones ſufficientes, & tolerabiles, tertiam partem fructuum præbendarum applicandam diſtributionibus, detrahi non poſſe, reſoluunt Piaſec. *d. n.* 7. *pag.* 129. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. diſtributiones quotidianæ*, Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 288. *n.* 2.

δ *Vt veriſimiliter negligantur.*] Veriſimilitudinem iſtam quòd diſtributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum præbendæ in diſtributiones quotidianas ſit conuertenda, iuxta hoc decretum, conſiderari debere habita ratione numeri omnium canonicorum tam reſidentium, quàm non reſidentium, refert deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 2. num.* 471. 5.

ε *Tertiam partem*, &c.] Hanc tertiam partem deducendam eſſe de fructibus, non ſecundùm taxam antiquam, prout eſt in libris Capitulorum, ſed ſecundùm valorem currentem, tenent Nicol. Garc. *d. part. 3. cap. 2. num.* 467. *& c. 4. num.* 12. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 288. *num.* 3. quos refero *d. c.* 12. *num.* 26. Et ita ſecundùm verum valorem & non ſecundum taxam præbendarum, idem Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. num.* 467. 6.

Hanc tertiæ partis deductionem faciendam eſſe deductis oneribus, ait Aldan. *in compendio canon. reſol. l. 3. tit. 4. n.* 10. vbi teſtatur ita fuiſſe reſolutũ *ſub die 7. Aprilis*, 1629. Et ſic deductis prius pẽſionibus, & aliis oneribus legitimè impoſitis, quandiu illa durauerint, ſed de nouo impoſita, non comprehendere iſtam tertiam partem, tenet idem Nicol. Garc. *d. c. 2. n.* 468. vbi ſubdit quòd de fructibus alteri reſeruatis non fit iſta detractio donec reſeruatarius vixerit. Diſtributiones enim quotidianas ne deteriores fiant, penſione grauari non poſſe, niſi expreſſis verbis à Pontifice concedatur, refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 5. n.* 390. 7.

Licentiam cauſa ſtudiorum etiam obtentam à Sede Apoſt. non excuſare ab amiſſione iſtius tertiæ partis detractæ, ſicut non excuſat ab amiſſione ceterarum diſtributionum quotidianarum, refert deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. n.* 179. 8.

ζ *Tam*

Digitized by Google

9. *Tam Dignitatem, quam Canonicatum; &c.*] Detrahenda igitur eſt huiuſmodi tertia pars ex omnibus Dignitatibus, quamvis de iurepatronatus ſint niſi repugnet fundatio, cui per hoc decretum eſt derogatum, ita Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 492. & ſeq.*

10. Non comprehendi tamen dignitates, quæ etſi locum habeant in choro, nullas tamen habent diſtributiones quotidianas, nec ſufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri poſſunt cum Canonicatibus vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, per *cap. licet, de conſuet. in 6.* reſoluit Nicol. Garc. *cap. 2. num. 485.* quem refert *d. cap. 21. num. 15.*

11. Hanc deductionem tertiæ partis faciendam eſſe ex illis Dignitatibus, quarum fructus ſunt illius Eccleſiæ, in cuius choro hæ dignitates ſedem habent; ſecus verò ſi nullos fructus perciperent ex illis Eccleſiæ, ſed haberent proprios, & diſtinctos à menſa capitulari, reſoluit Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 465.* Et advertit Stephan. VVeymis *d. conſt. 11. n. 8* in hanc tertiam partem applicandos non eſſe fructus ſimplicium beneficiorum, præſertim quæ extra Eccleſias ſunt, in quibus faciendæ diſtributiones, niſi fortè perpetuò vnita ſint Canonicatibus earundem Eccleſiarum.

12. Epiſcopum, quando vſus eſt remedio de quo in hoc decreto in detrahenda tertia parte ex Dignitatibus, non poſſe vti remedio alterius *cap. 3. ſeſſ. 22.* in detrahenda ex illis alia tertia parte, dicit deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 472.*

13. Hanc detractionem, & huius decreti diſpoſitionem locum habere contra omnes Capellanos, & Dignitates obtinentes, atteſtatur ſolutum Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 473.*

14. a *Separari debere, & in diſtributiones, &c.*] Diſtributiones quotidianas ſingulis horis canonicis, & Miſſæ conventuali aſſignari debere, reſoluunt gloſſ. *verb. ordinationem, in c. vnic. de cleric. non reſid. in 6. & verb. Canonicus, in Clem. 1. de celebr. Miſſ.* Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. num. 482.* Monet. *de diſtr. quotid. part. 1. q. 3. à princ.*

15. Diſtributiones quotidianas, quæ acceptæ fuerunt in tertia parte fructuum dignitatum alicuius Eccleſiæ aſſignari debere non duabus horis tantum canonicis, ſed etiam reliquis omnibus aliis, quibus qui non interfuerit, diſtributionem amittit, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 489.* Monet. *d. qu. 3. num. 2.* vbi ſubdit quod in Eccleſiis, in quibus diſtributiones non ſunt tenues, ſed pingues, licèt ſint aliquæ horæ, quæ nullas diſtributiones habent, aut tenues, debent eis rationabiles aſſignari, detrahendo aliquam partem fructuum à præbendis, non autem ab aliis diſtributionibus, quæ ſingulis cæteris horis iam ſunt aſſignatæ.

Canonicum legitimè abſentem non teneri de ſuo ſolvere pro Miſſis conventualibus, ad quas tenetur abſens, ſed computandum cum illi parte præbendæ, ſeu diſtributionum (ſi diſtributiones omnes ſint loco præbendæ, quæ relinquitur à legitimè abſentibus in Cathedralibus, ſeu Collegiatis) quia onus canendi huiuſmodi Miſſas eſt penes Capitulum, reſoluit Aldan. *d. tit. quæſt. 25.* vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum 28. *Auguſti* 1625. 16.

b *Quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros divinis intereſſentes; &c.*] Portionem diſtributionum Canonicis, aliiſve clericis Cathedralis ſeu Collegiatæ contingentem, qui non intersunt, intereſſentibus accreſcere, probant gloſſ. *verb. pars dimidia, in Clem. 2. de ætate, & qual. & gloſſ. verb. ſuſpenſos, in Clem. de vita & honeſt. cleric.* Navar. *in man. cap. 25. num. 123. & de orat. cap. 7. num. 34. & miſcel. 59. de orat. n. 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 7. q. 8. & 9.* Monet. *de diſtrib. quotid. part. 3. qu. 6. num. 16.* Rot. *in Orioleṅ. Canonicatus 10. Iun. 1619. coram bo. mem. Remboldo,* vbi fuit dictum per hoc decretum non adimi intereſſentibus diſtributiones creatas ex anniverſariis, & aliis communibus miniſteriis. 17.

Hoc decreto agi de canonicatibus, & portionibus, & fieri de neceſſitate hanc detractionem quandò ſunt nullæ diſtributiones, & ita tenues, quæ diſtribuuntur intereſſentibus tantùm; ſed *in cap. 3. ſeſſ. 22.* deduci hanc tertiam partem ex dignitatibus etiam non ex neceſſitate, ſed in odium non reſidentium, & partem abſentium non præſentibus, ſed alicui pio loco eſſe applicandam, refert deciſum Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 465.* Cætera quæ circa intellectum vnius, & alterius decreti adduci poſſunt, Invenies *infrà d. ſeſſ. 22. cap. 3.* 18.

c *Proportionaliter.*] Hoc eſt, vt is cui plus detractum eſt ex groſſo ſui beneficij, aliquid amplius accipiat in diſtributionibus quotidianis ſecundum modum & proportionem eius, quod amplius ipſi detractum fuit, vt per Stephan. VVeymis *d. conſt. 11. n. 12. verſ. itaque,* vbi *in princip. illius numeri* refert ſacram Congreg. cenſuiſſe plus dandum eſſe ex quotidianis iſtis diſtributionibus ei, cui plus eſt ablatum ex dignitate, vel præbenda pinguiore; adeò vt nihil ſit dandum illi, cui nihil fuit ablatum.

a *Ab Epiſcopo etiam tanquam ſedis Apoſtol. delegato,*] Diſputat Steph. VVeymis *d. conſtit. 11. num. 10. cum ſeqq. pag. 95.* an ſic per Epiſcopos facienda ſit iſta tertiæ partis fructuum diſtributio, vt in illorum participatione, hoc eſt, in diſtributionibus quotidianis omnes debeant eſſe pares, & æqualiter participare? Vide apud eum.

Ubi vnus Rector non ſufficit populo, adiungat ſibi Sacerdotes competentes; datur modus erigendi novas Parochias etiam invitis Rectoribus, & Præfectis. In novis Parochiis danda portio ex fructibus quomodolibet pertinentibus ad Matricem Eccleſiam, qua portione non ſufficiente compellendus Populus dare neceſſaria.

CAPUT IV.

1. *Epiſcopus cogere poteſt Rectores, ſi illi non ſufficiant, adiungere alios clericos ad adminiſtrationem Sacramentorum.*
2. *Et ad hoc non debet expectari quòd Parochiani decedant ſine Sacramentis.*
3. *Coadiutoriam erigere non poteſt Epiſcopus in vim huius decreti.*
4. *Coadiutores miniſtri adhibendi quando ſolus curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non poteſt.*

1. Epiſcopus

5. *Epiſcopus non poteſt diſmembrare partem curæ vnius Eccleſiæ, & applicare alteri.*
6. *Parochianis qui ob locorum diſtantiam patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis quomodo ſuccurrendum.*
7. *Epiſcopi conſtituere poſſunt nouas parochias vbi parochiani ad locorum diſtantiam, ſiue difficultatem ſine magno incommodo ad Sacramenta percipienda accedere non poſſunt.*
8. *Epiſcopi arbitrio relinquitur quantum vna Eccleſia ab altera diſtare valeat, vt parochiani Sacramenta commodè inde ſumere valeant.*
9. *Decretum hoc procedit quamuis Eccleſiæ ſubiectæ eſſent Regularibus.*
10. *Oratorium ſi adeſſet in loco minimè incommodo non eſt facienda ſeparatio parochiæ ob numeroſitatem populi.*
11. *Epiſcopo non licet in Eccleſia ſub parochia inſtituta fontem baptiſmalem conſtituere.*
12. *Epiſcopus inuitis Rectoribus, ſed tamen ſine illorum præiudicio poteſt parochiam diuidere ob numeroſitatem populi.*
13. *Eccleſia matrix, ſeu parochialis non acquirit iuſpatronatus in Eccleſia fundata intra ſuos limites.*
14. *Dos debet aſſignari tempore fundationis, & non poſt ad acquirendum iuſpatronatus.*
15. *Parochiani tenentur prouidere Rectori de victu vbi de neceſſitate eſt ædificanda Eccleſia propter numeroſitatem populi, ſi non ſit vnde poſſit dotari.*
16. *Decimæ ad Eccleſiam matricem pertinentes non tranſeunt ipſo iure in Eccleſiam parochialem nouiter erectam.*

EPiſcopi, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, in omnibus Eccleſiis parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, vt vnus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui diuino peragendo,[a] cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. *a In his verò, in quibus ß ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem* parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, nouas parochias, *γ etiam inuitis Rectoribus* iuxta formam conſtitutionis Alexandri III. quæ incipit,[b] Audientiam, *δ conſtituere poſſint. ε Illis autem ſacerdotibus*, qui de nouo erunt Eccleſiis nouiter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad Eccleſiã matricem quomodocumque pertinentibus, & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit, populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam, quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, vel affectione, ſuper dictis Eccleſiis, non obſtantibus. Neque huiuſmodi ordinationes, & erectiones poſſint tolli, nec impediri, ex quibuſcunque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

a Cap. & temporis 16. q. 1. & c. fin. de Eccl. ædif.

b Cap. ad audientiam de Eccl. ædif. in decret. lib. 3. tit. 48.

1. VIde nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 14. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit. 19. pag.* 318. vbi innouari dicit *c. audientiam, de Eccleſ. ædific.* per text. *in præſenti*, & vnum ac alterum multipliciter declarat, & præcipuè *in num.* 13. Epiſcopum cogere poſſe rectores adiungere alios clericos ad adminiſtrationem Sacramentorum, & diuina officia, ſi vnus Rector non ſufficiat, cenſuit Rot. *in Tyraſſonen. congrui. ſeruitij 6. Iunij* 1594. *coram Gipſio* cuius meminit Nicol. Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 3. *num.* 10.

2. Non debere expectari quod parochiani decedant ſine Sacramentis, vt Epiſcopi cogant Rectores ſibi adiungere alios Sacerdotes in Eccleſiis parochialibus, in quibus populus ita numeroſus eſt, vt vnus Rector non ſufficiat, refert decretum Nicol. Garc. *dicto cap.* 3. *num.* 9.

3. Epiſcopum in vim huius decreti non poſſe erigere coadiutoriam, ſed vtique cogere Rectorem ad adiungendum ſibi tot Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſiis in Sacramentis miniſtrandis, aſſerit reſolutum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7 *de Epiſcopis n.* 43.

4. Quando ſolus Curatus eodem tempore pluribus infirmis prouidere non poteſt, non dari iuſtam cauſam diuidendi parochiam, ſed adhibendi miniſtros coadiutores, cenſuit Rot. *in Aquilana nullitatis erectionis*, 10. *Maij* 1624. *coram R.P.D. meo Pirouano*, apud Farin. *deciſ.* 484. *n.* 5. *p.* 2. *recent.*

5. Epiſcopum non poſſe diſmembrare partem curæ animarum ab Eccleſia parochiali ſubiecta Religioni Hieroſolymitanæ, & applicare alteri Eccleſiæ eiuſdem loci, ſub prætextu quòd populus eſſet numeroſus, reſoluit Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 18. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Oſtunen.* 12. *Iulij* 1631.

Parochianis parochiæ, quæ citra ciuitatem ſita eſt, qui extra ciuitatem habitant, & ob locorum diſtantiam, ſeu difficultatem patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis, & diuinis officiis, ſuccurrendum eſſe remedio huius decreti, & *cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædifican.* refert deciſum Aldan. *citato loco*, vt ſcilicet erigatur noua capella extra ciuitatem, quæ non ſit Eccleſia de per ſe, ſed in proprietate Eccleſiæ, in qua ponatur Sacerdos amouibilis approbatus ab Ordinario, qui adminiſtret Sacramenta illis, qui ſunt extra ciuitatem, quibus non poteſt in nocte, quia portæ ciuitatis clauduntur. & hinc teſtatur reſolutum *ſub die* 12. *Auguſti* 1628. non licuiſſe Epiſcopo Laudenſi diſmembrare à parochia ſita extra muros ciuitatis partem parochianorum habitantium in ciuitate, ſub prætextu quòd ad illos non detur aditus de nocte, ſed eſſe conſtruendam capellam per Abbatem parochum intra ciuitatem. 6.

a In his verò in quibus ob locorum diſtantiam, &c.] Vide Mandoſ. *in praxi ſignat. tit. erectiones*, Lamberrin. *de iurepatr. part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 25. Paul. de Citadin. *eod. tract. part.* 3 *tanſu* 2. *acquirendi num.* 90. Paul. Fuſc. *de Viſit lib.* 2. *c.* 2. *n.* 22. Rebuff. *de decim. quæſt.* 6. *num.* 21. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. parochia* §. 6. Piaſec. *in ſimili praxi p.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. Matth. Suar. *in pract. & ordine viſitandi c.* 4. *num.* 1. Petr. Henric. *conſ.* 80. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 68. Ioan. Bapt. Coſta *de remed. ſubſid.* 7.

Google

ſubſid.remed. 75. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 554. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 476. *in* 2. *edit.* Rot. *d. deciſ.* 484. *p.* 1. *recent.* meti ſum *de officio, & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 68. *& in meo formul. Epiſcop. form.* 55. Valenzuel. *conſ.* 45. *n.* 5. *cum ſeqq.* Steph. VVeyms *d. conſtit.* 19. *n.* 13. *cum ſeqq. pag.* 226. vbi cum Lupo *alleg.* 67. aſſerit ſufficientem cauſam extruendæ nouæ Parochiæ eſſe ſi aliqua pars veteris Parochiæ ſit in ſuburbio extra portas vrbis, quæ ſoleant de nocte firmiter claudi, & non niſi cum magna difficultate aperiri, quaſi talis difficultas reputari debeat pro aliqua impoſſibilitate. Et ſimiliter ſi Parochiani ruri commorantes cogantur venire ad ſuam Parochiam in vrbe ſitam, quia cùm id decenter facere non poſſint cum mulieribus, & familia communiter indutis ruſtico habitu, præſertim diebus ſolemnioribus, ſe commiſcendo honeſtioribus ac ditioribus, idoneam dant cauſam erigendi nouam Parochiam, ne ob diſparitatem conditionis, fortunæ, morum, riſui, vel ludibrio habeantur, & ſic retrahantur ab audiendis diuinis Officiis. Rota apud Tambur. *poſt tom.* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 32. *num.* 3. *cum ſeqq.* vbi aduertit quòd quamvis inter cauſas ædificandi nouas Eccleſias recenſeatur etiam incrementum populi, *c. precipimus* 16. *q.* 1. tamen Concilium Trident. deſiderauit maiorem neceſſitatem, ſiue diſtantiam loci, & difficultatem Parochianorum accedendi ad percipienda Sacramenta.

8. Epiſcopi arbitrio relinqui quantum vna Eccleſia ab altera diſtare valeat, vt parochiani Sacramenta commodè inde ſumere valeant, reſoluunt Rebuff. *in praxi benefic. p.* 1. *tit. de erect. in curatam & paroch. num.* 9. Menoch. *de arbitr. caſu* 497. *per tot.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 476. *n.* 5. vbi etiam aduertit à decreto erectionis facto per Epiſcopum etiam tanquam Sedis Apoſt. delegatum licere quidem appellare, ſed ſolum ad Sanctiſſimum.

9. Procedere diſpoſitionem huius cap. etiamſi Eccleſiæ ſubiectæ eſſent Regularibus, atteſtatur deciſum Franc. Leo *d. cap.* 1. *n.* 69. quem refero *d. alleg.* 68. *n.* 6.

10. Limitari tamen, niſi in loco minimè difficili, nec incommodo, Oratorium adeſſet, vel Eccleſia cum fonte baptiſmali, & cæteris ad parochiam neceſſariis, ibique proponeret in ſui adiutorem Sacerdotem, qui ibidem reſideret, & Sacramenta poſſet adminiſtrare, quia tunc non poſſet fieri ſeparatio, ex Menoch. *conſ.* 477. *num.* 9. & Ioan. Bapt. Coſta *d. remed* 76. reſoluit Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 476. *num.* 6. Trullench. *in expoſit. Decalogi lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 8. *num.* 7. Ego ipſe *d. alleg.* 68. *num.* 7. Rota apud Tambur. *citato loco d. deciſ* 32. *num.* 6. vbi aduertit quòd quando Eccleſia non eſt capax totius populi, ſatis prouidere poteſt per erectionem nouæ capellæ, quæ ſit in proprietate Parochialis antiquæ, *& deciſ.* 33. *per tot.*

11. Epiſcopo non licere in Eccleſia ſub parochiſa inſtituta, & à Parochiali duodecim diſtante milliaribus, fontem baptiſmalem conſtituere, prohibente *c. plures* 16. *q.* 1. etiamſi ad hoc cohoneſtandum id peterent rationes, *c. ad audientiam, il.* 1. *de Eccleſ. ædificand.* reſoluit Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 20. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 17. *Auguſti* 1626.

ß Ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem.] Haberet enim diſtantia locorum, & difficultas itinerum in ſe euidens animarum periculum ne contingat infantes mori ſine Baptiſmo, infirmos ſine Sacramentis, aut bene valentes ſæpe eſſe ſine ſacrificio Miſſæ diebus dominicis, & feſtiuis, vt proinde talibus periculis omnino ſit occurrendum, ac ſaluti animarum prouidendum per nouarum Eccleſiarum extructiones. Ita Stephan. VVeyms *d. conſtit* 19. *n.* 13.

γ Etiam inuitis Rectoribus.] Dummodo tamen ſine præiudicio vicinarum poſſidentium fiat, vt per Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 3. *c.* 5. *num.* 1. Si cura penes Vicarium, aut Rectorem non ſit, ſed tantùm exercitium, quia non percipit fructus Parochialis, ſed tantùm ſuam congruam, de manu ſcilicet Capituli, tunc ad ipſum Capitulum ſpectabit defenſio, & non ad Vicarium. Abb. *in c. extirpandæ, §. quia verò, in repet. n.* 15. *poſt princ. de preben.* Rota apud Tambur. *d. deciſ.* 32. *n.* 10. 12.

Epiſcopum poſſe ſine maioris partis parochianorum conſenſu ad ſeparationem agere, tenet Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 476. *num.* 6. quem refero *dicta alleg* 68. *n.* 4.

Eccleſiam matricem, ſeu parochialem non acquirere iuſpatronatus in Eccleſia fundata intra ſuos limites, niſi de ſuo aliquid contulerit, refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 9. *n.* 57. 13.

Ad acquiſitionem iuriſpatronatus dotem debere aſſignari tempore fundationis, & non poſt, niſi quando ex neceſſitate populi conſtruitur Eccleſia, refert deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 9. *n.* 58. 14.

δ Conſtituere poſſint.] Priuſquam Epiſcopi diœceſani aſſenſum ſuum præbeant ad erectionem nouæ Parochiæ, aduertit Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 19. *num.* 14. *cum ſeqq.* quatuor diſpicere debent. *Primum*, an cauſa ſubſit idonea, & ſufficiens cur erigi expediat nouam Eccleſiam, non ſecus quàm inquirere debet in cauſa priuſquam res Eccleſiaſtica alienetur. *Secundum*, curare debet prouideri de neceſſariis, putà luminaribus, cuſtodia, ſtipendio cuſtodum, & ſimilibus; qua in parte hoc commodi habebit, quòd ad iſta tacitè obligatus ſit is, qui extruxit, vel extruere cœpit, *cap. cum ſicut, de conſec. Eccleſ. Tertium*, quòd Epiſcopus citare, & audire debeat antiquæ Eccleſiæ Rectorem, & patronum, ſi fortè cauſam habeant iuſtam contradicendi propter regulam iuris, quæ non patitur cuiquam auferri quod ſuum eſt, ſine ſuo facto, vel conſenſu, *c. quod noſtrum, de reg. iuris lib* 6. *Quartum*, vt Diœceſanus prouidere debeat vtrique Rectori, tam veteris, quam nouæ Parochiæ de competente ſuſtentatione, dummodò Rector Eccleſiæ matricis poſſit commodè in ſua ſuſtentari; qui tamen ſi redditibus abundauerit, poterit ex illis aliquid detrahi, quod Rectori nouæ Parochiæ adiicitur, ſiue ex decimis, ſiue ex aliis corporibus redditruum, cui alioquin prouidendum erit aliunde, vel per eum, qui nouum opus fieri deſiderat, vel per ſubditos, in quorum vſum & commoditatem noua Eccleſia deſtinatur. Hactenus Stephan. VVeyms.

ε Illius autem Sacerdotibus, &c.] Vbi de neceſſitate eſt ædificanda Eccleſia propter periculum animarum ex abundantia populi, & non eſt vnde poſſit dotari, teneri parochianos prouidere Rectori de victu, reſoluunt Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 5. *art.* 18 *in fine, verſ. aduertendum, & lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 2. *num.* 7. *verſ. & ſi iſti beneficiati*, Belletr. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de clericis debitore §.* 14. *num.* 7. 15.

Decimas ad Eccleſiam matricem pertinentes non tranſire ipſo iure in Eccleſiam parochialem nouiter erectam iuxta formam conſtit. Alexandri III. quæ incip. *Ad audientiam*, ſed remanere penes matricem, & Epiſcopum poſſe arbitrio ſuo ſiue de decimis, ſiue de aliis fructibus prouidere, tenet Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 15. aſſerens ita fuiſſe deciſum in *Mediolanen. de Carlatio* 21. *Martij* 1617. 16.

Propter

Digitized by Google

Propter Eccleſiarum paupertatem, & in caſibus à iure permiſſis faciat Epiſcopus vniones perpetuas quarumcunque Eccleſiarum Parochialium, & aliorum Beneficiorum, etiam non Curatorum cum Curatis.

CAPVT V.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Capitulum Sede vacante quando poſſit vnire.*
3. *Archiepiſcopus vnire poteſt beneficia ſua diœceſis.*
4. *Legatus à latere vnire poteſt beneficia prouinciæ ſua legationis abſque Epiſcopi præiudicio.*
5. *Abbates, ſeu Prælati inferiores non poſſunt vnire niſi hoc habeant ex priuilegio, ſeu legitima præſcriptione.*
6. *Vicarius generalis non poteſt beneficia vnire ſine ſpeciali mandato.*
7. *Cauſa iuſta, veluti neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ requiritur in vnione facienda.*
8. *Citari debent omnes quorum intereſt in vnione facienda, non tamen neceſſariò vocanda eſt plebs.*
9. *Capituli conſenſus an & quando in vnione per Epiſcopum facienda interuenire debeat.*
10. *Vniones ad tempus, ſeu ad vitam non poſſunt facere Epiſcopi.*
11. *Beneficia plura ſimplicia non poſſunt per Epiſcopum vniri.*
12. *Beneficia deuoluta, & reſeruata Sedi Apoſtol. quando poſſit Epiſcopus vnire.*
13. *Beneficia deuoluta ad Papam ob Epiſcopi negligentiam illa non conferentis, poteſt Epiſcopus vnire.*

VT etiam Eccleſiarum ſtatus, vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruetur, *α poſſint Epiſcopi*, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, *β iuxta formam iuris*, ſine tamen præiudicio obtinentium, *γ facere* [a] *vniones perpetuas* quarumcumque Eccleſiarum parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, *δ vel non curatorum, cum curatis*, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure permiſſis, etiamſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter *ε reſeruata, aut qualitercumque affecta.* [b] Quæ vniones etiam non poſſint reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuiuſcumque prouiſionis, etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis.

a Cap. ſicut vnire de exceſ. Præl. Concil. Lat. ſub Leo. X. ſeſſ. 9. de reform. curiæ. & infrà ſeſſ. 24. c. 13. vide ſeſſ. 14. c. 9.
b Cap. vnio, in fin. 10. q. 3. cap. -temporis, cum ſeqq. 16. q. 1.

1. VIde Cuccialup. *in tract. de vnionibus, art. 5. cauſa* 3. Mandoſ. *in reg. 12. de vnionibus quæſt. 5. n. 3. ad fin.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de vnionibus à num* 38. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloſſ. 2. num.* 20. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. vnio*, Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 16. à num.* 22. Rot. *deciſ. 133. n. 20. part. 2. diuerſ.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 492. in 1. edit.* aliàs *reſ.* 382. *in 2. edit. & in deciſ. curia Archiep. Neap. deciſ.* 198. *part. 4.* Azor. *inſtit. moral part. 2. lib. 6. c.* 28. Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 2.* Vgolio. *de officio Epiſcopi cap.* 52. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 258. Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 29. num.* 145. *cum ſeqq.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg.* 66.

2. *α Poſſint Epiſcopi*, &c.] Idem poſſe Capitulum Sede vacante, dummodo per eam vnionem iuriſdictioni Epiſcopali nihil detrahatur, reſoluunt Peruſin. *de vnionibus, c. 5. n.* 26. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de vnionibus benefic. num.* 36. Hoied. *de incompatibil. benefic. part. 2. cap. 3. num. 7. verſ. ſimiliter Capitulum*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. vnio, §. 11. & p. 1. verb Capitulum, §. 4. & verb. verb. §. 7.* Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 28. qu.* 9. Raguc. *de voce Canon. q.* 16. Quarant. *in ſumm. Bullary, verb. Capitulum Sede vacante, quæſt. 9. verſ qua concluſio*, Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 67. &* 68. Sanch. *d. cap. 19. num.* 155. Ego ipſe *d. alleg. 66. n. 5.*

3. Archiepiſcopum vnire poſſe beneficia ſuæ diœceſis non autem Suffraganeorum, reſoluunt Rebuff. *d. tit. de vnionibus n. 29. &* 30. Hoieda *d. cap. 3. num. 7* Azor. *d. cap. 28. quæſ.* 7. Sanch. *d. cap. 29. num.* 155.

4. Legatum à latere vnire poſſe beneficia prouinciæ ſuæ legationis abſque Epiſcopi præiudicio, tradunt Rebuff. *d. tit. de vnionibus à num.* 24. Hoied. *d. c. 3. n. 7. verſ. vlteriùs Legatus*, Azor. *d. c. 28. quæſ.* 8. Nicol. Garc. *d. c. 2. n.* 95. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ. 491. in 1. edit.* aliàs *reſol. 383. n. 2. in 2. edit. & d. deciſ. 298. num. 2. p.* 4. Sanch. *d. c. 29. num.* 258. ſubdens Legatum, qui non eſt de latere, non poſſe vnire. Ego ipſe *d. alleg. 66. n. 4.*

Abbates, atque alios Prælatos Epiſcopo inferiores non poſſe vnire, niſi hoc vnicuiuis ex priuilegio aliquo Pontificio, ſeu legitima præſcriptione acquiſierint, tenent Rebuff. *d. tit. de vnionibus, num. 32. &* 33. Sbroz. *de vicario Epiſcopi, lib. 2. q. 115. n.* 12. Azor. *d. c. 28. q.* 10. Nicol. Garc. *d. cap. 10. à n.* 71. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 383. num. 3. & d. dec. 198. n. 4. p.* 4. Sanch. *d. c. 29. n.* 159. vbi *n.* 160. ſecus dicit ſi ita plenè ſubiectas ſibi Eccleſias habeant, & iuriſdictione quaſi Epiſcopali in eis fungantur. Ego ipſe *d. alleg. 66. n. 6.* 5.

Vicarium generalem Epiſcopi non poſſe beneficium vnire ſine ſpeciali mandato, etiamſi ſibi data fuiſſet facultas conferendi cum clauſula generali, reſoluunt Rebuff. *d. tit. de vnionibus n. 37. & in tit. forma vicariatus, n.* 102. Azor. *d. c. 28. q.* 10. Nicol. Garc. *d. c. 2. n.* 69. Narbona *de appellat. à vicario ad Epiſcopum p. 1. c.* 223. Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 383. ante n. 1. & d. deciſ. 198. n. 5. p.* 4. Steph. Gratian. *d. c. 278. num.* 35. Sanch. *d. c. 29. num.* 135. Ego ipſe *d. alleg. 66. num. 7.* 6.

β Iuxta formam iuris, &c.] Quo attento ad hanc vnionem per Epiſcopos & alios Prælatos antedictos faciendam requiri iuſtam cauſam, veluti neceſſitatem, aut vtilitatem Eccleſiæ, aſſerunt Rebuff. *d. tit de vnionibus n.* 39. Hoied. *d. c. 3. n.* 8. Azor. *d. c. 26. q.* 13. Sanch. *d. c. 29. n.* 161. 7.

Deinde citari debere omnes illos, quorum intereſt, 8.

teteſt, probat *Clem. c. 5. ad hæc, de ſtatu Monach.* non tamen neceſſariò vocandam plebem, dicunt Hoſed. *d. c. 5. n. 9.* Sanch. *d. c. 29. n. 163.*

9. Demum accedere debere conſenſum Capituli Eccleſiæ Cathedralis ſi vnio per Epiſcopum facienda ſit, expreſsè decidit *Clem. 2. de reb. Eccl. non alien.* Azor. *d. c. 28. quæſt. 12.* Aloyſ. Ricc. *d. decis. 198. num. 17. p. 4.* Sanch. *d. cap 29. num. 165.* vbi ſubdit quòd ſi Canonici conſentire nolint, & iuſta cauſa vnionis faciendæ ſubeſſet, poſſent compelli: & *n. 165.* quòd ſufficit ſi huiuſmodi conſenſus poſtea accedat, & *num. 166.* diſputat, an in hac vnione à Legato de latere facienda exigatur conſenſus Capituli, & *num. 167.* quòd Epiſcopus non poteſt vnire Eccleſiam ſubiectam Abbati, aut alij inferiori Prælato abſque illius conſenſu: & *num. 168.* quòd ſi Eccleſia ſit iuriſpatronatus, exigitur conſenſus patroni vt Epiſcopus eam vnire poſſit: & *num. 183.* reſoluit etiam attento hoc decreto integrum non eſſe Epiſcopis etiam tanquam Sedis Apoſt. delegatis beneficia vnire abſque ſui Capituli conſenſu, de quo etiam Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 158.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. decis. 487. in 1. edit. alias reſol. 378. in 2. edit. & d. decis. 198. n. 15. cum ſeq. p. 4.* Contrà Nau. *conſ. 10. de offic. & poteſt. iudic. deleg. in nouis,* & Sayr. *in floribus decis. ſub eod. tit. decis. 10.* exiſtimantes Epiſcopum tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum ſine conſenſu Capituli beneficia vnire poſſe.

10. *δ Facere vniones perpetuas.*] Non autem ad tempus, ſeu ad vitam, reſoluunt Zerol. *d. p. 1. verb. vnio, §. 7.* Azor. *d. c. 28. q. 17.* Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 84.* Sanc. *d. c. 29. n. 152.* Ego ipſe *d. alleg. 66. n. 8.*

11. *δ Vel non curatorum non curatis.*] Ergo plura beneficia ſimplicia non poſſe per Epiſcopum vniri, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. decis. 720. in 1. edit. aliàs reſol. 610. in 2. edit.*

ε Reſeruata, aut qualitercumque affecta, &c.] Epiſcopum poſſe vnire beneficia etiam deuoluta, & reſeruata Sedi Apoſt. dummodo ex huiuſmodi vnione præiudicium non fiat expectanti auctoritate Apoſt. beneficia illa, reſoluunt Nau. *conſ. 64. de præb. in antiq. aliàs conſ. 12. de rebus Eccleſ. non alien. in nouis,* Rebuff. *d. tit. de vnionib. n. 31.* Gambar. *de auctor. Legati in vniendo, n. 63.* Hoied. *d. c. 2. num. 7.* Sayr. *in floribus decis. ſub tit. de præbend. decis. 67.* Zerol. *in prax. Epiſc. p. 2. verb. vnio, §. 8.* poſt Abb. Anchar. Mar. Socin. & alios Sanch. *d. c. 29. n. 150.* vbi limitat quando reſeruatio non ſolam collationem reſpectu tituli concernebat, ſed reſeruauerat Pontifex certam Eccleſiam ſuæ diſpoſitioni; tunc enim ea verba generalia impedirent prorſus Epiſcopi diſpoſitionem circa id beneficium; deinde limitat, ſi reſeruatio beneficij eſſet perpetua reſpectu collationis illius à Romano Pont. ſemper faciendæ, & *num. 151.* reſoluit Epiſcopum non poſſe vnire beneficia exempta à iuriſdictione. 12.

Beneficia deuoluta ad Papam ob Epiſcopi negligentiam non conferentis illa, poſſe ipſum Epiſcopum vnire, reſoluunt Mar. Socin. *in c. ſicut vnire, à num. 67. de exceſſ. Prælat.* Boër. *decis. 346. ad fin.* Azor. *d. c. 28. q. 15.* Butr. Anchar. Abb. & Federic. quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c. 29. n. 149.* 13.

Contra Selu. *de benefic. p. 3. quæſt. 11. qualit. 13.* Rebuff. *d. tit. de deuol. num. 31.* Zerol. *d. verb. vnio, §. 8.* exiſtimantes id ſibi non licere, niſi inuenirct illa deuoluta propter prædeceſſoris negligentiam.

Imperitis, ſed honeſtæ vitæ Rectoribus Vicarij pro tempore deputentur cum parte fructuum aſſignanda: ſcandaloſè autem viuentes, & viuere perſeuerantes, priuentur beneficiis ſuis.

CAPVT VI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Procedit in iam promotis.*
3. *Coadiutor deputandus illiteratis dari non poteſt niſi ab Epiſcopo.*
4. *Approbatus ad Ordines, ſeu beneficia, poteſt ſuſpendi ſi in viſitatione reperiatur ignarus.*
5. *Coadiutores & Vicarij deputati tenentur ad reſidentiam ſicut Rectores ipſi.*
6. *Parochus, cui datus eſt coadiutor propter inſufficientiam, non poteſt abeſſe à reſidentia.*
7. *Epiſcopi partem fructuum aſſignare debent coadiutoribus deputandis imperitis parochialium Rectoribus.*
8. *Clerici turpiter, & ſcandaloſè viuentes poſſunt priuari beneficiis ſi in ſua perſeuerauerint nequitia.*
9. *Intelligitur de appellatione ſuſpenſiua.*

QVia illiterati, & *a* imperiti Parochialium Eccleſiarum Rectores ſacris minus apti ſunt officiis, & alij propter eorum vitæ turpitudinem potius deſtruunt, quàm ædificant: *α Epiſcopi etiam* tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati eiſdem illiteratis, *β & imperitis, γ ſi aliàs honeſtæ vitæ ſint, δ Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, ε partemque fructuum* eiſdem pro ſufficienti victu, aſſignare, vel aliter prouidere poſſint, quacumque appellatione, & exemptione remota. *b ζ Eos verò qui turpiter, & ſcandaloſè viuunt,* poſtquam præmoniti fuerint, coërceant, ac caſtigent, & ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficiis iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones, exemptione *η & appellatione quacumque remota,* priuandi facultatem habeant.

a c. illiteratos 16. diſt. c. niſi cum pridem, de renunc. c. 1. 98. diſt. cap. cum ex eo, de elect. in 6. Conc. Tol. 8. can. 8.
b c. quia fratres 7. q. 1. c. inuentũ 15. q. 1. c. felicis de pœnit. in 6. c. multorum, de pœnit.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 21. litt. G. in nouiſſ. edit.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. q. 112.* Renat. Chopin. *lib. 2. monaſt. tit. 3. n. 7.* Camil. Borrel. *in ſumm. decis. p. 1. tit. 9. num 21.* Griſenz. *conſil. 5. n. 3.* Scip. de Rubeis *verb. coadiutor, num. 3.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 2. num. 71.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 9. num. 29.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Parochia, §. 7.* vbi propter identitatis rationem aſſerit procedere in Parochiis exemptis, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. n. 172.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 4. c. 5. à num. 7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. decis. 574. in 1 edit. aliàs reſol. 494. in 2. edit.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rubr. 5. cap. 5.*

Digitized by Google

Nouar. *in ſingul. Canonis. concluſ.* 56. & 57. latè Rota *deciſ.* 23. apud Farin. *p.* 1. *in poſthum.* Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 50. *à n.* 3. meipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 63. *num.* 6. *cum ſeqq. & de Parochis p.* 2. *cap.* 23. *n.* 8.

2. Procedere in iam promotis, alioquin nondum promotos prætextu idonei Vicarij admittendos non eſſe, tradunt Maiol. *de irregular. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 13. Salzed. *d. cap.* 21. *litt. G, in princip.*

3. Coadiutorem deputandum illiteratis dari non poſſe niſi ab Epiſcopo, nec illius dationem ceoſeri comprehenſam in generali commiſſione vicariatus, reſoluunt Sbroz. *d. q.* 212. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 494. *n.* 10. Narbooz *de appellat. à vicario ad Epiſcopum p.* 1. *n.* 210. Nouar. *d. concluſ.* 56. *n.* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 63. *n.* 7.

4. Approbatum ad Ordines, ſeu beneficia ab Epiſcopo competeoti poſſe ab inferiore ſuſpendi ob imperitiam, ſi ille in viſitatione repertus ſit ignarus, tradit Sel. *in ſelectis Canon. c.* 11. *n.* 18. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 9. *Nouembris* 1619.

α *Epiſcopi etiam*, &c.] Quibus ex munere incumbit explorare peritiam Rectorum curam animarum exercentium, quæ præter boneſtatem morum in ipſis requiritur ſufficiens ad rectè obeundum tantum munus, quod iura vocant artem artium, *cap. cùm ſit, de ætate & qualit.* Ita Rota *d. deciſ.* 23. *n.* 2. *in princ.* apud Farinac. *p.* 1. *in poſthum.* Et ſic decretum Concilij in præſenti non permiſſiooem continet, ſed præceptum ſub mortali obligans, vt per Ioan. Sancium *ſelect. diſp.* 50. *num.* 2. vbi *à num.* 11. probat poſſe Epiſcopum ad examen vocare Parochos, vt ei per experientiam innoteſcat an illorum ſcientia ſit extenuata, & boni mores mutati: nam quamuis à principio collationis Parochialis beneficij ſcientia Parochorum fuerit nota, decurſu temporis diminui poteſt.

β *Et imperiti.*] Imperiti ad hunc effectum dicuntur illi, qui inhabiles ſunt ad exploranda ea, quæ incumbunt muneri ac oneri beneficij, quod habent, & ſecundùm dignitatem, ſtatum, & officium ad quod aſſumuntur: ex adductis per Aloyſ. Ricc. *in praxi p.* 4. *reſol.* 547.

γ *Si aliàs honeſta vita ſint.*] Hanc vitæ honeſtatem tanti fecit Concilium Trid. in præſenti, vt illiteratos, & imperitos non amouendos, ſed eis coadiutores dandos, aut pro tempore Vicarios deputandos conſtituerit, vt aduertit Rota *d. deciſ.* 23. *num.* 9. *in fine.*

5. δ *Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare*, &c.] Quos quidem quemadmodum Rectores ipſos teneri ad reſidentiam, deciſum referunt Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. reſidentia* 1. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 494. *num.* 14. Ego ipſe *d. alleg.* 63. *n.* 9.

Et parochum, cui datus eſt coadiutor propter inſufficieotiam, non poſſe abeſſe à reſidentia, pariter deciſum referunt Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. reſidentia, verſ. præter ſummiſtas.* Gonzalez *d.* 6.
§. 9. *num.* 30. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *num.* 8. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 15. §. 3. *ad fin.* Ego ipſe *d. alleg.* 63. *num.* 8.

ε *Partémque fructuum*, &c.] Vide Gambar. *de officio Legati lib.* 5. *tit. de coadiutor. n.* 11. Gonzal. *d.* §. 9. 7.
num. 33. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 494. *n.* 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 9. & *lib.* 8. *cap.* 6. *q.* 1. reſoluit auctoritate Epiſcopi huiuſmodi coadiutori certam redditum portionem aſſignandam eſſe, refero Ego ipſe *d. allegat.* 63. *num.* 12. vbi *num.* 14. trado quid faciendum ſi redditus Eccleſiæ coadiutori, & coadiuto non ſufficiant. Refert Ioan. Sanc. *d. diſp.* 50. *num.* 7. decretum Concilij *in præſenti*, non ſolum permiſſionem continere, ex eo videlicet, quòd dicat poſſe Epiſcopum deputare coadiutorem illiteratis Parochis, ſed præceptum ſub mortali obligans; & *num.* 16. tenet quòd illiteratus Parochus, cui deputatur coadiutor ſic ab Epiſcopo denunciatus per ſententiam, incapax non propterea redditur ad omnia Parochi munia, ſed tantùm ad illa, quæ ad ſui exercitationem ſcientiam, & litteraturam prærequirunt, vt ad audiendas Confeſſiones: vnde ad matrimonio aſſiſtendum inhabilis non redditur, Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 21. *num.* 11. & 12. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 33.

ζ *Eos verò, qui turpiter, & ſcandaloſè viuunt*, &c.] 8.
Clericos turpiter & ſcandaloſè viuentes propter eorum ſcandaloſam vitam, Eccleſiis deſeruire non debere mali exempli cauſa, poſſéque priuari beneficiis, ſi in eorum perſeuerauerint nequitia, ex hoc textu colligit Flamio. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 101.

λ *Et appellatione quacumque remota.*] Suſpenſiua 9.
ſcilicet, ſed non deuolutiua, quam poſſe interponi ad Metropolitanum, non obſtante quòd procedat tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, niſi quando procederet contra exemptum vt delegatus, quia tunc eſſet ad ſedem Apoſtol. interponenda, reſoluit Nicol. Garc. *d. p.* 4. *cap.* 5. *à num.* 9. Vide Rota *in Dertuſen. Archipresbyteratus* 16. *Nouembris* 1594. coram Penia cenſuit deputationem coadiutoris factam ab Ordinario vigore huius decreti non eſſe attentatam, etiamſi ſit executa poſt appellationem interpoſitam à ſententia eius, qui iudicialiter proceſſit. Aloyſ. Ricc. *in praxi p.* 4. *reſolut.* 564. Ioann. Sanc. *in ſelect. diſput.* 50. *num.* 4. refero Ego ipſe *d. allegatione* 63. *num.* 10. & *de Parocho p.* 2. *cap.* 23. *num.* 10.

Epiſcopus curet Eccleſias vetuſtate, vel aliàs collapſas reſtaurari ex fructibus ad eas pertinentibus, quibus non ſufficientibus contribuant parochiani. Si autem non poſſunt illæ Eccleſiæ vllatenus reſtaurari, destruantur, locúſque conuertatur in locum profanum non ſordidum, & beneficia talium Eccleſiarum transferantur cum oneribus ad matrices Eccleſias.

CAPVT VII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Vicarius abſque ſpeciali conceſſu non poteſt reſtaurari facere Eccleſias vetuſtate collapſas.*
3. *Cathedralem Eccleſiam non poteſt Epiſcopus in alium locum diœceſis transferre ſine auctoritate Apoſtolica.*
4. *Epiſcopus non poteſt in Cathedralem transferre Capellanos habentes ſeruitium chori in capella*

prop e

propè Cathedralem.
5. *Eccleſia, ſeu Collegium ſua iura & priuilegia retinet ſi Superioris auctoritate in alium locum transferatur.*
6. *Eccleſiæ reficiendæ, & inſtaurandæ deductis prius neceſſariis ad Rectorum ſuſtentationem.*
7. *Eccleſiæ ex fructibus, & prouentibus ad illas quomodocumque pertinentibus reparari debent.*
8. *Patroni Eccleſias ſui iurispatronatus collapſas reſtaurare debeat ſi non fuerint ſufficientes illarum fructus.*
9. *Eccleſiarum ad reparationem contribuere tenentur pro rata redditunm Rectores, & alij in eis beneficia obtinentes.*
10. *Deductis prius neceſſariis ad eorum ſuſtentationem.*
11. *Cathedralis Eccleſiæ reparatio ſpectat ad Epiſcopum.*
12. *Penſionem habens ſuper beneficio Eccleſiaſtico pro rata ad illius Eccleſiæ reparationem tenetur, niſi, &c.*
13. *Beneficiati ſi non habeant ab Eccleſia tot redditus, quibus præſtare poſſint ſaltem reparationem, tunc in illorum defectum tenentur parochiani.*
14. *Parochiani non poſſunt cedere vſui Eccleſiæ, & recedere à parochia vt euitent onera, & eorum præſtationem.*
15. *Contributio pro Eccleſiarum reparatione facienda eſt ad inſtantiam, & coactionem Epiſcopi.*
16. *Parochiani poſſunt cogi ad contribuendum pro Eccleſiarum reparatione per iudicem ſecularem, ſi eum requirat Epiſcopus.*
17. *Appellatio hoc caſu prohibita.*
18. *Nobiles, & alij exempti contribuere tenentur ad Eccleſiarum reparationem.*
19. *Eccleſia, quæ nimia inopia laborant, & reparari nequeunt, ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias ſunt transferenda.*
20. *Eccleſia quando diruitur, onus Miſſarum ad matricem Eccleſiam transferendum.*
21. *Eccleſiarum tranſlatio quando facienda neceſſitate id exigente.*
22. *Epiſcopus poteſt profanare Eccleſias parochiales.*
23. *Ordinarius non debet ſine cauſa profanare capellas.*
24. *Cæmenta, & lapides Eccleſiarum ad vſus profanos conuerti non poſſunt.*
25. *Populus ſi noluit Eccleſiam quæ minatur ruinam, reſtaurare, illa debet penitus dirui.*

CVm illud quoque valde curandum ſit, ne ea, quæ ſacris miniſteriis dedicata ſunt, temporum iniuria obſoleſcant, & ex hominum memoria excidant, α *Epiſcopi*, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, β *transferre poſſint beneficia ſimplicia*, etiam iurispatronatus, ex Eccleſiis, quæ vetuſtate, vel aliàs collapſæ ſint, & ob eorum inopiam nequeant inſtaurari, γ *vocatis iis, quorum intereſt*, in matrices, aut alias Eccleſias locorum eorundem, ſeu vicinorum, arbitrio ſuo: atque in eiſdem Eccleſiis erigant altaria, vel capellas, ſub eiſdem inuocationibus: vel in iam erecta altaria, vel capellas transferant δ *cum omnibus emolumentis & oneribus*, prioribus Eccleſiis impoſitis. a ε *Parochiales verò* Eccleſias, etiamſi iurispatronatus ſint, ita collapſas ζ *refici, & inſtaurari procurent*, η *ex fructibus & prouentibus* quibuſcumque, ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus, qui ſi non fuerint ſufficientes, θ *omnes patronos*, ι *& alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis prouenientes percipiunt*, κ *aut in illorum defectum parochianos* omnibus remediis opportunis λ *ad prædicta cogant*: μ *quacumque appellatione*, ν *exemptione*, & contradictione remota. ξ *Quod ſi nimia egeſtate* omnes laborent ο *ad Matrices*, π *ſeu viciniores Eccleſias transferantur*, cum facultate tam dictas parochiales, quàm alias Eccleſias dirutas, ρ *in profanos vſus* non ſordidos, σ *erecta tamen ibi cruce*, conuertendi.

a Cap. 1. & 2. pen. de Eccleſ. ædifica. vel repar. infrà c. 8 & ſupra ſeſſ. 7. c. 8. de reformat.

1. VIde Peruſ. *de vnionib. cap. 4. num.* 11. Boër. *deciſ.* 345. Mandoſ. *regul.* 21. *Cancel. quæſt.* 7. & 8. Gig. *conſil.* 117. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 15. & 16. Cened. *ad Decretal. collect.* 153. Fr. Emmanuel. *quæſt. regul. tomo* 1. *quæſt.* 43. *art.* 13. Bobadil. *in ſua polit. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 34. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 73. & *cap.* 16. *à num.* 15. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiepiſcopi Neapolit. p.* 4. *deciſ.* 15. & 293. latè Salgado *de protectione Regia tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 5. *per tot.* Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 1. *cap.* 18. meipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 64. *per tot.* & *de Parocho p.* 1. *cap.* 13.

2. α *Epiſcopi.*] Non autem eorum Vicarij abſque ſpeciali conſenſu, vt per Sbroz. *de vicario Epiſcopi lib.* 2. *quæſt.* 117. *num.* 3. Franc. Leo *d. cap.* 16. *num.* 16. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiepiſc. Neapolis. p.* 4. *deciſ.* 79. & *deciſ.* 310. *num.* 1. meipſum *d. p.* 3. *allegat.* 53. *num.* 81. & ſic reſpondiſſe ſacram Congreg. refert Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiqua iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit.* 19. *n.* 30. *in fine, pag.* 231.

3. β *Transferre poſſint beneficia ſimplicia, &c.*] Epiſcopum non poſſe ſine Apoſtol. auctoritate transferre Matricem, id eſt, Eccleſiam Cathedralem in alium locum diœceſis, reſoluit Menoch. *conſil.* 75. *num.* 46. quem refero *d. p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 5.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Epiſcopum non poſſe transferre in Cathedralem Capellanos habentes ſeruitium chori in capella propè Cathedralem exiſtente, ob paruum numerum Capellanorum, propter quod minus decenter ibidem chorus retineatur, tradit Scl. *in ſelect. Canonic. cap.* 11. *n.* 18. vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Burgen.* 12. *Auguſti* 1628. 4.

γ *Vocatis iis, quorum intereſt.*] Citandi ergo erant illi, de quorum intereſſe agebatur, aliàs ſententia ſine illorum citatione lata, nulla erit. Ita in his terminis reſoluit Rota *deciſ.* 707. *num.* 2. *in fine*, apud Farinac. *p.* 1. *in poſthum.*

δ *Cum omnibus emolumentis, & oneribus, &c.*] Eccleſiam, caſtrum, ſeu Collegium ſua iura, priuilegia, & exemptiones retinere, ſi Superioris auctoritate in alium locum transferantur, reſoluunt Alexand. *conſil.* 43. *vol.* 1. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 61. *num.* 10. Brun. *in tract. de reformat. & mut. membr.* 3. *concluſ.* 3. *num.* 78. quos refert Engin. à Cochier *de iuriſd. Ordin. in exemptos p.* 3. *q.* 21. *num.* 2. 5.

ſ *Parochiales verò Eccleſias,*&c.] Cathedralium verò Eccleſiarum reparatio ſpectat ad Epiſcopos. Bero. *conſil.3.per totum,vol.1.* Rota *deciſ.454.num.1.* apud Farinac. *p.1.in poſthum.* vbi etiam quòd tenetur reparare Eccleſias Cathedrali annexas, & ab illa depeodentes: quam Epiſcopotum contributionem non debete aſcendere ad quartam partem redditum Epiſcopatuum, tenet ead. Rota *deciſ.501. num.3.ead.p.1.in poſthum.*

6. ζ *Refici,& inſtaurari procurent.*] Deducto ſcilicet prius neceſſario ad ſuam ſuſtentationem, ne aliàs cogantur deſeruire ſine alimentis, Gutierrez *allegat.10.num.7.ad finem,* Sarmient. *de redditib.part.1. monito 82. numer.3.* Salgado *d. cap.5. numer.16.* Ccned. *ad Decretal. collect.153. num.1. in med.* vbi poſt Caluacan. *p.2.deciſ.22.num.23.* intelligit hoc deductis neceſſariis hia qui reſident, ſecus ſi non reſiderent, quia tenerentur etiam non deductis omnibus oeceſſariis, cùm de Altari viuere non debeat qui Altari non ſeruit. Quibus enim aliqui fructus fuerunt aſſignati pro congrua ſuſtentatione, ex illis non tenentur reparare Eccleſiam, *cap. ex his,* & *ibi* Butr. *num.1. verſ. non enim,* Abb. Anchar. & Card. *num.2.de Eccleſ. ædificand.cap.ad audientiam,el 2.* vbi Ioan. Andr.& Abb. *num.8.* Butr. *num.9.* Boich. *num.2.* Anchar. *num.5.eodem tit.* Surd. *conſil.63.num.11.* quos,& alios refert Rota *dict. deciſ.454.num.2.*

7. η *Ex fructibus & prouentibus,* &c.] Eccleſias ex fructibus, & prouentibus ad illas quomodocumque pertinentibus reparari debere, reſoluit Azor. *inſtitutionum moral.part.2.lib.9. cap.3.quæſ.7.* quem refero *d.p.3.allegat.54.à principio.* Ex regula, quòd onus reparationis ſpectat ad illum, qui percipit fructus, ex cumulatis per Surdum *d. conſil.62. num.1. cum ſeqq.* quem refert Rota *d. deciſ.454. num.2.*

8. θ *Omnes patronos,*&c.] Vide Lambertin. *de iurepatron.art.2.quæſt.7.princip.lib.3.num.5.& 7.* Bellet. *diſquiſit.cleric.p.1.tit.de clerico debitore,§.14. n.20.* vbi ait ideo patronos ad huiuſmodi reſtaurationem teneri, quia percipiunt emolumentum à iurepatronatus, quod in præſentatione coosiſtit, & habent honorantias primi loci in proceſſionibus,& ſeſſionibus, & peteipiuot alimeota ab ipſa Eccleſia io neceſſitate.

9. ι *Et alios, qui fructus aliquos,*&c.] Ad Eccleſiarum reparationem Rectores, & alios in eis beneficia obtinentes contribuere teneri pro rata redditum, reſoluunt Rip. *reſponſ.22.num.3.* Flamin. Pariſ. *de reſignat.benefic.lib.3.quæſt.15.num.1.* Surd. *conſil.62. à num.1.* Ccned. *ad Decretal. collect.153. num.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.476. num.4.* Azor. *inſtitutionum moral. p.2. lib.9. cap.3. quæſito 10.* Valaſc. *conſil.179. num.12.* Verùm quòd Eccleſiæ reparatio ſpectat ad Rectores, quibus decimæ ſoluuntur, nedum vſque ad quartam redditum, ſed etiam vltrà, ſi quarta non ſufficit, cenſuit Rota *deciſ.545. à num.1.* apud Farinac. *p.1. in poſthum.*

10. Dummodo priùs deducantur neceſſaria ad eorum ſuſtentationem, vt obſeruant Sarmient. & Cened. *citatis locis,* & vltra eos ac alios ſuprà relatos, idem tradunt Bellet. *diſquiſit.clerical.p.1.tit.de clerico debitore, §.15.n.1.* Paul. Comitol. *reſponſ.moral. lib.1. quæſt.83. concl.3.* vbi ſubdit teneri Rectorem ad reparationem, ſi beneficij bona ſuſtentandæ vitæ ſuperſint, quamuis ad tuendam conditionem, ſeu ſtatum non ſufficiant, quia beneficiorum fructus non ad augendos, aut erigendos, ſeu fouendos muodanos titulos, ſed ad pauperes alendos, & diuinum cultum inſtituendum ſint conceſſi, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. p.4.deciſ.293.*

11. Cathedralis Eccleſiæ reparationem ſpectare ad Epiſcopum, tenent citati ſuprà poſt *num.7.* quibus addo Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.1. cap.10.n.5.* ſubdens quòd ſi magna egeat reparatione, & fructus ita ſint tenues, quòd vix ſufficiant ad parcum victum, tenetur ſupplere Capitulum ipſius Eccleſiæ de fructibus, qui ſuperſunt detractis neceſſariis: ſi redditus tamen Epiſcopi, & Canonicorum non ſufficiant, poterit Epiſcopus accedentibus Canonicis redditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, Abb. *in cap.1. de Eccleſ. ædificand.* Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitut.* Ego ipſe *d.alleg.64.num.5.* Rot. *deciſ.627. p.2. recentior.* Theodoſ. Rubeis *in ſingularib. Rotæ tom.2.pag.158.& ſeqq.*

12. Penſiooem ſuper beneficio Eccleſiaſtico,& fructibus eius impoſitam habens clericus pro rata ad illius Eccleſiæ reparationem tenetur, niſi penſio ita impoſita fuerit, vt ab omni onere libera ſolueretur, ita Nauar. *conſil. vnic. de Eccleſ.ædificand. in nouis, quod deeſt in antiq.* Sayr. *in floribus deciſ.ſub eodem tit.deciſ.1.* Ego ipſe *d.p.3.alleg.64.n.18.*

13. κ *Aut in illorum defectum parochianos,*&c.] Qui ſubſcripta conſuetudine non tenentur contribuere, niſi in defectum Epiſcopi & Cleri. Bero. *conſil.3.num.3.cum ſeqq.lib.1.* Surd. *conſil.62.n.23.* Rota *deciſ.501.num.4.p.1. in poſthum.& deciſ.545. num. eod.p.1.* Beneficiati enim ſi non habent ab Eccleſia tot redditus, quibus præſtare poſſint talem reparationem, tunc in illorum defectum teneri parochianos, firmant Abb. *conſil.79. num.3. p.2.* Lambertin. *de iurepatron. art.2. 7. quæſt. princip. num.5. verſ.tertius eſt caſus, & num.7. verſ.& ſi iſti beneficiati,* Rip. *reſp.22. col.2. verſ.& ibi redditus,* Auil. *ad cap.23. Prætor. verb. den Orden, num.11.* Azor. *d.cap.1. quæſit.10.* Cabed. Luſit. *deciſ.71. n.8. p.1.* Valaſc. *conſil.179. num.16.* Bellet. *d.tit. de clerico debitore, §.14. num.5.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ.reſol.476.num.7. & in deciſ.curiæ Archiepiſc. Neapolis.p.4. deciſ.15. num.7.* Ego ipſe *de Epiſcop.p.3. allegat.64.num.7. & de Paroch. p.1. cap.13.num.6.cum ſeqq.*

14. Quos quidem parochianos; & etiam clericos beneficiatos non poſſe cedere vſui Eccleſiæ, & recedere à parochia, ſeu renunciare beneficio, ve euitent onera,& eorum præſtationem, tenent Lambertin. *d.q.7.art.2.num.7. verſ.& ſi iſti beneficiati, & art.5.n.2.* Gregor. Lop. *l.11.tit.10.part.1.* Bellet. *d. §.14. num.7.verſ.& in tantum.*

15. λ *Ad prædicta cogant.*] Ad Epiſcopum igitur,& ad illius Inſtantiam,& coactionem eſſe faciendam huiuſmodi contributionem, reſoluit Valaſc. *conſil.91. §.vlt.* quem refero *d.allegat.64. n.8.* Gabriel Pereyra *d.p.1. cap.18. n.8.* vbi reſoluit de iure ad Prælatos ſpectare examinare, & decernere quænam opera in Eccleſia fieri debeant, contributiones decernere, & ad illas ſubeundas cogere: & *num.9.* ſubdit quod ſi Prælati in talibus collectis exceſſerint, poterunt grauati ad legitimam Superiorum ſupplicare.

16. Quoad laicos verò parochianos in maiorem prædictorum executionem poſſe fieri per iudices ſæculares ſi eos requirat Epiſcopus, obſeruant nonnulli, ſecundum quos cautè legendos admoneo Mex. *in tract. taxa panis, concluſ.5. à num.58.* Carol. de Graſſal. *reg. Franciæ lib.2. iur.9.* Guilielm. Bened. *in repet. cap. Raynutius, verb. & vxorem, deciſ.2. num.138.* Ceuall. *in tract. de cognit.*

per

per viam violentiæ. p.2.queſt.99. Ordin.Reg.Luſit. *lib.1.tit.64.§.76.*

17. μ *Quacumque appellatione*,&c.] Appellationem hoc caſu eſſe prohibitam, tenent Gonzal. *ad reg.8. Cancell gloſſ.9.in annot.n.218.* Salgado *de protectione Regia,p.3.cap.5.num.15.* Ego ipſe *de Paroch.p.1. cap.13.n.9.in fine.*

18. ν *Exemptione.*] Nobiles & alios exemptos contribuere teneri, cùm hoc ſit opus publicum, & commune, ac concernemus omnium vtilitatem, reſoluunt Auendan. *de exequendis mand. lib.2.c.14. num.19.* Cened. *d.collect.153.num.3.* Cabed. *d.p.1. deciſ.91. num.1. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *d.deciſ.15. num.4.p.4.* Ego ipſe *d.allegat.64.num.7.& d.cap.13. num.9.*

19. ξ *Quòd ſi nimia egeſtate*,&c.] Eccleſias, quæ nimia inopia laborant, & reparari non valent, ad matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferendas per hoc decretum tradit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.201.n.1.* Ego ipſe *d.cap.13.n.11.*

20. Tranſlationem Eccleſiarum vetuſtate collapſarum factam ad alias Eccleſias vnionem dici non poſſe reſoluit Aloyſ.Ricc. *in d.praxi aurea,reſ.208. per tot.*

ο *Ad Matrices*,&c.] Quando Eccleſia diruitur, onus Miſſarum ad matricem Eccleſiam transferendum eſſe, & in ea expenſis poſſidentis Eccleſiam dirutam Altare erigendum ſub nomine dirutæ, refert deciſum Salgado *de protectione regia tom.1.p.3. c.5.n.27.* vbi *n.28.* ſubdit matricem Eccleſiam, ad quam hæc tranſlatio facienda eſt, intelligi de Parochiali, ſcilicet reſpectu capellarum, & aliarum inferiorum ſimplicium ſub illius diſtrictu exiſtentium, quia earum reſpectu Parochialis dicitur matrix, ad eámque facienda eſt tranſlatio prædicta, & citat Zerol. *in praxi Epiſc.p.1.verb.Matrix.*

21. π *Seu viciniores Eccleſias transferantur.*] De Eccleſiarum tranſlatione facienda quando neceſſitas id exigit, vide Rebuff. *in praxi benefic.tit.de vnion. gloſſ.11.n.8.* Peruſ. *de vnion.cap.4.n.11.* Zerol. *in praxi Epiſc p.1.verb.viſitatio, §.9.* Mandoſ.Fr.Emman. & Bobadil. *locis in princ.citatis.* Aloyſ.Ricc. *in praxi aurea reſolut.201.*

22. ρ *In profanos vſus*,&c.] Epiſcopum poſſe profanare Eccleſias Parochiales ad præſcriptum Concilij in præſenti tenet Sel. *in ſelect. Canonicis,cap.19. num.1.* atteſtans ita fuiſſe deciſum in Theleſina 13. Septembris 1631. Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Conc.Trid. innouatas, conſtit.19, num.30.pag.231.* vbi ait quòd poterit Epiſcopus Eccleſiam ſic dirutam, hoc eſt, locum ipſum, & materialia, arbitrio ſuo conuertere in alios vſus, dummodo non ſordidos, atque ideò etiam in vſus profanos. Rot. *deciſ.708.num.2.* apud Farinac. *p.1. in poſthum.* vbi quòd Epiſcopus non poteſt profanare cœmeterium, ſicut poteſt profanare Eccleſiam dirutam.

23. Ordinarium non debere ſine cauſa profanare capellas, & ſi aliquam profanandi cauſam habet, earum cæmenta potius attribuenda eſſe Eccleſiæ, quæ eſt caput dictarum Capellarum, quàm alteri, referunt deciſum Aloyſ.Ricc. *in d.praxi aurea reſolut.201. num.2.* Salgado *de protectione Regia tom.1. p.3.cap.5.num.27.*

24. Ad vſus verò profanos, vel laicorum, huiuſmodi cæmenta, & lapides Eccleſiarum deſtructarum conuerti non poſſe, probat *c.p. ligna, de conſecr. diſtinct.1. cap. ad hæc, de religioſ. domib.* Bellet. *d.tit.de clerico debitore, §.14.num.11.* Armendar. *in addit.ad recopil regum Nauarræ lib.1,tit.28.l.7.de Epiſcopis, n.85.* Nauarr. *de ſpoliis cleric. §.18.prope fin. verſ.ſecundo*, vbi reſoluit non poſſe Ordinarium concedere facultatem faciendi domum laicam ex lapidibus Eccleſiæ deſtructæ, vel collapſæ, non quidem, quia ſunt ſacra, aut ſancta ſanctitate benedictionis conſtitutiuæ ſacri, ſed ob reuerentiam Eccleſiæ cui ſeruierunt, cùm nullo iure videatur conceſſa ei ſuper hoc diſponendi facultas; atteſtatur tamen ſe vidiſſe in Hiſpania ligna Eccleſiæ veteris dirutæ, quæ nouæ ampliori conſtruendæ inepta erant, vendi plus offerenti, etiam volenti ex eis domum profanam facere, vel reficere ſine licentia etiam Ordinarij, quod fortè, ait, diſſimulari poſſet in lignis non pictis, nec vllo ſigno inſignitis, quo poſita in ſtructura domus profanæ, noſcerentur fuiſſe Eccleſiæ, ac proinde ſcandalizarentur.

25. σ *Erecta tamen ibi in Cruce*,&c.] Si populus noluit Eccleſiam, quæ minatur ruinam, reſtaurare, eam deberi penitus dirui referunt deciſum Paul. Fuſc. *d.lib.1.cap 10. num.16.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.2. verb. Parochia, §.6.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi aurea, reſolut.201. in fine.* Ego ipſe *d.p.1. allegat.64. num.13.* Salgado *d. cap.5. num.27.* ſubdens quòd Eccleſia dicta paruulorum redditnum poteſt in profanos vſus, non tamen ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuerti, & transferri ad Matricem, ſeu viciniorem Eccleſiam, vbi erigendum eſt Altare ſub eadem inuocatione, impoſito onere titulari, vt curet ibi celebrare ſingulis hebdomadis per Sacerdotem idoneum cæmeterium ita profanandum, & deinde oſſa transferenda eſſe ad nouum cæmeterium, quòd à titulari conſtruatur in eo loco, qui magis placuerit populo.

De Epiſcoporum cura, & viſitatione eorum, quæ ad ſuam Eccleſiam pertinent.

CAPVT VIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Viſitare poteſt Epiſcopus beneficia qualitercumque commendata.*
3. *Viſitare poteſt Epiſcopus illa monaſteria commendata perpetuo vnita aliis Eccleſiis.*
4. *Viſitatio viciniorum Epiſcopi nullo modo effugi poteſt quamuis loca ſint exempta, ſeu nullius.*
5. *Abbates, & alij inferiores iuriſdictionem habentes poſſunt viſitare.*
6. *Capitulum Sede vacante non poteſt viſitare monaſteria exempta.*
7. *Eccleſiæ curata etiam militum Hiereſol. ab Ordinariis ſunt viſitanda.*
8. *Monachus exercens curam animarum in Eccleſia vnita monaſterio poteſt arbitrio Epiſcopi remoueri.*
9. *Non procedit ſi excedant modum.*
10. *Epiſcopus non debet ſe interponere in monaſteriis, in quibus viget Regularis obſeruantia.*
11. *Epiſcopus quando monere debeat Superiores monaſteriorum in quibus viget Regularis obſeruantia, vt ipſi viſitent, &c.*

QVæcumque in diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab Ordinario diligenter curati, atque iis, vbi oportet, prouideri æquum eſt: propterea commendata monaſteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ ouncupatæ, in quibus non viget Regularis obſeruantia, necnon beneficia tam curata, quàm non curata, ſæcularia & Regularia, *α qualitercumque commendata β etiam exempta γ ab Epiſcopis*, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, *δ annis ſingulis*, ᵃ viſitentur, curéntque iidem Epiſcopi congruentibus remediis etiam per ſequeſtrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut reſtauratione, reficiantur: *ε & cura animarum*, ſi qua illis, vel eorum annexis immineat, aliáque debita obſequia rectè exerceantur, *ζ appellationibus quibuſcumque*, priuilegiis, conſuetudioibus etiam immemorabili tempore præſcriptis, conſeruatoriis, iudicum deputationibus & eorum inhibitionibus non obſtantibus: *η & ſi in eis vigeret obſeruantia Regularis*, prouideant Epiſcopi paternis admonitionibus, vt eorum regularium Superiores iuxta eorum Regularia inſtituta debitam viuendi rationem obſeruent, & obſeruari faciant, & ſibi ſubditos in officio contineant, ac moderentur. *θ Quòd ſi admoniti, intra ſex menſes* eos non viſitauerint, vel correxerint: tunc iidem Epiſcopi etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ eos viſitare poſſint, & corrigere, prout ipſi Superiores poſſent, iuxta eorum inſtituta, quibuſcumque appellationibus, priuilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obſtantibus.

ᵃ Sub ſeſſ.7. de reform. c 8. & infrà ſeſſ 24.c.9. & ſeſſ vlt de regul. c.20. Conc Tarracon.c.8 & Conc. Brac. cap 2 c.3.

1. VIde Iac.de Graff. *in aureis deciſ.p.1.lib.3.cap.5. de Regularib.num.*141. Azor. *inſtit.moral. p.2. lib.3.cap.*40 *q.*10. Franc.Leo *in theſauro fori eccleſ. p.2.c.2.n.*74. Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.2.cap.3.n.*45. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*651. *in* 1.*edit.* aliàs *reſolut.*547.*num.*2.*in* 2.*edit.* Campan. *in diuerſ.iuris Canon.rubr.*12.*c.*13.*n.*45.*cum ſeqq.* nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitut.*24.*ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.* 17.*num.*8.*cum ſeq.pag.*192. Nouar. *in lucerna Regul. verb. Epiſcopus quoad Regulares, n.*35. Ioan.Saoe. *in ſelect.diſp.*59.*num.*12. nouiſſimè Tamburin. *n.*3.*de iure Abbatum diſp.*5.*q.*11.*num.*67.*& poſt tract.deciſ.* 67.*cum ſeqq.* meipſum *de officio & poteſt.Epiſc.p.*3. *alleg.*74 *num.*15. *cum ſeqq. infrà ſeſſ.*24.*de reformat. cap.*9 *& ſeſſ.*15.*de Regul.cap.*11.*&* 20.
2. *α Qualitercumque commendata.*] Vide Fuſc. *de viſitat.lib.*2.*cap.*9.*à num.*8. Fr.Emmanu. *quæſt.Regular. tomo* 1.*quæſt.*36. *art.*3. Campan. *d.cap.*13.*num.*45. *cum ſeqq.*
3. Epiſcopum poſſe viſitare illa monaſteria commendata perpetuò vnita aliis Eccleſiis, vel piis locis, atiamſi ipſa loca ſint ſub delegati protectione, refert deciſum Armendar. *in addit.ad recop.legum Nauarræ lib.*1.*tit.*6.*de viſitat.n.*100.
4. *β Etiam exempta.* Viſitationem viciniotis Epiſcopi nullo modo effugi poſſe, quamuis loca ſint exempta, ſeu nullius, cenſuit Rot. *deciſ.*396.*p.*1.*recent.& deciſ.*501.*n.*5.*p.*2.*recent.*
5. *γ Ab Epiſcopis.*] Idem ab inferiotibus, Abbatibus ſcilicet, Prioribus, Præpoſitis, & aliis iuriſdictionem habentibus, vt per Azor. *inſtit.moral.p.*1. *lib.*12.*cap.*18.*verſ.ſexto.*
6. Capitulum Sede vacante non poſſe viſitare monaſteria exempta quæ viſitat Epiſcopus auctoritate Apoſtol. reſoluit Aloyſ.Ricc. *in praxi aurea reſol.*118. *n.*4.

δ Annis ſingulis.] Vide me ipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.*3.*alleg.*73.*n.*2.

ε Et cura animarum, &c.] Eccleſias vbi cura ani- 7.
marum exercetor, viſitati poſſe ab Ordinariis, etiamſi illæ eſſent Militum Hieroſolymitanorum, ita tamen, vt illa dumtaxat viſitent, quæ animarum curam, illiúſque exercitium & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt, refert deciſum Armendar. *d.tit.*8. *de viſitat.n.*102.

Monachum exercentem curam animarum in 8.
Eccleſia vnita monaſterio remoueri poſſe arbitrio Epiſcopi, abſque eo quòd teneatur deducere cauſas, neque eas iuſtificare, tenet Sel. *in ſelect.Canon. cap.*12.*n.*13. atteſtans ita fuiſſe *deciſum in Camerinen.*18. *Septembris* 1627.

ζ Quibuſcumque appellationibus, &c.] Non pro- 9.
cedere ſi excedant modum, reſoluit Cenall. *commun.contra communes tom.*4.*q.*897.*n.*937.

η Et ſi in eis vigeret obſeruantia Regularis, &c.] 10.
Epiſcopum non debere ſe ioterponere in monaſteriis, in quibus viget Regularis obſeruantia, refert deciſum Armendar. *d. titul.* 61. *de viſitat. num.*98. Ego ipſe *d.p.*3. *allegat.*74. *num.*16. Steph. VVeyms *d. conſtitutione* 17. *num.*9. Nouar. *vbi ſupra.*

θ Quòd ſi admoniti intra ſex menſes, &c.] Quan- 11.
do in monaſteriis viget Regularis obſeruantia, monere debet Epiſcopus eorum Superiores vt ipſi viſiteot, & corrigenda corrigant, qui ſi intra ſex meoſes viſitare neglexerint, Epiſcopus ipſe viſitare poſſet, & corrigere, nullo priuilegio, aut appellatione obſtante, vt per Campan. *d.rubric.*12. *cap.*13. *num.*50. quem refero *d. allegatione* 74. *num.*16. Stephan. VVeyms *dicta conſtitutione* 17. *num.*7. Lauretus de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & regular. cap.*6. *verſic. decimo.*

Quæſtorum eleemoſinarum nomen, & vſus penitus tollitur. Indulgentias, & ſpirituales gratias Ordinarij publicent, & duo de Capitulo fideliter eleemoſinas recipiant ſine vlla mercede.

CAPVT IX.

1. *Doctores de materia huius text. & abuſu, ac pœnis quæſtorum eleemoſynarum.*
2. *Eleemoſynam quærere quando Sedes Apoſt. alicui pio loco ex cauſa concedit, Epiſcopo qualiter reſcribat.*
3. *Eleemoſinarum quæſtores poteſt Ordinarius, non obſtante*

obſtante qualicunque exemptione, incarcerare, excommunicare, &c.

4. *Priuilegia mendicantium ne prohibeantur petere eleemoſynas, ſunt abrogata per hoc decretum.*

5. *Fratres mendicantes non poſſunt ab Epiſcopis prohiberi quominus per ſe ipſos in diœceſibus vbi habent Conuentus, eleemoſynas quærant.*

6. *Regulares, qui ex inſtituto eleemoſynas quæritare ſolent, non tenentur petere ab Ordinariis licentiã.*

7. *Indulgentia quæſtuaria reuocata.*

CVm multa à diuerſis antea [a] Conciliis, tam Lateranenſi, ac Lugdunenſi, quàm Viennenſi, aduerſus prauos eleemoſynarum Quæſtorum abuſus remedia tunc adhibita, poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiúſque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo, & querela excreſcere deprehendatur, vt de eorum emendatione nulla ſpes amplius relicta videatur, ſtatuit, vt poſthac in quibuſcumque Chriſtianæ religionis locis eorum nomen, atque vſus penitus aboleatur, α *nec ad officium huiuſmodi exercendum* vllatenus admittantur β *non obſtantibus priuilegiis* Eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, piis locis, & quibúſvis, cuiuſcumque gradus, ſtatus, & dignitatis perſonis, conceſſis, aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. γ *Indulgentias verò*, aut alias ſpirituales gratias, quibus non ideò Chriſti fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, δ *adhibitis duobus de Capitulo*, debitis temporibus ε *populo publicandas* eſſe decernit. Quibus etiam eleemoſynas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur, vt tandem celeſtes hos Eccleſiæ theſauros non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri, omnes verè intelligant.

[a] Conc. Lat. cap. 62. ſub Innoc. 3. c. cum ex eo, de pœn. & remiſſ. Clem. abuſionibus, eo tit. & infrà ſeſſ. vlt. in decreto de Indul. & ſuprà ſeſſ. 5. cap. 2.

1. VIde Nauarr. *de orat. miſcel. 66. num. 2.* Henriq. *in ſumm. lib. 7. cap. 19. à princip.* Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Archiepiſcop. auctoritas, verſ. 26. in fine*, Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 57. art. 7. & q. 98. art. 1.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 30. ex num. 34.* Auiles *ad c. 51. Prætorum.* Auendan. *de exequendis mand. lib. 2. cap. 30.* Mich. Timoth. *de Eccleſ. viſitand. lib. 1. tract. 2. cap. 12.* Perez *lib. 2. tit. 8. lib. 1. ordin. pag. 162 col. 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. quæſtores*, Piaſec. *in ſimili praxi part. 2. cap. 3. num. 47. verſ. Indulgentias*, Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. eleemoſ. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 190.* Iul. Lauor. *de indulgent. p. 2. cap. 13.* Vgolio. *de officio Epiſcopi cap. 8. §. 4. num. 6.* meipſum *in ſimili tract. part. 3. alleg. 109. & de offic. & poteſt. Parochi cap. 16. num. 25.*

2. α *Nec ad officium huiuſmodi exercendum*, &c.] Quando Sedes Apoſt. rationabili ex cauſa concedit alicui pio loco vt poſſit eleemoſynam quærere, Epiſcopo ordinario reſcribit per hæc verba. *Has eleemoſynas, quæ in tua ciuitate & diœceſi pro vſu dicti Hoſpitalis dabuntur, permittas, dummodo perſonæ, quæ colligent eas, honeſtæ vitæ, & ſpectatæ Religionis, & tuo iudicio approbatæ ſint, minimèque participes datarum eleemoſynarum, & quæſtorum nomen nullo modo gerant, ſed ſimpliciter eleemoſynarum collectores nuncupentur, quique non publicent vllas indulgentias, nec concionentur, nec circumferant ſua priuilegia, nec reliquias, nec minis, aut imprecationibus inducant fideles ad eleemoſynam, non campanellam, aliaque inſtrumenta ſimilia quædam quæſtorum inſignia ferant, pulſentve ad excitandas perſonas, non petant eleemoſynam tamquam debitam aut ſolitam, nec vlla arte (etiam prætextu dicendi orationes S. Antonij, aut alterius Sancti, vel aliter) extorqueant pecuniam, ſed ſimpliciter, permodeſtè, & cum omni dexteritate petendo eleemoſynam pro ſuſtentatione dicti Hoſpitalis, recipiant tantum quod ſibi liberaliter offertur, neque ſuper his eleemoſynis vllam conuentionem quouis modo faciant, etiam in vtilitatem dicti Hoſpitalis. Diligenter autem curabit Amplitudo tua vt hæc omnia ritè obſeruentur, & ad id diligenter animaduertat, immo (quæ etiam Sanctitas ſua conſcientiam tuam grauari voluit) aduigilabit vt quicquid dictarum eleemoſynarum nomine fuerit collectum, id totum in vſum tantùm ipſius Hoſpitalis, & non in alium conuertatur.* Ex quo reſcripto requiſita plura quæ ad colligendas eleemoſynas interuenire debent in perſonis ad hoc deputatis, colligunt Zerol *d. verb. quæſtores*, & Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 7. n. 30. verſ. quæſtorum.* In Hiſpania autem priuilegio Alexandri VI. ad petitionem Catholicorum Regum Ferdinandi & Eliſabeth ſunt deputatæ certæ perſonæ, vt bene & diligenter examinent, an ſint verè litteræ, quibus extorquent eleemoſynas huiuſmodi quæſtuarij, quod priuilegium refert ad litteram Azeued. *lib. 37. tit. 6. lib. 3. noua recop.*

3. β *Non obſtantibus priuilegiis*, &c.] Ordinarium non obſtante qualicunque exemptione poſſe incarcerare, excommunicare, & caſtigare huiuſmodi eleemoſynarum quæſtores, prout expedire fuerit arbitratus, reſoluit Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ordin. in exemptos p. 2. q. 45. num. 96.* quem refero *d. part. 3. alleg. 209. num. 5. in fine.*

4. Priuilegia mendicantium ne prohibeantur petere eleemoſynas, non ſunt abrogata per hoc decretum Concilij, quia in eo tantùm abolentur quæſtores qui prædicant, vel publicant indulgentias conceſſas his, qui manus adiutrices porrexerint piis locis pro quibus petunt eleemoſynam, non verò in medicamentibus pro ſui ſuſtentatione quæſtuantibus, iuxta quoddam decretum Pij V. reuocantis ſimiles indulgentias quæſtuarias conceſſas porrigentibus manus adiutrices piis locis, vt per Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 52. art. 7.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 24. n. 7.* Gieron. Roderic. *in compendio q. 6. regul. reſol. 59. n. 5.* vbi ſubdit pro Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum extare duas conceſſiones Benedicti XII. quibus conceditur quæſtus eleemoſynarum dicto Ordini pro redemptione captiuorum.

5. Fratres Ordinum mendicantium nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi quominus per ſe ipſos in diœceſibus, vbi habent Conuentus, eleemoſynas quærant, ſed tantum ſi extra loca vbi monaſteria exiſtunt, quæritare voluerint, teneri ſuorum ſuperiorum licentiam ordinario oſtendere, reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap. c. 59. n. 11.* Camp. *in diu. iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 143.* Frenc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 4. cap. 2. n. 146.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. n. 47. verſ. quoad quæſtuationes*, ego ipſe *d. alleg. 109. n. 10.*

6. Regulares, qui ea inſtitutione, aut facultate Sedis Apoſtol. eleemoſynas quæritare aut aliàs mendicare poſſunt, non teneri petere ab Ordinariis licentiam eleemoſynas per diœceſim petendi, cum in erectione monaſteriorum hæc licentia eis tacitè ab Ordinariis impartita cenſeatur, vt per Aldan. *in compendio canonic. reſol. lib. 3. tit. 8. num. 6.* atteſtans ita cenſuiſſe *S. Congreg. Epiſcop. & Regul. in Venet. 6. Octobris* 1597.

7. ᵞ *Indulgentias verò*, &c.] Indulgentias omnes quæſtuarias à Pio V. vel prædeceſſoribus conceſſas, vel in poſterum concedendas quibuſcunque perſonis & locis, pro quibus ſcilicet conſequendis manus ſunt porrigendæ adiutrices, etiam quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent, ab ipſo Pio V. reuocatas eſſe aſſerunt Nauarr. *conſil. 79. de regular. in antiq.* aliàs *conſil. 3. de pœnit. in nouis*, Sayr. *in florib. dec. ſub illo tit. de Regularibus, dec. 86.* Galet. *d. verb. Indulg.* 1. Ego ipſe *d. alleg. 109. n. 12.*

ᵟ *Adhibitis duobus de Capitulo.*] Ab Epiſcopo, non verò à Capitulo eligendos eſſe refert deciſum Iul. Lauor. *de indulgent. p. 2. c. 18. num. 9.* Et ſi quando adhibentur ab Epiſcopis, ſeu locorum Ordinariis in publicandis indulgentiis, aliiſve ſpiritualibus gratiis ſi ſine fraude tempore diuinorum officiorum eos abeſſe ſimul cum Epiſcopo contingat, priuandos non eſſe distributionibus quotidianis tanquam abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio ſibi attributo, reſoluit Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. q. 8. n. 16. in vlt. impreſſione.*

ᵉ *Populo publicandas*, &c.] De publicatione Indulgentiarum Papalium à Parochis facienda, vide Bert. Lucenſ. *in praxi crim. Reg. tit. 4. c. 34. n. 3. verſ. Indulgentias item*, meipſum *de Parocho c. 16. num. 19.*

SESSIO XXII.

Doctrina de ſacrificio Miſſæ.

1. *Doctores de ſacrifitio Miſſæ agentes.*
2. *Stipendium licet accipere pro celebranda Miſſa.*
3. *Et quod ſit iuſtum oſtenditur.*
4. *Sacerdos recipiens à pluribus plura ſtipiendia pro Miſſarum celebratione, non poteſt vnica Miſſa omnibus ſatisfacere.*
5. *Portionem etiam minimam ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum non poſſunt Eccleſia, & loca pia ſibi retinere.*
6. *Rector beneficij poteſt Miſſam per alium celebrare, retenta ſibi parte ſi tribuat Sacerdoti eleemoſynam congruam.*
7. *Sacerdotes verò debent abſolutè integram eleemoſynam tribuere celebranti.*
8. *Sacerdos qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, non poteſt eandem Miſſam alteri celebrandam committere, retenta ſibi parte eiuſdem eleemoſyna.*
9. *Sacerdoti non licet celebrare Miſſas anticipatè.*
10. *Præcepto de audienda Miſſa ſatisfacit qui horas canonicas ex obligatione recitat.*

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, vt vetus, abſoluta atque omni ex parte perfecta de magno Euchariſtiæ myſterio in ſancta Catholica Eccleſia fides, atque doctrina retineatur, & in ſua puritate, propulſatis erroribus, atque hæreſibus, conſeruetur, de ea, quatenus verum, & ſingulare Sacrificium eſt, Spiritus ſancti illuſtratione edocta, hæc, quæ ſequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

1. VIde Innoc. III. Mich. Timoth. Ioan. Bapt. Scortiam, Alexandr. Alen. Martin. de Frias *in ſuis ſpecialibus tractatibus. de Miſſa*, Alcuin. *de diuinis offic. vbi de celebrat. Miſſæ.* Remig. *de celebr. Miſſa*, Gabriel. *in canon. Miſſa*, Steph. Eduen. *de Sacrament. Altaris c. 12. & 13.* Caſtro *lib. 10. aduerſus hæreſes verb. Miſſa*, Gaſp. Caſalium *de ſacrificio Miſſæ*, Epiſc. Oxomenſ. *eod. tract.* Rague *de Miſſa in Eccleſia.* Repertor. Inquiſit. *verb. Miſſa*, Sattan. *in expoſitione Miſſæ ſacroſanctæ.* Caietan. *in opuſc. de ſacrific. Miſſa, contra Luter.* Petr. Soto *lect. de Miſſa.* Conar. *lib. 9. cap. 22.* Zerol. *in praxi Epiſcopal. p. 1. verb. Miſſa.* Fr. Emman. *in ſumma tom. 1. cap. 242. de Miſſa.* Henriq. *in ſumma lib. 9. de vero Miſſæ ſacrificio.* Card. Bellarm. *in ſuis controuerſiis Catholicis*, vbi de Miſſa. Iodoc. Cocc. *tom. 2. theſaur. Cath. lib. 6. art. 4.* Bartho. ab Angel. *in examin. confeſſ. dial. 5. de Miſſa.* Chamerot. *de Sacram* vbi de ſacrificio Miſſæ. Luc. Pinell. *in tract. de valore Miſſæ.* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib. 10. cap. 18. cum ſeqq.* Gabr. Vaſq. *in 3. p. tom. 3. cap. 83. diſp. 220.* Galganet. *de iure public. lib. 3. tit. 8 n. cum ſeqq.* Suar. *tom. 3. diſp. 71.* Bonac. *de Sacrament. diſp. 4 quæſt. vltim.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 1. q. 7.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmin. part. 2. lib. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 243. cum ſeqq.* Fr. Ludouic. Miranda 2.
in manual. Prælat. tom. 1. q. 4. quorum plures refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 24. & in collect. ad rubr. de celebratione Miſſarum, num. 2.* Fernandez *in examine Theologia moral. p. 3. cap. 5. de ſacrific. Miſſa.* Vincent. Filliuc. *in quarto moral. tract. 3.* Pagan. Gaudent. *de dogmatibus & ritibus veterum Eccleſiæ, c. 52. & 53.* Turreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 8. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. de ſacrificio Miſſæ.*

Licitum eſſe vſum accipiendi ſtipendium, vel pecuniam pro celebranda Miſſa ſpecialiter alicui applicata, nullamque ob id committi ſimoniam, etiamſi Sacerdos eam exigat ea pacto, reſoluunt Anton. Cordub. *de caſibus conſcientiæ, caſu 27.* Mich. Timoth. *de ſacrific. Miſſa, tract. 3. quæſt. 48.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. c. 96. à n. 32.* Henriq. *in ſumma lib. 9. cap. 21.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 29. à num. 3.* Mol. *in Emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 13. principio*, Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacram.* vbi de Euchariſtia, *cap. 18. verſ. quarta concluſio.* Suar. *tom. 3. diſput. 68. ſect. 1. cum ſeqq.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 35.* Humob. de bonis *de examine Eccleſiaſt. p. 1. tract. 4. cap. 13. q. 116.* Vaſq. *d. tom. 3. diſp. 234.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 1. q. 83. n. 196. cum ſeq.*

Cenſ.

Cened. ad decretal. collect.44.n.5. Ego ipſe de officio, & poteſt. Epiſcopi p.2. alleg.24. num.2. Fagundes in quinque Eccleſ. præcepta præc.1. lib.3. cap.7. à num.5. Lezaoa in ſumm. quæſt. Regular. c.21.n.4. Fraxinel. de Sacerd. obligat. ad Miſſas pro aliis ex iuſtitia celebrandas, ſect.3. prænot.1. §.2. vbi §.4. reſoluit quòd Sacetdotes diuites ſiue ex bonis tempotalibus, & hæteditariis, ſiue ex bonis Eccleſiaſticis, vt ſunt aliqua ſimplicia beneficia, canonicatus, &c. quibus dicti Sacetdores non tenentut celebrate, poſſunt ſtipendia pro Miſſis dicendis accipere.

3. Iuſtum verò ſtipendium eſſe, quod lege, Synodo, vel ab Epiſcopo ſtatutum eſt, vel conſuetudine receptum, vt valet vnius argeotei, id eſt, vnius Realis, aut Iulij, tenent Petr. de Ledeſma d. cap.8. concluſ.7. & 8. Vazq. d. tom.3. diſput.224. c.4. Didac. Nugn. de Sacrament. tom.1. ad quæſt.83. art.1. p.3. tract. de ſacrific. dub.9. concl.1. Vincentius Fernandez in mixta diſput. de ſacrificio Miſſæ ad repetit. text. in cap. cùm frangitur, de conſecrat. diſt.2. part.4. dub. vatco, ad 6. in fin. Aragon. 2. 2. quæſt.85. de ſacrific. art.3. verſ. ſed dubitabit aliquis. Ego ipſe d. alleg.24. num.3. Zetol. in praxi Epiſcop. part.1. verb. Miſſa, §.3. reſoluit quòd ſi homines diuites maius ſtipendium quàm lex, aut conſuetndo præſcribit, gratis, & ſpontaneè darent Sacerdoti, illud legitimè poſſet accipere Sacerdos, & vice verſa ſi Sacerdos à pauperibus minora ſtipendia ſumere voluerit, nullum erit inconueniens, & eadem ſect.3. prænot.1. §.3. in princip. tenet Sacerdotem pro obligatione celebrandi ſummo mane, vel in loco à ciuitate diſtaoti pro labore præuio in itinere, vel etiam certis diebus & determinatis locis poſſe pinguius recipere ſtipendium, quàm lege ſit, aut conſuetudine receptum, ex cap. ſignificatam, de præbend.

4. Vtrùm autem Sacerdos recipiens à pluribus plura ſtipendia pro Miſſarum celebratione, poſſit vnica Miſſa omnibus ſatisfacere? Eſt inter Doctores controuerſum, vt videre licet per citatos à me ipſo d. alleg.24. num.4. & ibi citatis adde Homobonum de Bonis de examine Eccleſiaſt. part.1. tract.4. cap.13. quæſt.119. Petr. Nauarr. de reſtitut. lib.2. c.2. num.433. Diana reſolut. moral. p.1. tract.14. reſol.8. Lezana in ſumma quæſt. regal. cap.21. num.5. Torreblanca de iure ſpirituali lib.2. c.9. num.67. cum ſeqq. Batthol. à S. Fauſto tract. de ſuffrag. lib.1. q.67. ſuper quo habemus nouiſſimam declarationem ſacræ Congregationis Concilij, S. D. N. Vrbano VIII. approbante editam ſub die 21. Iunij, 1625. & apud impreſſorem Cametalem typis mandatam in hæc verba: Deinde vbi pro pluribus Miſſis, etiam eiuſdem qualitatis celebrandis, plura ſtipendia, quantumcunque incongrua & exigua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus perſonis collecta fuerint, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſteriis, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, aut aliis piis locis quibuſcunque, tam ſecularibus, quam Regularibus, ſacra Congregatio ſub obteſtatione diuini iudicij mandatac præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quinimo grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur. Sed verò vt deinceps obſeruetur exactius, ſacra Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis ac locis ipſis tam ſecularibus, quam Regularibus cuiuſuis Ordinis, Congreg. & inſtituti, quamcunque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur, vt certarum Miſſarum, vel anniuerſariorum celebrationem, aut aliquibus Collectis, ſeu Orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendi ſatisfiat.

5. Nouiſſimè ſacra Congregatio Concilij ſuper decretis eiuſdem Congregationis de celebratione Miſſarum, S.D.N. Vtbano VIII. approbante declarauit permittendam non eſſe, vt Eccleſiæ, ac loca pia, ſeu illorum adminiſtratores ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum illam vtcunque minimam portionem retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cùm Eccleſiæ & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc quam portionem retinebant, nullatenus debere excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio ſunt ſubeunda, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe, vt ex pecuniis, quæ ſuperſunt, expenſis, vt ſuprà, deductis, abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas.

6. Deinde declarauit ſatis eſſe, vt Rector beneficij, qui poteſt Miſſam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti eleemoſynam congruam ſecundùm morem ciuitatis, vel prouinciæ, niſi in fundatione beneficij aliud cautum fuerit.

7. Sic etiam cenſuit, Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemoſyna maior ſolita pro celebratione Miſſæ, debere abſolutè integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ſibi retinere poſſe, declarans pariter, quando tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non præſtiterit, tunc tot Miſſas celebrari debere, quot præſcripſerit Ordinarius, ſecundùm morem ſuæ ciuitatis ac prouinciæ, ac etiam cùm Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam iuxta qualitatem loci, perſonarum ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum, teneri Miſſas illis ab offerente præſcriptas celebrare. Quas quidem declarationes originales præ manibus habui, & impreſſas vidi in Typographia Cameræ Apoſtolicæ de anno 1626.

8. Vtrùm verò Sacerdos qui aliàm pecuniæ quantitatem accepit per ſe, aut per alium pro dicendis Miſſis, vel vt eas faciat celebrare per alios Sacerdotes, ſi eas celebrare faciat per alios minori pitantia, poſſit iuſtè ſibi retinere reſiduum eius, quod ſibi datum fuit, ſine peccato & reſtitutione, vide Doctores per me citatos d. alleg.24. num.11. quibus adde Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſtico tract.14. quæſt.131. ſuper quo eadem ſacra Congregatio in decretis de celebratione Miſſarum, in quibus ſuprà etiam in hæc verba cenſuit: Ac ſimiliter omne damnabile lucrum ab Eccleſia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſyna, ne eandem Miſſam alteri parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta celebrandam committat.

9. Vtrùm etiam liceat Sacerdoti celebrate Miſſas anticipatè? vide Doctores citatos d. alleg.14. à n.12. Et an peccet mortaliter, qui celebrat Miſſam ante Matutini officij recitationem, vide ibidem num.15. & Doctoribus citatis pro negatiua parte addo Scott. de ſacrificio Miſſæ lib.2. cap.6. Fernandez part.3. cap.5. §.4. Homobon. de Bonis d. tract.4. c.26. quæſt.147.

10. Ao præcepto de audienda Miſſa ſatisfaciat ille, qui ad horas Canonicas obligatus eas tunc recitat, aut alias preces, ad quas tenetur ex voto, aot quia ſunt à Confeſſario ei in pœnitentiam impoſitæ, tunc item recitat? Affirmant Nauatr. in manuali c.21. num.8. & de orat. cap.19. num.178. & in cap. ſi quando, notab.19. num.184. de reſcript. Azor. inſtit. moral. part.1. lib.7. cap.15. quæſt.3. Benxou. de Iubilæo lib.2. cap.15. dubit.30. Soar. tom.3. diſput.88. ſect.8.

*ſect.*8. *in fin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*19. *quæſt.*1. *num.*14. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.*1. *q.*83. *n.*307. Raguc. *de Miſſa in Eccleſia*, *q.*99. & 105. Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. p.*2. *c.*5. *n.*28. *in fin.* Bonac. *de Sacrament. diſput.* 4. *q. vltim. punct.* 11. *num.*25. & *de horis canon. diſp.*1. *quæſt.*3. *punct.*2. *num.*14. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*7. *c.*5. *quæſt.*3. & *lib.* 10. *cap.*12. *q.*10. plures alij, quos citaui *in collect. ad cap. dolentes* 9. *n.*21. *de celebrat. Miſſar.*

De Sacrificij Miſſæ inſtitutione & repræſentatione.

CAPVT I.

1. *Doctores de materia text. agentes.*
2. *Sacrificium Miſſæ remittit peccata venialia.*
3. *Miſſam Chriſtus inſtituit.*
4. *Introitus Miſſæ à Cæleſtino I. introductus.*
5. Gloria Patri *ordinauit Damaſus.*
6. Kyrie eleiſon *ordinauit S. Gregorius vt nouies in Miſſa diceretur.*
7. Gloria in excelſis Deo *primus inſtituit Theleſphorus.*
8. Dominus vobiſcum *ab Apoſtolis inſtitutum.*
9. *Orationes, ſiue Collecta ab Apoſtolis inſtituta.*
10. *Epiſtolarum Miſſæ quis auctor.*
11. *Gradualis, Alleluya, Tractus, & ſequentiæ auctor quis.*
12. *Euangelica lectio à quo inſtituta.*
13. *Symbolũ fidei, ſiue Credo ab Apoſtolis ortũ duxit.*
14. *Antiphona quæ, & Offertorium, inſtituter quis.*
15. *Orationes quatuor, quibus Hoſtia, & Calix offeruntur, & benedicuntur.*
16. *Lauabo inter innocentes.*
17. *Oratio, Suſcipe ſancta Trinitas.*
18. *Orate fratres.*
19. *Præfationis auctor.*
20. *Sanctus ter in fine præfationis canitur ex Apoſtolica traditione.*
21. *Canonis quis primus auctor.*
22. *Oratio Dominica.*
23. *Pacem dare in Miſſa ordinauit Innocentius I. & Leo II.*
24. *Agnus Dei vt ter à Clero & populo diceretur ordinauit Sergius I.*
25. *Ite Miſſa eſt ex Apoſtolica traditione proceſſit.*
26. *Miſſæ ſacrificium vt ſub vna ſpecie fiat, poteſt Papa ex vrgenti cauſa concedere.*
27. *Sacerdos ſolus eſt miniſter conſecrationis.*
28. *Euchariſtiæ Sacramentum, finita cœna legali, ſeu cæremoniali agni, inſtitutum.*
29. *Sacrificium oblatum à Sacerdote in peccato mort. prodeſt.*
30. *Sacrificium Miſſæ à Malachia prædictum eſt.*

a Hebr. 7. QVoniam ſub priori Teſtamento, teſte Apoſtolo Paulo, propter [a] Leuitici ſacerdotij imbecillitatem conſummatio non erat, oportuit, Deo patre miſericordiarum ita ordinante Sacerdotem alium ſecundum ordinem Melchiſedech ſurgere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui poſſet omnes, quotquot ſanctificandi eſſent, conſummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noſter etſi [b] ſemel ſe-
b Hebr. 7. ipſum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem ſacerdotium eius extinguendum non erat, in cœna nouiſſima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura exigit, relinqueret ſacrificium, *α quo cruentum illud*, ſemel in Cru-
c 1. Cor. 11. ce peragendum, repræſentaretur, ciúſque [c] memoria in finem vſque ſæculi permaneret, atque illius ſalutaris virtus *β in remiſſionem eorum*, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, Sacerdotem *γ ſecundum ordinem Melchiſedech*, *δ ſe in æternum conſtitutum declarans*, corpus & ſanguinem ſuum *ε ſub ſpeciebus panis, & vini* Deo Patri obtulit, ac ſub earundem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc *ζ noui Teſtamenti Sacerdotes* conſtituebat, vt ſumerent tradidit, & eiſdem, eorúmque in ſacerdotio ſuc-
d Matth. 26. Lucæ 22. ceſſoribus, vt offerrent, præcepit per hæc verba: [d] Hoc facite in meam commemorationem, vti ſemper Catholica Eccleſia intellexit, & docuit. *η Nam celebrato veteri Paſcha*,
e Exod 15. quod in memoriam [e] exitus ex Ægypto multitudo filiorum Iſraël immolabat, nouũ inſtituit Paſcha, ſeipſum ab Eccleſia per Sacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum in memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad Patrem, quando per ſui ſanguinis effuſionem
f Coloſſ. 1. g Mal. 1. nos redemit, [f] eripuitque de poteſtate tenebrarum, & in regnum ſuum tranſtulit. *θ Et hæc quidem* [g] illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt, *ι quam Dominus per Malachiam* nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, & quam non obſcurè innuit
h 1. Cor. 10 Apoſtolus Paulus, [h] Corinthiis ſcribens, cum dicit, non poſſe eos, qui participatione menſæ dæmoniorum polluti ſunt, menſæ Domini participes fieri: per menſam altare vtrubique intelligens. Hæc denique illa eſt, quæ per varias ſacrificiorum, naturæ, & legis tempore ſimilitudines figurabatur, vtpote quæ bona omnia, per illa ſignificata, velut illorum omnium conſummatio & perfectio complectitur.

1. VIde Soto *in* 4. *diſt.*18. *quæſt.*2. *art.*4. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*10. *cap.*18. *q.*7. *v. quæres an in aliis.* Cardinal. Bellarm. *lib. de Miſſ. cap.*6. & 7. Vazq. *in* 3. *p. tom.*3. *diſput.* 218. *num.*8. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.*1. *de Sacrament.* vbi de Euchariſtia, *cap.*17. *concluſ.*1. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.*1. *q.*83. *n.*32. & 75. Raguc. *de Miſſa in Eccleſia*, *q.*2. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælator. tom.*1. *q.*4. *art.*1.

Digitized by Google

art. 2. *col.* 1. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 3. *cap.* 1. *cap.* 1. §. 7. *n.* 3. Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tract.* 3. *cap.* 8. *num.* 24. *& cap.* 9. *num.* 21. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præceptis, lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract.* 4. *quæſt.* 121. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 8. *cum ſeqq.*

α *Quo cruentum illud,* &c.] Vide Vaſq. *d. tom.* 3. *diſp.* 221. *num.* 30.

2. β *In remiſſionem eorum.*] Vide Fr. Ludouic. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 14. *art.* 10. vbi intelligit de peccatis venialibus, quia per dict. *quotidie,* hic poſitam, datur intelligi quòd ſit ſermo de peccatis venialibus, vt ſcilicet eorum remiſſionem, & vaniam conſequantur.

γ *Secundùm Ordinem Melchiſedech.*] Vide Damaſum Lindanum *in Panopl. lib.* 4. *c.* 42. Fernandez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 3. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 12.

δ *Se in æternum conſtitutum declarans.*] Vide Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.* 1. *tract. de Euchariſtia, diſp.* 19. *ſect.* 6. *n.* 86.

3. Miſſam Chriſtum inſtituiſſe quando corpus ſuum & ſanguinem conſecrans in cœna communicauit Apoſtolis, dicens, *Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis,* referũt Hugo de S. Victore *lib.* 2. *de officiis Eccleſiaſticis,* Iacob. de Graff. *in aureis deciſionibus part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 47. *n.* 3. & ita quoad eſſentialia ſecundùm ſacram Scripturam & traditionem Eccleſiæ, probat Reuerendiſſ. Serranus *in expoſit. Miſſæ ſacroſanctæ, prælud.* 1. *n.* 3. *in princip.* Quoad accidentia verò ea haberi ex ordinatione & inſtitutione Principis Apoſtoli Petri, obſeruant Iſidor. *lib.* 1. *de Eccleſ. offic. c.* 15. S. Thom. 3. *part. q.* 38. *art.* 2. *ad* 5. Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Euchar. cap.* 14. *argum.* 9. VValfr. *de rebus Eccleſiaſt. c.* 22. & Durantes *de ritibus Eccleſiæ lib.* 2. *cap.* 3. illumque dixiſſe primam Miſſam in Antiochia, referunt Raban. *lib.* 1. *inſtit. cleric. c.* 23. Rupert. *de diuin. offic. lib.* 2. *cap.* 21. Caniſ. *de Euchariſt. c.* 7. Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Euchariſt. c.* 14. Torreblanca *d. c.* 8. *n.* 35. & quod dicitur *in cap. Iacob, de conſecrat. diſt.* 1. intelligendum de celebratione ſolemniter, notat Soto *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 2. *art.* 4. & ita quoad cæremonias & orationes ſecundùm diuerſa tempora fuit aucta, tum ab ipſimet Apoſtolis, tum etiam à diuerſis Summis Pontificibus, prout decentius illis viſum eſt, ad augendum diuinum cultum in hunc modum.

4. Introitum introductum eſſe ab Cæleſt. I. ſcribunt Durand. *in orat. diuinis lib.* 4. Raban. *lib.* 1. *inſtit. cleric. c.* 32. VValſr. *de rebus Eccleſiæ c.* 22. Petr. à Soto *de cæremoniis Miſſæ ſect.* 3. Mitol. *de Eccleſ. obſeruat. cap.* 1. Rupert. *lib.* 2. *de diuin. offic. cap.* 21. Vel quod ex omnibus Pſalmis exciperet Antiphonas, quæ pſallerentur in officio Miſſæ, cùm Dionyſ. Areopagit. *de Eccleſiaſt. hierarchia cap.* 3. meminit Pſalmorum, qui ad initium Miſſæ cantabantur, verum credit Amalar. *lib. de Eccleſiaſt. offic. cap.* 5. Aut quòd licet non fuerit primus, qui Pſalmos ad ſacrificium Miſſæ adhibuit, primus fortè fuit qui Romæ id obſeruare voluit, coniectatur Cardin. Bellarm. *lib.* 2. *de Miſſa, cap.* 6. & introitum induplicat Sacerdos ad ſignificandum Patriarcharum & Prophetarum deſiderium de Chriſti aduentu, quem orationibus & lacrymis repetitis à Patre æterno poſtulabant. Serran. *in Periscop. Miſſæ.* Barboſa frater meus *in tract. de ſignificatis myſteriaſis officij diuini & ſacrificij Miſſæ, c.* 30. *paſſ.* 81.

5. *Gloria Patri,* vt diceretur, antedictus Damaſus ordinauit ex Durand *lib.* 4. *c.* 5. Scortia *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 4. Barboſa *d. c.* 30. *num.* 14.

6. *Kyrie eleiſon,* S. Gregorius ordinauit vt nouies in Miſſa diceretur, ex Durand. *lib.* 4. *c.* 11. Rupert. *lib.* 2. *de diuin. offic. c.* 21. Petrus à Soto *loco citato.* Radulphus *de canon. obſeru. prop. vlt.* Serran. 1. *p. Miſſæ n.* 45. Scott. *d. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 1. *&* 2. Barboſa frater meus *d. tract. de ſignificatis myſter. cap.* 31. Nam ante eundem Gregorium iam erat apud Latinos in vſu, vt euidenter demonſtrat Bellarminus *lib.* 2. *de Miſſa capite* 16. vt exprimat orationem populi Partibus conſentientis, & Dei miſericordiam deprecantis.

7. *Gloria in excelſis Deo,* primum inſtituiſſe Teleſphorum Papam vt diceretur in Miſſa, referunt Durant. *lib.* 4. *c.* 3. & S. Antonin *part.* 3. *tit.* 13. *cap.* 5. §. 1. Sed partim ab Angelis, partim è Teleſphoro Papa, aut à S. Hilario Pictauienſi Epiſcopo compoſitum fuiſſe aſſerunt Bellarm. *lib.* 2. *de Miſſa, cap.* 16. & Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 34. *q.* 4. Verùm Steph. Durantus *de ritibus Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 1. quem ſequitur Serran. *part.* 1. *Miſſæ, num.* 47. iudicat verius hymnum iſtum ab Apoſtolis conflatum, compoſitumque fuiſſe, tum quia ferè integer extat apud Clement. Roman. tum etiam, quia aliàs non poterat ſupradictus Teleſphorus, qui pluſquam per centum quinquaginta annos præceſſit Hilarium, ordinare vt iſto iam loco caneretur, vt Teleſphorus ipſe *epiſt.* 1. *Decretal.* & Raban. *lib.* 1. *inſtit. cler. cap.* 32. atque alij affirmant, id quod manifeſtum fit vlteriùs ex his quæ de auctoritate Innocentij III. ſcripta reliquit Seuerinus Binius *tom.* 1. *Concil. in not. ad* 1. *Decretal. Teleſphori,* nempe Angelicum hymnum ab Apoſtolis ad gloriam ſanctiſſimæ Trinitatis primò fuiſſe auctum à Teleſphoro, deinde ſicut nunc extat completum Pontificia auctoritate, vt ab Epiſcopis pro loco & tempore, & ab omnibus Sacerdotibus in Miſſis noctis Natiuitatis Domini, quoniam ea nocte *Luc.* 2. ab Angelo paſtoribus annunciatus eſt, recitaretur, præceptum fuiſſe, & demum à Symmacho, vt in Dominicis diebus, & natalitiis Martyrum hoc loco decantaretur, fuiſſe inſtitutum, dicunt Berno *de rebus ad Miſſ. ſpectantibus c.* 1. Rupert. *lib.* 2. *de diuin. offic. c.* 21. & alij communiter. De hoc hymno *Gloria in excelſis Deo.* Barboſa frater meus *d. tract. de ſignific. myſter. c.* 32.

8. *Dominus vobiſcum,* inſtituiſſe S. Soterum, vel S. Anacletum multi authores ſcribunt, ſed ex auctoritate totius Orientis Concil. Brachar. ſub Theodomito *c.* 21. ab ipſis Apoſtolis inſtitutum eſſe affirmat, & ipſum ex S. Marci liturgia conſtat, imò deſumptum eſſe ex Hebræorum more pluribus Scripturæ ſacræ teſtimoniis probat Petr. Damian. *lib.* 2. *de Dominus vobiſcum, cap.* 3. Scort. *de ſacrific. Miſſæ lib.* 3. *cap.* 17. Barboſa *d. tract. de ſignificat. myſter. cap.* 33.

9. Orationes, ſiue collectas, huiuſmodiue orandi morem ab ipſis fuiſſe inſtitutum Apoſtolis, probatur ex liturgiis S. Iacobi, & S. Marci 1 colligitur apertè ex *canon.* 10. alias 11. *Apoſt.* ex Dionyſio Areopag. *de Eccleſiaſt. hierarch. c.* 3. & ex Clemente Roman. *lib.* 2. *conſtit. Apoſtol. cap.* 57. Creſcente tamen diuinæ Religionis cultu, vt notauit VValfrid. *de rebus Eccleſiaſt. c.* 22. creſcebat etiam paulatim orationum & officiorum Eccleſiæ compoſitio & doctis &. indoctis pariter, quouſque Concil. Carthagin. III. *c.* 23. & Concil. Mileuitan. XI. *c.* 12. Concil. Tridenr. *in Decreto de vitandis in celebratione Miſſarum,* aliqua interdixere, vt preces & orationes à quibuslibet compoſitæ, niſi probatæ eſſent in Concilio, non dicerentur in Miſſa, ad cuius maiorem obſeruationem Gelaſius Papa primùm,

&

& deinde S. Gregor. I. teſte Bernone *de rebus ad Miſſam pertinentibus cap.1.* curauit rationabilia quæque, ſeclusis his, quæ vel nimia, vel inconcinna videbantur, in vnum volumen coadunare, quo ſemper eſt in poſterum Eccleſia vſa, mutatis, aut additis, quæ aut temporum varietas; aut feſtiuitatum nouitas expoſcebat. De collecta vide Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.10. cap.34. quæſt.5.* Didac. de Guſman *part.2. de la excellentia del ſacrificio de la ley Euangelica cap.6. §.5.* Barboſa *d. tract. de ſignific. myſter. cap.34.*

10. Epiſtolarum Miſſæ, quæ modò ex veteri, modò ex nouo Teſtamento leguntur, quis primus fuerit author, non bene conſtat. Nam VValfrid. *de reb. Eccleſ. c.22.* & alij, Alex. I. qui multa circa hoc ſacrificium in ſuis decretis inſtituit authorem fecere. Cæterùm variationem magnam in dicta Scripturarum lectione fuiſſe vſque ad tempora S. Hieronymi, qui ſecundùm Micrologum *de Eccleſ. obſeru. cap.20.* & Bernon. *de rebus ad Miſſam pertinentibus cap.2.* ac alios, primus omnium ad diuerſitatem vitandam lectiones per totum anni circulum ex Prophetis & Apoſtolis collegit in libro qui Lectionarius, vel Comes S. Hieronymi inſcribitur, conſtat manifeſtè ex Concil. Brachar. I. ſub Theodomiro *cap.20.* Diego de Guzman *d. cap.6. §.1.* Azor *d. p.1. lib.10. cap.34. q.7.* Barboſa *d. tract. de ſignificatis myſt. cap.57.*

11. Gradualis, Alleluya, Tractus & Sequentiæ auctor quis fuerit non bene conſtat: nam Rupert. *lib.2. de diuin. offic. c.21.* Gradualium inſtitutionem tribuit Cæleſtino I. Tractuum verò Gelaſio, Durand. verò *in Rationali diuinorum lib.4. cap.21. n.1. & c.22. n.1. & 3.* Tractus Teleſphoro adſcribit, alij, vt ait Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.10. cap.34. quæſt.8.* ad S. Gregorium I. Gradualia referunt. Sed cùm ipſe Gregor. *in Sacrament. per totum*, Reſponſoria, ſiue Gradualia & Alleluya per totum anni circulum diſpoſuerit, & cùm ipſemet *lib.7. epiſt.64.* reſpondens aliquibus de ſua ordinatione murmurantibus dicat, illum vſum canendi Alleluya non à ſe inceptum, ſed à tempore Damaſi I. auctore S. Hieronymo introductum fuiſſe, & de Reſponſoriis nihil dicat, quia de hoc vti de re iam vſu recepta reprehenſus non fuerat, licèt prædictos Pontifices aliqua ordinaſſe, vel mutaſſe circa Gruaduale, Alleluya, & Tractus crediderit, illos horum ita indiſcriminatim eſſe auctores mihi perſuadere non poſſum, cùm S. Damaſus omnes alios Pontifices numeratos, vno dempto S. Teleſphoro per plures præceſſerit annos. Ratione huius iudico probabilius Tractus, vt dicit Durand *d. c.51. num.1.* à S. Teleſphoro ſumpſiſſe initium, quo nomine Graduale etiam forſan comprehenditur. Alleluya poſtea vel à Damaſo exemplo Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, vt dicit S. Gregorius *d. epiſt.64.* vel ab alio aliquo antiquiore Pontifice introductum, & à S. Damaſo præceptum fuiſſe, & vtrumque, Graduale nimirum; & Alleluya, à S. Gregorio renouatum, reformatum & in vnum volumen collectum fuiſſe, & tandem Sequentia, ſiue Proſas à variis auctoribus diuerſiſque temporibus fuiſſe factas, & in Miſſa recitari cœptas, non à tempore Nicolai I. vt vult Durand. *lib.4. cap.22. num.1.* ſed multo antè, eſto indiuiſibiliter ſit tempus ignotum. Nam Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſ.* affirmat legi in Eccleſia aliquas Proſas à S. Ambroſio & S. Auguſtino compoſitas. Et Sequentiarum meminerunt Ordo Romanus *cap.1. ante med.* Alcuin. *de diuin. offic. cap. quid figur. veſtim.* & Amalarius, qui Nicolao I. Neogro Abbate (Proſarum ſecundùm Durand. *d. cap.22. num.2.* auctore ptimo) ſunt antiquiores. Hæc Epiſcopus Serranus, addens *dicta epiſt.* cantari Graduale, ſymbolum pœnitentiæ, quia impetramus peccatorum veniam, & Graduale ſequi Alleluya in ſignum lætitiæ de ſpe veniæ conſequendæ. Vide Scott. *d. lib.3. cap.22. n.2.* Durant. *de ritibus Eccleſ. lib.2. c.19. n.4. & 5.* Diego de Guzman *d. c.6. §.2.* Barboſa *d. tract. de ſignific. myſter. cap.37. 38. 39. 40. & 41.*

12. Euangelica lectio ad Miſſam adhiberi ſolita, antiquiſſima eſt cæremonia ſtandi dum dicitur ab Apoſtolis ipſis, vt teſtatur Clem. Roman. *lib.2. Conſtit. Apoſt. c.57.* deprompta, ab Anaſtaſio I. præcepta non inſtituta, vt aliqui putant, ſed confirmata & obſeruata, præcepta etiam in his locis vbi non ſeruabant, vt notant Cardin. Bellarm. *lib.2. de Miſſa cap.16.* & Azor. *d. lib.10. cap.34. q.9.* quia licèt in principio non eſſet Euangelium, quod legeretur in Miſſa, ſtatim ac ſcriptum fuit, viuentibus Apoſtolis legi cœpit, vt inſinuare videtur S. Dionyſ. Areopag. *c.3. de Eccleſ. hierarch.* & accuratè intulit Cornel. Schulteng. *in Biblioth. Eccleſiaſt. tom.1. p.1. c.19.* ex illis verbis Apoſtoli *2. ad Corinth.8.* de ſancto Euangeliſta Luca dicentis, *Cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias*, & ex eo quod Euſebius *lib.2. de hiſtor. Eccleſ. cap.19.* ex Clementis hypotypoſeon refert, S. Petrum Euangelium ſancti Marci in Eccleſiis legendum ordinaſſe: in Euangelij lectione Apoſtolorum prædicatio deſignatur, & in fine oſculatur Miſſale ad ſignificandum Euangelicam doctrinam fuiſſe cum gaudio ſuſceptam. Latè Barboſa *d. tract. cap.40. de Euang.*

13. Symbolum fidei, ſiue Credo ab Apoſtolis ortum duxiſſe, & à quo tempore in Miſſa recitari ſolitum, dictum extat *ſuprà ſeſſ.3. in Decreto de Symbolo fidei*, in quo, vel in ſalutatione *Dominus vobiſcum*, quæ poſt Euangelium dicuntur, inſinuatur gentes recepiſſe doctrinam Euangelicam, & cum illa Dei gratiam.

14. Antiphonæ, quæ Offertorium dicitur, quis fuerit inſtitutor dubitat VValfrid. *de rebus Eccleſ. c.22.* quamuis affirmet à prioris populi conſuetudine in vſum Chriſtianorum veniſſe. Alij verò, vt refert Radulph. *de canon. obſeruat. propoſ.23.* inſtitutorem faciunt S. Gregorium Papam I. Sed Rupert. *lib.2. de diuin. offic. & cap.21.* id attribuere videtur S. Cæleſtino I. Varietatem hanc ex additionibus, aut variationibus circa hoc factis ſumpſiſſe initium certum credo; ſicut fuiſſe circa offertoria variationes & mutationes aliquas probant Durand. *in Rational. diuinor. lib.4. cap.77. n.4.* & Durantus *de ritibus Eccleſiæ c.26. n.5.* Diego de Guzman *d. p.1. cap.8.* Barb. *de ſignificatis myſterioſis ſacrificij Miſſæ cap.44.* & S. Gregorium in Antiphonario offertoria poſuiſſe certum eſt, & cùm de hoc non fuerit, ſicut de Alleluya, nouitatis reprehenſus, conſequens manifeſtè fit ab aliquo Gregorij predeceſſore fuiſſe offertoria introducta, ac præ aliis tantò eſſe Ruperti dictum probabilius, cùm Cæleſtinus per centum ſexaginta annos, vel plures Gregorium præceſſerit. In offertorio deſignantur bona opera Domino offerenda, ne fides ſine operibus mortua ſit.

15. Orationes quatuor, quibus Hoſtia, & Calix offeruntur & benedicuntur, probat Bellarm. *lib.2. c.17.* & Azor. *d. lib.10. c.43. quæſt.20.* ante quingentos annos non fuiſſe lectas in Eccleſia Romana; quia nec in Sacramentario Gregorij I. neque in Ordine Romano aliquæ reperiuntur orationes inter offertorium & orationes decretas, nec VValfrid. Amalarius aut aliquis alius antiquorum Scriptorum illarum meminit, ſed promptæ fuerunt,

vt

vt Microlog. *de eccleſ. obſeru. cap.* 11. & Radulpho *de canon. obſeruat. prop.* vlt. placet ex Ordine Gallicano quarum illarum mentio reperitur apud Primaſ. & Aymon. vt affirmat Durant. *de ritib. Eccleſ. cap.* 29. *num.* 2. & ab omnibus paulatim receptæ ſunt, quia nihil continent, quod offendat, vt notauit Cardin. Bellarm. *vbi ſupra*: omnes namque in hunc diriguntur finem, vt oblatio accepta ſit Deo, & debite à Sacerdote fiat.

16. *Lauabo inter innocentes.* Cæremoniam hanc abluendi manus à principio naſcentis Eccleſiæ fuiſſe vſurpatam, colligi videtur ex S. Dionyſ. Areopag. *de eccleſiaſt. hierarch. cap.* 3. & Clemente Romano *lib.* 8. *conſtitut. Apoſtol. lib.* 11. ac ex Cyrillo Hieroſolymitano *catech.* 5. *myſtag.* & ex alijs Patribus.

17. Orationem, *Suſcipe ſancta Trinitas*, deſumptam ex Ordine Gallicano probant Bellarmin, & Azor. *locis proximè citat.* Sicut deſumi etiam probarunt alias quatuor, quibus fit panis & vini oblatio, de quibus *ſuprà*.

18. *Orate fratres*, &c. Huius orationis Inſtitutorem Radulphus *canon. obſeruat. prop.* 23. facit Leonem I. Durant. vero *de ritib. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 3. ad Apoſtolos, immo ad Chriſtum Dominum illam reducit, & vtrumque verum aſſerere ait Epiſcopus Seran. ſi hic de ſubſtantia, ille autem de modo, & verbis precationis intelligat. Vide Guzman *d. cap.* 8. § 3. Barboſam *d. tr. de ſignificatis myſterioſis ſacrificij Miſſæ cap.* 43.

19. Præfationem quis primus ordinauerit, ſibi ignotum eſſe fatetur VValfridus Strabo *de rebus eccleſ. lib.* 22. ſed illius Gelaſium primum auctorem eſſe, & vulgo creditur, & Pontificale *cap.* 50. in vita Gelaſij I. ac Alcuin. *de diuin. offic. cap. de celebratione Miſſarum*, & alij bonæ notæ auctores tradunt, quod quidem intelligi videtur de forma, qua Romana Eccleſia nunc vtitur, vel aliquas præfationes addidiſſe, quarum tamen plures non Gelaſium ſed Pelagium II. *epiſt.* 9. decreto cauto quidem & elimato ſeratione dictaſſe, probat *cap. Inuenimus, de conſecrat. diſt.* 1. & refertur Burchard. *in Decretal. lib.* 3. *cap.* 69. ac Petrus Creſpet. *in ſumm. eccleſ. diſcipl. verb. Præfatio*; quicquid ſit non videtur ambigendum, primam inſtitutionem, & vſum ex Apoſtolica traditione ad nos peruenisse, cum præfationis huius extet memoria apud ſanctum Cyprianum *in orat. Dominic.* Immo & ſenſus & multa verba apud S. Clementem Roman. *lib.* 8. *conſtit. Apoſt. cap.* 12. & alios Gelaſio antiquiores, vt notat Durant. *de ritib. eccleſ. lib.* 2. *c.* 30. *n.* 1. Vide Azor. *d. part.* 1. *lib.* 10. *c.* 34. *q.* 11. Guzman *d. p.* 2. *cap.* 8. § 6. Hieron. Roman. *lib.* 4. *de Republ. Chriſt. c.* 6. Barboſa *d tract. cap.* 46.

20. *Sanctus* vt ter in fine præfationis canteretur non ex inſtitutione Sixti Papæ I. vt referunt S. Anton. *part.* 3. *tit.* 8. § 4. Petr. Soto *ſect.* 13. *de cæremon. Miſſæ*, Amalar. *lib.* 3. *de eccleſ. offic. cap.* 21. Microlog. *de eccleſ. obſeruat. cap.* 12. Rupert. *lib.* 2. *de diuinis offic. cap.* 21. ſed ex Apoſtolica traditione, obſeruat Nicephor. *lib.* 18. *hiſt. cap.* 51. & probant Durant. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 27. & conſtat ex liturgiis ipſorum Apoſtolorum, præſertim ex liturgia B. Iacobi, in qua de verbo ad verbum habetur communis illa Angelorum & hominum adorandæ Trinitatis laudatio, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.

21. Canonis primus auctor non eſt omnibus cognitus, & communiter opinio fundata in auctoritate magni illius Greg. I. tenet Scholaſticum quendam Gregor. antiquiorem (quem quidam hominem ſic nominatum, quidam Gelaſium Papam, quidam Muſſæum Miſilienſem, & quidam aliquem alium interpretantur) Canonis extitiſſe auctorem; ſed

reuera cùm locus S. Gregorij, vt probat Durant. *lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 6. & faciè & ſufficienter explicede ſola illa oratione, quæ incipit, *Per quem hæc omnia*, abſque hoc quòd totum Canonem Scholaſtico illi tribuamus, & cùm Vigilius Papa qui per aliquot annos Greg. Papam I. præceſſit, ſcriptum expreſsè reliquerit, ac canonem haberi ex Apoſtolica traditione, vt colligitur manifeſtè ex Clem. Roman. Dionyſ. Areopag. Cypriano, Ambroſio, Auguſtino, aliiſque antiquiſſimis Patribus, qui verba Canonis declararunt; etſi in illo per Romanus Pontifices aliqua quamuis pauca ad preces, non quantum ad eſſentialia fuerint addita, notarunt VValfr. *d. cap.* 22. Microl. *de eccl. obſeru. cap.* 12. Bellarm. *lib.* 1. *de Miſſa cap.* 20. Et ideo ſanctorum commemorationem Canonum ex Apoſtolica traditione, & antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine originem traxiſſe dicendum eſt; non autem primum omnium inſtituiſſe Syriacum Papam, vt volunt Radulph. *prop.* 23. & Durant. *lib.* 4. *cap.* 38. *n.* 1. quandoquidem talis commemorationis meminere Dion. Areopag. *de eccleſ. hierarch.* probatur ex ipſis nominibus Sanctorum, quorum memoria in particulari fit à Romanis Pontificibus, imo à particularibus Epiſcopis ſolita fuiſſe addi nomina Martyrum de nouo occiſorum in dicta commemoratione, & forſan in hoc aut formam, aut taxationem poſuit Syriacus, & ideo huius fuit commemorationis habitus auctor. Principium orationis, *Hanc igitur oblationem* vſque ad verba illa, *Placatus accipias*, incluſiuè fuiſſe a Leone I. Canoni addita, aſſerunt Durant *d. lib.* 4. *cap.* 39. *num.* 4. Radulph. *de can. obſeru. propoſ.* 23. Idipſum tribuunt Gelaſio, Remig. *de celebrat. Miſſ.* Alcuin. *de diuin. offic. cap. de celebratione Miſſarum*; finem huius orationis incip. *Dieſque noſtros*, &c. fuiſſe additum à Gregorio I. affirmant Ioan. Diacon. *lib.* 2. *de vita S. Gregorij, cap.* 18. & Beda *lib.* 2. *hiſtor. Angl. cap.* 1. De Canone vide alia apud Guzman *dict. part.* 2. *cap.* 10. Scott. *de ſacrific. Miſſæ lib.* 4. *cap.* 8. Roman. *d. lib.* 4. *cap.* 6. Barboſa *d. tract.* 1. *cap.* 47.

Orationem Dominicam à Domino compoſitam cœpit dicere in Miſſa S. Petrus, & deinde cæteri Apoſtol Sot. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. Durand. *lib.* 4. *cap.* 5. ex S. Hieronymo *lib.* 3. *aduerſus Pelag.* contra Innocentium III. *lib.* 4. *de Miſſa cap.* 24. Rupert *lib.* 2. *de diuin. offic. cap.* 21. Radulph. *d. propoſ.* 23. tribuentes illam S. Gregorio. 22.

Pacem dari in Miſſa Innocent. I. & Leo II. ordinauerunt, Durand. *d. lib.* 4. *cap.* 52. Barboſa *d. tract. de ſignificatis myſter. cap.* 74. 23.

Agnus Dei vt à Clero & populo diceretur, Sergius Papa I. inſtituit, Durant. *vbi proximè cap.* 54. *num.* 6. Scort. *d. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 1. Azor. *d. lib.* 10. *cap* 43. *quæſt.* 12. Barboſa *d. cap.* 76. 24.

Ite, Miſſa eſt. Ex Apoſtolica traditione proceſſiſſe conſtat ex Clemens. Roman. *lib.* 8. *conſt. Apoſtolic. cap.* 15. & Cyprian. *lib de ſpectac.* & *antiquiſſimis liturgiis Græcorum*, Barboſ. *de ſignificatis myſterioſ. ſacrif. Miſſæ cap.* 80. 25.

Sub ſpeciebus panis, & vini.] Poſſe Papam ex cauſa vrgenti concedere vt conſecratio Euchariſtiæ, & ſacrificium Miſſæ in vna ſpecie fiat, tenent Turrecremata *in cap. comperimus. de conſecrat. diſt.* 2. S. Antonin. *part.* 3. *ſumm. tit.* 13. *cap.* 6. § 1. Gabr. *in Canon. Miſſæ ſect.* 13. *dub.* 3. Alan. *lib.* 2. *de Euchariſt. cap.* 10. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 19. *q.* 2. Soar. *tom.* 3. *in* 3. *part. S. Tom. diſp.* 43 *ſect.* 4. *verſ. ſecunda ſententia eſt*, quos refert Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap.* 4. *num.* 114. vbi ex Volater. *lib.* 7. *Geographiæ, cap. de Saxonibus*, & Onuphr. *in chronic.* 26.

anno 1490. refert aliquando ſummum Pontif. diſpenſaſſe in quibuſdam regionibus, vt ſine vino fieret conſecratio, quia vinum in eas importatum ob ſummam aëris frigiditatem aceſcit, refert etiam Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 6.

27. ζ *Noui Teſtamenti Sacerdotes.*] Solum Sacerdotem eſſe miniſtrum conſecrationis, docent Card. Bellarm. *lib.* 4. *de Euchar. cap.* 16. Suar. *tom.* 3. *diſp.* 61. *ſect.* 3. Ægid. de Coninck *d. quaſt.* 83. *art.* 1. *num.* 36. Barthol. ab Angel. *dial.* 4. §. 287. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 29. *à num.* 40. Petr. de Ledeſm. *in ſum. part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Euchar. *cap.* 9. *verſ. primera concluſion.* Bonacina *de Sacramentis diſp.* 4. *quaſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 1.

28. ι *Nam celebrato veteri Paſcha,* &c.] Sacramentum Euchariſtiæ inſtitutum fuiſſe finita cœna legali ſeu cæremoniali agni, ex hoc text. colligit Hurtado *de Sacram. tom.* 2. *tract. de Euchariſt. diſp.* 1. *diffic.* 10. *verſ. conueniunt.*

θ *Et hac quidem,* &c.] Sacrificium oblatum à Sacerdote in peccato mortali exiſtenti prodeſſe, & habere ſuum fructum quatenus nomine Chriſti, & Eccleſiæ offertur, tenent Victor. *in ſumm.* vbi de Euchariſtia, *num.* 91. Miranda *in manuali Pralator. tom.* 1. *quaſt.* 41. *art.* 22. Bonacina *dict. diſput.* 4. *quaſt. vlt. puncto* 6. *num.* 3. Habet enim effectum & efficaciam ex opere operato, id eſt independenter à bonitate offerentis, vel eius, pro quo offertur, Ita Barthol. à S. Fauſto *in tract. de Suffrag. lib.* 1. *quaſt.* 4.

ι *Quam Dominus per Malachiam,* &c.] Sacrificium Miſſæ à Malachia *cap.* 1. prædictum eſſe illis verbis, *A Solis ortu,* &c. apertè docet Conc. *in praſenti,* & ex veteribus Patribus probant Azor. *d. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 18. *quaſt.* 7. Ægid. de Coninck *d. quaſt.* 83. *num.* 117. 29.

In Cœna vltima Chriſtus, &c. Vide Emman. de Valle *de incant. & enſalmis, opuſc.* 1. *tract.* 2. *cap.* 11. *num.* 8. 30.

De effectu Sacrificij Miſſa.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Sacrificium Miſſa verè propitiatorium eſt ex opere operato, conferens remiſſionem peccatorum.*
3. *Chriſtus in ſacrificio Miſſa offerens.*
4. *Sacrificium Miſſa aliquo modo mediatè confert primam gratiam.*
5. *Sacrificium Miſſa prodeſt ad remittendam pœnam peccatorum, qua antea erant remiſſa.*
6. *Sacrificium Miſſa conducit vehementer ad remiſſionem, condonationémque peccatorum mortalium.*
7. *Sacrificium Miſſa pro mortuis offerendum, & qualiter eis iuuare poſſit.*
8. *Qualibet Miſſa an aqualiter proſit defunctis, remiſſiuè.*
9. *Sacrificium Miſſa exhibet leuamen, & ſubſidium aliquod certum pœnarum iis, qui ſunt in Purgatorio.*
10. *Miſſas, vel officium defunctorum poteſt quis in humanis ſibi celebrari facere.*
21. *Fideles maiora beneficia ſibi comparant ſi Miſſas curent ſibi celebrari dum viuunt.*

ET quoniam in diuino hoc Sacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit, docet ſancta Synodus, α *Sacrificium iſtud verè propitiatorium* eſſe, β *per ipſumque fieri*, vt ſi cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, γ *& gratiam inueniamus* in auxilio opportuno. ᵃ Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia dimittit; δ *Vna* enim *eadémque eſt hoſtia*, idem nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis cruentæ, inquam, fructus per hanc vberrimè percipiuntur: tantum abeſt, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non ſolum ε *pro* fidelium *viuorum peccatis, pœnis*, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus, ζ *ſed & pro defunctis* in ᵇ Chriſto nondum ad plenum purgatis, ritè iuxta Apoſtolorum traditionem offertur.

ᵃ Auguſt. de ciuitate Dei lib. 10. c. 10.

ᵇ Infrà ſeſſ. 15. in princ.

1. VIde Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 1. *quaſt.* 83. *n.* 107. latè Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 29. *à num.* 149. Bonacina *de Sacram. diſp.* 4. *quaſt. vlt. puncto* 3. Fraxinel. *de Sacerd. obligat. ſect.* 3. *pranot.* 4. §. 2. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract.* 3. *cap.* 15. *num.* 27.

2. α *Sacrificium iſtud verè propitiatorium,* &c.] Vide Origen. *in cap.* 23. *Leuit.* S. Auguſtin. *in quaſt. ſuper Leuit. lib.* 3. *cap.* 57. *tom.* 4. S. Gregor. *lib.* 4. *dialog. cap.* 58. *& homil.* 37. *in Euangelia*, Ambroſ. *lib* 1. *offic.* 48. Paul. Laymann. *in ſumma Theologia moralis lib.* 5. *de Sacramentis, tract.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. Azor. *inſtitutionum moralium part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 20. *à princip.* Balduin. iun. *d. cap.* 5. *à princip.* Cardinal. Bellarmin. *lib.* 2. *de ſacrificio, cap.* 4. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 6. *quaſt.* 11. *puncto* 1. §. 19. Melch. Cano *de locis Theologic. lib.* 12. *cap.* 13. *num.* 9. Ægid. de Coninck *dicta quaſt.* 83. *à num.* 109. Cordub. *lib.* 2. *quaſtion. quaſt.* 3. *notabil.* 4. Pagnin. Gaudent. *de dogmatibus, & ritibus veteris Eccleſia, cap.* 52. Fagundez *in quinque Eccleſia pracepta, pracept.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 16. Petr. de Ledeſma *in ſumma part.* 1. *de Sacramen.* vbi de Euchariſtia, *cap.* 17. *concluſ.* 8. Ioann. de Lugo *de Sacramentis tomo* 1. *tract. de Euchariſtia, diſput.* 19. *ſect.* 9. *num.* 153. *cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 22. *cum ſeqq.* Hurtado *de Sacramentis tomo* 2. *tract. de ſacrific. Miſſa diſp.* 1. *difficult.* 15. Fraxinell. *de Sacerd. obligat. ſect.* 3. *pralud.* 4. §. 2. *numero* 2. vbi ſic ait. Licet enim immediatè, & per ſe peccata mortalia illorum non deleat pro quibus offertur, expiat tamen

men mediatè, & per aliud. id eſt, per pœnitentiam, quam à Deo impetrat, & peccata venialia delet, immediatè quidem in iuſtis hominibus, qui aliquo modo ipſi offerunt, vel curant vt ipſum offeratur, alioquin Miſſa eſſet minoris fructus, quàm ſacramentalia, vt aqua benedicta, &c. quod eſt inconueniens. In iuſtis autem, qui nullo modo offerunt, quando pro eis offertur, venialia extinguit mediatè, id eſt, per Miſſam donum à Deo eis impetratur, quo peccata venialia deteſtantur, vel aliquod aliud remedium adhibent ad peccata venialia delenda inſtitutum, de quo etiam Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de ſacrificio Miſſæ, diſp. 3. diffic. 2. in princ.* dum docet virtute ſacrificij Miſſæ etiam remitti peccata venialia quoad culpam, & intelligit particulam, *etiam*, de qua in præſenti, ſupponere etiam minora, & minima peccata dimitti; & deinde diſputat, an remittantur immediatè, an mediante impetratione auxiliorum?

3. *β Per ipſumque fieri*, &c.] Chriſtum eſſe offerentem in ſacrificio Miſſæ, per hunc text. docet Hurt. *d. tract. de ſacrif. Miſſæ, diſp. 2. diffic. 1. in princ.* vbi etiam diſputat, quomodo Chriſtus offerat, an per ſeipſum proximè, & immediatè, an verò remotè tantùm, & mediantibus Sacerdotibus? Scott. *lib. 2. de ſacrif. Miſſæ, c. 3.* Vaſq. *diſp. 225. c. 1.* Ioan. de Lugo *de Sacr. tom. 1. tract. de Euchar. diſp. 19. ſect. 6. n. 19.*

4. *γ Et gratiam inueniamus*, &c.] Sacrificium Miſſæ aliquo modo mediatè conferre primam gratiam, quatenus ſcilicet Deus intuitu ſacrificij tribuit auxilium ad contritionem, qua remittitur peccatum mortale, docent Soar. *tom. 3. diſp. 79. ſect. 3. concl. 4.* Azor. *d. c. 20. q. 2.* Vaſq. *3. p. diſp. 225. c. 2. n. 10.* Fraxinel. *d. pranot. 4. §. 2. n. 2.* Ægid. de Coninck *d. q. 83. dub. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. n. 151.* Bon. *d. puncto 3. n. 3.* Hurtado *d. tract. de ſacrif. Miſſæ diſp. 3. diffic. 3.* dum dicit augmentum gratiæ habitualis eſſe effectum ſacrificij Miſſæ, ſi pro iuſtis offeratur, & hoc immediatè. Barth. à S. Fauſto *tract. de Suffrag. lib. 1. q. 51.*

δ Vna, eadémque hoſtia, &c.] Vide Paul. Comit. *reſponſ. moralium lib. 1. quæſt. 42.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. c. 2. n. 6.*

5. *ε Pro viuorum peccatis, & pœnis.*] Sacrificium Miſſæ prodeſſe ad remittendam pœnam temporalem debitam propter culpas remiſſas, tenent Nugn. *quæſt. 83. art. 1. §. in 2. part. dub. 4.* Soar. *diſp. 79. ſect. 6.* Azor. *d. c. 20. q. 5.* Vaſq. *in 3. part. diſput. 228. c. 4. n. 26.* Fr. Ludou. Miranda *dicta quæſt. 41. art. 11. in princip.* Fraxinel. *dicta pranotat. 4. §. 2. n. 4. & §. 11. num. 2.* Bonac. *d. diſp. 4. q. vlt. punct. 3. num. 8.* Filliuc. *tract. 5. n. 64. cum ſeqq.* Homob. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 4. cap. 12. quæſt. 107. verſ. quarta.* Ioan. de Lugo *d. diſp. 19. ſect. 9. num. 153. cum ſeqq.* Hurtado *d. tract. de ſacrif. Miſſæ diſput. 3. diffic. 4.* vbi in princip. per hunc text. docet virtute ſacrificij Miſſæ pœnam temporalem exiſtentem poſt remiſſionem culpæ immediatè remitti certò & infallibiliter iuſtis, tam viuis, quàm defunctis, & *diffic. 5.* dicit ſacrificium Miſſæ non tantùm prodeſſe ad impetrationem auxiliorum ad vincendas tentationes, & ad perſeuerandum in gratia, & ad alia bona ſpiritualia, quibus egemus, vt ad gloriam perueniamus, ſed etiam ad impetrationem bonorum temporalium.

6. Et vlteriùs ſacrificium Miſſæ conducere vehementer ad remiſſionem, condonationémque peccatorum mortalium, non mediatè quidem, & ex opere operato, id eſt, non impetrando immediatè, & ex ſe, & vi ſua ex opere operato hanc primam gratiam, & remiſſionem peccatorum iis, qui in peccato mort. exiſtunt, & impij ſunt, ſed impetrando illis auxilia opportuna, & donum contritionis, quibus ſufficienter diſponantur ad hunc effectum, reſoluunt Couarr. *in cap. alma mater, part. 1. §. 5. num. 6.* Cordub. *lib. 1. quæſt. 3.* Henr. *lib. 9. cap. 15. in princ.* Soar. *tom. 3. in 3. part. diſp. 79. ſect. 3. verſ. dico quartò,* Fagund. *in præc. 1. lib. 4. cap. 2. num. 15.* Barthol. à S. Fauſto *tract. de ſuffrag. lib. 1. quæſt. 51.* vbi quòd effectus ſacrificij Miſſæ eſt conferre veniam peccatorum, quam quis conſequitur obtinendo à Deo auxilium, quo excitatus ſua peccata legitimè deteſtatur, & primam gratiam obtinet. Vtrùm ſaltem peccata venialia ex opere operato ſacrificium Miſſæ remittat agentibus, & condonet, vide eundem Fagundez *d. lib. 4. cap. 4.*

ζ Sed & pro defunctis.] Miſſæ ſacrificium pro mortuis offerendum, & qualiter eis iuuare poſſit, docent Cardin. Bellarm. *contron. 3. de Miſſa lib. 2. cap. 7.* Henriq. *in ſum. lib. 9. de Miſſa, c. 16. §. 1.* Azor. *d. lib. 10. cap. 22. quæſt. 4. & 10.* Petr. Soto *de Euchariſt. lect. 7.* Caſal. *lib. 2. de ſacrific. cap. 8.* Cardin. Bellarm. *lib. 2. de Miſſa, cap. 4. & 7.* Valer. Reginald. *d. lib. 29. num. 132. & 153. verſic. in vita,* Moiſeſ. *in ſum. Theologia moralis, tract. 3. cap. 8. num. 79.* Steph. Durant. *de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 43.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. de Sacram.* vbi de Euchariſt. *cap. 17. concl. 21.* Fr. Lud. Miranda *d. q. 41. art. 5. concl. 3. & 7.* Bonac. *d. diſp. 4. quæſt. vlt. puncto 4. n. 3.* Iul. Lauor. *de Iubil. & indulgent. part. 2. cap. 30. à num. 101.* Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. cap. 11. num. 3. cum ſeqq. & lib. 4. cap. 1. num. 18.* Torrebiane. *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 8. à num. 28.* Ego ipſe *in collect. ad cap. cum creatura 11. num. 2. de celebr. Miſſar.* 7.

An autem quælibet Miſſa æqualiter proſit defunctis? vide Barthol. à S. Fauſto *de Suffrag. lib. 1. quæſt. 59.* vbi reſoluit ex opere operato, id eſt, quantum ad valorem ſacrificij oblati, quamlibet Miſſam æqualiter defunctis prodeſſe, id eſt, ita valere Miſſam de Sancto, puta de ſancto Carolo, vel de B. Virgine, vel de feria pro defunctis, ſicut Miſſa de Requie: ratione verò operis operantis, id eſt, ratione precum, & orationum, quæ in Miſſa dicuntur ad hunc effectum plus valere pro defunctis Miſſam de Requie, quàm quamlibet aliam Miſſam, & *quæſt. 60.* reſoluit Miſſam dicendam in Altari priuilegiato pro defunctis neceſſariò non debere eſſe de Requiem. 8.

Et iis, qui ſunt in Purgatorio gratia Dei, & charitate præditis (cùm nondum terminum ad triumphum gloriæ ſint adepti, & exinde ad militantem Eccleſiam pertineant) ſemper aliquod certum pœnarum leuamen, & ſubſidium Miſſam exhibere ſatis probabiliter & piè docuerunt S. Thom. *in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. ad 3.* Petr. Sot. *lect. 7. de Euchar.* Damaſ. Lindan. *lib. 4. Panopl. cap. 51.* Staniſl. Hoſ. *in Confeſſ. cap. 41.* Couarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 5. n. 11.* Azor. *d. cap. 22. quæſt. 10.* Soar. *d. diſp. 79. ſect. 10.* quos refert & ſequitur Fraxinel. *d. pranot. 4. §. 11. num. 2.* 9.

An autem quis in humanis poſſit ſibi celebrari facere Miſſas, vel officium defunctorum? Affirmat Zerol. *in praxi Epiſc. p. 2. verb. Miſſa, §. 10.* Dummodo dicantur orationes, quæ demonſtrant aliquem iam mortuum, me citato in hoc loco, Homob. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 4. cap. 14. quæſt. 127.* 10.

Vnde aduertit Fraxinel. *d. pranot. 4. §. 3. in princ.* fideles maiora beneficia ſibi comparare ſi Miſſas curent ſibi celebrari dum viuunt, quàm ſi eas poſt mortem ſibi inſtituant. Nam Miſſæ pro aliquo dictæ poſt mortem ſolùm ſatisfactoriæ ſunt pro pœnis, quas animæ luunt in Purgatorio: at in vita pro aliquo celebratæ non ſolùm ſatisfactoriæ ſunt, ſed etiam propitiatoriæ, meritoriæ, & impetratoriæ, & ſic iuuant in vita, & poſt mortem, immo tanta eſſe 11.

poſſunt ſacrificia in vita alicuius oblata, vt totam pœnam, quæ illi in Purgatorio debebatur, expient, ac deleant, ita vt ille decedens cœlum ſtatim conſequatur, & ita appoſitiſſimè dicit D. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 58. *Tutior eſt via vt bonum quod quiſque poſt mortem ſuam ſperat agi per alios, ipſe dum viuit per ſe: beatius quippe eſt liberum exire, quàm poſt vincula libertatem quærere.* Vide Homob. de Bonis *d. tract. 4. cap. 14. quæſt. 128.*

Sacerdos in Miſſæ ſacrificio, &c.] Vide Sot. *in 4. diſt. 13. quæſt. 1. art. 1.* Ludou. Miranda *d. tom. 1. quæſt. 41. art. 2.*

Quod Sacrificium Miſſæ ſoli Deo offertur.

CAPVT III.

a Auguſt. de ciuitate Dei lib. 8. c. 27.

ET quamuis [a] in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Miſſas Eccleſia celebrare conſueuerit, non tamen illis ſacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli, qui illos coronauit, vnde nec Sacerdos dicere ſolet, Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, ſed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

VIde Homoboo. de Bonis *de examine eccleſ. p. 1. tract. 4. cap. 14. quæſt. 112.* Miſſam dici de Sancto, non quòd offeratur, ſed vt inuocetur, colatur, & honoretur ſpecialiter, & ad gaudium quoddam accidentale, quatenus Sanctus gaudet honore, qui in ſui memoriam Deo exhibetur, tradunt Henriquez *in ſumm. lib. 9. cap. 14. §. 2.* Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 10. cap. 22. quæſt. 5.* Card. Bellarm. *lib. 2. de Miſſa cap. 8.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 41. art. 5. concl. 6.* Soar. *tom. 3. diſp. 78. ſect. 3.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 1. q. 83. art. 1. dub. 9. n. 158.* quos refert Bonac. *de Sacram. diſp. 4. quæſt. vlt. puncto 4. n. 8. de ſacrific. Miſſæ lib. 2. cap. 13.* Ludou. de Ponte *de perfect. tom. 4. tract. 2. cap. 1.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis tract. 3. cap. 15. n. 14.* Homoboo. de Bonis *citato loco.*

De Canonis Miſſæ antiquitate, & auctoritate,

CAPVT IV.

ET cùm ſancta ſanctè adminiſtrari conueniat, ſitque hoc omnium ſanctiſſimum ſacrificium Eccleſia Catholica vt dignè reuerentérque offerretur, ac perciperetur, ſacrum Canonem multis ante ſæculis inſtituit, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo contineatur, quod non maximè ſanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentéſque offerentium in Deum erigat. Is enim conſtat cum ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum traditionibus, Sanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus.

VIde Vigil. Papam *epiſt. 2.* quæ eſt ad Eleutherium, in qua ſcriptum reliquit Canonem haberi ex Apoſtolorum traditione, Gabr. *in Canonem Miſſæ*, VValfrid. *de rebus Eccleſiæ cap. 22.* Microlog. *de Eccleſiaſt. obſeruat. cap. 12.* Card. Bellarm. *lib. 1. de Miſſa, cap. 20.* Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap. 32. n. 6.* Serran. *in expoſit. Miſſæ ſacroſanct. part. 2. num. 16.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. part. 2. lib. 4. cap. 9. in princip.* & præcipuè *in verſ. porrò Canon.* Joann. de Lugo *de Sacramentis, tom. 1. tract. de Euchariſt. diſput. 19. ſect. 10. num. 177.*

Qua ratione cæremoniæ, veſtes, & alia, quæ ad Miſſam attinent, ſtatuta ſint.

CAPVT V.

a Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 10. humana autem anima.

CVmque [a] natura hominum ea ſit, vt non facilè queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli, propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, vt ſcilicet quædam ſubmiſſa voce, alia verò elatiore, in Miſſa pronunciarentur, inſtituit. Cæremonias item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliáque id genus multa, ex Apoſtolica diſciplina & traditione, quo & maieſtas tanti Sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia religionis & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

VIde Sot. *in 4. diſt. 13. quæſt. 1. art. 4.* Alcuin. *de diuinis offic. tit. quid ſignificent veſtimenta.* Diego de Guzman *de la excelencia del ſacrificio de la ley Euangel. part. 2.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 33. litt. A.* Iacob. de Graff. *in aureis dec part. 1. lib. 2. c. 41.* Bonac. *de Sacram. diſp. 4. quæſt. vlt. puncto 9. n. 20. & diſput. 8. quæſt. unica puncto 5. à numero 43.* Soar. *tom. 3. diſp. 82. ſect. 2. & 3.* Barth. ab Angelo *de Miſſa dial. 5. num. 168. cum ſeqq.* Nugn. *quæſt. 83. art. 3. dub. vlt.* Molfeſ. *in ſum. Theologia moral. tract. 3. cap. 10. num. 9. & cap. 12. à num. 25.* Balduin. iun. *ſuper opera controu. Bellarmini part. 2. lib. 4. cap. 8. de cærem. Miſſæ,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. à n. 159. cum ſeqq.* Ragne. *de Miſſa in Eccleſia q. 39.* Serran. *in expoſit. Miſſæ ſacroſancta, prælat. 2.* De Altaris, Cereorum, ſacrorum vaſorum, ac veſtium vſu, antiquitate,

quitate, & ſignificatione, latè Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 23. & noniſſimè frater meus Simon Vaz Barboſa *de ſignificatis myſterioſis officij diuini & ſacrificij Miſſæ*, vbi à *cap.* 12. *cum multis ſeqq.* plura de ſignificatione veſtium ſacrarum, & à *cap.* 30. de cæremoniis Miſſæ.

Miſſa etiam ea, in qua nullus præter Sacerdotem, qui eſt publicus miniſter, ſacramentaliter communicat, eſt publica, ſitque pro toto corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia.

CAPVT VI.

OPtaret quidem ſacroſancta Synodus, a *vt in ſingulis Miſſis fideles adſtantes* non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam Euchariſtiæ perceptione communicarent, quò ad eos ſanctiſſimi huius ſacrificij fructus vberior proueniret: nec tamen, ſi id non ſemper fiat, a propterea Miſſas illas, quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, vt priuatas, & illicitas, damnat, ſed probat, atque adeò commendat, ſiquidem illæ quoque Miſſæ, verè communes cenſeri debent, partim, quod in eis populus ſpiritualiter communicet, partim verò, quod à publico Eccleſiæ miniſtro non pro ſe tantùm, ſed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Chriſti pertinent, celebrentur.

a Alioqui nec Fabianus de conſec. diſt. 1. Et ſi non nec Conc. Eliberti. de conſecr. diſtict. 2. cap. Omnis homo: nec r. Tolet. c. 13. probaſſet. certis tantum temporibus communicantes.

VIde Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta præcept.* 1. *lib.* 3. *num.* 14. Ioann. Sanchez *in ſelectis diſp.* 30. *n.* 8. vbi colligit ex hoc decreto vberiorem fructum ex ſacramentali perceptione, quàm de ſpirituali prouenire, & ex Vaſquez *de Euchariſtia, diſp.* 212. *num.* 4. errorem putat in Fide aſſeuerare, eoſdem effectus percipi ex Sacramento Euchariſtiæ in voto, atque in re ſuſcepto: addit non obſtare quòd ſuprà *ſeſſ.* 13. *cap.* 8. dicatur ſuſcipientes Sacramentum in voto fructum eius. & vtilitatem ſentire: eſt enim ſenſus quòd fructum eius deſiderij Sacramentum ſuſcipiendi, & vtilitatem ſentiant; quod acutè obſeruauit Vaſquez *loco citato*, ex Euchariſtia quidem in voto nullus fructus percipitur, niſi fructus ipſius operis meritorij, ſcilicet deſiderij Euchariſtiæ.

a *Vt ſingulis Miſſis fideles adſtantes*, &c.] Expreſsè Concilium in præſenti ſupponit eſſe conueniens, laudabile, & conſulendum, vt quotidie Euchariſtiam ſumant Fideles, dum optat, vt in ſingulis Miſſis adſtantes communicent, quod ſic intellexit ſacra Congreg. Cardinalium in declar. quæ habetur *vol.* 4. *deciſ. Rotæ*, prout illam referunt Ioann. Sanc. *in ſelect. diſp.* 22. *ſub n.* 19. & Hurtado *de Sacramentis, tom.* 1. *tract. de Euchariſt. diſput.* 9. *diffic.* 22. *verſ. Recentiores*, in hæc verba, *Obſtat Concilium Trident. Epiſcopo volenti præſcribere certa tempora, vt dies Dominicos, quartam, & ſextam feriam, quibus tantùm liceat viris laicis, coniugatis, negotiatoribus, & mulieribus, etiam non coniugatis ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumere etiam ob irreuerentiam, quam poteſt quotidiana huius Sacramenti ſumptio in ſua diœceſi parere. Hoc fuit deciſum in menſe Ianuary* 1587. *obſtare, quia antiquis temporibus peracta conſecratione omnes adſtantes ſumebant Euchariſtiam, & ideo licitum eſt quotidie Euchariſtiam ſumere*, c. quotidie, de conſecr. diſt. 1. *Quare exhortandi ſunt Fideles, vt ſicut quotidie peccant, quotidie medicinam accipiant*, c. quotieſcumque, de conſecr. diſt. 2. Vnde multis ad id adductis auctoritatibus, & rationibus moti licitum eſſe, imò magis expediens quotidie ſacram Euchariſtiam ſuſcipere illum, qui ſe paratum inuenerit, purum abſque peccato, & in gratia, aſſerunt R. P. Philipp. Bernal. ex Ordine Præmonſt. meus amiciſſimus in libro Conceptionis B. Virginis *diſc.* 3. *fol.* 40. Anton. Ferrer. *in guia del camino para Ieſus p.* 3. *dial.* 5. *fol.* 80. Gabr. *in canone Miſſæ lect.* 87. *lit. P.* Labata *in locis commun. verb. Euchariſtia prop.* 18. 22. & 28. vbi reprehendit concionatores Communionem quotidianam diſſuadentes. Chriſtoph. Moreno *en Iordanas para el Cielo, tom.* 4. *cap. vlt. in fine*, Viuald. *in candelab. aureo tract. de Euchariſt. num.* 139. latè & doctè Ioann. Sanc. *in ſelect. diſp.* 22. *n.* 7. *cum ſeqq.* Verùm multo plures Doctores eius iudicij ſunt quòd communiter loquendo non expediens ſit laïcis quotidiana Communio, tum ob maximam reuerentiam tanto Sacramento debitam, tum vt digniùs, & deuotius ſumatur: quia tanta ſumptionis illius frequentia ab eo, qui abſque magna deuotione & præparatione (qualis regulariter non reperitur in omnibus cuiuſcumque ſtatus) illud ſumit non congruit maximæ reuerentiæ tanto Sacramento exhibendæ, vileſceret enim quodammodo ob tantam ſumptionis frequentiam abſque magna præparatione. Ita Sot. *in* 4. *diſt.* 12. *art.* 10. *concl.* 3. vbi quòd non conſuleret ſecularibus coniugatis, qui rei familiari inſeruiunt, licèt à peccatis mort. ſint liberi, frequentius quàm decimoquinto die ad ſacram menſam accedere. Henriquez *in ſumm. lib.* 8. *cap.* 53. vbi approbat conſilium de communicando ſemel in hebdomada, aut bis in menſe, Fr. Emman. *in ſumm. part.* 1. *cap.* 65. *in fine*, vbi extendit ad ſemel in hebdomada, exceptis perſonis ſingularibus, quæ comparentur ſanctæ Catherinæ, Vega *in ſumm. p.* 1. *c.* 61. *caſu* 2. *e en el eſpejo de Curas tom.* 1. *cap.* 10. *n* 169. & 170. vbi idem dicit Petr. de Ledeſma *part.* 2. *ſumm. tract. de Euchariſt. c.* 14. *concl.* 4. vbi idem ferè tenet Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 60. *ſect.* 4. Vaſquez *tom. de Euchariſt. diſp.* 214. *cap.* 3. *num.* 27. idem ſentientes Petr. Ochagauia *tract.* 2. *de Euchariſt. q.* 16. *num.* 4. Villalob. *in ſumm. tract.* 7. *diffic.* 41. Ioann. de la Cruz *de Euchariſt. dub.* 6. *concluſ.* 2. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 4. *q.* 4. *puncto* 2. *n.* 16. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. *n.* 198. & *ſeqq.* Poſſeuin. *de officio Curati cap.* 8. *n.* 10. Hurtad. *de Sacram. tom.* 2. *tract. de Euchar. diſp* 9. *diffic.* 22.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Ex hoc text. colligit Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſc. p.* 4. *caſu* 14. *verſ. confirmatur hoc ex Concilio*, quòd ſcilicet quilibet Sacerdos poteſt Euchariſtiam adminiſtrare abſque peccato ſæpiùs communicanti voluntariè, & ex deuotione. Vide S. Ambr. *lib.* 5. *de Sacram. c.* 4. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 1. *quæſt.* 80. *num.* 79 *cum ſeqq.* Iacob. de Graff. *de arbitr. confeſſ. lib.* 1. *cap.* 30. Victorel. *in notis ad Nauar. in man. cap.* 41. *pag.* 110. Lorin. *in Act. Apoſt. c.* 2. *verſ.* 32. *pag. mihi* 136. Ioann. de Lugo *de Sacram. tom.* 1. *tract. de Euchariſt. diſp.* 17. *ſect.* 1. *n.* 1.

Cauſæ plures aſſeruntur ob quas præceptum ſit Sacerdotibus, vt aquam vino in Calice offerendo miſcerent.

CAPVT VII.

a Carthag. c.4. & Bracear.3. cap.1. ex Cypriano epiſt.5. b Apoc.17. MOnet deinde ſancta Synodus præceptum eſſe a ab Eccleſia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent, tum quòd Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur, tum quia è latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cum b aquæ in Apocalypſi beati Ioannis populi dicantur, ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vnio repræſentatur.

VIde Gulielm. Durand. *in rationali diuin. offic. lib.4. cap.30.* S. Thom. *in 3. p.q.74. art.8.* vbi Nugn. *verſ. ſit igitur concluſio,* Steph. Durant. *de ritibus Eccleſiæ lib.2. c.17.* Henriq. *in ſum. lib.9. c.47. §.17. & 18.* Vinald. *in candel. aureo,* vbi de Euchar. *c.10. n.3.* Iodoc. Cocc. *in tom.2. theſauri Cathol. lib.6. art.14.* Iacob. de Graff. *in aureis dec. part.2. lib.1. c.6. n.17.* Barthol. ab Angelis *in examine Confeſſ. dial.4. §.355.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.10. c.3. verſ. altera quæſtio,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.1. de Sacram.* vbi de Euchariſtia, *c.4. concl.16. & 17.* Vaſq. *in 3. p. diſp.176. n.13. & diſp.179. num.11.* Molf. *in ſumm. Theolog. moral. tract.3. c.2. n.37.* Ægid. de Cooninck *de Sacram. tom.1. q.74. art.6. num.128.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.4. q.2. puncto 4. num.4.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſt. tract.4. cap.10. q.85. & 86. & 87.* Faguudez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.3. lib.1. cap.4.* quorum duo vltimo loco citati quærunt, vtrùm aqua immediatè in ſanguinem Chriſti conuertatur, & an ſi vinum, vel aqua vino conſecrato admiſceatur, totum conſecretur? Nouiſſimè Ioann. de Lugo *tom.1. tract. de venerabili Euchar. diſp.4. ſect.2. à n.22.* Hurtado *de Sacram. tom.1. de Euchariſtia, diſp.2. diffic.10. cum ſeqq.* vbi diſputat, an expediens ſit aquam vino conſecrando miſcere, & *diffic.11.* vtrùm aquam vino conſecrando miſcere ſit neceſſarium neceſſitate præcepti, & *diffic.12.* an mixtio aquæ.

Miſſa non dicenda vulgari lingua, eius tamen myſteria populo ſunt frequenter inculcanda per animarum curatores.

CAPVT VIII.

1. *Miſſa quid, remiſſiuè.*
2. *Miſſa celebrari non poteſt materna, & vulgari lingua.*

ET ſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire viſum eſt Patribus, *a vt vulgari paſſim lingua celebraretur.* Quamobrem retento vbique cuiuſque Eccleſiæ antiquo, & à ſancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum matre, & magiſtra, probato ritu, ne oues Chriſti eſuriant, neve parvuli panem petant, & non ſit qui frangat eis: mandat ſancta Synodus paſtoribus, & ſingulis curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Miſſarum celebrationem, vel per ſe, vel per alios ex iis quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant, a atque inter cætera ſanctiſſimi huius ſacrificij myſterium aliquod declarent, diebus præſertim Dominicis, & feſtis.

Thren.4. a Seſſ.14. cap.7.

1. DE expoſitione Miſſæ breuiter agit Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.4. c.47.*

2. a *Vt vulgari paſſim lingua celebretur.*] Materna, & vulgari lingua Miſſam celebrari non poſſe per hunc text. tenent Petr. Sot. *lect.15. de carem. Miſſæ,* Card. Bellarm. *tom.1. lib.1. cap.2. verſ. propoſitio,* Balduin. Iun. ad eundem *ſub verbo propoſitio, verſ. probatur tertiò, pag. mihi 13.* Barthol. ab Angelo *dial.5. de Miſſa, §.461.* Azor. *inſt. moral. p.1. lib.8. c.26. q.6. verb. verum,* Bonac. *de Sacram. diſp.4. q. vlt. puncto 9. n.36.* Emman. de Valle *de incant. & enſalm. opuſc.1. ſect.2. c.6. num.34.*

De Sacrificio Miſſæ.

1. *Sacrificium verum, & proprium, offertur Deo in Miſſa, qui ſecus dixerit, anathema.*
2. *Chriſtus illis verbis, hoc facite in meam commemorationem, inſtituit, & ordinauit Apoſtolos Sacerdotes vt ipſi, aliique Sacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum.*
3. *Sacrificium Miſſæ eſt propitiatorium, & offerri debet pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus.*
4. *Per Miſſæ ſacrificium non derogatur ſanctiſſimo Chriſti ſacrificio in Cruce peracto, qui ſecus dixerit, anathema.*
5. *Miſſæ celebrantur in honorem Sanctorum.*
6. *Canonem Miſſæ errorem continere ſi quis dixerit, anathema.*
7. *Miſſas in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe ſi quis dixerit, anathema.*

a CANON I.

1. Cor.11. SI quis dixerit, in Miſſa non offerri Deo verum & proprium ſacrificium, aut quod offerri non ſit aliud, quàm nobis Chriſtum ad manducandum dari, anathema ſit.

β CANON

β Canon II.

Lucæ 22. Si quis illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes; aut non ordinaſſe, vt ipſi aliique Sacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum, anathema ſit.

γ Canon III.

Si quis dixerit, Miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel ſoli prodeſſe ſumenti, neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus offerri debere, anathema ſit.

δ Canon IV.

Si quis dixerit, blaſphemiam irrogari ſanctiſſimo Chriſti ſacrificio in Cruce peracto, per Miſſæ ſacrificium, aut illi per hoc derogari, anathema ſit.

ε Canon V.

Si quis dixerit, impoſturam eſſe, Miſſas celebrare in honorem Sanctorum, & pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda, ſicut Eccleſia intendit, anathema ſit.

ζ Canon VI.

Si quis dixerit, canonem Miſſæ errores continere, ideóque abrogandum eſſe, anathema ſit.

η Canon VII.

Si quis dixerit, cæremonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis, quàm officia pietatis, anathema ſit.

θ Canon VIII.

Si quis dixerit, Miſſas, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideóque abrogandas, anathema ſit.

1. α Canon I.] Vide Stephanum Durant. *de ritibus Eccleſ. lib. 2. c. 2. fol.* 105. Iodoc. Cocc. *in theſauro Cathol. tom. 3. lib. 6. art. 4.* Vaſq. *in 3. p. tom. 3. diſp. 222. n. 15.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. c. 8. q. 4.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract. 3. c. 8. n. 24.* Hurtado *de Sacrament. tom. 2. tract. de ſacrific. Miſſæ diſp. 1. diffic. 2.*

2. β Canon II.] Vide S. Auguſt. *lib. 10. de ciuitate Dei c. 20.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 20. c. 8. q. 4.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 1. de diuino cultu, c. 3. num. 9.* Iodoc. Cocc. *in theſauro Cathol. tom. 2. lib. 6. art. 4.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 3. c. 8. n. 24. & c. 14. num. 11.* Filliuc. *in quæſt. moral. tract 5. c. 2. n. 33.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta lib. 3. c. 4. n. 10.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract 4. c. 2. q.* 108.

3. γ Canon III.] Vide Vaſq. *in 3. part. tom. 3. diſput. 228. n. 3.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom 1. quæſt. 83. n. 161.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 19. n. 49.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract. 3. cap. 15. num. 34.* Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 5. n 43 & 50.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt 41. art. 5. concl. 1.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 4. q. vltima, puncto 4. n. 6.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. c. 11. n. 3.* Paul. Layman. *in ſumma Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. c. 2. n. 5.* Hurtado *de Sacrament. tom. 2. tract. de ſacrif. Miſſæ, diſp. 2. diffic. 15. & diſp. 2. diffic. 4.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap. 8. n. 22. cum ſeqq. & n. 28.*

δ Canon IV.] Vide Soar. *tom. 3. diſput. 69. ſect. 2. dub. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 59.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 3. cap. 8. num. 23.* 4.

ε Canon V.] Vide Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 3. cap. 12. num. 26.* & citatos *ſuprà cap 3.* 5.

ζ Canon VI.] Vide Henriquez *in ſumma lib 9. c. 31. §. 2.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis tract. 5. c. 12. num. 26.* & citatos *ſuprà c. 4.* Ioann. de Lugo *de Sacrament. tom. 1. tract. de Venerabili Euchariſt. Sacramento, diſp. 19 ſect. 10. n. 177.* 6.

η Canon VII.] Vide Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 38. littera A.* & citatos *ſuprà c. 5.*

θ Canon VIII.] Vide Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. c. 30. quæſt. 1. verſ. altera quæſtio eſt*, Baldu in. Inn. *ſuper opera controuerſ. Bellarmin. part. 2. lib. 4. cap. 7.* Raguc. *de Miſſa in Eccleſia, quæſt. 41. in fine,* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 3. cap. 7. num. 11.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom 1. tract. 4. cap. 9. num. 244.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta lib. 3. cap. 3. num. 14.* 7.

Decretum de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ.

1. *Miſſas nouas cantantibus nihil dandum.*
2. *Miſſas nouas celebrantes non poſſunt circumire Eccleſiam ad oblationes accipiendas.*
3. *Sacerdoti licet de iuſto ſtipendio pro Miſſis ad ſui ſuſtentationem paciſci.*
4. *Miſſæ tot abſolutè celebrari debent, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint.*
5. *Miſſam qui ſuſcipit celebrandam cum certa eleemoſyna, non poteſt eandē Miſſam alteri celebrandā committere, parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta.*
6. *Miſſas ab offerente præſcriptas celebrare tenentur Sacerdotes accipientes ſtipendium minùs congruum.*
7. *Miſſa vna non poteſt quis duabus obligationibus ſatisfacere.*
8. *Epiſcopus præſcribere debet eleemoſynam congruam vbi teſtator reliquerit vt celebretur certus Miſſarum numerus.*
9. *Eccleſiæ, & loca pia ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum nullam vtcunque minimam portio-*

nem retinere poſſunt.

10. *Sacerdos non poteſt pro vna Miſſa duplices eleemoſynas recipere.*
11. *Parochi in illis diebus, quibus Miſſam tenentur celebrare, non poſſunt pro ea manualem eleemoſynam recipere.*
12. *Beneficij Rector non tenetur Sacerdoti celebranti pro ſe dare ſtipendium ad rationem redditnum beneficij.*
13. *Eleemoſynas Miſſarum celebrandarum non poſſunt adminiſtratores Eccleſia accipere ſi illis nonniſi poſt longum tempus ſatisfacere valent.*
14. *Epiſcopi in ſuis diœceſibus interdicere debent ne cui vago & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat.*
15. *Miſſa ſacrificium extra Eccleſiam peragi non debet.*
16. *Priuilegium Epiſcoporum, quod cum Altari portatili celebrare poſſint, & ſibi facere celebrari, eſt ſublatum per hoc decretum.*
17. *Licentia, quam Epiſcopus concedere poterat, vt in ſua diœceſi extra locum ſacrum in Altari portatili quis celebraret, eſt reuocata per hoc decretum.*
18. *Epiſcopus ex iuſta cauſa poteſt concedere facultatem celebrandi extra Eccleſiam.*
19. *Licentia conceſſa Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus celebrandi in Altari portatili ſunt reuocata.*
20. *Miſſa extra Eccleſiam, & locum ſacrum ad id ſpecialiter deputatum non poteſt celebrari.*
21. *Oratoria in particularium duntaxat domibus exiſtentia comprebenduntur ſub hoc decreto.*
22. *Eccleſia, vel Capella publica non comprehenduntur hoc decreto.*
23. *Muſica laſciuum quid aut impurum miſcentes, & vana ac profana colloquia ab Eccleſiis arcenda.*
24. *Muſica inſtrumenta in Eccleſia licita.*
25. *Miſſa celebranda tempus.*
26. *Miſſam in propria Eccleſia celebrare debet parochus, & non in alia.*
27. *Miſſas duas feſtis diebus poteſt parochus ob defectum Sacerdotum ex conceſſione Epiſcopi celebrare.*
28. *Miſſas celebrare ante celebrationem Miſſa in Eccleſia parochiali non prohibetur Regularibus in ſuis Eccleſiis.*
29. *Epiſcopus non poteſt concedere licentiam vt quis celebrare poſſit Miſſam cum Barettino.*
30. *Miſſarum & candelarum certus numerus ſuperſtitioſus ab Eccleſia remouendus.*
31. *Parochus tenetur populum monere vt frequenter ad ſuas parochias ſaltem diebus Dominicis & maioribus feſtis accedant.*
32. *Regulares cogere poteſt Epiſcopus vt in offertorio Miſſarum conuentualium in diebus Dominicis declarent fidelibus, quæ feſtiuitates & ieiunia in illa hebdomada occurrant.*
33. *Feſtos dies, & ieiunia in ſuis Eccleſiis annuntiare nullatenus prohibentur Regulares.*
34. *Regularibus non eſt prohibitum inter Miſſarum ſolemnia vertere ſe ad populum, & generalem confeſſionem pro eo facere.*
35. *Ordinarius non poteſt prohibere Regularibus ne Miſſas celebrent, & campanas pulſent in ſuis Eccleſiis ante celebrationem Miſſæ in Eccleſia parochiali.*
36. *Regularibus licet celebrare Miſſam in Eccleſia ſæculari de conſenſu Rectoris eiuſdem Eccleſia.*
37. *Regulares non poſſunt in Sabbato ſancto benedicere domos.*

QVanta cura adhibenda ſit, vt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, quiuis facilè exiſtimare poterit, qui cogitarit, maledictum in ſacris literis eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. (Hier. 48.) Quod ſi neceſſariò fatemur, nullum aliud opus adeò ſanctum, ac diuinum à Chriſti fidelibus tractari poſſe, quàm hoc ipſum tremendum myſterium, quo viuifica illa hoſtia, qua Deo patri reconciliati ſumus, in altari per Sacerdotes quotidie immolatur, ſatis etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendam eſſe, vt quanta maxima fieri poteſt interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori deuotionis, ac pietatis ſpecie peragatur. Cum igitur multa iam ſiue temporum vitio, ſiue hominum incuria, & improbitate irrepſiſſe videantur, quæ à tanti ſacrificij dignitate aliena ſunt, vt ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam & fidelis populi ædificationem reſtituatur, decernit ſancta Synodus, vt Ordinarij locorum & Epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere ſedulo curent, ac teneantur, quæ vel auaritia, idolorum ſeruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix induxit. (Ephes. 5.) Atque vt multa paucis comprehendantur, in primis, quod ad auaritiam pertinet, cuiúſvis generis mercedum conditiones, pacta, α *& quidquid pro Miſſis nouis celebrandis datur*, necnon importunas, atque β *illiberales eleemoſynarum exactiones* potius quam poſtulationes, aliáque huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omnino prohibeant. Deinde, vt irreuerentia vitetur, ſinguli in ſingulis diœceſibus interdicant, γ *ne cui vago, & ignoto Sacerdoti* Miſſas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publicè, & notoriè criminoſus ſit, aut ſancto altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant, δ *néve patiantur* * *priuatis in domibus*, ε *atque omnino extra Eccleſiam*, & ad diuinum tantùm cultum ζ *dedicata Oratoria*, ab eiſdem Ordinariis deſignanda, & viſitanda ſanctum hoc ſacrificium à ſæcularibus, aut regularibus quibuſcumque peragi, ac niſi prius qui interſint, decenter compoſito corporis habitu, declarauerint ſe mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non ſolùm corpore adeſſe. η *Ab Eccleſiis verò muſicas eas*, vbi ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, aut impurum aliquid miſcetur, item ſæculares omnes actiones, vana, atque adeò prophana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores arceant, vt * domus Dei verè domus orationis eſſe videatur, ac dici poſſit. Poſtremò, ne

(Margin notes: α Conc. Laodicen can. 8. Conc. Carthag 2 can. 9. c. ſicut cũ ſeq. cap. hic ergo c. nullus presbyter, & c. clericos de cõſ. diſt. 1. iuxta Conc Laod. c. 18. & Feli. Papã in epiſtol ad omnes Epiſcop. & ante hos Anacletus ep. ſt. 1. — * Matth. 21.)

ne ſuperſtitioni locus aliquis detur, edicto, & pœnis propoſitis caueant, *ß ne Sacerdotes aliis, quàm debitis horis celebrent*, néve ritus alios, alias cæremonias, & preces in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti, & laudabili vſu receptæ fuerint. *ι Quarundam verò Miſſarum, & candelarum* certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera religione inuentus eſt, omnino ab Eccleſia remoueant, doceántque populum, quis ſit, & à quo potiſſimum proueniat ſanctiſſimi huius ſacrificij tam pretioſus ac cœleſtis fructus. *κ Moneant* etiam eundem populum, vt *frequenter* ad ſuas [b] parochias, ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedant. *γ Hæc igitur omnia*, quæ ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Ordinariis proponuntur, vt non ſolùm ea ipſa, ſed quæcumque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi pro data ſibi à ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam, vt delegati Sedis Apoſtolicæ, probibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuiolatè ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant, non obſtantibus priuilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcumque.

b Cap 2. de par. Vide Conn. Agae 21. & 63.

MVlta circa hanc materiam cumulaui nouiſſimè *in meo tract. de officio, & poteſt. Parochi, cap.11.*

1\. *α Et quicquid pro Miſſis nouis celebrandis datur.*] De nihil dando cantantibus Miſſas nouas, vide Nauar. *de orat. miſcel.56.n.5.* Gutier. *canon lib.1. cap.29.*

2\. Miſſas nouas celebrantes poſſe ſe tantùm in medio Altaris ad populum vertere, & oblationes ſponte factas recipere, non autem circumire Eccleſiam hac de cauſa, referunt deciſum Zerol. *in prax. Epiſc. p 2. verb. Miſſa, verſ. ſecundò*, Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Miſſa 6.*

3\. *ß Illiberales eleemoſynarum exactiones, &c.*] Sacerdoti licere de iuſto ſtipendio pro Miſſis ad ſui ſuſtentationem paciſci, dummodò expreſsè declaret ſe non pro Miſſæ officio, ſed pro neceſſaria ſuſtentatione illud exigere, ne ſpeciem quandam negotiationis, atque adeò ſcandalum imperitis exhibeant, tradunt Aragon. *de iuſtit. & iure quæſt.*100. *de ſimon. art.*2. Leſſ. *de iuſtit. lib.2.c.35.dub.8.n.48. cum ſeqq.* Homobon. de Bonis *de examine Eccl. p.1. tract.4. cap.13.n.116. in fine*, Fagnndez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.1. lib.4.c.8. n.2. & 3.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.1. tract. de Venerabili Euchariſt. Sacramento diſp.21, ſect.1. n.1. cum ſeqq.* Suar. *de Relig. tom.1. lib.4. de Simon. c.21.n.16.* Sanch. *in conſ. moral. tom.1. lib.2. c.3. dub.10.* Hurtado *de Sacrament. tom.2. tract. de ſacrif. Miſſæ, diſp.4. diff.14.* Barth. à S. Fauſto *in tract. de ſuffrag. lib.1. q.64.* Fraxinel. *de obligation. Sacerd. ſect.3. prænot.1. §.5.n.4.* vbi *n.5.* cum Poſſeuin. *de officio Curati, c.2. num.*20. ſubdit ab hoc pacto re vera abſtinendum eſſe, quia non poteſt eſſe ſine lucri auiditate, vel negotiatione, & ſcandalo.

4\. Miſſæ tot abſolutè celebrari debent, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant: quinimo grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur, S. Congr. Concil. *in decretis de celebratione Miſſar. §.2. ſub die 21. Iunij* 1625. poſt meum tract. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, pag.*7. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

5\. Miſſam qui ſuſcipit celebrandam cum certa eleemoſyna, non poteſt eandem Miſſam alteri celebrandam committere parte eiuſdem eleemoſynæ ſibi retenta, ead. S. Congreg. *d. loco*, §.4.

6\. Miſſas ab offerente præſcriptas celebrare tenentur Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum, cùm Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam iuxta qualitatem loci, perſonarum, & temporum, S. Congreg. Conc. *in reſolutionibus dubiorum, quæ de anno* 1626. mota fuerunt ſuper decreta *de celebr. Miſſ. dub.* 3. impreſſa poſt d. meum tract. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, pag.*10. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

7\. Miſſas, qui obligantur celebrare ratione beneficij, ſeu capellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſunt eadem Miſſa vtrique obligationi ſatiſfacere. Eadem S. Congreg. *vbi proximè, dub* 4. Et tenent Gauant. *ad rubricas Miſſal. tom.1. p.3. tit.12. n.5.* Antonin. Diana *moral. reſolut. tom.1. tract. de celebrat. Miſſar. reſ.*80. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi. c.11.n.11.* Quamuis contrarium ſuſtineant Suar. *de Sacrament. diſp.86. ſect.1. & 3.* Vaſq. *diſp.234. cap.6.* Luiſ. Turrian. *in ſelect. diſput. part.2. diſp.31. dub.16.* Alphonſ. de Leone *in tract. de Iubilæo, p.3. q.20. n.27.* Fraxinel. *de oblig. Sacerd. ſect.4. concl.4. §.8.* Bartholo. à S. Fauſto *in tract. de Iubilæo lib.1. q.81.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.1. tract.4. c.14. q.111. & in conſult. caſuum Conſcient. vol.2. p.5. reſp.63.* Ludouic. à Cruce *in expoſit. Bull. Cruciatæ, diſp.3. dubit.19. n.22.* quos refert & ſequitur Ioan. de Lugo *d. tract. de Euchariſt. diſp.21. ſect.21. cum ſeqq.*

8\. Miſſarum numerum ſi teſtator relinquat vt celebrentur pro eius anima abſque vlla præſcriptione eleemoſynæ, tunc ab Epiſcopo, non verò ab hæredibus eſt præſcribenda eleemoſyna congrua, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum ſecundùm morem ciuitatis, vel prouinciæ, ead. S. Congregat. *dub.*5.

9\. Ex eleemoſynis Miſſarum celebrandarum nullam vtcumque minimam portionem retinere poſſunt Eccleſiæ, ac loca pia, ſeu illorum adminiſtratores ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſſarum celebratione, niſi cùm Eccleſiæ, & loca ipſa alios non habent redditus, quos in vſum earundem expenſarum erogare licitè poſſint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debet excedere valorem expenſarum, quæ pro ipſomet tantùm Miſſæ ſacrificio neceſſariò ſunt ſubeundæ, & nihilominus eo etiam caſu curandum eſſe vt ex pecuniis quæ ſuperſunt, expenſis, vt ſuprà, deductis abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas, ead. S. Congr. *dub.*7.

Pro celebratione Miſſæ quando offertur eleemoſyna maior ſolitâ, debet abſolutè is, cui oblata fuerit, eandem integram eleemoſynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illiuſpartem ſibi retinere poteſt, ead. S. Congreg. *dub.*9. & ideò iam ceſſarunt variæ ſcribentium ſententiæ, vt atteſtatur Ioan. de Lugo *d. diſp.21. ſect.2. n.29.*

Sacerdos

10. Sacerdos duplicem eleemoſynam recipiens non poteſt vnica Miſſa ſatisfacere duabus obligationibus, niſi in fundatione expreſsè cautum ſit quòd non teneatur Sacrificium applicare, Sel. *in ſelectis canon. cap.28.n.3.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *in Aretina* 28. *Aprilis* 1619. Vnde nec iam hodie ex prædicta S. Congreg. declaratione licet Sacerdoti pauperi accipere pro vna Miſſa tot ſtipendia, quot ſufficerent ad eius diuinam ſuſtentationem, ex Ioan. de Lugo *d.diſp.*11.*ſect.*1.*n.*27. vbi *n.*28. ſubdit nec id licere vigore priuilegiorum à ſummis Pont. aliquibus Religionibus conceſſorum, cùm à S. Congreg. iam reuocata ſint, & Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffrag. lib.*1.*q.*67.

11. Parochi in illis diebus, quibus Miſſam tenentur celebrare, non poſſunt pro ea manualem eleemoſynam recipere, Sel. *d.c.*28.*n.*4. vbi refert ita fuiſſe decisum *ſub die* 1. *Septembr.* 1619.

12. Beneficij Rector per alium Miſſas celebrare valens non tenetur Sacerdoti celebranti dare ſtipendium ad rationem redditaum beneficij, ſed ſatis eſt vt ei tribuat eleemoſynam congruam ſecundùm morem ciuitatis, vel prouinciæ, niſi in fundatione ipſius beneficij aliud cautum fuerit, S. Congr. Conc. *ſuper decretis de celebrat. Miſſar. dub.*8. refert Ioan. de Lugo *d. diſp.*21.*ſect.*2.*n.*30.

13. Eleemoſynas Miſſarum celebrandarum non poſſunt adminiſtratores Eccleſiæ magnæ deuotionis, & concurſus accipere, ſi iiſdem Miſſis non niſi poſt longum tempus ſatisfacere valeant, niſi de conſenſu eorum, qui eleemoſynas tribuont, ead. S. Congr. *dub.*14.

14. γ *Ne cui vago, & ignoto Sacerdoti*, &c.] Epiſcopi in ſuis diœceſibus interdicere debent, ne cui vago & ignoto ſacerdoti Miſſas celebrare liceat. Azor. *inſtit. moral. p.*1.*lib.*12.*c.*18.*q.*9. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.*2. *alleg.*21. *num.*1. Hieron. Roder. *in compendio quaeſt. regul. reſol.*25. *de celebrat. Miſſa, num.*17. Alzed. *de præcell. Epiſcop. dignit. part.*1.*c.*10.*n.*30. Sanch. *in opuſcul. moral. lib.*7.*c.*1.*dub.*47.*n.*1. & latè *infrà, ſeſſ.*23. *de reformat. cap.*16.

15. δ *Néve patiantur priuatis in domibus*, &c.] Vide Henriq *in ſumm. lib.*8.*c.*36. Gutier. *can. lib.*1.*c.*30. *num.*24. *cum ſeq.* latè Fr. Ioann. de la Crux *de ſtatu Relig. lib.*2.*c.*5.*dub.*.. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.*1. *de Sacrament.* vbi de Euchariſt. *concl.*2. *dub.*1. & 2. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*10. *cap.*26. *à princip.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.*2 *c.*3.*n.*23. *in fine, pag.* 140. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.*1.*q.*83. *n.*123. *cum ſeqq.* Bonac. *de Sacrament. diſp.*4. *q. vlt. puncto* 9.*n.*9. & 10 Paol. Layman. *in Theolog. moral. lib.*5 *tract.*5.*cap.*5.*n.*4. Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.*1.*q.*40.*art.*9. *concl.*3. & 4. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Miſſa, differ.*2. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapolit. p.*4. *deciſ.*78. Hurtado *de Sacrament. tom.*2. *tract. de ſacrific. Miſſa, diſp.*4. *diffic.*6. Tambur. *tom.*3. *de iure Abbatum, diſp.*5 *q.*11.*n.*69. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.*4. *q.*137. vbi ex Nald. *verb. Miſſa, n.*31. & ex *commentar. ſuo de humana vita ſtatu p.*1. *c.*15. *obligat.*4. ſubdit Epiſcopum non poſſe dare licentiam alicui vt domi locum honeſtum habeat, qui per modum ſacelli ſolùm diuino cultui ſeruiat, in quo celebretur.

16. Verùm priuilegium Epiſcoporum quòd cum Altari portatili celebrare poſſint, & ſibi facere celebrari, de quo *in cap. vlt. de priuileg. lib.*6. ſublatum ſit per hoc decretum, dubitat Nauarr. *conſil.*16. *in antiq.* aliàs 5. *in nouis* ſub illo tit. *de priuileg.* Sed ſublatum non eſſe reſoluunt Azor. *d.c.*26.*q.*4. Lud. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p.*4. *caſu* 33. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.*2. *§.*2. *n.*4. Hurtado *de Sacram. tom.*2. *tract. de ſacrific. Miſſa, diſp.*4. *diffic.*6. *verſ. Epiſcopus tamen, in cap. vlt.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.*1. *tit.*18. *l.*7. *de Epiſcopis, n.*73. Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta, præc.*2. *lib.*3 *c.*13.*n.*19. Vaſq. *diſp.*233.*n.*7. Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.*1. *tract. de Euchar. diſp.*20. *ſect.*2. *num.*49 Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.*2. *alleg.*23.*n.*5. Ratio eſt, quia intentio Concilij eſt tollere abuſus, & in Epiſcopis non eſt abuſus, cùm fiat ea cauſa vt quotidie Miſſam audiant, *d. c. fin.* quam non audirent ſi illa priuilegia Epiſcopi derogarentur; & maximè tranſeundo, & itinerando, vel ex cauſa valetudinis, concedit Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. Miſſa, different.*2. *verſ. hac tamen regula*; & ſaltem occaſione peſtis, & belli admittit Sel. *d. cap.*18. *numero* 5. vbi refert ita fuiſſe deciſum *in cauſa Lombardia* 17. *Auguſti* 1630.

Sed an facultas, quam Epiſcopus concedere poterat, vt in ſua diœceſi extra locum ſacrum in Al- 17.
tari portatili quis celebraret, per *cap. Miſſarum, de conſecrat. diſt.*1. ſit reuocata per Concil. in præſenti? Reuocatam eſſe abſolutè tradunt Paul. Fuſc. *de viſit. lib.*1.*c.*21.*n.*8. Nauar. *in man. cap.*25. *num.*81. Gutier. *d. cap.*30 *num.*15. Azor. *d. cap.*26. *quaeſt.*8. Ioan. Valer. *d. differ.*2 *verſ. ſecundò fallit.* Beia *d. caſu* 33. *verſ. tertio dico*, Cardoſ. *in praxi Iudic. verb. Epiſcopus, n.*9. Fagundez *d. cap* 13.*n.*6. Hurtado *d. tract. de ſacrific. Miſſa, diſp* 4 *diffic.*6. *in princ.* Et ſic ad Papam ſolum, & non ad Epiſcopum ſpectare per Concil. Trid. licentias huiuſmodi concedere, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*538. *n. vlt. in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*460. *in fine in* 2. *edit.* Ioan. Valer. *loco proximè citato*, Armendar. *d. lib.*7. *de Epiſc. n.*74. vbi *n.*70. & 71. addit pariter fuiſſe reſolutum non poſſe Ordinarium reſtringere, aut aliquo modo impedire licentias à Sede Apoſtol. conceſſas celebrari faciendi in priuatis Oratoriis, vigore *d. c. Miſſarum*, ſed debere earum formam obſeruare, viſitando tantùm Oratoria ſi decenti loco, ornatóque ſint.

Ex iuſta autem cauſa poſſe Epiſcopum faculta- 18.
tem concedere celebrandi extra Eccleſiam, vel alium locum ſacrum, non obſtante hoc decreto, illud ſolùm pro libito, & ſine iuſta cauſa fieri prohibente reſoluunt Nauarr. *conſil.*16. *in antiq.* aliàs *conſil.*5. *in nouis, de priuileg.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.*17. Luc. Beia *d. caſu* 33. *verſ. tertiò dico*, Zerol. *in praxi Epiſc. part.*1. *verb. Miſſa*, Piaſec. *in ſimili praxi part.*1. *cap.*5. *num.*8. Villalob. *in ſumm. parc.*1. *tract.*8. *differ.*13.*n.*2. *ad fin.* Hieron. Roderic. *in compend. quaeſt. regul. reſol.*9.*n.*5. Bonac. *de Sacrament. diſput.*4. *quaeſt. vlt. punct.*9. *num.*10. Raguc. *de Miſſa in Eccleſia quaeſt.*57.*n.*1. vbi *n.*2. *cum ſeq.* ponit exemplum vrgentis neceſſitatis, videlicet cùm multitudo maximè populi adeſſet in campo, & vellet ac teneretur audire Miſſam, nec adeſſet locus capax, vel cùm ad audiendum maxima populi frequentia confluit, ſeu tempore belli, aut peſtis, Ioan. Valer. *dict. verb. Miſſa, differ.*2. *verſ. vno tamen caſu, & verſ. quartò fallit*, vbi exemplificat quando fiunt ſupplicationes ad parua eremitoria, vel debent celebrari aliquæ Miſſæ nouæ, ad quas maxima multitudo, quam Eccleſia, vel eremitorium capere non poteſt, conuenit, vel quando Eccleſiæ ſunt combuſtæ, & exercitus exiſtit in campo; ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi parc.*2. *alleg.*21. *n.*8.

Contrà Azor. *d. part.*1. *lib.*10. *c.*26. *q.*3. Valer.

Reginald.

Digitized by Google

Reginald. *d. lib.* 29. *num.* 176. Ægid. de Coninch, *de Sacrament. q.* 83. *num.* 221. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 40. *art.* 9. *concl.* 3. *in fine*, exiſtimantes nec iuſta de cauſa poſſe Epiſcopum dare facultatem celebrandi in capella domus priuatæ, & ſub dio, etiam adhibito vtroque Altari, firmo ſcilicet, & portatili.

19. Vtrùm autem licentiæ, ſeu priuilegia conceſſa *in cap. in his* 30. *de priuileg.* per diuerſos ſummos Pontif. Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus celebrandi in Altari portatili ſine alia Ordinariorum licentia in locis, quos degunt, reuocata ſint per hoc decretum? Reuocata eſſe tenent Nauarr. *d. c.* 25. *n.* 82. *in fine*, Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſ. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 3. *verſ. quo etiam decreto*, & *num.* 8. Henriquez *d. c.* 27. §. 3. *in commento litera F.* Soar. *d. diſput.* 81. *ſect.* 3. *verſ. quarta exceptio.* Fr. Ludouic. Miranda *dict. quæſt.* 41. *art.* 9. *concluſ.* 4. Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tract.* 3. *cap.* 10. *num.* 59. Homobon. de Bonis *d. tract.* 4. *quæſt.* 137. Azor. *d. c.* 26. *q.* 7. Ludouic. Beia *d. caſu* 33. *verſic.* & *quamuis*, Ægid. de Coninck *d. quæſt.* 83. *n.* 226. Ioan. Valer. *d. verb. Miſſa, differ.* 2. *in princip.* Raguc. *d. quæſt.* 57. *n.* 1. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 13. *à n.* 16. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 30. *n.* 15. Ego ipſe *dicta alleg.* 23. *n.* 4.

Contrà Fr. Emman. *in ſumma, verb. Miſſa, n.* 36. & *quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 5. Villalob. *in ſumma p.* 1. *tract.* 8. *differ.* 23. *num.* 6. §. *tambien tienen*, Pet. de Ledeſma, & Ioan. à Cruce, quos refert, & ſequitur Portel. *in dubiis Regularibus, verb. Altare, n.* 1. Hieron. Rodetic. *d. reſol.* 9. *num.* 4. Ioan. de Lugo *d. tract. de Euchar. diſput.* 20. *ſect.* 2. *n.* 15. exiſtimantes poſſe hodie Regulares vti dictis priuilegiis, tacentibus, & non contradicentibus Epiſcopis.

20. ꝉ *Neque omnino extra Eccleſiam*, &c.] Vide S. Thom. 3. *p. q.* 83. *art.* 3. *ad* 1. Guilielm. Durand. *in rationali diuinor. Offi. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 41. Petr. de Ledeſma *in ſumma p.* 1. *de Sacrament.* vbi de Euchariſtia, *cap.* 2. Soar. *d. diſp.* 81. *ſect.* 3. & 5. Ioan. de la Cruz *d. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 7. Azor. *d. c.* 26. *q.* 1. Cened. *practic.* & *canonic. quæſt. q.* 44. *à n.* 5. Filliuc. *in quæſt. moralibus tom.* 1. *tract.* 5. *n.* 115. Ioan. Valer. *d. diff.* 2. *in princ. verſ. Miſſa*, Fr. Ludouic. Miranda *d. q.* 41. *art.* 9. *concl.* 1. Raguc. *d. q.* 57. *in princip.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis, p.* 4. *c.* 5. §. 10. Raguc. *de Miſſa in Eccleſia, q.* 57. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 4. *q.* 158. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 2. citatos per me *d. p.* 2. *alleg.* 23. *num.* 1. vbi *n.* 2. cum pluribus reſoluo mortale eſſe peccatum extra caſum neceſſitatis in loco non ſacro celebrare, licet non detur ſcandalum, nouiſſimè Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.* 1. *tract. de Euchariſt. diſput.* 20. *ſect.* 2. *à n.* 48. vbi inter caſus neceſſitatis, quos excipit, enumerat, ſi dum aliqui peregrinantur, diu Miſſa carere coguntur, quando Eccleſiæ ſunt dirutæ, quando multi conueniunt ad ſolemnitatem, & non capit eos Eccleſia; item in caſtris pro militibus; in littore pro nautis intra triremes exiſtentibus, vel multitudine etiam nauigantium in aliis nauibus, vt feſto die Miſſam audiant, de quo etiam Hurtado *d. tract. de ſacrif. Miſſæ, diſput.* 4. *diffic.* 6. *verſ. obſeruandum eſt ſecundo.*

21. ꝝ *Dedicata Oratoria*, &c.] Oratoria in particularium dumtaxat domibus exiſtentia comprehendi ſub hoc decreto, reſoluit Sel. *in ſelectis canon. c.* 18. *n.* 25. aſſerens ſic fuiſſe reſolutum *in Florentina* 1. *Septembris* 1615. & *in Colimbrien.* 1. *Iulij* 1616. Vide Carol. Nauar. *in comment. ad c. Miſſarum,* 23. *de conſec. diſt.* 1. citatur à Ioan. de Lugo *d. diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 50. aduertit palatium Epiſcopi non exiſtimari domum priuatam, atque ideo non eſſe ablatam Epiſcopis facultatem habendi Oratorium ad diuina deputatum, in quo celebrare poſſint, ſicut antea in ſuis domibus.

22. Eccleſiæ, vel Capellæ publicæ non comprehenduntur hoc decreto, dummodo earum ianua in via publica exeat, & ad illam omnibus publicus pateat acceſſus, nec feneſtræ in illa ſint, per quas in eam proſpectus haberi valeat, habeátque neceſſaria requiſita, nec iuribus parochialibus præiudicetur, ita Sel. *d. c.* 18. *n.* 26. atteſtans ita fuiſſe deciſum *in dictis Florentina*, & *Colimbrien.*

23. ꝛ *Ab Eccleſiis verò muſicas eas*, &c.] Vide Caiet. *in* 2. 2. *q.* 91. *art.* 1. *verſ. inter hæc*, Nauar. *in man. c.* 12. *num.* 87. Valent. 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 9. *puncto vlt.* Soar. *tom.* 2. *de relig. lib.* 4. *de orat. c.* 13. *n.* 16. & 17. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 7. Bonacin. *de horis canon. diſput.* 1. *q.* 1. *puncto* 3. *n.* 1. meipſum *in collect. ad cap. dolentes, num.* 35. *de celebr. Miſſar.* Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp.* 47. *n.* 22.

24. Muſica inſtrumenta in Eccleſiis licitâ eſſe ſi decenter adhibeantur, docent Caietan. *in ſumm. verb. organorum vſus*, Soar. *d. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 5. *cum ſeq.* Carol. Macigo. *de horis canon. cap.* 61. *n.* 9. Molfeſ *in ſumm. Theolog. moralis, tract.* 5. *c.* 2. *à n.* 15. Filliuc. *in quæſt. moral. tract.* 23. *c.* 3. *ad fin. n.* 120. Peregrin. *in conſtit. cleric. Regular. p.* 1. *c.* 1. §. 10. Ego ipſe *in collect. ad d. cap. dolentes, num.* 16. & *in tract. de Parocho, p.* 1. *c.* 15. *n.* 23. *cum ſeqq.*

25. ȣ *Ne Sacerdotes aliis, quàm debitis horis celebrent.*] Tempus, ſeu horam celebrandæ Miſſæ regulariter incipere ab aurora, quando aër incipit illuſtrari, ſeu illuminari per primam Solis irradiationem, vel paulo antè per dimidiam horam vſque ad meridiem, tradunt Nauarr. *in man. c.* 25. *n.* 85. & *de orat. miſcel.* 76. Henriq. *in ſumm. lib.* 9. *c.* 24. §. 6. Sot. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 2. Victor. *in ſumm.* vbi de Euchariſtia, *num.* 97. Stephan. Durant. *de ritibus Eccleſ. lib.* 2. *c.* 7. Soar. *tom.* 3. *diſp.* 80. *ſect.* 4. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ*, §. 13. *ad fin.* Nald. *verb. Miſſa, num* 21. Barthol. ab Angelo *de Miſſa dial.* 5. §. 647. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 25. Vaſq. *in* 3. *p. tom.* 3. *diſput.* 233. *n.* 26. *cum ſeqq.* Pialec. *d. c.* 3. *n.* 22. *verſ. ſtatuit*, Pirigian. *diſt.* 13. *q.* 2. *art.* 4. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 1. *q.* 83. *n.* 217. *cum ſeqq.* Fr. Ioan. de la Cruz *de ſtatu relig. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 6. Valer. Reginald. *d. lib.* 29. *num.* 173. Fr. Ludouic. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 40. *art.* 10. Bonac. *de Sacrament. diſput.* 4. *quæſt. vltim. puncto* 9. *à princ.* Filliuc. *d. tom.* 1. *tract.* 5. *à n.* 111. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 17. latè Ioan. de Lugo *de Sacrament. tom.* 1. *tract. de venerabili Euchariſtiæ Sacramento, diſput.* 20. *ſect.* 1. *num.* 24. *cum ſeqq.* vbi à *n.* 31. diſſerit quid intelligatur nomine *auroræ* in hac materia, & *n.* 18. poſt Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 5. & Antonin. Dianam *moral. reſolut. tom.* 1. *tract. de celebrat. Miſſar. reſol.* 33. reſoluit per Tridentinum in præſenti non eſſe reuocata priuilegia nonnullis Religioſis conceſſa celebrandi vnam, vel duas horas ante auroram. Hurt. *de Sacram. tom.* 2. *tract. de ſacrif. Miſſæ, diſp.* 4. *cum ſeqq.*

26. Miſſam in propria Eccleſia celebrare debere Parochum, & non in alia, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante, tenet Sel. *d. cap.* 18. *num.* 20. aſſerens ita fuiſſe deciſum *in Lucana* 25. *Septembris*, & 17. *Nouembris* 1619.

27. Miſſas duas feſtis diebus poſſe parochum ex conceſſione Epiſcopi ob defectum Sacerdotum celebrare, tradidit idem Sel. *citato loco*, vbi atteſtatur ita fuiſſe reſolutum *ſub die* 17. *Auguſti* 1626.

Miſſas

d by Google

28. Miſſas celebrare nequaquam prohibetur Regularibus in ſuis Eccleſiis ante celebrationem Miſſæ in Eccleſia parochiali, idem Sel. *vbi ſuprà*, qui refert ita deciſum *in nullius prouincia Rauennata*, 15. *Septembris* 1629.

29. Epiſcopus non poteſt concedere licentiam vt quis celebrare poſſit Miſſam cum Barettino in capite, ſed tantùm ad ſummum Pontif. ſpectat dare huiuſmodi licentiam, ita Sel. *d.cap.*18. *num.*17. referens ſic reſolutum *ſub die* 16. *Februarij* 1619. & Ego ipſe *de officio, & poteſt. parochi*, *c.*11. *n.*36.

30. *t Quarundam verò Miſſarum, & candelarum*, &c.] Vide Zerol. *in praxi Epiſcop.p.*1.*verb. Miſſa*, Gabr.Vaſq. *in* 3. *part.tom.*3.*diſput.*233.*n.*26. Villalob. *in ſumm part.*1. *tract.*8. *diffic.*31. *n.*6. Portel, *in dubiis Regular. verb. Miſſa*, *num.*9. Lezana *in ſumma quaſt. Regular. cap.*21, *n.*21. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*2. *cap.*40. *num.*40. vbi *num.*41. agit de Trinitariis ſancti Amatoris; de quibus etiam Petr. Ciruelo *in tract. de ſuperſtit.part.*3.*c.*11. Martin. Delr. *diſquiſ. magic. part.*2. *quaſt.*4. *ſect.*7. Torreblanca *de Magia*, *lib.*1. *quaſt.*28. *num.*11. Et de Trinitariis S. Gregorij vide Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.*1. *tract.*4. *cap.*13. *quaſt.*127. Torreblanca *d.quaſt.*18. *num.*12. Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. regular. reſol.*25. *num.*8. meipſum *de officio & poteſt. Parochi*, *c.*11. *num.*29. vbi refero quomodo dici debeant triginta Miſſæ S. Gregorij.

31. *u Maneant frequenter*, &c.] Vide Ferdinand. Paez Luſit. *in repet. cap. Miſſas, de conſecr. diſt.*1.*n.*133. Gutier. *Canon. lib.*1. *c.*38. *à n.*7. Suarez *tom.*3. *diſput.*87. *ſect.*2. *in dubio, circa ſecundam Miſſæ diuiſionem*, Cened. *ad Decretal. collect.*304. Fr. Emman. *in ſumm. tom.*1. *cap.*249. *n.*25. *& quaſt. regul. tom.*1. *quaſt.*43. *art.*7. Henriq. *in ſumm. lib.*9. *cap.*25. *§.*9. Azor. *inſtit. moral. part*1. *lib.*7. *c.*6. *quaſt.*4. nouiſſimè Trullench. *in Decalog. lib.*3. *c.*1. *dub.*6. *per tot.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.*10. *quaſt.*3. *num.*22. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.*1. *q.*85. *num.*312. Aloyſ. Riec. *in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. part.*1. *deciſ.*152. latè Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.*1. *lib.*2. *c.*3. *n* 8. *cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*2. *verb. Parochia*, *& part.*1. *verb. Miſſa*, *§.*6. vbi atteſtatur deciſum non poſſe Epiſcopum cogere populum moleſtiis & pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ ire ad audiendam Miſſam in parochia ſua, de quo Bert. Locenſ. *in praxi crimin. Regul. tit.*4. *c.*34. *num.*5. *verſ. Populum*, Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. Regular. reſol.*25. *num.*5. Suar. *de Relig. tom.*1. *lib.*2. *de diebus feſtis*, *cap.*16 *num.*10. vbi oſtendit hæc verba non eſſe neceſſitatis, ſed congruitatis. Ioan. de Lugo *d. diſput.*22. *num.*2. Fagundez *d. c.*3. *num.*13. refero *d. part.*2. *alleg.*24. *num.*17. vbi *num.*18. aduerto Miſſæ audiendæ præceptum adimpleri quocunque in loco audiatur, ſiue in propria parochia, ſiue in qualibet alia Eccleſia, aut loco vbi celebretur, poſſe tamen fieri aliunde, vt aliquis peccet non audiendo Miſſam in propria parochia, videlicet ſi nolit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ parochiani ſcire tenentur, ſatiùs de his omnibus *in meo tract. de officio, & poteſt. Parochi*, *c.*11. *ex num.*14. *cum ſeqq.* & nouiſſimè Theophil. *Parochor. p.*2. *art.*13. Mich. Lochmaier *in ſua Parochiali Curatorum*; *c.*5. Vnde non poterit Parochus compellere Parochianos in ſuis Eccleſiis Miſſas audire, Portel. *in addit. ad dubia Regular. verb. Miſſa*, *n.*1. *&* 2. Hieron. Roder. *in compend. quaſt. Regul. reſol.*109. *n.*6. Nec poteſt Epiſcopus conſtitutionem facere, qua præcipiat ſuis ſubditis vt non audiant Miſſam niſi in propriis Parochiis. Gutier. *canon. lib.*1. *c.*30. *n.*14. *fine*, Azor. *p.*1. *lib.*7. *c.*6. *q.*6.

y Hæc igitur omnia, &c.] Exempti ſubiiciuntur Ordinario quoad hoc quòd non poſſunt celebrare in Oratorio, niſi ab Epiſcopo deſignato, & debitis horis, & contra facientes oppoſitum poteſt Ordinarius procedere per cenſuras, & alias pœnas, & ſimiliter ſi in Miſſa aliquas cæremonias ſuperſtitioſas obſeruent, vel alia, quæ Epiſcopo indecentia ſacrificio videantur. Ita Sanch. *in conſil. moral. lib.*6. *c.*9. *dub.*2. *n.*7. Poſſe Epiſcopum Regulares cogere vt in offertorio Miſſarum conuentualium, quæ Dominicis diebus in monaſteriis celebrantur, declarent fidelibus, quæ feſtiuitates & ieiunia in illa hebdomada occurrant, ne ignorantiâ horum feſtorum, & ieiuniorum præcepta Eccleſiaſtica à fidelibus tranſgrediantur, tenent Portel. *in dubiis regul. verb. Epiſcopus*, *n.*7. Hieron. Roder. *in ſum. quaſt. Regul. reſol.*25. *ſub n.*5. Fr. Emman. *qq. regul. tom.*1. *q.*43. *art.*7. vbi refert ſe ita vidiſſe obſeruari à quibuſdam Fratribus Ordinis Mendicantiū in diœceſi Elboren. Regni Portugaliæ, refero Ego ipſe *d. alleg.*24. *n.*21. *& de officio & poteſt. Parochi*, *c.*16. *n.*26. 32.

Vnde feſtos dies & ieiunia in ſuis Eccleſiis annunciare nullatenus prohiberi Regulares dicit Laurent. de Peyrinis *in conſtit ſui Ordinis Minimorum tom.*2. *conſtit.*7. Pij V. *n.*15. *verſ. ad primum*, *pag.*193. referens ita fuiſſe deciſum *ſub die* 2. *Iulij* 1620. Lezana *in ſumm. quaſt. Regul. c.*12. *n.*41. *verſ. ad primum*. Ego ipſe *d. c.*16. *n.*26. *in fine*. 33.

Regularibus non eſſe prohibitum inter Miſſarum ſolemnia vertere ſe ad populum, & generalem Confeſſionem pro eo facere, atque etiam in medio Altaris ſiſtendo eleemoſynas, & oblationes ab offerentibus recipere, non autem eis licere ab Altari diſcedere, & per Eccleſiam circumire, reſoluit Aldan. *in compendio reſolut. lib.*1. *c.*13. *num.*3. vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in nullius prouincia Rauennaten.* 15. *Septembris* 1629. & refert Lezana *in ſumm. quaſt. Regul c* 9. *num.*45 *& c.*11. *num* 41 *verſ. ad* 2. quòd ſacra Congregat. Concilij *in vna Bononien.* 2. *Iulij* 1620. cenſuit poſſe Regulares inter Miſſarum ſolemnia recipere ea, quæ ſibi offeruntur, dummodo à perambulationibus per Eccleſiam, ac ſimilibus eleemoſynarum extorſionibus ſe abſtineant. 34.

Regularibus nequaquam prohibitum eſſe Miſſas celebrare, & campanas pulſare in ſuis Eccleſiis ante celebrationem Miſſæ, & pulſationem campanæ in Eccleſia parochiali, ideoque Ordinarium minimè hoc illis prohibere poſſe, ſed tantùm monere populum vt accedat ad Eccleſiam parochialem ad S Concilij Trident. præſcriptum, tenet Ald. *d.c.*13. *n.*4. atteſtans ita reſolutum *in d. nullius prouincia Rauen.* 35.

Regularibus Miſſæ ſacrificium in Eccleſia ſæculari de conſenſu Rectoris eiuſdem Eccleſiæ celebrare licere tradit Sel. *in ſelect. Canon. cap.*15 *n.*8. atteſtatur ſic deciſiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *ſub die* 10 *Ianuarij* 1611. cuius deciſionis memini *in tract. de Parocho, p.*1. *c.*11. *n.*15. Non licere tamen Regularibus in ſuis Eccleſiis ad celebrandum admittere Presbyteros ſæculares contra prohibitionem Epiſcopi, cenſuit ſacra Congreg. Concilij *in vna Bononien.* 2. *Iunij* 1620. quam refert Lezana *in ſumm. quaſt. Regular. c.*11. *n.*41. *verſ. ad* 12. 36.

Regulares non poſſe in Sabbato ſancto benedicere domos, cùm non poſſint hoc munus extra Capitulum ſuum exercere, concludit Sel. *d. c.*15. *n.*10. aſſerens ita fuiſſe reſolutū *ſub die* 23. *Nouemb* 1619.

DE

Digitized by Google

DE REFORMATIONE.

Omnes Clerici ſint à negotiis ſæcularibus alieni, honeſtè, grauitérque ſe gerant, ac ſanctè viuant; cùm cæteri in eos ſuos oculos coniiciant, ex iiſque ſumant, quod imitentur.

CAPVT I.

1. *Doctores referuntur de vita, & honeſtate cleric. agentes.*
2. *Luxus in habitu, ſeu veſtitu.*
3. *Comeſſationes.*
4. *Chorea.*
5. *Clericis ad aleas, & taxillos ludere non licet.*
6. *Subditus non poteſt à correctione, quam Superior contra illum facit, appellare.*

NIHIL eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt: cùm enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam ª ſpeculum reliqui oculos coniiciunt, ex iiſque ſumunt quod imitentur. Quapropter ſic decet omnino Clericos, in ſortem Domini vocatos, vitam, moréſque ſuos omnes componere, ᵇ vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præ ſe ferant: leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cùm igitur, quo maxime in Eccleſia Dei & vtilitate, & ornamento hæc ſunt, ita etiam diligentius ſunt obſeruanda, ᶜ ſtatuit ſancta Synodus, vt quæ alias à ſummis Pontificibus, & ſacris Conciliis de clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrináque retinenda ac ſimul *α de luxu, β comeſſationibus, γ choreis, δ aleis,* luſibus ac quibuſcumque criminibus, *ε nec non ſæcularibus negotiis fugiendis* copioſè, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum iiſdem pœnis, vel maioribus arbitrio Ordinarij imponendis, obſeruentur, *ζ nec appellatio executionem* hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat. Si qua verò ex his in conſuetudine abiiſſe compererint, ea quam primum in vſum reuocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri ſtudeant, non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcumque, ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Dei vindice, pœnas perſoluant.

a Matth. 5. Tit. 1. c. qualiter 2. de accuſ. c. clericos, 21. diſt.
b Seſſ. 14. in proœmio.
c De vita & honeſt. cler. extra in 0. & cap. non oportet, in 2. de conſecrat. diſt. 5. c canonum 14 q. 1. Concil. Carth. 1. c. 6. & Côc. Carthag 3. c. 15. Conc. Chalcedon. can 3. Con. Arelat. 2. c. 14. cum ſim. & infra ſeſſ. 24. de reformat. c. 12.

1. VIde Gisbert. Scheuic. *de Eccleſ. vita, & moribus,* Camill. Borrel. *in ſum. omnium dec. tom. 1. tit. 11.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 4.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſcip. cler.* meipſum *in collect. ad c. 2. & per totum de vita, & honeſt. cleric. & de officio & poteſt. Parochi, cap. 6. & de Iure Eccleſ. lib. 1. c. 40.* & de modeſtia in habitu, geſtu, inceſſu, & ſermone nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt. 8. n. 1. verſ. quapropter.*

2. *α De luxu.*] De hoc in habitu, ſeu veſtitu, aut veſtium colore, vel nimio crinium, ſeu capillorum cultu, aut affectata compoſitione, dixi latè *d. tract. de Iure Eccleſ. lib. 2. c. 40. ex n. 17. cum multis ſeqq.*

3. *β Comeſſationibus.*] De comeſſationibus, & inhoneſtis conuiuiis à clericis fugiendis, egi *eod. tr. de Iure Eccleſiaſt. lib. 1. c. 40. ex n. 51.*

4. *γ Choreis.*] Non licere clericis intereſſe choreis, & ſaltationibus, ne propter motus obſcœnos oculi eorum contaminentur, probant *c. Presbyteri 19. diſt. l. 57. tit. 5. p. 1.* vbi Greg. Lop. *in gloſſ. 1. & l. 34. tit. 6. part. 1.* vbi *gloſſ. 7.* Vgolin. *de officio Episc. c. 13. §. 10. n. 1.* Ego ipſe *d. tract. de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 40. n. 61.*

5. *δ Aleis.*] Non licere clericis ad aleas, & taxillos ludere, probat *c. penult. de vita, & honeſt. cleric. cap. cum inter dilectos, de exceſſ. Prælat. l. 57. tit. 5. p. 5.* Fr. Emman. *qq. regul. tom. 2. quæſt. 37. art. 1.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 90.* Camill. Borrel. *d. tit. 11. num. 35.* Aldrete *de religioſa diſcipl. tuenda lib. 2. c. 16. §. 3. n. 17.* Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 51. verſ. quod verò,* Carol. de Graſſ. *de effectib. clericat. effectu 22.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 109. n. 92.* Barboſ. Collect. in Concil. Trid, *cum ſeqq.* Sqoillante *de obligat. cleric. p. 2. num. 45.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 24.* Illuſtr. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad c. 1. n. 1. cum ſeq. 35. diſt.* Vgolin. *d. cap. 13. §. 22. n. 2.* vbi ſubdit hoc procedere in omnibus clericis, qui Ordine ſacro initiati ſunt, vel in minoribus conſtituti, ſi beneficium habeant Eccleſiaſticum, & *n. 3.* quòd nec per alium ludere poſſunt, & in fine reſtringit, vbi animi gratia ſecretò, & modicè luderent abſque ſcandalo, & *§. 23. num. 1.* reſoluit peccare mortaliter clericos prædictos, qui aleis, & taxillis ludunt: recero Ego ipſe *d. tract. de Iure Eccleſ. lib. 1. c. 40. n. 66. cum ſeqq.*

ε Necnon ſæcularibus negotiis fugiendis.] De his omnibus latè egi *d. tract. de Iure Eccleſiaſtico, lib. 1. c. 40. à n. 83. vſque ad n. 131.*

ζ Nec appellatio executionem, &c.] Vllam appellationem impedire non poſſe iſtarum pœnarum executionem, cùm ea ſuſpendere non poſſit illa, quæ ad morum correctionem pertinent, dicit Stephan. VVeyms *d. loc. n. 11. in fine,* nam in cauſis viſitationis, & correctionis appellatio poſt diffinitiuam non ſuſpendit executionem, Narbona *l. 59. gloſſ. 1. n. 119. tit. 4. lib. 2. Recop.* vide *ſupr. ſeſſ. 13. de reform. c. 2. à n. 5.* Subditum non poſſe à correctione, quam Superior contra illum facit, appellare, probat *c. ad noſtram 2. de appell.* Innoc. *in c. vnic.* vbi Bald. *n. 2.* Abb. *n. 7. & 8.* Alex. de Neuo *n. 13. & 14.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de appellat. art. 7. gloſſ. 2. n. 24. v. undecimo,* Petr. Gregor. *in tract. de appellat. lib. 2. c. 10. n. 7. v. in Gallia,* Sigiſm. Scacc. *eod. tract. q. 17. limit. 26. n. 9.* Ego ipſe *in votis deciſiuis Canonic. lib. 2. voto 4. n. 73.* 6.

Qualitates aſſumendorum ad Eccleſias Cathedrales, qui vita bona, & Ordine ſacro præditi eſſe debent, ac tales, qui cæteros docere valeant, quæ probari debent teſtimoniis, &c.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Promouendus ad Epiſcopatum debet eſſe conſtitutus in ſacro Ordine antea ſaltem ſex menſium ſpatio.*
3. *Epiſcopalis Ordinis collatio valida eſt etiamſi Sacerdotium non præceſſerit.*
4. *In Epiſcopum promouendus debet eſſe Doctor, aut Licentiatus in S. Theologia, vel iure Canonico, aut ſaltem publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios edocendos repertus.*
5. *Gregorius XIV.*
6. *Clemens VIII.*
7. *In quiſitio proceſſus Regularium quomodo facienda cum ad Eccleſias Cathedrales promouendi fuerint.*
8. *Religioſus poteſt in Epiſcopum eligi.*

a c. cum in cunctis, &c. cum à nobis de ele. c. grauem nimis, de præbend. & infrà ſeſſ. 24. c. 1. de refor. Conc. Sardicen. c. 6. Conc. Roman. ſub Nic. 1. verſ. vt nullus laicus. Cõc. Braccar. 1. c. 38. de Syracuſanæ 12. diſt. per tot. ſeſſ. 7. c. 1. de eod. ſed minus plene 1. Carth. c. 1.

QVicumque poſthac ad Eccleſias Cathedrales erit aſſumendus, is non ſolum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à ſacris a Canonibus requiruntur, plene ſit præditus, α *verùm etiam in ſacro Ordine antea*, ſaltem ſex menſium ſpatio, conſtitutus: quarum rerum inſtructio, ſi eius notitia nulla aut recens in Curia fuerit, à Sedis Apoſtolicæ Legatis, ſeu Nuntiis prouinciarum aut eius Ordinario, eóque deficiente, à vicinioribus Ordinariis ſumatur, β *Scientia verò* præter hæc huiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere. Ideóque antea in Vniuerſitate Studiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico merito ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. γ *Quòd ſi regularis fuerit*, à Superioribus ſuæ religionis ſimilem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde inſtructio, ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conſcientias grauiter oneratas eſſe ſcient: ac Deum, & ſuperiores ſuos habebunt vltores.

1. VIde Salz. ad Bernard. *c. 25. lit. A. verſ. & non ſolum*, Flamin. Par. *de reſignat. benefic. lib. 8. q. 5. num. 5.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 6. à num. 37.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 3.* Vaſq. *in opuſc. de benefic. c. 2. §. 3. dub. 9. num. 28.* meipſum *de officio & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 5. à n. 4. & p. 2. alleg. 1.* & Conſt. Gregorij XIV. incip. *Onus Apoſtolicæ, ſub dat. Romæ die 1. Maij* 1590. quem refert Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. elect. pag.* 309. Proceſſum Inquiſitionis faciendæ ſuper qualitatibus ordinandorum ad Cathedrales de mandato S.D.N. Vrbani VIII. confectum poſui *d. c. 5. poſt n. 4.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

2. α *Verùm etiam in ſacro Ordine antea*, &c.] Oportere promouendum ad Epiſcopatum in ſacro Ordine antea ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutum fuiſſe per hoc decretum, tradunt Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 1. §. 2. num. 8.* Franc. Leo *d. c. 3. num. 9.* Campan. *d. rub. 7. c. 6. num. 43.* Didac. de Arrojo *de Sacram. c. de Epiſcop. n. 6.* Maurit. de Alzedo *de præcellentia Epiſc. dignit. p. 1. c. 3. n. 28. & c. 4. n. 3.* Sed per dictam conſtit. Gregorij XIV. quæ vtitur plurali numero oportere omnibus ſacris initiatum fuiſſe ante ſex menſes, aduertit Camp. *in d. ſuo diuerſ. iuris canon. rub. 11. c. 7. n. 8.* quem refero *d. alleg. 1. n. 37.*

3. Si Sacerdotium non præceſſerit, validam tamen eſſe Ordinis Epiſcopalis collectionem, etenim præpoſteratio in collatione Ordinum non vitiat, licèt executionem impediat, tenent gloſſ. & Doctores *in c. ſolicitudo 52. diſt.* Rendina *in promptuario recept. ſentent. tom. 1. tit. 38. n. 6.* Fornar. *de ſacram. Ordinis, c. 6. n. 5.* Campan. *in d. diuerſorio iuris canonici, rub. 10. c. vnic. n. 3.* Cou. *lib. 1. var. c. 10. n. 16.* Maurit. de Alzedo *d. p. 1. c. 4. n. 4.* Ego ipſe *de Epiſc. p. 2. alleg. 2. n. 38.*

Contia *gloſſ. fin. in cap. vnic. de clerico per ſaltum prom.* Syluest. *in ſum. verb. Ordo 2. num. 1.* Borgaſ. *de irregul. part. 5. ſub rubr. de clerico per ſaltum promoto, n. 3.* Sà *in aphoriſm. verb. Ordo, num. 25.* Maiol. *de irregul. lib. 4. c. 12. num. 3.* Henriquez *in ſumm. lib. 10. c. 7. §. 1.* Salz. ad Bernard. *in pract. cap. 24. lit. A. verſ. inter promotos*, Azor. *inſt. moral. part. 2. lib. 3. c. 30. quæſt. 9.* Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad d. c. ſolicitudo, num. 16.* Bonac. *de cenſur. extra Bull. diſp. 3. q. 1. puncto 2. n. 7.* exiſtimantes Epiſcopalem Ordinem non ſuſcipere, qui Sacerdotio caret.

4. β *Scientia verò*, &c.] Vide Petr. Alphonſ. de Vaſconcellos *in harmonia rubr. iuris can. ſub tit. de ætate, & qual. n. 4.* Henr. *in ſum. lib. 10. c. 16. §. 2. lit. R. & c. 33. §. 2. & lib. 14. c. 9. §. 1. verſ. gradus*, Menoch. *de arbitr. caſu 425. n. 35.* Cened. *ad Decretum, coll. 51. n. 4. ad fin.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 4. num. 67.* Azor. *inſt. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. q. 9. & lib. 6. c. 6. quæſt. 1.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. cap. 34. dub. 24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 121.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 3. c. 4. n. 1. cum ſeqq.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſcip. cleric. §. 4. à n. 33.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tract. 2. c. 9. q. 52.* meipſum *d. alleg. 1. n. 24. & in collect. ad c. cum in cunctis, n. 20. de elect.*

5. Addit prætereà præfata Conſtitutio Gregorij XIV. huiuſmodi Conciliari diſpoſitioni, vt peculiaris circa doctrinam promouendi ad Epiſcopat. diligentia adhibeatur, ita quòd priuilegium Doctoratus aut Licentiaturæ nemini ſuffragetur, ſed de eorum etiam doctrina diligens fiat inquiſitio, niſi ex aliqua publica fundatione illud notorium eſſet.

6. Sed poſtmodum Clemens VIII. peculiari ſub decreto ſtatuit quòd ad Epiſcopatum Italiæ aſſumendi in Vrbe coram ipſo, & S. Congregatione Cardinalium, aliorúmque grauium, & peritorum Prælatorum, ac virorum: in Gallia verò, & Hiſpania coram S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi exiſtentibus, & Legatis deficientibus coram Sedis Apoſt. Nunciis,

Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis de ſpeciali Papæ mandato aſſiſtentibus aliis Prælatis, & Interpretiis, vt huiuſmodi negotij grauitas requirit, ſe examini ſubiiciant, qui approbati, & non aliàs ad Eccleſiarum regimina admittantur: refero Ego ipſe *d. allegatione 1. num. 25. & in collect. ad d. cap. cùm in cunctis, n. 20.* me citato Laurot. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 16. num. 19.*

7. *γ Quod ſi Regularis fuerit, &c.*] Quomodò autem facienda ſit inquiſitio proceſſus Regularium cùm ad Eccleſias Cathedrales promouendi fuerint, dicitur *in d. Conſtit.* Gregor. XIV. *in verſ. quod autem*, & in formula proceſſus formandi iuxta mentem S.D.N. Vrbani VIII. relati per me *d. p. 1. tit. 1. c. 5. poſt n. 4. ſub rubr. Quid ſeruandum ſi promouendus ſit Regularis.*

Poſſe enim Religioſum in Epiſcopum eligi probat *c. penult. in fine, de vita, & honeſt. cleric. c. nullus Religioſus, de elect. lib. 6.* dum tamen ſuus Superior conſentiat ei acceptanti electionem de ſe factam, aliter Monachus non poteſt conſentire, gloſſ. *in d. c. nullus, & in c. ſi Religioſus, & in c. quàm ſit, eod. tit. de elect. in 6.* Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. bonæ, n. 2. diſt. 61.* 8.

De natalibus, ætate, & moribus, qui requiruntur in promouendis ad Eccleſias cathedrales, dictum eſt *ſupr. ſeſſ. 7. de reformat. c. 1.*

Diſtributiones quotidianæ creandæ ex tertia parte quorumcunque fructuum, quorumcunque beneficiorum; portiones abſentium cedunt piis locis arbitrio Epiſcopi, niſi actu miniſtrent in Eccleſia curata extra ciuitatem, &c.

CAPVT III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Detractio tertiæ partis fructuum conuertenda in diſtributiones quomodo facienda.*
3. *Non adimit diſtributiones creatas in anniuerſariis.*
4. *Dignitatem obtinens in Cathedrali, vel Collegiata, licèt vocem in Capitulo non habeat, nec cum cæteris diſtributiones participet, detractioni tertiæ partis fructuum eſt obnoxius.*
5. *Loquitur de diſtributionibus extraordinariis, & impropriis.*
6. *Non comprehendit Canonicos habentes Eccleſias Parochiales, non tamen Canonicatibus annexas.*

EPiſcopi, etiam tanquam delegati Apoſtolici, *α ex fructibus & prouentibus* quibuſcumque *β omnium dignitatum*, perſonatuum, & officiorum, in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentium, *b* tertiam partem in diſtributiones, eorum arbitrio aſſignandas, diuidere poſſint, vt ſcilicet, qui eas obtinent, ſi perſonaliter competens ibi ſeruitium iuxta formam ab eiſdem Epiſcopis præſcribendam, quolibet die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittant, nec eius quoquo modo dominium acquirant, *γ ſed fabricæ Eccleſiæ*, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicetur. Creſcente verò contumacia, contra eos iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedant. Quod ſi alicui ex prædictis dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis de iure, ſeu conſuetudine iuriſdictio, adminiſtratio, vel officium non competat, ſed extra ciuitatem in diœceſi *δ cura animarum immineat*, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſederit, ac miniſtrauerit, tanquam præſens ſit, ac diuinis interſit, in Eccleſiis Cathedralibus, ac Collegiatis *ε habeatur*. Hæc in iis tantum Eccleſiis conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non ſeruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum aſcendat: non obſtantibus conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, & conſtitutionibus, etiam iuramento, & quauis auctoritate firmatis.

a Seſſ. 21. c. 3.
b Supra ſeſſ. 21. de reformat. c. 3.

1. VIde Couarr. *lib. 3. var. c. 13. num. 7.* Nauarr. *de orat. miſcel. 59. n. 6. & miſcel. 14. n. 51.* Henriq. *in ſum. lib. 7. de indulgent. cap. 39. §. 5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1 verb. diſtributiones, §. 4.* Azor. *inſtitut. moral. p. 2. lib. 4. cap. 7. q. 8.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. c. 2. num. 4 o. cum ſeqq.* Moort. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 6. n. 29.* Anton. Riccul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 4. c. 15.* Raguc. *de voce canon. in Capitulo, q. vlt.* Rot. *deciſ. 712. p. 1. recent.* meipſum *in tract. de Canonic. c. 21. num. 23. cum ſeqq.* nouiſſimè Steph. VVeyms *in conſtitutiones 22. ex iure antiquo deſumptas & per Conc. Trid. innouatas, conſtit. 11. n. 7. cum ſeqq.* Vaſquez *in opuſc. moral. c. 4. § 3. dub. 2. n. 11.* & ſuprà *ſeſſ. 22. de reform. c. 3.* ſatis dictum eſt de materia huius decreti.

2. *α Ex fructibus, & prouentibus, &c*] Vide Nicol. Garc. *d. p. 3. c. 2. n. 477.* vbi dicit quòd debet eſſe fructus illius Eccleſiæ, in cuius choro ſedem habent hæ dignitates, ſecus verò ſi nullos fructus percipiant iſtæ dignitates ex illis Eccleſiis, in quibus ſedem habent in choro, tamen nunquam fecerint reſidentiam, & habent proprium diſtrictum, in quo ſuam iuriſdictionem exerceant, & *n. 467.* refert deciſum huiuſmodi detractionem ex fructibus eſſe faciendam, non ſecundùm taxam antiquam, prout in libris Capitulorum, ſed ſecundùm veram eorundem fructuum æſtimationem, iuxta valorem currentem.

Concilium in præſenti non adimere diſtributiones creatas ex anniuerſariis, & aliis commonibus miniſteriis, cenſuit Rot. *in Hortolan. Canonicatus 10. Iunij 1619. coram bonæ mem. Remboldo.* 3.

β Omnium Dignitatum, &c.] Obtinentem in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitatem, licèt vocem in Capitulo non habeat, nec diſtributiones quotidianas cum cæteris participet, detractioni tertiæ partis fructuum eſſe obnoxium, refert deciſum 4.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

ſum Nicol. Garc. *d.c.2. num.*481. vbi *num.*483. atteſtatur pariter reſolutum, non comprehendi ſub hoc decreto dignitates, quæ etſi locum habeant in choro, nullas tamen habent diſtributiones quotidianas, nec ſufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri poſſunt cum Canonicatibus, vbi eſt conſuetudo abſque alia diſpenſatione, vt *cap.1. de conſuet. lib.6.* nec illis vnire Eccleſias parochiales ad augendos fructus diſtributionum quotidianarum Epiſcopum poſſe. Vide poſita *ad d. cap.3. ſeſſ.xv. de reform.*

5. *y Sed fabrica Eccleſia*, &c.] Hoc decretum dum decidit portionem diſtributionum iis contingentem, qui non interſunt, applicari debere fabricæ Eccleſ. quatenus indigeat, vel alteri pio loco, arbitrio ordinarij, loqui de diſtributionibus extraordinariis, & impropriis, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, Perſonatuum, & Officiorum conſtituuntur lucrifaciendæ ab eis ſolis, qui huiuſmodi beneficia habent, implendō Officia & ſeruitia diuina eis ab Epiſc. præſcribenda, & deſignanda; aliud verò decretum, quod habetur *ſuprà ſeſſ.*21. *de reform. c.3.* dum tenet huiuſmodi portionem diſtributionum intereſſentibus accreſcere, intelligi de diſtributionibus ordinariis, & propriis, quæ conſtituuntur de fructibus communibus lucrifaciendæ ab obeuntibus communiter Officia diuina, referunt Nauarr. *de orat. miſc.*59.*n.*9. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.*1.*cap.*16.*n.*25. Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. officium diuinum, pag.*190. Azor. *d. part.2.lib.7.c.7. quæſt.*8. Monet. *d.quæſt.6. num.*29. Campan. *in diuerſ. iuris canon.rub.7. cap 6. num.*15. *verſ. conſului.* Aliam concordiam aſſignant Garc. *d. c.2.n.*465. Rot. *in Aſterican.reſidentia*, 6. *Iuly* 1616. *coram R.D.mio Coccino Decano*, impreſſa poſt tract. *de diſtribut. quot.* Alexandri Monetæ, & per Farin. *d.deciſ.*712. *p.*2. *recent.* cuius memini *de officio, & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.*53. *num.*154. Nouè Steph. VVeyms *d.conſ.*11.*n.*13. *pag.*97. addit Concilium in præſenti iubere applicari diſtributiones quotidianas, propter illicitam abſentiā fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, vel alteri pio loco ad arbitrium Ordinarij Epiſcopi, quia tertia illa pars fructuum deducitur, & in diſtributiones quotidianas conuertitur, non in aliquod ſolatium præſentium, ſed in odium & pœnam abſentium, & perſonaliter non adimplentium debitum officium: & ideo non ſubeſt ratio cur ex pœna, vel odio aliorum præſentes debent aliquid locrari, ne videantur ex culpa, vel delicto locupletari: vti ea de re extare peculiarem declarationem ſacræ Congreg. refert idem Stephan. VVeyms *in hæc verba.* Diſtributiones quotidianæ, quæ ex tertia parte fructuum iuxta decretum Concilij procedunt, debent aſſignari horis ſingulis, & pro qualibet hora fieri portio; & qui non interfuerint, diſtributiones amittant, nec abſentibus ademptæ, inter præſentes poſſunt diuidi, ſed fabricæ Eccleſiæ, aut alteri loco pio pro arbitrio Ordinarij debent applicari.

♂ Cura animarum immineat.] Secus ſi tantum iuriſdictionalis; ſi verò eſt vnita, fit locus *c.extirpanda, §. qui verò, de præb.* & tunc cùm viſitauerit ſuam iuriſdictionem, lucrabitur præbendam, & fructus, non autem diſtributiones quotidianas, ita refert deciſum Garc. *d.p.3.c.2.n.*355. 6.

a Habeatur.] Non comprehenduntur Canonici habentes Eccleſias parochiales, non tamen Canonicatibus annexas, ſeu vnitas, qui ſi in Parochialibus reſederint, & fuerint priuilegiati ad perceptionem fructuum, exceptis diſtributionibus quotidianis, iuxta Bullam Pij V. vel ex indulto Apoſt. non poterant optare, neque domos canonicales, neque Canonicatum presbyteralem, & ſimilia, & non habentur pro præſentibus, ſed tantùm ſunt priuilegiati ad percipiendos fructus, & id quando ſcilicet extat conſuetudo, vel ſtatutum, quò abſentes non poſſunt optare, ſecus, quo abſentes poſſunt optare, ita refert deciſum Garc. *d.p.3.c.2.n.*357. 7.

In Cathedrali, vel Collegiata, etiam Regulari, mancipatus non habeat vocem in Capitulo, niſi ſit Subdiaconus; oneribus ſubeundis per ſe infra annum ſint quique idonei. In poſterum prouiſio fiat ſolis habentibus integrè ætatem, &c.

CAPVT IV.

1. *Doctores referuntur de materia huius c. quoad primam partem agentes.*
2. *Canonicus non Subdiaconus, nec vocem conſultiuam in electionibus, & in Synodis habet.*
3. *Procedit in Canonicis habentibus vocem ratione canoniæ.*
4. *Canonicus in ſacris conſtitutus vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, ſeu præſcribere non poteſt.*
5. *Canonicus in Collegiata niſi ſit in Sacris vocem in Capitulo non habet.*
6. *Canonicus à Sede Apoſt. ſuper ætate diſpenſatus non priùs cogendus ad ſacros Ordines promoueri, quàm ad 22. annos peruenerit.*
7. *Canonicus ſupranumerarius an habeat vocem in Capitulo.*
8. *Præſidens Capitulo etiamſi non ſit in Sacris, in eo proponere, ac reſolutiones accipere poteſt.*
9. *Prælato Eccleſiæ collegiatæ etiamſi ſacris Ordinibus careat, præſidentia, ac vox in Capitulo competit.*
10. *Decanis, ſeu Archidiaconis primis dignitatibus non licet dare vocem in Capitulo, licèt in eo proponere valeant.*
11. *Diſpenſatus à Papa in ætate ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali, vocem in Capitulo habet.*
12. *Præbendas duas in eadem Eccleſia obtinens duas voces in Capitulo habere debet.*
13. *Canonicus ex Ordine Subdiaconatus ſuſcepto ante legitimam ætatem vocem in Capitulo non habet.*
14. *Vox ſimpliciter & abſolutè de actiua intelligitur.*
15. *Beneficiati Ordines ſuſcipere requiſitos infra annum tenentur.*
16. *Comprehendit beneficia, quæ Ordinem requirunt extra Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam exiſtentia.*
17. *Capellania quæ requirit certum Ordinem, comprehenditur ſub hoc decreto.*
18. *Capellania non poteſt conferri illi, qui non eſt illius ætatis, vt infra annum ad Ordinem requiſitum*

quiſitum promoueri poſſit.
19. *Capellania Sacerdotalis.*
20. *Impedimentum quod requiratur vt Canonicus Ordinem requiſitum infra annum ſuſcipere non teneatur.*
21. *Annus quo Canonicus Ordinem requiſitum ſuſcipere tenetur, computandus à die habita poſſeſſionis.*
22. *Pœna priuationis dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici requiſitos Ordines non ſuſcipientes, quæ ſit.*
23. *Canonicus non promotus infra annum poteſt aliis pœnis, quàm priuatione puniri.*
24. *Parochus an, & quando, & ſub quibus pœnis teneatur ſuſcipere ſacerdotium.*
25. *Prouiſio de beneficiis non eſt facienda niſi iis, qui iam ætatem & cæteras habilitates integrè habere dignoſcuntur.*

QVicumque in Cathedrali, vel Collegiata, ſæculari, vel regulari Eccleſia diuinis manciparus officiis, *α in Subdiaconatus ordine* ſaltem conſtitutus non ſit, *β vocem in huiuſmodi Eccleſiis* in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè fuerit conceſſum. *γ Ij verò, qui dignitates*, perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Eccleſiis obtinent, aut impoſterum obtinebunt, quibus onera varia ſunt annexa, videlicet, vt alij Miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, quocumque priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate ſint inſigniti, teneantur, *δ iuſto impedimento ceſſante; ε infra annum* Ordines ſuſcipere requiſitos, *ζ alioquin pœnas incurrant*, iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis [a] quæ incipit, vt ij qui, quam præſenti decreto innouat, cogántque Epiſcopos diebus ſtatutis dictos Ordines per ſeipſos [b] exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præſtare, ſub eiſdem, & aliis etiam grauioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. *η Nec alius in poſterum fiat prouiſio*, niſi iis qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur: aliter irrita ſit prouiſio.

a C. vt ij, de ætat. & qualit. in Clem. lib. 1. cap. 1. tit. 6.
b Seſſ. 4. cap. 12.

1. VIde Rebuff. *in tract. nominat. q. 8. n. 3.* Nauarr. *conſ. 7. de cleric. non reſid. in nouis*, Petr. Greg. *ſyntagm. Iuris, p. 2. lib. 15. c. 23. num. 13.* Cardoſo *in praxi Iudicum, verb. Canonicus, n. 5.* Valenz. *tom. 1. conſ. 34. n. 99.* Villar. *del patronado de Calatajud, p. 7. §. 1. n. 15.* Fr. Emman. *qq. regul. tom. 1. q. 8. art. 6. & tom. 2. q. 51. art. 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 564. in 1. edit. aliàs reſolut. 486. in 2. edit.* Vgolin. *de officio, & poteſtate Epiſc. c. 19. §. 3. n. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 11. q. 20.* latè Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. q. 20. n. 2. cum ſeq.* vbi multipliciter ampliat. Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. cap. 3. n. 7.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. c. 4. à n. 24.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tract. 1. c. 10. q. 62. in fine*, Rot. *decif. 600. n. 4. in 1. collect. nouiſſ. Farin.* aliàs *p. 4. diuerſ.* meipſum *in tract. de Canonicis, c. 37.* Ludouic. Miranda *in man. Prælator. to. 2. q. 23. art. 5. concluſ. 5.* Paul. Layman. *in canon. quæſt. de Prælat. Eccleſ. elect. quæſt. 28. reſponſ. 2. & q. 183. reſponſ. 3.* Raguc. *de voce canon. in Capitulo, q. 24.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarchia, diſp. 2. §. 1. n. 22.* Iul. Lanor. *variarum lucubrat. tom. 1. titul. 4. cap. 33. ex n. 33.* Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 5. quæſt. 8. n. 8.* Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib. 1. titul. 8. ex n. 1.* Sel. *in ſelectis canonicis, c. 1. per tot.* nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concilium Trid. innouatas conſtit. 4. pag. 35. cum ſeq.* vbi innouatur *Clem. vt ij, de ætate, & qualit.* per decretum in præſenti, Rota *decif. 600. n. 2. p. 4. diuerſor.*

2. Procedere non modò in omnibus actibus expediendis, qui capitulariter expediuntur, ſed etiam in electionibus, & minus in Synodo huiuſmodi Canonicum vocem conſultiuam, neque aſſiſtentiam, aut ſedem in Capitulo habere poſſe; refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 3. c. 4. n. 25.*

3. Procedere quoque in Canonicis habentibus vocem ratione canoniæ, tenet Monet. *d. p. 2. q. 20. ad num. 1.* quem refero *de Canon. c. 37. num. 7.* non autem in habentibus alio iure, puta priuilegio, ſtatuto, fundatione, vel conſuetudine, quia licèt Subdiaconi non ſint, vocem in Capitulo habere reſoluunt Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 51. art. 1.* Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 3. c. 4. n. 31.* Portel. *in dub. regular. verb. electio, n. 6.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 91. n. 2.* Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, ſeu præſcribere non poſſe Canonicum donec in Sacris fuerit conſtitutus, tenet Sel. *in ſelectis canon. c. 2. num. 3.* vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die 20. Aprilis 1602.* 4.

Canonicum in Collegiata licèt poſſit eſſe in ætate quatuordecim annorum, nihilominus niſi ſit in 22. anno, non poſſe habere vocem in Capitulo, dicit Sel. *d. c. 2. n. 4.* atteſtans ita fuiſſe reſolutum *ſub die... Auguſti 1623.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. c. 482. n. 20. cum ſeqq.* 5.

Canonicum à Sede Apoſt. ſuper ætate diſpenſatum non prius cogendum eſſe ad ſacros Ordines promoueri, quàm ad 22. annos peruenerit, refert deciſum Garc. *d. p. 3. c. 4. n. 17.* 6.

Canonicos ſupranumerarios, qui priuilegio Apoſt. in aliqua Cathedrali recipiuntur, cum eo quod ſolùm participent de diſtributionibus quotidianis, & nullam obtineant præbendam, ſed ad primam vacaturam iuxta eorum prioritatem admittantur, non teneri habere maiorem ætatem quàm 14. annorum, dummodo non optent niſi cum ætate requiſita, reſoluit Sel. *d. cap. 2. num. 5.* vbi ait ſic fuiſſe deciſum *in Venafren. 13. Martij 1603.* 7.

Archidiaconus, ad quem de conſuetudine Eccleſiæ ſpectat abſente Decano conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac reſolutiones accipere, id poteſt etiamſi non ſit in Sacris, cùm iſte ſit actus iuriſdictionis, qui competit Archidiacono etiam in Sacris non conſtituto, & ad Decanum non ſpectat ratione Ordinis, ſed antiquitatis, & ſuperioritatis, ita refert deciſum Garc. *d. p. 3. c. 4. n. 26.* 8.

Prælato Eccleſiæ collegiatæ, etiamſi ſacris Ordinibus careat, præſidentiam, ac vocem in Capitulo competere, reſoluunt Villar. *de patronado de Catalajud, p. 7. §. 1. num. 15.* Raguc. *de voce canon. in Capitulo, q. 5. n. 3. & q. 24. n. 3.* Nicol. Garc. *in addit. ad d. c. 4. ſub n. 26.* vbi ſubdit in illis non procedere hoc decretum: refero Ego ipſe *d. tract. de Canon. c. 37. num. 11.* 9.

10. Decania, Archidiaconis, ſeu Pdoribus (licet poſſint connocare Capitulum, & in eo proponere, ac reſolutiones accipere, etiamſi in ſacris conſtituti non ſint, vt refert deciſum Garc. *d.c.4.n.26.*) non licere dare vocem in capitulo, ſtante diſpoſitione Concilij in præſenti, atteſtatur reſolutum Garc. *in addit. ad cap.4. ſub num.26.* prout refero *d. tract. de Canonic. cap.37. num.12.*

11. Diſpenſatum, à Papa in ætate pro obtinendo Canonicatu in Cathedrali vocem in Capitulo habere exiſtimauit Sel. *d. c.2.n.9.* atteſtans ita fuiſſe deciſum in Reatina 10. Iulij 1627. & in Montiſpolitiani 13. Ianuarij 1629. & in S. Miniati 15. Septembris eiuſdem anni, & harum deciſionum memini *d. tract. de Canon. cap.37.n.13.* vbi tamen ſubdidi ex Rot. *in Senen. Archipresbyteratus 23. Iunij 1606. coram bona mem. Card. Lnotellotto* ſuiſſe contrarium eſſe tenendum vbi diſpenſatio non eſſet ſufficiens.

12. Obtinentem ex legitimo titulo in eadem Eccleſia duas præbendas, vel præbendam, & Dignitatem, duas voces in Capitulo habere debere reſoluunt Couarr. *lib.3. variar. cap.13. num.6.* Hoied. *de incompat. benefic.p.1.cap.12. à num.15.* & ſaltem ſtante conſuetudine admittit Monet. *de diſtribut. quotid. p.2. quæſt.4. num.14.* Rot. *in Oriolen. Canonicatus 11. Martij 1619. coram bona memoria Rombaldo.*

13. *a In Subdiaconatus ordine*, &c.] Non ſufficere quòd quia Ordinem requiſitum ſuſcipiat ante legitimam ætatem, ne videatur ex delicto ſuo aſſequi quod ſine illo non fuiſſet aſſequutus, reſoluunt Fr. Emmanuel *quæſt. Regular. tom.3. q.23. art.12.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regular. reſolut.15.n.24.*

14. *b Vocem in huiuſmodi Eccleſiis*, &c.] Actiuam ſcilicet, quæ ſimpliciter, & abſolutè vox dicitur, non autem paſſiuam, vt per Garc. *in addit. ad d. p.3. cap.4. ſub num.15.* quem refero *d. tract. de Canonic. cap.16. n.18.*

15. *c Ij verò qui Dignitates*, &c.] Vide Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. cap.8. q.11.* Fr. Emmanuel *quæſt. regular. tom.2. q.51. art.5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Canonia, §.2.* Monet. *de diſtribut. quotidian. p.2. quæſt.19. num 9.* Nicol. Garc. *d.c.4.n.10. cum multis ſeqq.* meipſum *d. tract. de Canonic. cap.16. per totum.*

16. Et comprehendere hoc decretum etiam beneficia, quæ Ordinem requirunt extra Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam exiſtentia, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *d. reſol.486. num.12.* Nicol. Garc. *d.c.4. à num.13. & in addit. num.15.* refert deciſum comprehendi ſub hoc decreto Capellaniam requirentem certum Ordinem.

17. Capellaniam ſi requirit certum Ordinem, comprehendi ſub hoc decreto, vt obtinentes beneficia teneantur intra annum ſuſcipere Ordines requiſitos, refert deciſum Nicol. Garc. *in addition. ad d. cap.4. num.12.* & tenet Alex. Trentacinq. *conſil.41. per tot.*

18. Capellania de iurepatronatus laicorum, cui eſt iniunctum onus dicendi Miſſas perſonaliter, vel Euangelium, vel Epiſtolam cantandi, non poteſt conferri ei, qui non eſt illius ætatis, vt intra annum ad Ordines promoueri poſſit, idem ſi in fundatione dictum fuerit quòd obtinens eſſet Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus, ita refert deciſum Garc. *in addit. ad p.7. cap.1. n.99.*

19. Capellania eſt Sacerdotalis, ita vt poſſit conferri ei, qui intra annum valeat promoueri ad ſacerdotium, ſi in eius fundatione dictum ſit *quòd ad eam debeat præſentari vnus Capellanus, ſi de genere teſtatoris aliquis Presbyter inueniatur, alias quicunque alius ſit Sacerdos, qui Capellanus teneatur facere ſingulis annis anniuerſarium pro anima teſtatoris, & teneatur Miſſas, & alia diuina officia celebrare in eadem Capella iuxta facultatem, & poſſibilitatem fructuum, & redditnum.* Ad deciſ. Manticæ 129. vbi ſit differentia inter Presbyterum & Sacerdotem, fuit dictum non applicari ad caſum, cum illa loquatur de obſeruantia ſubſequuta, in qua principaliter ſe fundat deciſio, ita Sel. *d.c.2.n.20.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Salernitana 11. Ianuarij 1620.*

20. *d Iuſto impedimento ceſſante.*] Exemplificat Monet. *de diſtribut. quotidian. p.2. q.19. n.8. cum gloſſ. verb. iuſto impedimento, in c. commiſſa, de elect. lib.6.* in infirmitate totius illius anni, vel ſi abſens erat Epiſcopus, & commendatitiæ litteræ haberi non potuerunt, vel cum Epiſcopus ordinare noluit; aut denique addi poſſe ſenſit, ſi abſens fuit cauſa ſtudiorum de licentia Epiſcopi ſaltem quoad effectum vitandi alias pœnas præter amiſſionem dimidiæ diſtributionum. Ego ipſe *d. tract. de Canon. cap.16.n.11.* Et refert Aloyſ. Ricc. *d. reſol.486.n.6.* pœnam canonicam præſcriptam his, qui vltra annum ſacerdotium non perceperint, non habere locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ poſſeſſionis, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & ſe promoueri petiit, offerendo quantum in ſe erat, ſe paratum ſuſcipere ſacerdotium, & Ordines, & tamen Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam cauſam eum promouere noluit, & *num.8.* aſſerit deciſum, parochum ſi eo morbi genere teneatur, vt ad functionem ſacerdotij, & res diuinas per ſe obeundas minimè idoneus eſſe videatur, non teneri durante dicto morbi genere ſe initiari facere.

21. *e Infra annum*, &c.] Computandum ſcilicet à die habitæ poſſeſſionis, dummodo per prouiſum non ſteterit quominus antea poſſeſſionem perceperit, ita Ego ipſe *d. tract. de Canonic. cap.16.n.7.* vbi refero deciſum *in Veronen. 13. Septembris 1631.*

22. *f Alioquin pœnas incurrant*, &c.] Pœnam priuationis dimidiæ partis diſtributionum, quam incurrunt Canonici, & alij intra annum requiſitos Ordines non ſuſcipientes, intelligendam de iis dumtaxat diſtributionibus, quæ propriè & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur, nempe quæ dantur iis, qui horis, ſeu officiis ordinariis interſunt, de quibus loquitur *Clem. vt ij, de ætate, & qualit.* non autem de extraordinariis diſtributionibus, quæ dantur pro funeribus, ſeu anniuerſariis defunctorum, & aliis huiuſmodi, quæ largè & generaliter diſtributiones dicuntur, reſoluit Monet. *de diſtrib. quotid. p.1. quæſt.3. num.12.* niſi diſtributiones funeralium, ſeu anniuerſariorum ſint vnitæ cum horis, Garc. *in addit. ad d. p.3. cap.4. ſub num.15.* quem refero *d. tract. de Canon. cap.16. num.13.* vbi *num.14* reſoluo pœnam præfatam priuationis dimidiæ partis diſtributionum intrare, quamuis reliqua dimidia, quæ ſupereſt, non ſufficiat ad ſuſtentationem, & *num.15.* etiam quamuis iſte non promotus interſit diuinis, & officium recitet.

23. Non promotum infra annum ad requiſitos Ordines poſſe aliis pœnis quàm priuationis puniri, colligitur ex *d. Clem. vt ij*, & deciſum fuiſſe teſtatur Garc. *d. p.3. cap.4. num.16.* quem refero *d. c.16. num.20.* vbi ſubdo priuationem non incurri ipſo iure, & non licere Epiſcopo ad huiuſmodi priuationem procedere abſque ſolemnitate à Concilio requiſita.

An

24. An verò, & quando, & ſub quibus pœnis teneantur parochi ſuſcipere ſacerdotium infra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum, dixi latè *de officio & poteſt. Parochi cap.5. per tot.*

25. a *Nec oliis in poſterum fiat prouiſio,* &c.] Vide Nauarr. *conſ.45. in antiq. aliàs conſ.10. in nouis, ſub tit. de temporibus ord. & conſ.2. aliàs 8. de proben.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral lib.6. q.64. num.2.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.34. dub.24. in fine,* Homob. de Bonis *de examine Eccleſ. part.1. tract.1. cap.9. quæſt.31.*

Diſpenſationes admittendæ extra Curiam Rom. ab Ordinariis videantur, nec gratioſæ effectum habeant, niſi Epiſcopus cognouerit ſummariè.

CAPVT V.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Diſpenſationes, ſeu commutationes vltimorum voluntatum committi poſſunt Abbatibus, & aliis Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
3. *Diſpenſationes matrimoniales quando inferioribus poſſint committi.*
4. *Diſpenſationes matrimoniales Priori ſunt committendæ ſi Prioratus ſit nullius diœceſis.*
5. *Diſpenſationes matrimoniales, & litteræ in forma* Dignum, *ſunt committendæ illi, cui mandata eſt iuriſdictio, viſitatio, &c.*
6. *Taciturnitas veri, & expreſſio falſi an & quando vitiet gratiam.*
7. *Ordinarius, qui debet cognoſcere extraiudicialiter an diſpenſatio careat vitio ſubreptionis, tenetur citare partem.*

DIſpenſationes, quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam curiam committendæ erunt, a *committantur Ordinariis* illorum, qui eas impetrauerint, eæ vero quæ gratioſè concedentur, ſuum non ſortiantur effectum, niſi prius ab eiſdem, tanquam delegatis Apoſtolicis ſummariè tantùm, & extraiudicialiter cognoſcatur, β *expreſſas preces ſubreptionis,* vel obreptionis vitio non ſubiacere.

1. VIde Seraphin. *deciſ.1072.* Fernandez *in examine Theolog. moralis part.3. cap.16. §.3. num.81.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.2. c.2. n.49.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.7. num.30. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. part.4 deciſ.35.*

2. a *Committantur Ordinariis,* &c.] Etiam Abbatibus, & aliis Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ac proprium diſtrictum, committendas eſſe diſpenſationes, ſeu commutationes vltimarum volontatum, quas eorum ſubditi à Sede Apoſtol. impetrant, reſoluunt Garc. *de benefic. part.9. cap.2. num.147.* Flores de Mena *var. lib.3. quæſt.24. num.22.* Monet. *d. cap.7. num.34.* vbi *n.44.* teſtatur ſtylum Curiæ nunc habere vt huiuſmodi commiſſiones nunquam hiſce Prælatis, aut eorum vicariis, ſeu Ordinariis locorum, aut iis deficientibus fiant Epiſcopis, ſeu Ordinariis viciniorib us. Intellige tunc demum huiuſmodi diſpenſationes poſſe committi inferioribus Ordinariis quando ſunt nullius diœceſis, & habent quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, Coccin. *deciſ.346.* quam ad litteram refert Modern. *de ſupplicat. ad ſanctiſſ. part.2. cap.4. num.55.*

3. Diſpenſationes matrimoniales, & aliæ quæcunque, quæ ſubditis inferiorum Epiſcopis à Sede Apoſt. conceduntur, ſi eas extra Romanam curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diœceſis exiſtant, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant, eiſdem inferioribus, non autem viciniotibus Epiſcopis ſunt committendæ, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. part.9. cap.2. num.142.*

Diſpenſationes matrimoniales, & alia huiuſmodi Priori ſunt committenda ſi Prioratus ſit nullius diœceſis, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeat, ita refert deciſum Nicol. Garc. *d. part.9. cap.2. num.142.* 4.

Diſpenſationes matrimoniales, & litteræ in forma *Dignum,* ſunt committendæ illi, cui mandata eſt iuriſdictio, viſitatio, correctio, & ſuperioritas, etiam quoad inſtitutionem, præſentationem, & nominationem, ita refert deciſum Garc. *d. part.9. cap.2. num.144.* 5.

β *Expreſſas preces ſubreptionis,* &c.] An & quando taciturnitas veri, aut expreſſio falſi vitiet gratiam? vide latè Monet. *d. tract. de commut. vltim. volunt. c.6. n.134. cum multis ſeqq.* 6.

Ordinarius, qui ex vi Concilij in præſenti debet cognoſcere extraiudicialiter, an diſpenſatio careat vitio ſubreptionis, & obreptionis, teneri citare partem, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.50.* 7.

Vltima voluntates circumſpectè commutandæ.

CAPVT VI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Cauſa iuſta, & neceſſaria copulatiuè requiritur ad commutationem vltimarum voluntatum.*
3. *Pecunia legato ad aliquem vſum quando non ſufficit, poteſt Epiſcopus commutare.*
4. *Vſus legatus quando non poteſt adimpleri, Epiſcopus conuertit in alium pium vſum.*
5. *Monaſterium quando in certo loco teſtatoris iuſſu conſtrui non poteſt, tunc Epiſcopus vt alibi conſtruatur efficere poteſt.*
6. *Legatum quando eſſet factum ad vnum vſum non ita neceſſarium, tunc poteſt Epiſcopus in alium vſum pium eidem Eccleſiæ magis neceſſarium commutare.*
7. *Epiſcopus pro vna tantùm vice, & ad tempus poteſt cum conſenſu hæredis voluntatem defuncti alterare.*

Digitized by Google

8. *Epiſcopus poteſt in alio loco teſtatoris exequi voluntatem, quando Eccleſia, ad cuius fauorem illa emanauit, negligens eſt.*
9. *Epiſcopus poteſt commutare defunctorum voluntates, ſi vrgeat aliunde neceſſitas commutandi, neque adiri poteſt Papa.*
10. *Cardinales, Abbates, Vicarius Epiſcopi, Capitulum Sede vacante nõ poſſint commutare.*

a Infrà ſeſſ. vltim. de reform. cap 4.

IN commutationibus vltimarum voluntatum a *quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fieri debent*, ß *Epiſcopi*, tanquam Legati Sedis Apoſtolicæ, γ *ſummariè & extraiudicialiter cognoſcant*, nihil in precibus, tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

1 VIde *cap. tua nobis* 17. §. *cùm igitur*, vbi Cou. *de teſtam.* Nauart. *in man. cap.* 27. *n.* 38. Suar. de Paz *in praxi tom.* 2. *prel.* 2. *num.* 45. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ.* 1. *rubr. n.* 24. Fr. Emman. *q q. regul. tom.* 2. *q.* 125. *art.* 9. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 3. *collect.* 558. *& in dec. curiæ Archiep. Neapol. dec.* 171. *part.* 4. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *c.* 2. *n.* 50. Mar. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol. vlt. caſu* 40. latè Monet. *in tract. de commut. vlt. volunt. cap.* 5. *cum tribus ſeqq.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 83. Valenzuel. *conſ.* 130. *n.* 54. *tom.* 2. Perez de Lara *de anniuerſ. & Capell. lib.* 1. *c.* 14. Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 1. *c.* 16. Mich. de Reinoſo *in obſeruat. iurid. obſeruat.* 7. Ciarlin. *controu. forenſ. c.* 5. *n.* 16. *cum ſeq.* Franc. Carpan. *de execut. teſtam. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 4. *cum ſeqq.*

2. a *Quæ non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa, &c.*] Ergo vtrumque copulatiuè requiri ad cauſam huiuſmodi commutationum, quòd nimirum ſimul ſit iuſta & neceſſaria, ex hoc loco colligit Monet. *d. tr. de commut. vlt. volunt. cap.* 6. *num.* 86. *cum ſeqq. & n.* 110. apertè docet quamlibet de per ſe ſufficere, reſpondens vt cùm ſit commutatio ex cauſa neceſſaria, quod neceſſitas iuſta, hoc eſt, non iniuſta eſſe debeat, vel potiùs illa, vt cauſa commutationis non ſolùm poſſit eſſe neceſſaria, ſed & quæuis alia iuſta, hoc eſt, probabilis, ſeu rationabilis.

3. Inter iuſtas cauſas, ob quas Epiſcopus vltimas defunctorum voluntates commutare poteſt, illa prima eſt quando pecunia legata ad aliquem vſum non ſufficeret, quia tunc in alium vſum per Epiſcopum conuerti poſſe, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p.* 3. *collect.* 558. *verſ. tertia cauſa*, Bertach. *in tract. de Epiſcopo lib.* 4. *part.* 4. *num.* 71. Roch. de Curte *de iurepatr. verb. conſtruxit, quæſt.* 11. Lambert. *in ſimili tract. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 4. *art.* 12. Monet. *d. c.* 5. *n.* 330. Ego ipſe *d. alleg.* 83. *n.* 7. Perez de Lara *d. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 9.

4. Secunda cauſa eſt, quando vſus legatus non poteſt adimpleri, tunc enim Epiſcopum poſſe quæcunque legata pia in alios pios vſus conuertere, reſoluunt Guidopap. *dec.* 556. Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 558. *verſ. prima*, Monet. *d. cap.* 5. *n.* 322. Perez de Lara *d. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 27. *cum ſeqq.* Molin. *d. tract.* 2. *diſput.* 249. *n.* 7. Franc. Carp. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 31. Ego ipſe *d. alleg.* 83. *num.* 8. Veluti ſtante difficultate executionis, quia tunc poterit Epiſcopus relictum pium in alio pio opere erogare; veluti ſi anniuerſarium relinquatur pro Miſſis cantandis, quæ tunc temporis cantari non poſſunt propter interdictum, nam poterit relictum in aliud opus pium conuerti. Vel ſi iubeat anniuerſatij Miſſam celebrari hora vndecima quotidie, poterit iubere quòd tempore veris, & æſtatis celebretur anteriori hora; ita Perez de Lara *de anniuerſar. & Capell. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 24. *cum ſeqq. vbi num.* 27. aduertit quòd quando propter impedimentum, ſeu difficultatem anniuerſarium non poteſt impleri in ſpecifica forma, ſed debet neceſſariò conuerti in alium pium vſum arbitrio Superioris, ſi teſtator prouiderit quid faciendum ſit, illud eſt obſeruandum.

Tertia cauſa eſt, ſi monaſterium in certo loco teſtatoris iuſſu conſtrui non poteſt, tunc enim Epiſcopum, vt alibi conſtruatur, efficere poſſe tenent Gambac. *de officio, & poteſt. Legati à latere, lib.* 6. *à n.* 223. Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 558. *in fine*, Ego ipſe *d. allegat.* 83. *n.* 10. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 249. *num.* 7. *verſ. vnde*, Franc. Carp. *d. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 11. 5.

Quarta cauſa eſt, quando legatum eſſet factum ad vnum vſum non ita neceſſarium, quia tunc poſſe Epiſcopum in alium vſum pium eidem Eccleſiæ magis neceſſarium commutare, aſſerunt Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 1270. *verſ. limita ſextò*, Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 19. *in vltim. impreſſ. & in pract. Eccleſ. q.* 213. Vgolin. *de offi. io Epiſcopi, cap.* 61. *num.* 5. Mart. *de iuriſdict. part.* 4 *caſu* 4. *num.* 10. *&* 11. Monet. *d. cap.* 5. *num.* 354. Ego ipſe *d. alleg.* 83. *num.* 12. Vnde Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. relinquit, num.* 17. *de teſtament.* quem refert & ſequitur Perez de Lara *d. lib.* 10. *cap.* 10. *num.* 29. tenet quòd ſi teſtator reliquit viginti annuatim pro anniuerſario celebrando in Eccleſia, quæ indiget reparatione, nec ſit aliunde vnde reparari poſſit, tunc de auctoritate Epiſcopi, & eius licentia poterit illa pecunia conuerti in Eccleſiæ reparationem per aliquod tempus; & idem Perez de Lara *citato loco, num.* 30. ait, quòd ſi relinquatur pecunia pro conſtruenda capella, vbi ſunt aliæ plures ad ſufficientiam, & Eccleſia indigeret reparatione, tunc poteſt conſumi pecunia in reparatione, & idem dicit ſi relinquatur pecunia pro ædificanda Eccleſia in ciuitate, vbi ſunt plures Eccleſiæ ruinoſæ, & egentes reparatione, nec ſit vnde ſubueniri, aut prouideri poſſit, quia tunc auctoritate Epiſcopi poterit illa pecunia conuerti in reparatione antiquarum Eccleſiarum, & *num.* 37. addit quòd ſi hoc fiat Epiſcopo auctorante, debeat fieri præuia cauſæ cognitione, & quod apud acta conſtet de vtilitate: ſi tamen à Romano Pont. ſufficit ſola voluntas, & infert ad eum caſum, quo relinquitur pecunia Eccleſiæ ad ornamenta, quibus ipſa abundabat, cùm egeret ſalario Rectoris, & dicit Epiſcopi auctoritate poſſe fieri conuerſionem, & alterationem, facta priùs ſolemni inquiſitione vtilitatis, ſaltim ſummaria. 6.

Quinta cauſa eſt, quando pro vna tantùm vice, & ad tempus commutatio facienda eſſet, tunc enim poſſe Epiſcopum cum conſenſu hæredis voluntatem defuncti alterare, tradunt Mar. Socin. *in tract. de obligat. libel. n.* 19. Cuch. *inſtitut. maior. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 61. Vgolin. *d. cap.* 62. *n.* 7. citati à Gutier. *conſil. n.* 19. qui contrarium tenet, Monet. *d. cap.* 5. *n.* 332. Marc. Anton. Genu. *d. cap.* 19. *n.* 5. Diana *moral. reſol. part.* 2. *tract.* 3. *miſcel. reſol.* 26. *verſ. aliqui Doctores*, Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 558. *verſ. quinta*, Ego ipſe *d. alleg.* 83. *n.* 14. vbi poſt Nicol. Garc. aduerto hoc non poſſe procedere attenta diſpoſitione Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 5. quod prohibet Epiſcopis tollere etiam cum conſenſu patroni qualitates in fundatione beneficiorum appoſitas. 7.

Sexta

8. Sexta caoſa eſt, qnando Eccleſia, ad cuius fauorem emanauit defuncti voluntas, negligena eſt, data enim hujuſmodi negligentia poſſe Epiſcopum in alio loco, ſeu alio modo teſtatoria exequi voluntatem, dicunt Lap. *alleg*.87. *poſt n*.4. Monet. *d. cap*.5. *num*.335.

Septima cauſa eſt, ſi vrgeat aliunde neceſſitas commutaodi vltimas defunctorum voluntatea, oeque adiri poſſit ſummus Pontif. tunc enim poſſe Epiſcopum illam commutare, multia probat Monet. *d.cap*.5. *à n*.348. vbi *num*.352. ampliat procedere, quamuis tunc pateat recurſus ad Nuncium Sedis Apoſt. ſeu Legatum etiam à latere.

β Epiſcopi.] An & quaodo Epiſeopns reſpectu ſubditorum Prælatis inferiotibua ſuæ diœceſis poſſit defunctorum voluntates commutare? vide Monet. *d. cap*.5. *num*.382. & præcipuè *à num*.389. Et de Cardinalibua in ſuis titulis, Abbatibus, Vicario, Epiſcopia, & Capitulo Sede vacante, nuncupatim agit idem Mooet. *d.cap*.5.*num*.427.452.453.*&* 484. 10.

γ Summariè & extraiudicialiter cognoſcam.] ita Perez de Lara *d. lib*.1. *cap*.10. *num*.36.

In appellationibus, &c. *ſeruetur tenor* cap. Romana, de appellat. in 6.

C A P V T VII.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Cap. Romana, ſeruatur etiam in appellationibus ad Sedem Apoſt. interpoſitis.*
3. *Auditores Legatorum, aliique iudices Apoſt. debent ſeruare hoc decretum.*

LEgati, & Nuncij Apoſtolici, Patriarchæ, Primates & Metropolitani in appellationibus ad eos interpoſitis, in quibuſvis cauſis, tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus poſt appellationem, ſeruare teneaotur formam & tenorem ſacrarum [a] conſtitutionũ, & præſertim [b] Innocentij quarti quæ incipit, Romana, quacũque conſuetudine, etiam immemorabili, aut ſtylo, vel priuilegio, in contrarium non obſtantibus: *α aliter inhibitiones*, & proceſſus, & inde ſecuta quæcumque ſint ipſo iure nulla.

a In Concil. Lugdun.
b Cap. Romana de app. in 6.

1. VIde Lancell. *de attent. part*.2. *cap*.20. *in præfat. quæſt*.5. *num*.165. Soar, de Pace *in pract. tom*.2. *part*.5. *cap.vnico*, *num*.4. *ad fin. & numero* 14. *ad fin.* Quarant. *in ſumma Bullary, verb. Archiepiſcopi auctoritas, numero* 13. vbi ait quod à ſubditis Epiſcopi ſuffraganei appellatur ad Archiepiſcopum, Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib*.2. *c*.11. *n*.13. Gabr. Pereira de Caſtro *de Manu Regia part*.1. *cap*.10. *n*.9. Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt*.8. *n*.52. *cum ſeqq.* nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit*.7. *pag*.57. vbi innouatur *cap. Romana, de appellat, lib*.6. per decretum Concilij in præſenti, latè Salgado *de protect. regia, tom*.1. *p*.2. *cap*.10. *num*.19. *cum ſeq. & de ſupplicat. ad ſanctiſſim. p*.2. *c*.33. *à n*.8. Mart. *in compilat. deciſ. tom*.1. *tit. de inhibit. cap*.10. *num*.11. meipſum in *collectan. ad cap. Romana, de appellat. in* 6. Ea in parte qua reperitur *d. cap. Romana*, à Synodo Tridentina innouatum, ac denuo confirmatum, voluit per Superiores Prælatoa, ad quoa appellator, non recipi neque admitti appellationes, niſi conſtiterit ex cauſa probabili appellatum eſſe; & quòd iidem Superiores inhibitiones contra iudices inferiores, à qoibna appellatum eſt, concedere non debeant, niſi ipſis priùs de denolutiooe conſtiterit, vt refert Stephan. VVeyms *d. loco*, *n*.1. vbi *n*.2. affirmat ſatis expreſſiſſe Synodum Trident. qui ſint intelligendi Superiores eiuſmodi, cùm Concilium Lugdunenſe de ſolo Archiepiſcopo Remenſi diſpoſuiſſet, deſignauit enim Legatos, & Nuncios Apoſt. Patriarchas, Primates, & Archiepiſcopos Metropolitanos, tanquam eoa, ad quos frequentiùs interponi ſolent appellationes; & iam vidimus in noſtro Tribunali Nunciaturæ Hiſpaniæ de expreſſo mandatò Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Cæſaris Fachenetti Nuncij Apoſt. cum poteſtate Legati de latere diſpoſitionem *d. cap. Romana*, obſeruari, cùm antea in deſuetudinem apud nos abiiſſet, ſi eius litteras ſtrictè attendamus, nam dicebant aliqui neceſſitatem iſtam exprimendæ cauſæ non videri impoſitam Iudici ſuperiori, ad quem appellatum eſt, ſed parti appellanti, vt appellationia ſuæ cauſam legitimam debeat exprimere, non ſolùm in appellando apnd judicem à quo appellat, ſed etiam in proſequntione appellanonia apud iudicem ad quem, dum appellationem ſuam lotroducit; alioquin Superior cauſam recipere non debeat, neque alteri illam committere; in quo latet minua periculi alicuius dedecoria quoad iudicem ſuperiorem, ſi poſtea fortè caoſa prætexata inueniatur minna legitima: quandoquidem hoc caſu, ſeu ſenſu non teneatur Superior recipiendo appellationem preſſiùs inquirere, an interpoſita fuerit ex cauſa probabili; indeque fiet vt etiam pars citata poſſit liberiùs contra cauſam expreſſam excipere: atque ita ſufficiet ſi Superior in ſuis litteris citatoriis expreſſerit generalem dumtaxat cauſam interpoſitæ appellationis, quia tenebitur citatus neceſſariò comparere, etiamſi aliud nihil fuerit expreſſum in citatione, quàm quod vocetur ob appellationem interpoſitam. Maximè cùm ſatis ſit parti appellatæ ſibi deinde adhoe ſupereſſe facultatem allegandi apud Superiorem cauſam non fuiſſe deuolutam, neque deuolui potuiſſe, eo quòd appellatio manifeſtè erit friuola, vel iniuſta. Quæ interpretatio Innocentianæ conſtitutionis tametſi reſtrictiua ſit, in vſu tamen forenſi maximè recepta eſt, nimirum vt iudex ſuperior in citatione aliud plerumque non exprimat, quàm quod ad ſe fuerit prouocatum, quaſi ſufficiat quòd ipſe deinde in progreſſu cauſæ poſſit pleniùs cognoſcere de allegata appellationia cauſa, an probabilis, an improbabilis fuerit. Hactenus Stephan. VVeyms *citato loco.*

Cap. *Romana, de appell. in* 6. ſeruari debere etiam in appellationibus ad Sedem Apoſt. interpoſitis, refert deciſum Sel. *in ſelect. canon. c*.23. *n*.13. Steph. VVeyms *d. loco*, *n*.4. *in fine.* 2.

Auditores

3. Anditores Legatorum, alioſque iudices Apoſt. à Legatis, & Nunciis delegatos, quibus iuxta facultatem illis conceſſam committunt audiendas, & cognoſcendas cauſas appellationum ab Ordinariis ad Sedem Apoſt. interpoſitarum, debere ſeruare hoc decretum Concil. ſuper inhibitionibus, iuxta formam *cap. Romana, de appellat, in* 6. decernendie, dicit reſolutum Sel. *d. c.* 23. *n.* 14.

a Aliter inhibitiones, &c.] De non facilè relaxandis inhibitionibus contra iudices inferiores, à quibus prouocatum eſt, agit latè Steph. VVeyms *d. loco n.* 10. *cum ſeqq. pag.* 63. & 64.

Epiſcopi pleniſſimè videant pias omnes diſpoſitiones quorumcunque Collegiorum, & hoſpitalium, exceptis iis, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione, non obſtantibus, &c.

CAPVT VIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Non prohibet quin & iudices ſeculares viſitare poſſint hoſpitalia ſi hoc eis aliàs legitimè competat.*
3. *Ordinarius non poteſt hoſpitale viſitare, ſi dictum ſit quod non poſſit ſe intromittere in eius viſitatione.*
4. *Ordinarius in dubio poteſt ab adminiſtratoribus hoſpitalium, aliorumque piorum locorum rationem adminiſtrationis exigere.*
5. *Ordinarius poteſt viſitare hoſpitale priuatum, & corrigere, ac reformare in iis tantum, quæ ad obſeruandam voluntatem fundatoris pertinent.*
6. *Hoſpitalia etiam vnita debent ab Ordinariis viſitari.*
7. *Viſitare poteſt Epiſcopus hoſpitalia, & pia loca etiamſi ſint priuata laicorum.*
8. *Exequutio aduerſus adminiſtratores hoſpitalium ad Ordinarium ſpectat.*
9. *Epiſcopus poteſt animaduertere in Rectores hoſpitalium, qui non verſantur vt oportet in adminiſtratione; non obſtante quacunque exemptione.*
10. *Hoc decretum extra viſitationem locum non habet.*
11. *Epiſcopi curare debent vt hoſpitalia à ſuis adminiſtratoribus quomodolibet exemptis fideliter adminiſtrentur.*
12. *Viſitare poteſt Archiepiſcopus Collegium Firmanum Martiale.*
13. *Collegium ſcholarium ſub gubernio ciuium iuriſdictioni Epiſcopi ſubiacet ſi ſcholares in eo debeant initiari clericali charactere.*
14. *Fundator poteſt excludere Ordinarium ab adminiſtratione capellaniarum.*
15. *Hoſpitalia adminiſtrata à Fratribus B. Ioannis Dei non ſunt exempta à iuriſdictione Ordinarij.*
16. *Abbates habentes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem.*
17. *Capitulum Sede vacante.*
18. *Viſitare poteſt Epiſcopus locum nullius diœceſis quatenus intra ſua diœceſis fines ſitum ſit.*
19. *Legatus poteſt cumulatiuè viſitare Eccleſias exemptas, quas poſſent Ordinarij ex decretis Concilij.*
20. *Viſitare non poſſunt Ordinarij in Eccleſiis Regularium etiam ſanctiſſimum Sacramentum.*
21. *Altaria, & capellas in Regularium Eccleſiis etiam per ſeculares confraternitates conſtructa viſitare non poteſt Epiſcopus.*
22. *Collegia quacunque viſitare poteſt Epiſcopus.*
23. *Confraternitates auctoritate Papæ, ſeu Epiſc. inſtitutæ ab Epiſcopo vt pia loca viſitari poſſunt.*
24. *Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſiis Regularium exemptorũ exiſtentes Epiſcopos viſitare poteſt; ſed an earum capellas, oſtenditur.*
25. *Viſitare poteſt Epiſcopus hoſpitalia, & beneficia commendata in Eccleſiis Regularium exiſtentia, in quibus non viget Regularis obſeruantia.*
26. *Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitatem exiſtentem in Eccleſia Monachorum Montis Virginis.*
27. *Hoſpitalia quæ ſunt ſub immediata Regum protectione viſitare non poteſt Epiſcopus.*
28. *Hoſpitalia quæ expreſsè reperiuntur ſub immediata Regum protectione, comprehenduntur tantùm ſub nomine talium hoſpitalium.*
29. *Epiſcopus cognoſcit de exceptione quod hoſpitale ſub immediata Regum protectione exiſtat.*
30. *Ordinarij iuriſdictioni non fuit derogatum per hoc decretum.*
31. *Loca deſtinata ad pauperes ſuſtentandos viſitare poteſt Epiſcopus.*
32. *Epiſcopus compellere poteſt laicum ad exequutionem piorum legatorum.*
33. *Exequutio adminiſtrationis piarum diſpoſitionum non impeditur, nec ſuſpenditur per appellationem.*
34. *Intelligitur de conſuetudine poſt Concil. ſciente & patiente Epiſcopo introducta.*

a Clement. quia contigit, de relig. domibus.

a EPiſcopi, ᵃ etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint executores, habeant ius viſitandi hoſpitalia, β *collegia quæcumque*, ac γ *confraternitates laicorum*, δ *etiam quas ſcholas*, ſiue quocumque alio nomine vocant, ε *non tamen, quæ ſub regum immediata protectione ſunt*, ſine eorum licentia: eleemoſynas Montis Pietatis, ſiue Charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio ſint munita, ac omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ζ *ſeu pauperes ſuſtentandos*, inſtituta ſunt, ipſi ex officio ᵇ iuxta ſacrorum canonum ſtatuta, η *cognoſcant, & exequantur*, θ *non obſtantibus quacumque conſuetudine*, etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto.

b Cap. tua, & c. Ioann. de ceſſam.

1\. VIde Tiraq. *de priuileg. piæ cauſæ, priuileg.* 149. Gutier. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 1. *cum ſeqq.* Azeued. *l.* 3. *n.* 9. *tit.* 14. *lib.* 8. *noua recop.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 13. *à num.* 21. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *quæſt.* 10. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. hoſpitale*, §. 3. latè Perez de Lara *de anniuerſ. & Capellan. lib.* 2. *quæſt.* 1. Gabr. Pereira *de Manu Regia part.* 1. *c.* 17. Piaſec. *in ſimili praxi, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 33.

num.33. Salaz. de uſu & conſuet. cap. 8. num. 20. Mart. de iuriſdict. part. 2. cap. 18. per tot. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 2. num. vlt. Vgolin. de officio Epiſcopi cap. 24. §. 1. n. 3. verſ. viſitare, Gened. pract. & canon. quaſt. lib. 2. quaſt. 21. à n. 14. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curia Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 209. Aldan. in compendio canon. reſolut. lib. 2. tit. 8. Sel. in ſelect. canon. cap. 22. meipſum de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 75. Valenzuel. conſ. 87. n. 19. Stephan. VVeyms in conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit. 16. num. 8. cum ſeqq. pag. 64. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 11. Ciatlin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 65. num. 1.

2\. Decretum Concilij in præſenti quatenus concedit facultatem Epiſcopis viſitandi hoſpitalia, & cætera pia loca, non prohibere quin & iudices ſeculares eadem viſitare poſſint, ſi hoc eis aliàs legitimè competat, refert deciſum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 1. tit. 6. de viſitat. n. 65. quem refero d. alleg. 75. n. 15. Stephan. VVeyms d. loco num. 10.

3\. Si in fundatione hoſpitalis ſit dictum quòd Ordinarius non poſſit ſe intromittere in eius viſitatione, an poſſit illud viſitare. vide Armendar. d. tit. 6. de viſitat. n. 66. Rot. deciſ. 43. in princip. part. 3. recent. vbi fuit dictum poſſe Epiſcopum viſitare, niſi aliter cautum ſit in inſtitutione. Franc. Carp. de executor. teſtam. lib. 1. cap. 22. num. 65. Alzed. de Epiſcopo part. 2. cap. 1. n. 56. Alphonſ. de Leone de officio Capellani quaſt. 5 ſect. 12. à num. 203. Perez de Lara de Capell. & anniuerſ. lib. 2. cap. 1. à num. 16. Diana moral. reſol. p. 1. tract. 2. reſol. 83. in princ. vbi tenet nihilominus poſſe Epiſcopum viſitare, niſi Epiſcopus in fundatione conſentiat, quòd ab eius eximatur viſitatione.

4\. In dubio poſſe Ordinarium ab adminiſtratoribus hoſpitalium, aliorúmque piorum locorum rationem adminiſtrationis exigere, donec coram ipſo doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus expreſsè cautum ſit, refert deciſum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de hoſpitalibus num. 5.

5\. Ordinarium poſſe viſitare hoſpitale priuatum, & corrigere, & reformare in iis tantùm, quæ ad obſeruandam voluntatem fundatorum pertinent, & ex decreto cap. ſeq. habere exigendi rationem ab adminiſtratoribus ipſius hoſpitalis, vna tamen cum illius deputatis, quibus ex conſuetudine ratio reddenda eſt, refert deciſum Armendar. d. tit. 6. de viſitat. num. 67.

6\. Hoſpitalia etiam vnita, in quibus Eccleſiæ ſunt, vbi aſſiduè diuina officia celebrantur, & bona eorum non ſunt diſtincta, debere ab Ordinariis viſitari, refert deciſum Armendar. d. tit. 6. de viſitat. num. 69.

7\. Epiſcopum viſitare poſſe omnia hoſpitalia, & pia loca quocunque nomine nuncupentur, etiamſi ſint priuata laicorum, & corrigere, & reformare in caſibus à iure conceſſis, ſcilicet ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtque teſtatoris voluntas ſeruetur, referunt deciſum Marta de iuriſd. part. 2. cap. 18. num. 5. Armendar. d. tit. 6. de viſitat. num. 74. Ego ipſe d. alleg. 75. num. 11. Stephan. VVeyms d. conſt. 16. num. 9. vbi cum Renato Chopino aduertit Synodum in hoc nouam poteſtatem Epiſcopis non attribuere, qua & olim ſimilium piorum locorum curam Epiſcopis, Eccleſiaſticiſque relictam fuiſſe, num. 12. refert ſacram Congregationem cenſuiſſe Epiſcopos cumulatiuè conſtitutos eſſe executores cum aliis quibuſcumque inferioribus piarum diſpoſitionum executoribus, & iuxta hanc diſtinctionem ſunt intelligenda quæ dicit Gabr. Pereira de Manu Regia p. 1. cap. 17. n. 7. dum reſoluit quòd quando hoſpitale, Confraternitas, ſeu albergaria conſtructa eſt per laicos, & ab ipſis adminiſtratur, omnis viſitatio, & rationum petitio ad laicos Magiſtratus, vt procedant non priuatiuè, ſed cumulatiuè cum Epiſcopo; & ideo bene num. ſeq. ait quòd in his, quæ auctoritate Prælatorum erectæ ſunt, ad ipſos Prælatos priuatiuè ſpectat viſitatio.

8\. Exequutionem aduersùs adminiſtratores hoſpitalium condemnatos iuxta hoc decretum, ſiue ſoli Ordinario reddita fuerit ratio, ſiue vnà cum aliis deputatis, ad ipſum Ordinarium ſpectare, refert deciſum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 2. de hoſpital. n. 4.

9\. Animaduertere autem poſſe Epiſcopum in Rectores hoſpitalium, leproſariorum, eleemoſynarum, & xenoduchiorum, qui negligunt, ſeu non verſantur vt oportet in adminiſtratione, non obſtante quacunque exemptione; Clement. quia contingit, de relig. domibus. Etaſiu. à Cuchier de iuriſdict. ordinar. in exemptos, p. 2. quaſt. 45. n. 79. Ego ipſe d. alleg. 75. num. 12.

10\. Decretum Concilij in præſenti extra viſitationem locum non habere in caſibus etiam à iure non conceſſis, dicit reſolutum Armendar. d. §. 2. de hoſpital. num. 7.

11\. Quia curare debent Epiſcopi vt hoſpitalia à ſuis adminiſtratoribus quomodolibet exemptis diligenter ac fideliter adminiſtrentur, & gubernentur, dubium non eſt quin illorum viſitationem inſtituere debeant, vt per illam cognoſcere poſſint, quæ facere debeant adminiſtratores hoſpitalium, & Confraternitatum, ſicut refert deciſum Armendar. d. §. 2. de hoſpitalibus, n. 12.

12\. Viſitare poteſt Archiepiſcopus Collegium ſcholarium Firmanum, Martiale nuncupatum, fundatum quidem, & donatum à Canonico Martiali, ſed prætendente communitate, ſub cuius gubernio regitur, à ſe fuiſſe fundatum, quia ſuper hæreditate dicti Canonici deuoluta ad Cameram Apoſt. ratione ſpolij ſe compoſuit, & ex illiſmet bonis fundauit Collegium, ita Sel. in ſelect. Canon. cap. 22. num. 3. atteſtans ſic fuiſſe reſolutum in Firmana 13. Iulij 1630.

13\. Collegium ſcholarium fundatum ſub gubernio, & adminiſtratione ciuium, cum conditione, inter alias, vt ſcholares debeant initiari clericali charactere, iuriſdictioni Epiſcopi ſubiacet, & poteſt per ipſum viſitari, Sel. d. cap. 22. num. 4. dicens ſic fuiſſe deciſum in Firmana 17. Auguſti 1630.

14\. Fundator ab adminiſtratione, cura, & viſitatione capellaniarum perpetuarum etiam collatiuarum excludere poteſt Ordinarium, niſi in caſu negligentiæ, ita declaraſſe Paulum V. refert Garc. de benefic. part. 1. cap. 2. n. 98.

15\. Hoſpitalia adminiſtrata à Fratribus B. Ioannis Dei non ſunt exempta à iuriſdictione Ordinarij, niſi ſolùm quoad Regularem obſeruantiam, Sel. d. cap. 22. n. 5. vbi refert ita deciſum in Auellina 12. Ianuarij 1630.

16\. *a Epiſcopi.*] Idem poſſe Abbates habentes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, reſoluunt Flores de Mena var. quaſt. lib. 2. quaſt. 14. n. 22. Aloyſ. Ricc. de praxi aurea reſol. 303.

17\. Idem quoque poſſe Capitulum Sede vacante poſt Martinez, & Molin. Theologum, reſoluit Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 2. n. 10.

18\. Viſitare poteſt Epiſcopus locum nullius diœceſis

quatenus

quatenus intra ſuæ diœceſis fines ſitum eſſe conſtet, ac per eundem dimiſſorias concedere, Ordineſque conferre debent, dum autem intra cuius diœceſis fines exiſtat, non appareat, per Ordinarium viciniorem præfata adimplenda ſunt. Aldan. *d. lib. 2. tit. 8. n. 3.* vbi teſtatur ita deciſiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in nullius Rutilliani Conuerſan. diœceſis, 9. Septembris* 1616.

19. Legatus poteſt cumulatiuè viſitare Eccleſias exemptas, quas poſſunt Ordinarij ex decreto Concilij, Sel. *d. cap. 21. num. 7.* referens ita reſolutum ad fauorem Cardinalis de Lotharingia 16. *Ianuarij.* 1597.

20. Viſitare non poſſe Ordinarios in Eccleſiis Regularium, etiam ſanctiſſimum Sacramentum, tenet Sel. *d. c. 21. n. 8.* atteſtans ſic cenſuiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Reg. *in Nicoteren. de anno* 1593.

21. Epiſcopum non poſſe viſitare Altaria, & Capellas in Regularium Eccleſiis, etiam per ſeculares confraternitates constructa, firmauit Aldan. *d. tit. 8. num. 4.* dicens ſic deciſiſſe eand. S. Congreg. Epiſc. & Regul. *Papien. 21. Auguſti* 1615. *& in Terracinen. 22. Ianuarij* 1616.

22. *ß Collegia quæcumque.*] Vide Garc. *de benefic. p. 5. c. 1. n.* 612. meipſum *d. alleg. 75. n. 21.*

23. *γ Confraternitates laicorum*] Eas enim auctoritate Romani Pont. ſeu Epiſcopi inſtitutas ab Epiſcopo vt pia loca viſitari poſſe reſoluunt Perez *lib. 3. n. 9. tit. 14. lib. 8 Orden.* Annib. Roch. *in tract. de viſitat. in gloſſ. verb. laicorum.* Carol. de Graſſ. *de effect. lib. cler. effectu 1. n. 69.* Ego ipſe *d. alleg. 75. n. 23.*

24. Confraternitates perſonarum ſecularium in Eccleſiis Regularium exemptorum exiſtentes Epiſcopum poſſe viſitare, non tamen earum capellas, vel Altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias exiſtunt, referunt deciſum Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Epiſcopus, pen.* Armendar. *d. §. 2. de hoſpitalibus, n. 14. &* 15. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 21. in princ.* Vgolin. *de officio Epiſc. p. 2. c. 49. §. 5. num. 3.* Ciarlin. *d. cap. 65. num. 6.* Aldan. *d. tit. 8. num. 5.* aſſerens ſic deciſiſſe S. Congr. Epiſcop. & regul. *in Papien. 21. Auguſti* 1615. *& in Terracinen. 22. Ianuarij* 1616. Ego ipſe *d. alleg. 75. num. 13.* vbi intelligo quoad adminiſtrationem tantùm, tranſcripſit me non citato Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ. 209. num. 8. p. 4.* Sed poſtea inueni Sel. *d. cap. 22. num. 10.* tenuiſſe Confraternitates laicorum in Eccleſiis Regularium exemptorum inſtitutas ſubeſſe iuriſdictioni, & viſitationi Epiſcopi, atque ab eo viſitari poſſe nedum illas Confraternitates, ſed etiam capellas ipſarum in iiſdem Eccleſiis Regularium exiſtentes; in his tamen quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciunt, & intelligit ſacræ Congregationis Epiſcoporum & Regularium deciſiones, & præcipuè *in Oſtien. 1. Octobr.* 1626. quatenus quoad capellas ſecus ſenſiſſe videtur, intelligendas circa ea, quæ non Confraternitatum adminiſtrationem, ſed potiùs Regularium reſpiciunt. Vtrùm autem Epiſcopi ſe intromittere poſſint in viſitatione Confraternitatum, quæ in Eccleſiis Militiarum, ſeu Ordinum construuntur; vide Gabr. Pereira *d. cap. 17. num. 13.*

25. Viſitare poſſe Epiſcopum tam Confraternitates laicorum in monaſteriis, vel Eccleſiis Regularium exiſtentes, in iis tamen, quæ Confratrum adminiſtrationem concernunt, quàm etiam hoſpitale, ac beneficia commendata, in quibus non viget Regularis obſeruantia, reſoluit Sel. *d. c. 21. num. 12.* vbi ait ſic cenſuiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in Caputaquen. 27. Iunij* 1599.

26. Viſitare poſſe Epiſcopum tam Confraternitatem exiſtentem in Eccleſia Monachorum Montis Virginis, cuius ſuperiores non ſubiiciuntur Epiſcopo, ſed habent in eorum monaſteriis legitimam iuriſdictionem dependentem ab Abbate, qui eſt caput Ordinis, quique cum ſuis monaſteriis ſubiicitur immediatè Sedi Apoſt. reſoluit Sel. *d. cap. 22. num. 13.*

27. *δ Etiam quæ ſcholas, &c.*] Epiſcopus poteſt Viſitare Vniuerſitates omnes, exceptis illis, quæ ſub Regum protectione ſunt, vt per Narbonam *l. 31. gloſſ. 1. n. 5. tit. 7. lib. 1. noua Recopil.*

ε Non tamen quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, &c.] Vide Ordin. Reg. Luſit. *lib. 1. tit. 62. §. 42.* vbi Parens meus plures Doctores citat, Mart. *de iuriſdict. p. 2. c. 18. n. 2. cum ſeqq.* Perez de Lara *de anniuerſar. & capellan. lib. 2. c. 1. n. 49.* Valaſc. *conſ. 105. num. 62.* Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ cap. 39. num. 3. & cap. 45. n. 5.* Ceuall. *commun. contra communes quæſt. 897. num. 984.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de viſitat. num. 70. cum ſeqq.* meipſum *d. alleg. 75. num. 16.* Valenz. *conſ. 58. num. 22.* Gabr. Pereira *de Manu Regia part. 1. cap. 17. n. 11. pag.* 170. nouiſſimè Stephan. VVeyms *d. conſtit. 16. n. 13. pag.* 176. vbi rationem huius deciſionis præſtat, quia Tridentina Synodus ſatis videtur confidere curæ, & ſollicitudini Regum, quia talia hoſpitalia in ſua poteſtate habent, nec volunt Epiſcopis cauſam præbere ſe immiſcendi fundationibus illis, quas Reges ex prouentibus propriis, aut ærario publico conſtituerunt, ſuæ que iuriſdictioni, & immediatæ protectioni reſeruarunt.

28. Non comprehendi ſub nomine talium hoſpitalium, niſi ea, quæ expreſsè reperiuntur ſub immediata Regum protectione, referunt deciſum Mart. *d. c. 18. n. 4.* Armend. *d. tit. 6. de viſit. num.* 71. Stephan. VVeyms *d. loco, num. 13. poſt med.* vbi aduertit hanc exceptionem etiam extendi ad ea hoſpitalia, & collegia, quæ ſunt ſub immediata protectione aliorum ſupremorum, & ſublimium Principium, qui Regalia in ditionibus ſubditis poſſident, etiamſi fortaſſe Regis titulum non gerant: & deinde refert poſſe Epiſcopos viſitare, & exequi, quæ in hoc Concilij decreto, etiamſi hoſpitalia à laicis adminiſtrentur, & ſint ſub generali, ſeu immediata protectione Regum, ſeu Principum ſecularium, dummodo aliàs Eccleſiaſtica ſint, vel pro Eccleſiaſticis habeantur. Ciarlin. *d. cap. 65. n. 4.*

29. Hoſpitale aliquod viſitare volenti ſi opponatur exceptio quòd ſub immediata Regum protectione exiſtat, non ad ſecularem iudicem, ſed ad ipſum Epiſcopum talis exceptionis cognitionem, & definitionem pertinere, refert deciſum Mart. *d. c. 18. n. 5.* Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. n.* 72. Ego ipſe *d. alleg.* 75. Stephan. VVeyms *d. loco, n.* 16.

30. Hoc decreto nunquam fuit iuriſdictioni Ordinarij derogatum, aut detractum in aliquo, etiam in locis, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione, & ideo iuriſdictionem, quam priùs ante Concil. Epiſcopi habebant in dictis locis, etiam poſt Concil. exercere poſſunt, ita Sel. *d. c. 22. n. 20.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Neapolitana 12. Auguſti* 1618. Quare in his hoſpitalibus ſeu Confraternitatibus de Regum protectione poſſunt Prælati viſitare decentiam diuini cultus, & ornamentorum, docent Antonio. Diana *moral. reſolut. p. 1. tract. 2. reſol.* 100. Gabr. Pereira *d. p. 1. c. 17. n. 12.* adducens doctrinam Abb. *in cap. vlt. de cenſib.* & aliorum, quos refert Pariſ. *conſ.* 34. reſoluentium quòd licet Epiſcopus non viſitet capellas particulares, & exemptas, tamen poteſt inquirere

an

an decenter tibi Sacra miniſtrentur ; & reſpondet decretum Concilij in præſenti procedere circa opera, quæ in illis locis exercentur, & circa petendas rationes eorum, quæ ibi expenduntur, non autem de viſitatione circa cultum diuinum, quæ ad Epiſcopos neceſſariò, & priuatiuè ſpectat, quia res ſpiritualis eſt & eccleſiaſtica.

31. *ζ Seu pauperes ſuſtentandos.*] Vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 44. in fine.*

32. *η Cognoſcant, & exequantur.*] Poſſe Epiſcopum compellere laicum ad exequutionem, reſoluit Stephan. Grat. *Marchia dec. 189. dub. 2.* quem refert Aloyſ. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect. 714. in fine.*

33. *θ Non obſtantibus.*] Epiſcopum poſſe viſitare adminiſtratores locorum piorum, & ab eis rationem adminiſtrationis exigere, quibuſcumque exemptionibus, & iudicum inhibitionibus non obſtantibus, tenet Rota apud Tambur. *in fine tom. 3. de iure Abbatum dec. 53. n. 3. cum ſeq.* vbi *num. 7.* dicit quòd Epiſcopus non impediendus in exercitio ſuæ ordinariæ iuriſdictionis donec cognoſcatur an priuilegium interueniat ; & *n. 9.* quòd exemptionis quaſi poſſeſſio non acquiritur ex eo ſolum quòd non appareat Epiſcopum exercuiſſe iuriſdictionem, niſi probetur quòd venerit caſus exercendi, & volens exercere fuerit repulſus, & repulſioni acquieuerit, vel aliàs habuerit ſe pro ſpoliato. Vnde ſi quis adminiſtrator piorum locorum videns ſe conſtrictum ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, appellaret, licèt admittatur appellatio, non propter hoc impediri, aut ſuſpendi exequutionem aſſerit deciſum. Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. hoſpitale verſ. ſextum*, quem refero *d. alleg. 75. num. 62.*

ι Quacunque conſuetudine.] Hæc verba intelligenda eſſe de conſuetudine poſt Concil. ſciente & patiente Epiſcopo introducta, reſoluit Sel. *d. cap. 22. num. 30.* vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Liman 19. Septembris 1625.* 34.

Adminiſtratores cuiuſuis fabricæ, Confraternitatis, & quorumcunque piorum locorum, ſingulis annis reddant rationem Ordinario, niſi aliter in fundatione ſit cautum.

CAPVT IX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Ratio ſumptuum fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ eſt reddenda Epiſcopo ordinariè.*
3. *Capitulum, & Canonici tenentur reddere Ordinario rationem adminiſtrationis fabricæ Eccleſiæ Cathedralis.*
4. *Fabricam viſitare ſolus Epiſcopus poteſt.*
5. *Fabricarum redditus poteſt Epiſcopus expendere pro ſuo arbitrio.*
6. *Intelligitur tam de hoſpitalibus eccleſiaſticis, quàm priuatis.*
7. *Hoſpitalium adminiſtratores debent Epiſcopo reddere rationem adminiſtrationis ſuæ.*
8. *Epiſcopus poteſt ab adminiſtratoribus hoſpitalium, aliorúmque piorum locorum rationem adminiſtrationis exigere, donec, &c.*
9. *Confraternitas Montis pietatis.*
10. *Epiſcopus etiam extra viſitationem poteſt eleemoſynas Montis pietatis ex officio ſuo cognoſcere, & exequi.*
11. *Conſtitutio Pauli V. prohibens diſpoſitionem pecuniæ, prohibere etiam cenſetur diſpoſitionem frumenti.*
12. *Loca pia, ſiue publica, ſiue priuata, eccleſiaſtica, ſiue laicalia viſitari poſſunt per Epiſcopum.*
13. *Adminiſtratores piorum locorum, etiam exemptorum nullam rationem reddentes, poſthac eam Epiſcopo reddere tenentur.*
14. *Ordinarius, habet votum ſicut cæteri deputati in abſoluendo, vel condemnando adminiſtratores piorum locorum.*
15. *Epiſcopus poteſt exigere rationem adminiſtrationis ab adminiſtratoribus, etiam in locis, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione.*
16. *Rationes ab adminiſtratoribus piorum locorum per Epiſcopum pluries in anno repeti poſſunt.*
17. *Rationem redditionum neque Epiſcopus, neque Capitulum debet exigere tempore, quo recitantur diuina officia.*
18. *Abbates, Præpoſiti, & Abbatiſſa Regularem vitam ducentes non tenentur Epiſcopo reddere rationem.*
19. *Monaſteriorum adminiſtratores de illis rationem reddere non tenentur.*
20. *Epiſcopi ſunt cumulatiuè executores piarum diſpoſitionum ad alias inferiores.*
21. *Capitulum Sede vacante.*
22. *Exequutio aduersùs adminiſtratores hoſpitalium condemnatos ſpectat ad Epiſcopum.*
23. *Epiſcopus, & eius officiales, ac Notarij nihil percipere poſſunt emolumentorum in receptione rationis adminiſtrationis.*
24. *Hoſpitalis computa ſtante conſuetudine Epiſcopus vnà cum magiſtro eiuſdem hoſpitalis recognoſcere tenetur.*
25. *Excommunicare poteſt Epiſcopus Fratrem Capellanum Religionis Hieroſ. non reddentem rationes adminiſtrationis Parochialis ſecularis.*
26. *Executores vltimarum voluntatum nihil dare debent Epiſcopo, ſeu eius officialibus pro cauſa laboris in recipienda ratione adminiſtrationis bonorum.*
27. *Inſtitutiones piorum locorum obſeruandæ circa reddendas rationes adminiſtrationis earum.*
28. *Locum habet etiam extra viſitationem.*
29. *Conſuetudines ſunt ſublatæ per hoc cap. & ſolum præſeruatæ inſtitutiones.*

ADminiſtratores, tam Eccleſiaſtici, quàm laici, *α fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ*, etiam Cathedralis, *β hoſpitalis, confraternitatis*, eleemoſynæ *γ Montis Pietatis*, *&* [a] *quorumcunque piorum locorum*, *ε ſingulis annis ζ teneantur reddere rationem* adminiſtrationis *η Ordinario*: [b] conſuetudinibus & priuilegiis quibuſcunque in contrarium ſublatis : *θ niſi ſecus fortè in inſtitutione*, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet. *Quòd ſi ex conſuetudine*, aut priuilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet : tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius : & aliter factæ liberationes dictis adminiſtrationibus minimè ſuffragentur.

a Clem. quia contingi, §. vt autē præmiſſ. de relig. dom.
b ſupr. ſeſſ. 7. c. vlt. & infrà ſeſſ. 25. cap. 8. de refor.

1. Vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. c.13. num.27.* Gutrierez *Canon. lib.1. cap.35. num.19. cum ſeqq.* Flores de Mena *variar. lib.3. quaſt.21.n.180. cum multis ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ.p.3. collect.*714. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*395. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.5.n.45. & gloſſ.29. num.3.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.24.§.1.* Marr. *de iuriſdict. p.2. cap.18. num.6. 9. & 10* Sel. *in ſelect. Canonic. cap.23. per tot.* Salgado *de protectione Regia, tomo 1. p.2. cap.11. per tot.* Rota *deciſ.355. p.1. recent.* meipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, p.3. allegat.75. num.57. cum ſeqq.* Valenzuel. *conſil.122. n.38. tomo 2.* Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas, conſtit.16. à num.8. pag.174.*

2. *α Fabricæ cuiuſvis Eccleſiæ.*] Rationem ſumptuum fabricæ cuiuſvis Eccleſiæ eſſe reddendam Epiſcopis ordinariis, niſi in inſtitutione eiuſdem Eccleſiæ fabricæ aliter ſtatutum ſit, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib.1. tit.17. l.7. de Epiſcop. num.78. verſ. item & rationem.*

3. Capitulom & Canonicos teneri reddere Ordinario rationem adminiſtrationis fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, niſi conſtet ex inſtitutis & ordinationibus eius non poſſe Ordinarium ſe intromittere, refert deciſum Armendar. *d. n.78. in fine.*

4. Viſitare fabricam ſolum Epiſcopum poſſe dicit reſolutum Garc. *de benefic. p.3. c.2. n.198.*

5. Fabricarum reditus poſſe Epiſcopum expendere pro ſuo arbitrio, teſtatur deciſum idem Garc. *d. p.3. cap.2. n.198. in fine.*

6. *β Hoſpitalis, Confraternitatis,* &c.] Intelligi debere iam de hoſpitalibus Eccleſiaſticis, quàm priuatis, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib.4. tit.29. l.2. §.1. de hoſpitalib. num.11.*

7. Hoſpitalium adminiſtratores debere Epiſcopo reddere rationem adminiſtrationis ſuæ, etſi conſuetudine, priuilegio, & inſtitutione aliqua perſonis aliis ad id officium electis ratio eſſet reddenda prædictæ adminiſtrationis, reddendam tamen Ordinario cum ioteruentu dictorum electorum, refert deciſum Armendar. *addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, n.79.*

8. Poſſe Epiſcopum ab adminiſtratoribus hoſpitalium, aliorúmque piorum locorum rationem adminiſtrationis exigere donec coram Ordinario eodem doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus expreſsè cautum ſit, & tunc curare debere, vt quod ordinatum eſt, obſeruetur, reſolutum dicit Armendar. *d. §.1. de hoſpital. num.5.* Eleganter Stephan. VVeyms *d. conſtitut.16. num.19. cum ſeqq.* vbi affirmat, verba illa, *donec coram Ordinario eadem*, &c. non eò tendere vt ſemper remoueri poſſit Ordinarius quoties fundator expreſſim vetuit Epiſcopum ſe intromittere, quia efficere noo poteſt teſtator, vel fundator, quin leges in ſuam diſpoſitionem influant, & locum obtineant, *l. nemo poteſt, ff. de legat.*1. ſed vt certa ab incertis ſeparentur, aduertit idem Stephan. VVeyms *d. loco num.23.* iſtam viſitandi, corrigendi, & rationes audiendi auctoritatem Epiſcopo competere generaliter, & in vniuerſum omni caſu, exceptis duntaxat tribus: primò quando hoſpitalia ſunt immediatè ſubiecta protectioni Regum, de quo diximus *cap. præcedenti num.27. cum ſeqq.* Secundò quando in ipſa fundatione per fundatores laicos, ex conſenſu Epiſcopi, vel alterius Superioris Eccleſiaſtici expreſsè cautum eſt ne Epiſcopus interueniat, vel ne adminiſtratores teneantur ſuis rationibus adhibere Epiſcopum, de quo infrà *num.27.* & in hoc ſenſu interrogata ſacra Congregat. an ſtante prohibitione in fundatione hoſpitalis, quòd Ordinarius non poſſit ſe intromittere in illius viſitationem, nihilominus poſſit Ordinarius viſitare? cenſuit non poſſe. Tertiò quamdiu fundator laicus adhuc ſuperſtes eſt, & ſuæ fundationi auctoritatem Epiſcopi, vel alterius Superioris oon adhibuit, nullæ quoque ſunt partes Epiſcopi, vt adminiſtrationi hoſpitalis ſeſe poſſit immiſcere, quia, vt diximus, in manu, & arbitrio fundatoris eo vſque permanet.

Epiſcopus, aot eius viſitatores poſſunt recognoſcere horrea publica quando ſæcularium magiſtratuum magna eſt deſidia, ac ſocordia in illorum adminiſtratione, vide Gutrierez *canonic. lib.1. c.35. n.38.* Parlad. *different.9. §.3. n.7.* Eſcobar *de ratiocin. p.1. c.7. n.51.* Ceuall. *commun. tom.4. quaſt.897. n.588. cum ſeqq.*

9. *γ Montis pietatis.*] De Confraternitate Montis pietatis, & an ſit licita, & de multis dubiis circa eam occurrentibus, vide Caiet. *in opuſculo de Monte pietatis*, Bernard. Buſto *in defenſorio Montis pietatis*, Sot. *de iuſtit. lib.6. quaſt.1. art.6.* Ludou. Lopez *in inſtruct. conſcient. p.2. cap.59. à princip.* Medin. *in C. de reſtitut. cap. de caſu ſimili, quaſt.10. Montis pietatis, pag.152.* Mich. Palat. *de contract. lib.3. cap.4. pag.197. cum ſeqq.* Genin. *in cap. nauiganti, §.3. à num.80. de vſuris*, Petr. Gregor. *de Republ. lib.13. c.16. à num.9.* Bañez *2. 2. q.78. art.4.* Salon. etiam *2.2. q.78. art.2.* Nauarr. *in comment. de vſuris, num.59. & in manual. cap.17. num.213.* Cardin. Tolet. *in ſumma lib.5. c.38.* Perez de Lara *de Capallan. & anniuerſ. lib.1. cap.23.* Quaranta *in ſum. Bullarij, verb. Montes pietatis*, Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.24. §.1. num.4.* Salas *de contract. lib. tit. de vſuris, dub.33. num.3.* Bonacin. *in ſimili tract. diſp.3. quaſt.3. puncto 12.* Molin. *de iuſtit. tract.2. diſp.325.* Leſſi. *eod. tract. lib.2. c.20. dub.23.* Rebellum *de obligat. inſtit. p.2. lib.8. q.13.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.3. q.35.* Azor. *inſtit. moralium p.3. lib.5. c.8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.25. n.207.* Barthol. à S. Fauſto *in ſpeculo Confeſſ. p.1. diſp.7. de monte Pietatis.*

Epiſcopus etiam extra viſitationem, & in caſibus à iure non expreſſis, poteſt eleemoſynas Montis pietatis, ſiue charitatis, & loca omnia quomodocumque nuncupentur, etiamſi cura illorum ad laicos pertineat, & etiamſi ſint exempta, ex officio ſuo cognoſcere, & exequi, prout ea omnia, quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt: nec non Epiſcopo licet exigere rationem ab adminiſtratoribus eorum locorum mere laicorum, & priuatorum generaliter abſque vlla diſtinctione, & quando ex priuilegio, vel conſuetudine, vel aliqua alia conſtitutione aliis reddenda eſſet, ratio eiſdem reddenda eſt, adhibito cum illis Ordinario, niſi in fundatione cautum eſſet aliter, nempe quòd rationes nec Ordinario reddendæ eſſent, ita refert deciſum Sel. *in ſelect. canon. cap.23. num.2.* 10.

Conſtitutio ſanctæ mem. Pauli V. prohibeos diſpoſitionem pecuniæ Montis pietatis in alios quam pauperum vſus in ipſorum Montium erectione præſcriptos abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, prohibere etiam cenſetur diſpoſitionem frumenti, ita Sel. *cap.23. num.3.* atteſtans ſic cenſuiſſe *S. Congregat. Epiſcop. & Regul. ſub die 14. Februarij* 1631. 11.

δ Et quorumcumque piorum locorum.] Sioe ea 11.

ſint-

ſiot publica, ſiue priuata, eccleſiaſtica, vel laicalia, vt refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis, num. 78.* quem refero Ego ipſe *d. allegatione 75. num. 58.*

13. Piorum locorum, etiam exemptorum, admioiſtratores nullam rationem reddentes poſthac eam Epiſcopo reddere teneri, qood ſi aliis reddere ſolent, cum illis tamen præſentialiter adhibendum eſſe Epiſcopum, qui quoties in dicto actu rationem computorum adhibent, in condemnatione, vel abſolutione vnicum votum habero, aſſerit reſolutum Armeodar. *d. l. 7. de Epiſcopis, num. 78. verſ. item & adminiſtrator.*

14. In abſoluendo, vel coodemoando, adminiſtratores piorum locorum Ordinarium habere votum ſicut cæteros deputatos, & eius votum debere numerari cum aliis, itavt maior pars votorum abſoluat, aut condemnet, dicit deciſum Armendar. *d. num. 79. verſ. item ordinarium, & lib. 4. tit. 29. l. 2. §. 1. de hoſpitalib. num. 10.* Stephan. Veyms *d. loco, num. 8. in fine.*

15. Epiſcopus poteſt exigere rationem adminiſtrationis ab adminiſtratoribus, etiam in locis, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione, vel etiam ex Apoſtolico Priuilegio ante Concilium exempta à quacumque iuriſdictione Ordinarij, quandoquidem hoc decreto ab huiuſmodi rationibus reddendis non excipit loca Regiæ protectionis, ſicut illa exceperat *cap. 8. præcedenti,* quoad viſitationem, ita Sel. *d. cap. 23. num. 5.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Neapolitana 11. Auguſti 1618.*

16. s *Singulis annis.*] Pluries tamen in anno rationes repeti poſſe, præcipuè quando Epiſcopo conſtiterit illas doloſè redditas fuiſſe, vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. 134. in 2. edit.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 75. n. 63.*

17. ς *Teneantur reddere rationem, &c.*] Rationum redditionem neque Epiſcopus, neque Capitulum debet exigere tempore, quo recitantur horæ Canonicæ, & Diuina celebrantur, ita referunt deciſum Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis, num. 79. verſ. denique 1.* Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. part. 3. cap. 2. num. 568.*

18. Rationem Epiſcopo reddere non tenentur Abbates, Præpoſiti, & Abbatiſſæ Regularem vitam ducentes, ita atteſtatur reſolutum Armendar. *d. l. de Epiſcopis, n. 79. verſ. & Abbates.*

19. Monaſteriorum adminiſtratores de illis rationem reddere non tenentur, vt refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis, num. 78. verſ. adminiſtratores.*

20. υ *Ordinario.*] Epiſcopos cumulatiuè executores ad alios inferiores piarum diſpoſitioonm eſſe, refert deciſum Armendar. *dict. l. 7. de Epiſcopis, numero 76.*

21. Et ſuccedere in hac poteſtate Capitulum Sede vacante reſoluunt Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Capitulum. verſ. ſeptimo.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. Capitulum, §. 9.* quos refero *d. allegat. 73. n. 61. in fine.*

22. Exequutionem aduersùs adminiſtratores hoſpitalium condemnatos; iuxta *cap. præcedens*, ſiue ſoli Ordinario reddita fuerit ratio, ſiue vnà cum aliis deputatis, ad ipſum Ordinarium ſpectare, refert deciſum Armendar. *d. lib. 4. tit. 29. §. 1. de hoſpitalib. numero 4.*

23. Epiſcupus, & eius officiales, ac Notarij nihil percipere poſſunt emolumentorum in receptione rationis adminiſtrationis, quæ fit ſingulis annis ab illis quibus adminiſtratio operum piorum reperitur commiſſa, quamuis etiam ante Concil. Trid. & ab immemorabili tempore conſueuerit recipere rationem huiuſmodi adminiſtrationum vnà cum dictis emolumentis, vt aſſerit reſolutum Sel. *dict. cap. 23. numero 12.* dicens ſic fuiſſe reſulutum *in vna Gerunden.*

24. Hoſpitalis computa ſtante conſuetudine Epiſcopus vnà cum Magiſtro prædicti hoſpitalis recognoſcere tenetur, ex Sel. *dicto cap. 23. num. 7.* aſſerens ſic fuiſſe deciſum *in Agathen. 19. Nouembris 1616.*

25. Excommunicare poteſt Epiſcopus Fratrem Capellanum Religionis Hieroſolymitanæ, qui adminiſtrabit redditus Parochialis ſecularia, citatum ab Epiſcopo in viſitatione ad reddendam rationem, & oon comparentem, ita Sel. *dict. cap. 23. num. 10.* vbi refert deciſum *in Vulcaren. 7. Septembris 1630.*

26. Executores vltimarum voluntatum nihil dare debent Epiſcopo, ſeu eius officialibus pro cauſa laboris in recipienda ratione adminiſtrationis bonorum teſtatoris; nec illi quicquam exigere poſſunt etiam ſtante conſuetudine exigendi quatuor denarios pro ſingulo ſcuto, ita Sel *dict. cap. 23. n. 10.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Barchinonen. & Gerunden. 1. Decembris 1618.*

27. θ *Niſi ſecus fortè in inſtitutione, &c.*] Expreſsè excepit vnum caſum Tridentina Synodus, quo Ordinarius ſeſe immiſcere non poteſt reddendis rationibus iſtorum adminiſtratorum, videlicet quando ſecus in inſtitutiooe & ordinatione expreſsè cautum fuerit, vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. numero 35. & gloſſ. 19. numero 3.* Marta *dict. cap. 18. num. 6. 9. & 10.* Rotam *deciſ. 33. in princip. 1. recent.* Stephan. Vveyms *de conſtit. 16. à numero 19.* vbi intelligit quando in ipſa fundatione per fundatores laicos ex conſenſu Epiſcopi, vel alterius Superioris eccleſiaſtici expreſsè cautum eſt, ne Epiſcopus interueniat, vel adminiſtratores non teneantur ſuis rationibus adhibere Epiſcopum; id enim poſtulare huius cap. verba citata. Nam vt ſic expreſſim cauere poſſint fundatores ex ſpeciali conſenſu Ordinarij permiſſum ipſis eſt, ne contingat laicos retrahi à fundationibus piorum locorum. Vide nouiſſimè Franciſc. Capan. *de executor. teſtam. lib. 1. c. 22. num. 69.* vbi dicit diſpoſitionem huius decreti in præcitatis verbis non habere locum in illis caſibus, in quibus Epiſcopus de iure ſe intromittere valet, veluti data negligentia executorum, refero *d. alleg. 81. num. 59.*

28. Decretum Coocilij in præſenti locum habere etiam extra viſitationem, & in caſibus à iure non expreſſis, & licere Epiſcopis exigere rationem ab adminiſtratoribus etiam locorum merè laicorum, & priuatorum, & generaliter ſine vlla diſtinctiooe. Et quando ex priuilegio, vel conſuetudine; vel alia conſtitutione aliis reddenda eſſet ratio, eiſdem reddendam eſſe adhibito cum illis Ordinario, niſi in fundatione aliter cautum eſſet, nempe quòd rationes Ordinario reddendæ non eſſent, refert deciſum Marta *de iuriſdict. part. 1. cap. 18. ex num. 6.*

29. ι *Quòd ſi ex conſuetudine, &c.*] Sublatas eſſe per hoc cap. conſuetudines, & ſolùm præſeruatas inſtitutiones, aſſerit Sel. *d. cap. 23. num. 10.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *3. Februarij 1629.*

An & quando Capitulum ex conſtitutione, vel conſuetudine deputat quoſdam, quibus redditur ratio, intret limitatio hæc Coocilij; vide Rotam *deciſ. 355. part. 1. recent.*

Notariorum quorumque ſufficientiam ſcrutentur Ordinarij, & non ſufficientes, ac delinquentes prohibeant, ac arceant à cauſis Eccleſiaſticis ad arbitrium ſuum.

CAPVT X.

1. *Doctores de materia agentes.*
2. *Inferiores quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes habent facultatem examinandi Notarios.*
3. *Epiſcopus vti poteſt Notario criminali ciuitatis, ſi ſit vir probus.*
4. *Prouinciales Religionum poſſunt creare Notarios intra Ordinem pro cauſis criminalibus Religioſorum.*
5. *Epiſcopus liberè punire poteſt ſuos Notarios officiales, alioſque miniſtros laicos in ſuis officiis ●linquentes.*
6. *Notarij poſſunt conficere inſtrumenta contractus perſonarum eccleſiaſticarum.*

CVm ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occaſio litium oriatur: *α poſſit Epiſcop●s β quoſcumque notarios*, etiamſi Apoſtolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, examinatione adhibita, eorum ſufficientiam ſcrutari: illiſque idoneis repertis, *γ aut quandocumque in officio delinquentibus*, officij eius in negotiis, litibus, *δ & cauſis eccleſiaſticis*, ac ſpiritualibus exercendi vſum perpetuò, aut ad tempus prohibere, *ε neque eorum appellatio* interdictionem Ordinarij ſuſpendat.

1. VIde Azeued. *l. 2. n. 18. tit. 7. lib. 3. noua recop.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 2. n. 76.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 3. cap. 8. n. 2. cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 4. n. 12.* vbi ita ait: Notarius non debet eſſe perſona vilis, neque illegitimus, Armill. *verb. tabellio, n. 5.* debet iurare in ingreſſu officij ſui quòd fideliter illud exercebit, & requiſitus ſuper auditis conficiet inſtrumentum ſine diminutione veritatis, & ſine admixtione falſitatis, Syluest. *verb. tabellio, quæſt. 6.* omnia pertinentia ad artem ſuam ſcire tenetur, Abb. *c. 1. de fide inſtrument.* debet intelligere clauſulas, quæ in inſtrumento ponuntur: quòd ſi interrogatus explicare ſui inſtrumenti clauſulas neſciuerit, inualidum eſſet inſtrumentum, Albèr. *in l. fin. §. pen. ff. ad Vclleian.* Plura de ootariorum qualitate, & peritia videri poterunt *in libello de errorib. notariorum* ab Antonio Taſſata curioſè ſatis collect. Hactenus Piaſec.

2. *α Poſſit Epiſcopus.*] Facultatem tributam Epiſcopis hoc decreto examinandi Notarios, competere etiam inferioribus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus, refert deciſum Sel. *in ſelectis canon. c. 25. n. 16.*

3. *β Quoſcumque Notarios*, &c.] Epiſcopum vti poſſe Notario criminali ciuitatis, ſi vir probus, & aduena, & ſub quouis prætextu taxam non excedat, tradit Sel. *d. cap. 25. num. 17.* atteſtans ſic deciſiſſe S.
C.T. Congregat. Epiſcop. & Regul. *in vna ciuitatis Caſtelli, 4. Aprilis 1615.*

4. Prouinciales Religionum creare poſſe Notarios intra Ordinem pro cauſis criminalibus Religioſorum, ita vt illis tanta fides adhibeatur, quanta Notario ſæculari, obſeruat Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 13. art. 2. & tom. 3. quæſt. 8. art. 1.* Laurent. de Portel. *in dubiis regular. verb. Notarius, à n. 1.* Hieron. Roder. *in compend. q. regul. reſol. 100. n. 1.* vbi ait quòd Generales, Prouinciales, & alij ſuperiores Regularium, quibus proceſſus fulminare incumbit, iuridicè creant ex ſuis Religioſis Notarios ad certas cauſas, quos Secretarios vocant, ſed non poſſunt perpetuos, præcipuè ad cauſas extra Religionem decidendas. Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib. 1. cap. 18. num. 9.* vbi addit quòd Notarius creatus à Guardiano, vel Priore, debet recipere iuramentum fidelitatis tanquam de eſſentia officij Notarij, tenetúrque ſe ſubſcribere poſt examina teſtium, & eorum ſubſcriptionem, Caſtellin. *de elect. c. 20. n. 42. pag. 444.* vbi etiam aſſerit Bullam Pij V. incip. *Debitum Paſtoralis, ſub dat. 21. Martij 1571.* in qua conceditur facultas quòd ſuperiores Ordinum Fratrum Prædicatorum in vnaquaque prouincia poſſint conſtituere etiam plures ſui Ordinis Fratres ab eis approbatos in Notarios publicos pro intimandis mandatis & reſcriptis Apoſtolicis publicam, vel priuatam dicti Ordinis vtilitatem concernentibus, quod etiam tradit Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 43. n. 12.* & Hieronym. Roderic. *d. n. 1.*

γ Aut quandocunque in officio delinquentibus, &c.] 5.
Epiſcopum, & iudicem eccleſiaſticum liberè poſſe punire, & caſtigare ſuos Notarios, officiales, alioſque miniſtros laicos in ſuis officiis delinquentes, reſoluunt Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 10. n. 3.* Parlad. *different. 9. §. 1. n. 28.* Bobad. *in ſua politica lib. 2. c. 77. n. 48.*

δ Et cauſis eccleſiaſticis.] Extendi ad contractus 6.
perſonarum eccleſiaſticarum, qui de eorum patrimonialibus bonis conficiuntur, præſertim ſtante conſuetudine quòd cauſæ earum ratione bonorum ad forum eccleſiaſticum ſpectant, refert deciſum Sel. *in ſelect. Canon. cap. 25. n. 18.*

ε Neque eorum appellatio, &c.] Vide Azeued. *ad l. 2. n. 18. tit. 7. lib. 3. noua recop. pag. 285.*

Occupator quarumcunque obuentionum piis locis applicandarum, aut impediens quocunque colere ne fructus percipiantur, à quibus debentur, anathemati ſubiaceat tamdiu, quamdiu non reſtituerit, ac à ſummo Pontif. abſolutionem obtinuerit.

CAPVT XI.

1. *Bona ſeu fructus quoſcumque Eccleſiæ locorúmque piorum vſurpantes ipſo facto excommunicati ſunt quouſque integrè reſtituerint.*
2. *Excommunicatio Bulla Cœnæ Domini in clauſ. 18.*

3. *Iuriſ*

3. *Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſibi tanquam propriam vſurpantes ligantur cenſura Bullæ in Cœna clauſ.18.*
4. *Sequeſtrantes, vel ſurripientes iniquè fructus alicuius beneficij, afficiuntur excommunicatione huius cap.*
5. *Diſtributiones iniquè ſequeſtrantes, vel vſurpantes afficiuntur cenſura huius cap.*
6. *Cenſurâ Bullæ in Cœna Domini quatenus ligentur fructuum vſurpatores.*
7. *Fructus patrimonij alicuius Sacerdotis vſurpantes non obſtringuntur excommunicatione Bullæ in Cœna Domini.*
8. *Fructus beneficij vacantis vſurpans incidit in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini.*
9. *Clerico ſubtrahens tantum ex fructibus beneficij, quantum reſpondet ſuo credito, non afficitur cenſura Bullæ in Cœna Domini.*
10. *Arbores alicui beneficij cædens, ſibique illas vſurpans incidit in excommunicationem huius cap.*
11. *Rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas quando incidant in excommunicationem huius decreti.*
12. *Bona Eccleſiæ occupans debet ſcire prædicta bona occupata eſſe Eccleſiæ ad incurrendam excommunicationem huius cap. & Bullæ.*
13. *Patronus capiens aliquid de bonis Eccleſiæ ſui iurispatronatus, eo priuatus eſt ipſo iure.*
14. *Patronus ſe ingerens in perceptione fructuum beneficij patronatus, aut bona ipſius vſurpans, priuatus eſt ſtatim iurepatronatus.*
15. *Bona Eccleſiaſtica iniuſtè vſurpans eſt inhabilis ad omnia beneficia eccleſiaſtica.*

SI [a] quem Clericorum, vel laicorum, quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum [b] omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Eccleſiæ, ſeu cuiuſvis ſæcularis, vel regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorúmque piorum locorum *α iuriſdictiones*, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia & emphyteutica, *β fructus, emolumenta*, ſeu quaſcunque obuentiones quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent per ſe, vel alios, vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas Clericorum, aut laicorum, ſeu quacunque arte, aut quocunque quæſito colore in proprios vſus conuertere, illóſque vſurpare præſumpſerit, ſeu impedire, ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu ſubiaceat, quamdiu iuriſdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione ſuppoſitæ perſonæ peruenerint, Eccleſiæ, eiúſque adminiſtratori, ſiue beneficiato integrè reſtituerit, ac deinde à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit. *γ Quòd ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus* fuerit, etiam iurepatronatus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus exiſtat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vſurpationis huiuſmodi fabricator, ſeu conſentiens fuerit, eiſdem pœnis ſubiaceat, necnon quibuſcumque beneficiis priuatus ſit, & ad quæcumque alia beneficia *δ inhabilis efficiatur*, & à ſuorum Ordinum executione, etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui Ordinarij arbitrio ſuſpendatur.

a 3. Aurelia. 10.
b 1. Tim 6. Cõc. Tribu. c 7 Concil. Aurelian. 3. c. 22. Conc. Pariſ 1. c. 1. Cõc. Turon. 2 c. 5. Cõc. Aurelia 5. c. 15. Concil. Mogun cap. 10 & 11. Cõc. VVor. c 75. Conc. Aquiſgran. c. 88. Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ 9. & 10. cap. prædia, cum ſeq. 12. quæſt. 2.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *cap.74. in fine*, Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.22. ſect.6. n.22.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. bona, pag.31.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.9. cap.27. q.10 in med.* Szyr. *de cenſur. lib.3. cap.31 n.26.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.8 §.4. num.1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.30. tract. 3. n.154. verſ. decimum tertium.* Franc. Leoo. *in theſauro fori eccleſ. p.1. cap.15. n.44.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.3. q.23. num.2.* Bonacin. *de cenſuris Bullæ Cœnæ diſp.1. quæſt.18. punct.4.* meipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi. p.3. alleg.50. n.140.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. *& de Parocho part.1. c.13. n.38. cum ſeqq.* Filliuc. *in q. moral. tract.15. n.75. verſ.10. & num.157.*

2. Incidunt quoque in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini qui iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad ſummum Pontif. & Sedem Apoſt. & quaſcunque eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum pertinentes vſurpant, vel etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontif. vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant, vt expreſſè habetur in eadem Bulla *can.18.* de qua excommunicatione vide Nau. *in ſumm cap.27. ſub n.79. verſ. decimaſeptima*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.4. cap.18. n.130.* aliàs *cap.144.* Sayr. *de cenſur. lib.3. cap.21.* Anton. de Souſa *in collect. Bullæ Cœnæ c.18.* Duard. *lib.2. in can.17.* Soar. *d. tom.5. diſp.21. ſect.2. n.95. cum ſeqq.* Bonac. *de cenſur. Bullæ in Cœna Domini, diſp.1. q.18. à princ.* Octau. Glor. *reſp.12. n.7.*

3. *α Iuriſdictiones.*] Ligatur quoque cenſura Bullæ *in d. can.18.* qui iuriſdictionem quamcunque ſibi vſurpat, ſaltem ſi illam vſurpet tanquam propriam, & ad ſe pertinentem, & modò iuriſdictio quam vſurpat pertineat ad perſonas eccleſiaſticas ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, reſoluunt Soar. *d. diſput.21. ſect.2. n.95.* Duard. *d. can.17. quæſt.3. num.13.* Filliuc. *tract.16. c.8. q.10. n.219.* Anton. de Souſa *d. c.18. diſput.86. n.2.* Bonac. *d. q.18. puncto 2. n.3.*

4. *β Fructus, emolumenta, &c.*] Surripientem, vel iniquè ſequeſtrantem fructus alicuius beneficij, affici excommunicatione huius decreti, etiamſi beneficium vacet, reſoluunt Soar. *d. diſp.21. ſect.2. n.98.* Duard. *d. can.18. q.2. n.1. verſ. quinto & ſexto*, Bonac. *d. q.18. punct.4. n.9.*

5. Quotidianas diſtributiones iniquè ſequeſtrantes, vel vſurpantes affici cenſura huius decreti, quia faciunt actiones, quibus excommunicationis pœnam Concilium adiunxit, tenent Duard. *d. can.17. q.4. n.12. cum ſeqq.* Bonac. *d. q.18. puncto 4. n.8. & de horis canon. diſp.1. q.2. puncto 1. n.2.*

6. Vſurpantem glandes, oleas, ſyluas cæduas, fœnum, triticum, vuas, penſiones domorum, vel prædiorum, cenſus, decimas, & alia ad eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, vel beneficiorum pertinentia, ligari cenſura Bullæ in Cœna Domini, quia hæc omnia nomine fructuum, redditium, & prouentuum continentur, ex Alter. Duard. & Vgolin. reſoluit Bonac. *d. diſp.1. quæſt.18. puncto 2. num.8.*

7. Vſurpantem verò fructus, quos Sacerdos percipere ſolet ex bonis patrimonialibus, ad quorum titulum promotus eſt ad ſacros Ordines, non obſtringi excommunicatione Bullæ, quia iſti fructus non competunt illi ratione Eccleſiarum, vel beneficiorum Eccleſiaſticorum, tenere videntur Nauar. *d. c.17.num.71.verſ.ſexta*, Sayr. *d. lib.3. c.21. n.4.* Anton. de Souſa *d. c.18. diſp.86. num.3.* Filliuc. *d. tract.16. cap.8. num.218.quæſt.9.* Bonacin. *d. quæſt.18. puncto* 2. *num.23.* vbi *num.25.* idem ſentit de fructibus pertinentibus ad Sacerdotem ratione Altaris, ſeu Capellæ, cuius titulum ipſe non habet, & *n.26.* ſubdit vſurpantes, vel ſequeſtrantes fructus beneficij Eccleſiaſtici, quod alter beneficiarios conduxit, non affici hac excommunicatione, quia non dicitur vſurpare fructus pertinentes ad perſonam Eccleſiaſticam ratione beneficij, ſed ratione contractus conductionis.

8. Vſurpantem fructus, redditus, vel prouentus beneficij vacantis incidere in excommunicationem Bullæ, tradunt Nau. *loco proximè citato*, Soar. *d. diſp.21. ſect.2. n.97.* Valer. Reginald. *d. lib.9. cap.25. n.371. verſ. tertium eſt*, Filliuc. *d. tract.16. num.217.* Duard. *d. can.17. quæſt.12.* Anton. de Souſa *d. cap.18. diſp.88. n.2.* Bonac. *d. puncto 2. n.31.*

9. Eum, qui clerico tantum ex fructibus beneficij ſubtrahit, quantum reſpondet ſuo credito, non affici cenſura Bullæ, modò ſummam ſui crediti non excedat, reſoluunt Nau. *conſ.31. de ſent. excomm.* Alter. *lib.5. diſp.18. cap.1. col.4. verſ. hinc ſequitur*, Filliuc. *d. tract.16. cap.8. q.11. num.227.* Bonac. *d. q.18. puncto 3. num.6.*

10. Cædentem arbores alieni beneficij, ſibique illas vſurpantem, vinculo excommunicationis huius decreti innodari, quia præſtat hoc faciendo actionem in Concilio prohibitam, tradit Bonacin. *d. q.18. puncto 4. ſub num.4.* vbi *num.5.* ſubdit quòd ſi ipſemet beneficiarius, qui beneficium legitimè poſſidet, arbores etiam frugiferas incidat, & illas ad proprium commodum conuertat, non ligatur excommunicatione huius decreti: tum quia licèt beneficiarius peccet incidendo, non tamen peccare videtur inciſas recipiendo; nam arbores inciſæ videntur fructus beneficij, conſequenter beneficiario cedere debent, licèt ob perpetratum ſcelus grauiter puniendus veniat, tum quia Concilium in hoc decreto intelligitur de extraneis, non verò de poſſeſſoribus beneficiorum, qui extranei non ſunt, & addit ſic fuiſſe deciſum, quod etiam teſtatur Filliuc. *d. q.21. n.225.*

11. Rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas, illaſque in proprios vſus conuertentes cum damno locorum piorum incidere in excommunicationem huius decreti, referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. bona, pag.27.* Bonac. *d. diſp.1. quæſt.18. puncto 4. n.7.* vbi ſecus dicendum ait, ſi arbores frugiferas cædant, ſed in proprios vſus non conuertant.

12. Vt quis incidat in excommunicationem latam in hoc decreto, & in Bulla Cœnæ Domini contra occupantes bona Eccleſiæ, an requiratur vt habeat ſcientiam quòd prædicta bona occupata ſint Eccleſiæ? vide Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. dec.51.* vbi *dec.303.* oſtenditur qualiter hæc ſcientia probetur.

13. γ *Quòd ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus*, &c.] Iurepatronatus priuatum eſſe ipſo iure patronum capientem aliquid de bonis Eccleſiæ ſui iuriſpatronatus, ſiue per ſe, ſiue per ſuppoſitas perſonas, & incurrere excommunicationem cum reſeruatione, de qua in hoc decreto, tenet Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. iuſpatronatus, pen.* quem refert *in collect. ad c. præterea, n.3. de iurepatr.*

14. Patronum ſe ingerentem in perceptione fructuum beneficij patronati, aut bona ipſius vſurpantem, priuatum eſſe ſtatim iurepatronatus, reſoluit Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.2. cap.21. num.31.*

15. δ *Inhabilis efficiatur.*] Vſurpantem iniuſtè bona Eccleſiaſtica, aut vſurpanti conſilium, auxilium, vel fauorem præbentem eſſe inhabilem ad omnia beneficia eccleſiaſtica, & ſolùm Papam diſpenſare aſſerunt Nauarr. *in man. cap.23. n.110.* vbi Bullam Pij V. refert Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.3. n.254. in fine*, Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis tract.6. c.7. n.39.*

SESSIO XXIII.

Vera & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis.

VIDE de hoc Sacramento Theologos *in 4. diſt.24.* vbi S. Thom. Sot. Durand. Bonauent. Palud. & Riccard. Armil. Silueſt. & alij Summiſtæ *verb. Ordo*, Martin. Fornar. *in tract. de Ordine*, Viuald. *in candelab. aureo, tit. de ſacramento Ordinis*, Petrum Martyr. Epiſc. Elnen. *in ſuo director. Curator. tit. de ſacramento Ordinis*. Henriq. *in ſumma lib.10. de Ordinis ſacramento*, Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Ordo*, Valent. *tom.4. diſp.9.* Vaſquez *in 3. part. tom.3. diſp.235. cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part.1. de Sacram.* vbi de Sacramento Ordinis, Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. & 2. verb. Ordo*, Piaſ. *in ſimili praxi p.1. c.1.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Ordo*, Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc. eod. verb.* Barthol. Gauant. *in Enchirid. ſeu manuali Epiſcop. eodem verbo.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.30.* Ægid. de Coninck. *de Sacr. tom.2. diſp.20.* Fernand. *in examine Theolog. moralis part.3. c.11. per tot.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſiarum Bellarm. part.2. lib.5. cap.3.* Bonacin. *de Sacrament. diſput.8.* Galganet. *de iure publico lib.3. tit.98.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.26.* Campan. *in diuerſ. iuris can. rubr.1. cum multis ſeq.* Thom. Valaſc. *tom.1. allegationum ſuper varias materias, alleg.1. cum ſeq.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. part.1. quæſt.38. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract.2. de Sacram. Ordinis*, Filliuc. *in quæſt. moral. tract.9.* Anton. Raguc. *in lucerna Parochorum, tit. de Sacramento Ordinis.* Villalob. *in ſumm. part.1. tract.11.* Laurent. de Portel. *in dub. Regul. verb. Ordines ſacri*, Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.106. de Ordinib. ſacris*, Alzedo *in praxi Epiſc. p.2. c.5. de ordinat.* meipſum *de officio & poteſtate Epiſcop. p.2. alleg.2. cum ſeqq.* nouiſſimè Iulius Cæſar Madius *de ſacris Ordinib.* & Philib. Marchio *de Sacrament. Ordinis.* Torreblanca *in practicab. iuris ſpiritualis lib.2. cap.12. cum ſeqq.* Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Ordine.*

Sacrificium,

Sacrificium, & Sacerdotium in quod vetus tranſlatum eſt, à Chriſto Saluatore noſtro inſtitutum.

C A P V T I.

1. *Ordinis Sacramentum à Chriſto inſtitutum.*
2. *Euchariſtia, ſacrificium eſt.*

SAcrificium, & Sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta ſunt, vt vtrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in nouo Teſtamento *a ſanctum Euchariſtia ſacrificium* viſibile ex omni inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit, fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile, & externum ſacerdotium, in quod vetus tranſlatum eſt, hoc autem ab eodem Domino Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis eorúmque ſucceſſoribus in ſacerdotio, poteſtatem tradidam conſecrandi, offerendi, & [a] miniſtrandi corpus, & ſanguinem eius, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, ſacræ litteræ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit. a Matth.26. Marc.18. Ioann.20.

VIde Victor. *de Sacram. n.216.* Valent. *tom.4. diſput.9. quæſt.1. puncto 4.* Vaſq. *in 3. p. tom.3. diſput.239.* Henriq. *in ſumm. lib.10. in proœm. §.2. littera M, & ς... §.6.* Syr. *de Sacrament. in genere lib.2. q.3. art.1. verſ. de Sacrament. Ordinis,* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part 1. cap.1. de conferend. Ordin. num.1. pag.15.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. à num.3.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.1. quæſt.83. num.106.* Bonacin. *eod. tract. diſp.8. quæſt. vnica, puncto 1. num.7.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.2. c.3.* Filliuc. *in quæſtion. moral. tom.1. tr.9. c.1. n.3.* Torreblanca *in practicab. iuris ſpiritual. lib.2. c.1. n.45. & c.12. n.34.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.1. alleg.2. n.2.*

2\. *a Sanctiſsima Euchariſtia Sacrificium.*] Dicitur *Sacrificium*, quia ad vſum ſacrificandi eſt inſtitutum, vt per Greg. de Valent. *tom.4. diſp.6. q.11. puncto 1. q.1.* quem refert Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2. c.1. n.3.*

Ad venerationem tanti Sacrificij ab initio Eccleſiæ fuerunt in vſu ſeptem Ordines, quorum alij ſunt aliis maiores, ita vt ſubdiaconatus referatur inter maiores.

C A P V T. II.

1. *Prima Tonſura an ſit Ordo.*
2. *Ordo ſacerdotalis eſt verum, & proprium nouæ legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.*
3. *Diaconatus Ordo non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto inſtitutus fuit.*
4. *Subdiaconatus Ordo à Chriſto Domino inſtitutus.*
5. *Subdiaconatus in primitiua Eccleſia Ordo ſacer non reputabatur.*

CVm autem diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſterium, conſentaneum fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures, & diuerſi eſſent miniſtrorum Ordines, qui ſacerdotio ex officio deſeruirent, ita diſtributi, *a vt qui iam clericali Tonſura inſigniti eſſent, per minores* ad maiores aſcenderent. Nam *β non ſolum de Sacerdotibus,* [a] *γ ſed & de Diaconis* ſacræ litteræ apertam mentionem faciunt, & quæ maximè in illorum ordinatione attendenda ſunt grauiſſimis verbis docet, & ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium Ordinum nomina, atque vniuſcuiuſque eorum propria miniſteria, *d Subdiaconi ſcilicet*, Acolythi, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij in vſu fuiſſe cognoſcuntur, quamuis non pari gradu, *ε nam Subdiaconatus ad maiores Ordines* [b] à Patribus, & ſacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentiſſimè legimus. a 1. Tim.3. & Act.21. b Cap. nullus 2. 60. diſt.

1\. VIde Sanchez *in conſil. moral. tom.2. lib.7. cap.1. dub.1. num.6.*

a Vt qui iam clericali Tonſura inſigniti eſſent per minores, &c.] Ex his verbis colligi videtur primam Tonſuram non eſſe Ordinem Eccleſiaſticum, ſed deſignationem quandam ad Ordines, neque in ea vllam ad ſacrificium Miſſæ, ſeu miniſterium Altaris conferri poteſtatem. Ita ex hoc loco colligunt Echius *in 4. diſt.24. §.4.* Vaſq. *in 3. p. tom.3. diſp.236. cap.1. à princip.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.3. c.27. q.3.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.1. quæſt.48. num.11.* qui aiunt relata verba huius cap. ſatis demonſtrare Tonſuram diſtinctam eſſe à reliquis Ordinibus, Bonacin. *de Sacrament. diſp.8. quæſt. vnica, puncto 1. num.6.* Martin. de Ledeſma 2.4. *quæſt.39. art.2.* S. Raym. *lib.3. ſuæ ſumm. ſub tit. de ætate, §.13.* Iacob. de Graff. *in aur. deciſ. p.2. lib.1. cap.9. à num.5.* Armil. *verb. Ordo, num.2.* Suar. *de Sacrament. diſp.1. ſect.2. & tom.2. de Relig. lib.4. de Horis Canon. c.9. n.5.* Domit. Chamerot. *de Sacram. tract.11. de ſacro Ordine, cap.1. dub.1. verſ. prima verò Tonſura,* Homobon. de Bonis *de humana vitæ ſtatibus part.1. cap.20. & tract.3. de exam. Eccl. q.4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.1. num.5.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moral. tract.2. c.1. num.31. & cap.3. à num.14.* Filliuc. *tom.1. tract.9. num.13.* Sanchez *in*

opuſc. moral. lib.7. c.1.dub.6. Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract.1. part.1. c.5.cum ſeqq.* Marcel. Vulpe *in praxi Iudic.fori Eccleſ.cap.7.num.vlt.verſ.ſunt autem.* Hurtado *de Sacrament. tom.2. tract.de Ordine, diffic.2.* Paul.Layman. *in Theolog. morali lib.5. tr.9. cap.3. num.3.* Coo. *lib.1. var.cap.10.num.15* Sebaſt. Cæſ. *in relect.de Eccleſ.hierarchia quaſt.3.proœm.§.1. num.7.*

Contra gloſſ. magnam *verb. Epiſcopus, in proœm.* Sexti, Hoſt. *in c.cùm contingat, de ætate, & qual.* Abb. *in c.1. n.6. de vita & honeſt. cleric.* Felin. *in cap.ſicut pro certo, num.2.de ſimon.* Gemin. *in cap.cleros, & ibi* Præp. *n.4. diſt.21.* Syluest. *in ſumm.verb. Ordo 1.n.1.* Albert. Troc. *de vero & perfecto clerico lib.1. cap.2.* Lambertin. *de iurepatron.1.part.2. lib. quaſt.7.art.2.* Hieron. Gabr. *conſ.181.p.3.lib.2.* Mandoſ. *in reg.24. Cancel. quaſt.1. num.2.* Nauarr. *conſ.11. num.1.& 3. de tempor. Ordin.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. læſis, n.104. C. de in integ. reſtit.minor.* Mendez de Caſtro *in l. cùm oporteat, n.166.C.de bonis quæ lib.* Viuian. *in praxi iuriſpatr. lib.6. cap.1. num.3.* aliàs *n.9. in vltim. impreſſ.* Campan. *in diuerſ.iuris canon. rub.2.n.6.* Nicol. Garc. *de benefic.part.7.cap.1.num.2.* Nicol. Plouz. *in tract.de Sacram.part.6.cap.1.num.3.* Ioan. Lop. *in tract.de libertate Eccleſ.part.2.quaſt.5. num.3.* Marc. Anton. Cuch. *inſtit. canon.lib.1.tit.3.* Fulu. Pacian. *de probat.lib.2.cap.34.num.8.* Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. Sacramentum Ordinis, num.3.* Torreblanca *de magia lib.4. cap.6. de los clerigos de Corona, à num.15.* Iul. Cæſ. Madius *de ſacris Ordinib. cap.2.num.8.* Thom. Valaſc. *tom.1.alleg.3.n.8.* Marta *voto 14.à n.2.* Idem Torreblanca *de iure ſpirit.lib.2. c.11.n.16.cum ſeqq.* exiſtimantes primam Tonſuram eſſe Ordinem. Verùm Rota non tenet opinionem Theologorum, qui negant primam Tonſuram, & Epiſcopalem dignitatem eſſe Ordines, ſed ſequitur magis communem, & receptam opinionem Canoniſtarum, quòd clericalis character inter Ordines Eccleſiaſticos connumeretur, & quòd eſt character indelebilis. Ita ipſamet Rota *deciſ.731. n.5. & 6. part.1.diuerſor.* & coram Greg. XV. *deciſ.516. & in vna Cæſarauguſtana coram Card. Lancellote,* relata per Picum *ad Statuta vrbis deciſ.2. num.23.& in Ferrarien. penſionis 14. Iunij 1624. coram Remboldo,* & in aliis citatis per Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ part.2. verb. Ordines Eccleſiaſtici, pag.74.*

2. β *Non ſolùm de Sacerdotibus.*] Ordinem ſacerdotalem eſſe verum, & proprium nouæ Legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, ex multis rationibus, & SS. Patrum teſtimoniis, probant Capreolus *in 4. diſt. 24.quaſt.1.* Cardin Bellarm. *tom.2. lib.1. de Sacram. Ordinis, ex cap.2.* Valent. *tom.4. diſput.9.gener.quaſt.1. punct.4.in princ.* Vaſq. *tom.3. in 3.part.diſp.239.cap.1.* Anaſtaſ. Germon *de ſacrorum immunit. lib.4. capite 3. à numero 31.* Ægid. de Coninck *diſp.20.de Sacram. Ordinis, dub.1.* Ochagau. *tract. vnic.de Ordine, q.5. n.1.* Scribon. *in theoſim.ſiue de Sacram.diſp.7.de Ordine, quaſt.4.* Filliuc. *in quaſt.mor.tract.9.cap.1.q.6.& 7.& cap.in nono ad.diſt.* ibi, *à Petro ſacerdotalis cœpit Ordo,* intelligitur de Ordine Epiſcopali, cùm enim Petrus primus fuerit Epiſcopus conſecratus à Domino, in hunc ſenſum Epiſcopalis Ordo ab ipſo dicitur cœpiſſe, vt interpretatur Cardin. Bellarm. *tom.1. de Romano Pont. c.23.* Henriq. *in ſumm.lib.10. cap.3.§.4.* Vaſq. *de Ordine diſput.236. cap.10. & diſp.239. cap.1.* Ægid. de Coninck *d. diſp.20. dub.4. num.25.* Lorin. *in acta Apoſtol. cap.4.verſ.5.verſ. ex eadem,* Iuſtinian. *tom.1.in Paulum diſp.2. cap.7.numero 4. cum ſequentibus.*

γ *Sed & de Diaconis,* &c.] Diaconatus Ordinem non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto inſtitutum fuiſſe meritò ſuſtinent Mich. Medina *lib.1. de continent. c.16.* Vazq. *tom.3.diſp.236.cap.4.num.49.* Ochogau. *de Sacrament. Ordinis, tract. vnic. q.3.num.8.* Ægid. de Coninck *d. diſp.20. dub.3. num.13.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.5.tract.9.cap.4.num.4.* Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Diaconus 23.diſt.* Hurtado *de Sacrament. tom.2. cap. de Ordine, diffic.8. verſ. ad quartam.* 3.

δ *Subdiaconi ſcilicet.*] Subdiaconatus Ordinem eſſe à Domino inſtitutum tenent Ochogau. *d. tract. vnic. quaſt.4.* Vazq. *in 3.part. diſput.238. cap.1. à princip.* Ægid. de Coninck *d. diſput.20. dub.3.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch.p.2.diſput.10. §.1. num.2.* Ego ipſe *de iure Eccleſiaſt. lib.1. cap.27. num.2.* Et ordinationes Diaconi & Subdiaconi eſſe Sacramenta nouæ legis docent S. Thom. *in 4. diſt. 24.q.2.art.1.quaſtiunc.3.* Valent. *p.4.diſput.9.quaſt.1.* Vaſq. *diſp.238.* Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſ. hierarchia q.4.proœm.§.2.* Hurtado *de Sacrament.tom.2.tract.de Ordine diffic.8.* 4.

ε *Nam Subdiaconatus ad maiores Ordines,* &c.] 5.
Subdiaconatum in primitiua Eccleſia Ordinem ſacrum non reputari colligunt ex *cap. nullus 60. diſt. & ex cap.quicunque 77.diſt.& ex cap.miniſtri 81.diſt.* Henriq. *in ſumma lib.10. cap.13. §.4.* Marc. Anton. Capet. *in tr.de perpetua caſtitate ſacerd. cap.7.* Vaſq. *in 3. part. diſput.237. cap.2. num.12. & diſput.238. cap.1. num.7. & cap.6. num.59.* Campan. *d. rub.1. num.10. in princip.* Sebaſt. Cæſ. *d. §.1. num.8.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. part.1. allegat.14. num.1.*

Ordo eſt propriè, & verè vnum ex ſeptem S. Eccleſiæ Sacramentis.

CAPVT III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Ordo gratiam confert.*
3. *Ordines maiores, & minores ſunt Sacramenta.*

a 1. Tim.4. CVm Scripturæ teſtimonio, [a] Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis, & ſignis exterioribus perficitur, *α gratiam conferri; β dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè* & propriè vnum ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ Sacramentis, inquit enim Apoſtolus: [b] Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum, non [c] enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

b 2. Tim.1. 1. Tim.4. c 2. Tim.1.

1. VIde Cardin. Bellarmin. *lib. vnic. de Sacrament. Ordinis, cap.2.* Valent. *tom.4.diſput.9.quaſt.1. puncto 4.* Henriq. *in ſumm. lib.10. c.14. §.2.* Sayr. *de Sacrament. in genere, lib.6. cap.1.in fine,* Franc. Leon. *in*

in theſauro fori Eccleſ. part.1.cap.4.n.16. Fernandez *in examine Theolog. mor. part.3.cap.11.§.1. n.11.* Bonac. *de Sacrament. diſp.8. quæſt. vnica puncto 2. num.1.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.2.n.3.* Sanch. *in conſil. moral. tom.2. lib.7. cap.1. dub.1.n.3.* Hurtado *de Sacrament. tom.2. tract. de Ordine diffic.6.*

1. *a Gratiam conferri.*] Vide Henriq. *d. lib.10.c.1. §.3. littera R. & c.14. in princ.* Sayr. *de Sacram. in genere lib.5.c.1. q. vnica art.2. v. de Sacram. Ordinis,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.1. n.16. cum ſeq.* Fernandez *d. p.3. c.11. §.7.n.3.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.2.n.18.* Gaiet. *in cap. ad limina 30. q.1. ex num.10.* Marchin. *de Sacrament. Ordin. tract.1. p.3. cap.1.* Torreblanca *in practicab. iuris ſpiritualis lib.2.cap.12.n.19.* Hurtado *de Sacrament. tom.2. tract. de Ordine diffic.16. in princ.*

2. *ß Dubitare nemo debet Ordinem eſſe verè, &c.*] Ex hac generalitate colligitur non ſolùm maiores Ordines, ſed etiam minores eſſe Sacramenta, vt per Echium *tom.4. homil.64.* Petr. Sot. *de inſtit. ſacerd. lect.4. de Ordine, circa med.* Cardin. Bellarm. *tom.2. lib.1. de Sacrament. Ordinis, c.6. & 8.* Valent. *tom.4. diſp.9. quæſt.1. puncto 4. v. tertia opinio,* Henr. *in ſumm. lib.10.c.2.§.2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.2 lib.3.c.1.* Ægid. de Coninck *diſp.10. de Sacrament. Ordinis dub.6.* Ochagau. *de Sacram. tract. de Sacrament. Ordinis, quæſt.3. n.3.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.1. tract.3. c.8.q.69. in princip.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.1. n.13.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.8. q. vnica, puncto 2. n.2.* Scribon. *in chiroſimia de Ordine, diſp.7. quæſt.3.* Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.38. art.10.* Fernandez *d. cap.11. §.3. q.3.* Sebaſt. Cæſ. *in ſelect. de Eccleſiaſt. hierarchia, q.4. proœm. §.1. ex num.5.* Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. Pſalmiſta, num.6. diſt.23.* Thom. Valaſc. *tom.1. alleg.2.n.9.* Torreblanca *in practicabil. iuris ſpirit. lib.2.c.12. n.47.* Sanch. *in opuſcul. moral. lib.7.c.1. dub.1. n.7.* Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Ordine, diffic.9.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.2. alleg.2. n.21.*

Contra Sot. *in 4. diſt.25. quæſt.1. art.2. rat.5. & art.4. concl.7.* Martin. de Ayala *de tradition. Apoſtol. part.2. cap. de Ordine, §. Synodus,* Mich. Medina *lib.1. de Sacrorum Ordinum continent. cap 46.* Nauarr. *in man. cap.22. num.18. verſ. quare probabilis,* Vaſq. *in 3. part. tom.3. diſput.237. cap.2. num.10. cum ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib.7. diſput.31. num.17.* vbi dicit probabiliſſimum Ordines minores non eſſe Sacramenta, nec gratiam conferre, Paul. Layman. *in Theologia morali lib.5. tract.9. c.4. n.4. verſ. aſſertio quarta, in fine,* exiſtimantes minores Ordines non eſſe Sacramenta.

Ordo imprimit characterem indelebilem.

CAPVT IV.

1. *Ordo imprimit characterem indelebilem.*
2. *Ordinem minimè recipit promotus abſoluta coactione compulſus.*
3. *Epiſcopatus eſt Ordo.*
4. *Character nouus per Epiſcopum imprimitur.*

QVoniam verò in Sacramento [a] Ordinis, ſicut & in Baptiſmo, & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt, meritò ſancta Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt noui Teſtamenti Sacerdotes temporariam tantummodo poteſtatem habere, ſemel ritè ordinatos, iterum laicos effici poſſe, ſi verbi Dei miniſterium non exerceant. Quod ſi quis omnes Chriſtianos promiſcuè noui Teſtamenti Sacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quàm [b] Eccleſiaſticam hierarchiam, quæ [c] eſt vt caſtrorum acies ordinata, confundere, perinde ac ſi contra beati Pauli [d] doctrinam omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Euangeliſtæ, omnes Paſtores, omnes ſint doctores. Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, *a ad hunc hierarchicum Ordinem* præcipuè pertinere, & poſitos, [e] ſicut idem Apoſtolus ait, à Spiritu ſancto, regere Eccleſiam Dei [f] eóſque Presbyteris [g] ſuperiores eſſe, ac Sacramentum Confirmationis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipſos poſſe, quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet inſuper ſacroſancta Synodus, in ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum, [h] nec populi nec cuiuſvis ſæcularis poteſtatis, & magiſtratus conſenſum ſiue vocationem, ſiue auctoritatem ita requiri, vt ſine ea irrita ſit ordinatio; quin potius decernit, eos qui tantummodo à populo, aut ſæculari poteſtate, ac magiſtratu, vocati & inſtituti, ad hæc miniſteria exercenda aſcendunt, & qui ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſtros, ſed fures, & latrones, per oſtium non ingreſſos, habendos eſſe. Hæc ſunt, quæ generatim ſacræ Synodo viſum eſt Chriſti fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis canonibus in hunc, qui ſequitur, modum damnare conſtituit, vt omnes, adiuuante Chriſto, fidei regula vtentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem faciliùs agnoſcere & tenere poſſint.

a Seſſ.7. de Sacram. in genere canon.9.
b Cantic.6.
c 1. Cor.12.
d Epheſ.4.
e Act.22.
f c. electi. c. Epiſcop. ad Epiſc. Galliæ cap.1.
g Seſſ.7. de confir. c.3. Hiſpalen.2. cap.57. & alibi.
h Laodic. conc. c.18. Ioann.10.

VIde Magiſtr. *in 4. diſt.5. quæſt.1.* Victor. *de Sacrament.* vbi de ſacramento Ordinis, *num.232.* Henriq. *in ſumm. lib.10. cap.7. in princip. & cap.14. §.2. littera P.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Sacramentum Ordinis, numero 50.* Cardin. Bellarm. *tom.2. controuerſ.5 lib.1. de ſacrament. Ordin. cap.16.* Vaſq. *in 3. part. tom.3. diſp.243. à numero 2. & diſp.244. num.37.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm.*

parte

part.1.lib.4.c.20. verſic.ſeptimò, Valer.Reginald. in praxi fori pœnit. lib.30. n.3. verſ. quod attinet, & n.16. verſ. & idem, Piaſec. in praxi Epiſcop. part.1. c.1.n.52.pag.60. Bellet. diſquiſit. cleric. p.1. tit. de diſcipl. clericali, §.3. n.2. latè Campan. in diuerſ. iuris Canon. rub.2. num.19. cum ſeqq. Bonac. de Sacrament. diſp.8. q.vnica, puncto 6. num.3. Molfeſ. in ſumm. Theolog. moralis tract.3.c.14.n.12. latè Marchin. de ſacrament. Ordinis tract.1. part.3. cap.4. & 5. Sanch. in opuſc. moral.lib.7. c.1.dub.1.num.4. meipſum de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.2. num.4. Torreblanca de iure ſpirit. lib.2. c.12.n.18. & 23. Hurtado de Sacram. tom.2. tract. de Ordine, diff.16.in med.

2. Promotorum abſoluta coactione compulſum Ordinem minimè recipere, eiúſque animæ talem ordinationem non relinquere indelebile ſignum, reſoluunt Syluest. in ſumm. verb. Ordo 4.num.1.verſ. ſecunda, Paul. Comitol. reſp.moral. lib.1.q.45. poſt num.1. Campan. in diuerſ.iuris canon. rub.11. cap.5. Rota dec.560. n.1. part.1. diuerſ. Sanch. de Matrim. lib.7. diſp.29. num.1. Ego ipſe d. p.2. alleg.2. num.5. & 6. De ordinato per vim conditionalem, ſeu cauſatiuam, vel per metum iniuſtè incuſſum cadentem in conſtantem virum, an lege continentiæ adſtringatur, & ſi interim promotus nubat, an tale matrimonium ſit validum, necne? eſt quæſtio dubia. In qua vna ſententia tenet obligare eum Ordinem ad continentiam, & matrimonium poſtea initum eſſe nullum. Ita Hoſt. Abb. Tabien. Palud. S. Anton. Silueſt. Gaët. & alij citati à Sanch. d. lib.7. diſput.29. num.4. quibus addo Petr. de Ledeſma de Matrim. q.55. art.4. Paul. Comitol. d. lib.1. q.45. num.3. cum ſeqq. Baſil. Pont. de Matrim. lib.7. c.29. Diana reſol. moral. tom.2. tract.4. de ſacram. Ordinis, reſol.193. Contrarium verò ſuſtinent gloſſ. verb. conditionaliter, in c. maiores, de Bapt. plures, quos refert & ſequitur Sanchez d. diſp.29. n.5. quibus addo Cæſ. de Graſſis dec.1. & 2. de his, quæ vi, Iacob. de Graſſ. in aureis dec part.2. lib.1. cap.11. Azor. inſtitut. moral. part.1. lib.13. c.14. q.8. Vgolin. de Epiſcop. c.13. n.3. Bonac. de Matrim. q.3. punct.9. n.14. Paul. Squilaute de obligat. cleric. part.1. n.89. Marchin. tract.2. p.3. diffic.9.

a Ad hunc hierarchicum Ordinem, &c.] Epiſcopatum eſſe Ordinem dicit in ſpecie gloſſ. verb. Epiſcopus, in proœm. Sexti, & verb. de Epiſcopis, in cap. quia periculoſum, de ſentent. excom. in 6. & verb. ſui Ordinis, in c. quoties, de purgat. can. & verb. firmitatis in c. proinde, de elect. lib.6. tenent Felin. in cap. cum te, n.8. de reſcript. Zabarel. in Clemen. 2. n.12. de ætate, & qual. Sot. de iuſt. lib.10. q.1. art.2. Nau. in man. c.22. n.18. verſ. quare, Burſat. conſ.125. Quia ſcriptum, à n.1. vol.1. Valent. tom.4. diſput.9. q.1. punct.2. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub.1. n.7. Sebaſt. Cæſar. de Eccleſ. hierarchia, q.3. proœm. §.1. num.4. Non ſolùm à ſacerdotio diſtinctum, vt exiſtimauerunt Medin. lib.1. de cœlibatu, c.16. Nauarr. citato loco, Bellarm. de ſacrament. Ordinis, c.5. verſ. tertio, Duar. in comment. ad Bullam Cœnæ, lib.1. c.5. q.2. num.12. ſed etiam de per ſe, & ſeiunctim eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, reſoluunt Petr. Sot. de inſtit. ſacerd. lect.4. de ſacram. Ordinis, §. ex his igitur, Valent. d. diſp.9. q.1. puncto 4. verſ. altera ſententia, Vaſq. tom.3. diſp.40. c.4. Ægid. de Coninck tom.2. diſp.20. de ſacram. Ordinis, dub.6. num.44. Campan. in diuerſ. iuris canonici, rub.1. n.7. & rub.6. c.4. num.4. latè Sebaſt. Cæſar. in d. relect. q.4. proœm. ex num.11. Ego ipſe de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.1. n.19. 3.

Vnde nouum per Epiſcopatum imprimi characterem tenent Abb. in c. aqua, de conſecr. Eccleſ. Iacobat. lib.10. de Concil. actu 7. & alij, quos refert Couarr. lib.1. var. c.10. n.16. & Henriq. lib.10. c.7. §.1. in commento littera C. licèt eos minimè ſequatur, & Hurt. de ſacram. tom.2. tract. de Ordine, diffic 3. verſ. & ad 3. Sebaſt. Cæſar. d. q.4. proœm. num.19. Et nouam gratiam per ipſum quoque conferri, concludunt Card. Bellarm. d. c.5. verſ. item quod Epiſcopalis, Henriq. d. lib.10. c.1. §. in commento, littera R. & c.2. §.1. litt. E. Campan. d. rub.6. c.4. n.4. Sebaſt. Cæſar. d. q.4. proœm. n.21. 4.

De Sacramento Ordinis.

1. *Sacerdotium viſibile in nouo Teſtamento.*
2. *Ordines & maiores & minores ſunt in Eccleſia præter Sacerdotium.*
3. *Ordo eſt verè, & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.*
4. *Per ſacram ordinationem datur Spiritus ſanctus, & imprimitur character.*
5. *Hierarchia diuina ordinatione inſtituta eſt in Eccleſia Catholica.*
6. *Epiſcopi ſunt Presbyteris ſuperiores, & habent poteſtatem confirmandi, & ordinandi.*
7. *Epiſcopi auctoritate Romani Pont. aſſumpti ſunt legitimi, & veri Epiſcopi.*

a CANON I.

SI quis dixerit, non eſſe in nouo Teſtamento ſacerdotium viſibile & externum, vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum corpus, & ſanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, ſed officium tantum, & nudum miniſterium prædicandi Euangelium, vel eos qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes, anathema ſit.

b CANON II.

Si quis dixerit, præter ſacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines, & maiores, & minores, per quos, velut per gradus quoſdam, in ſacerdotium tendatur, anathema ſit.

c CANON III.

Si quis dixerit, Ordinem, ſiue ſacram Ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantùm ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum, anathema ſit.

d CANON

δ Canon IV.

Si quis dixerit, per ſacram ordinationem non dari Spiritum ſanctum, ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere, Accipe Spiritum ſanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui Sacerdos ſemel fuit, ª laicum rurſus fieri poſſe, anathema ſit. ª 8. Tolet. cap 7.

Canon V.

Si quis dixerit, ſacram Vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantum requiri, ſed contemnendam & pernicioſam eſſe, ſimiliter & alias Ordinis cæremonias, anathema ſit.

ε Canon VI.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris, anathema ſit.

ζ Canon VII.

Si quis dixerit, Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem, vel Ordines ab ipſis collatos ſine populi, vel poteſtatis ſæcularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe, aut eos, qui nec ab Eccleſiaſtica & canonica poteſtate ritè ordinati nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniũt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniſtros, anathema ſit.

η Canon VIII.

Si quis dixerit, Epiſcopos, qui auctoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos, & veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum, anathema ſit.

1. α Canon I.] Vide Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini p. 2. lib 6 c. 3. & 4.* Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept... lib. 3. cap. 1. n. 27.* Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract. 1. part. 1. c. 10. num. 16.* Hurtado *de Sacrament. tom. 2. tract. de Ordine, diffic. 7.*

2. β Canon II.] Vide Thom. Valaſc. *allegat. Iuris, tom. 1. alleg. 2. n. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. n. 3.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis, tract. 2. cap. 1. num. 17.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 12. n 9. cum ſeqq. & n. 43.*

3. γ Canon III] Vide Ioſeph. Angl. *de ſacram. Ordin. in concluſ. prima definit.* Victor. *in ſumm. de ſacrament. Ordin. 225. & 226.* Viuald. *in candel tit. de ſacrament. Ordin. n. 5.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 2. lib. 1. c. 9. num. 4.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. in genere, diſp. 7. ſect. 1. num. 4.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. de Sacrament.* vbi de ſacrament. Ordinis, *cap. 1. concl. 1.* Thom. Valaſc. *tom. 1. allegat. Iuris, alleg. 2. n. 2.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 1. c. 1. de conferendis Ord. n. 1. pag. 25.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis, tract. 3. c. 14. n. 11.* Sanch. *in conſil. moral tom. 2. lib. 7. c. 7. dub. 1. n. 3.* Hurtado *de Sacrament. tom. 2. tract. de Ordine, diff. 6.*

4. δ Canon IV.] Vide Henriq. *in ſum. lib. 10. c. 4. §. 2. littera F. & G.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine, diffic. 7. in fine.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccl. p. 1. c. 4. n. 16.* Ægid. de Boninck *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 20. n. 58.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini, p 2. lib. 6. c. 4. verſ. item patet.* Petr. de Ledeſma *in ſumm.* vbi de ſacramento Ordinis, *cap. 4. concl. 2.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 3. n. 2.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 8. q. unica, puncto 4. n. 1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tract. 3. c. 8. q. 70. in princ.*

ε Canon VI.] Vide Dionyſ. *de Eccleſ hierarch. c. 5.* Irenæ. *lib. 3. c. 3.* Fr. Mich. Agia *de exhiben. auxil. fundam. 2.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis, tract. 2. c. 1. n. 35.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tract. 2. c. 3. q. 55. verſ. alter finis, & tract. 3. c. 8. q. 68. verſ. quarto.* Hurtado *d. tract. de Ordine, diffic. 8.* 5.

ζ Canon VII.] Vide Iodoc. Coce. *in theſauro Catholico, lib. 7. art. 18.* Hurtado *de Sacrament. tom. 2. tract. de Ordine, diffic. 17.* Sayr. *de Sacrament. in genere, lib. 1. c. 2. q. 3. art. 5. verſ. de conſecratione Epiſcopi,* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſp. 20. num. 24 & num. 75.* Vazq. *in 3. part. tom. 3. diſp. 243. à num. 2. & diſp. 244. num. 17.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis, tract. 6. c. 16. n. 63.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part. 1. tract. 3. c. 8. q. 71.* latè Marchin. *de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 8. c. 4.* Angnian. *de legib. lib. 2. controu. 1. n. 70.* Sanch. *in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 18. à num. 1.* Cardoſ. *in praxi Iudic. verb. ſacramentum Ordin. n. 6.* Alzed. *de præcellentia Epiſc. dign. p. 2. c. 5. n 1.* Torreblanca *in pract. iuris ſpirit. lib. 2. c. 13. n. 4.* Sanch. *in conſ. moral. lib 7. c. 2. dub. 18. n. 1.* 6.

η Canon VIII.] Vide Henriq. *in ſumm. lib. 10. c. 3. in fine,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1.* vbi de ſacramento Ordinis; *c. 5.* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib. 1. q. 99 n. 3.* Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. ſedium erectione, c. 5. n. 70.* 7.

DE REFORMATIONE.

De Reſidentia Prælatorum, & Curatorum, & pœnis ſupra id impoſitis.

CAPVT I.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Conſtitutiones Pontificiæ ſuper reſidentia agentes.*
3. *Epiſcopi, Parochi, & alij Rectores tenentur de iure diuino in ſuis Eccleſiis reſidere.*
4. *Parochus tenetur Miſſæ ſacrum ſuis ouibus applicare iuxta boni viri arbitrium.*

5. Cardina

5. *Cardinales, qui ſunt Epiſcopi, an & quando excuſentur à reſidentia.*
6. *Cardinales habent iuſtam cauſam quod abſint ab Eccleſiis, quarum ſunt Epiſcopi.*
7. *Charitas Chriſtiana excuſat à reſidentia.*
8. *Neceſſitas vrgens excuſat à reſidentia.*
9. *Obedientia debita excuſat à reſidentia.*
10. *Vtilitas euidens Eccleſiæ, vel Reip. excuſat à reſidentia*
11. *Ad Metropolitanum, vel in eius abſentia ad Epiſcopum antiquiorem pertinet curare vt Prouinciales Epiſcopi in ſuis Eccleſiis commorentur.*
12. *Cauſa abſentiæ in ſcriptis approbanda.*
13. *Epiſcopus poteſt abeſſe à ſua Eccleſia ſine alia ſuperioris licentia quando occurrit vrgens neceſſitas.*
14. *Abeſſe non dicitur qui ſtatim eſt reuerſurus.*
15. *Epiſcopi poſſunt abeſſe à ſuis Eccleſiis ad ſummum per tres menſes ſingulis annis.*
16. *Epiſcopi abeſſe poſſunt à ſuis Eccleſiis per tres menſes etiam cauſa animum relaxandi.*
17. *Epiſcopi, & alij beneficiarij habentes beneficia Curata ſi abſque legitima cauſa à ſuis Eccleſiis abſint, tenentur pro rata temporis, quo abſunt, fructus reſtituere.*
18. *Epiſcopi, & alij habentes curam animarum tenentur reſtituere fructus ante vllam ſententiam ſi non reſideant.*
19. *Epiſcopo non licet à ſua Eccleſia abeſſe niſi ob aliquam cauſam ex connumeratis in hoc cap.*
20. *Epiſcopus reſidens in ſua diœceſi liber eſt à reſidentia ſuarum Dignitatum.*
21. *Fructuum amiſſorum ob non reſidentiam reſtitutio, fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus facienda.*
22. *Parochi ſi à ſuis Eccleſiis abſque legitima cauſa ab Epiſcopo cognita, & approbata in ſcriptis abſint vltra bimeſtre tempus peccant mortaliter.*
23. *Fructus non reſidentium amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt.*
24. *Fructus non reſidentium debet Epiſcopus ordinarium applicare fabricæ Eccleſiæ parochialis, etiamſi non indigeat.*
25. *Beneficia curata habentes, & parochi à pari procedunt.*
26. *Reſidere tenentur qui Parochialem quamuis tenuem obtinent.*
27. *Parochialem poſſidens tenetur reſidere quamuis in ea remanſerint tres, vel quatuor incolæ.*
28. *Rector, qui habet vicarium perpetuum in eius parochia, poteſt cõpelli ad perſonaliter reſidendum.*
29. *Eccleſiam baptiſmalem obtinens tenetur reſidere.*
30. *Parochialem obtinens cum libero curiæ exercitio, & poſſeſſione bonorum, tenetur reſidere, quamuis in limine adeptæ poſſeſſionis mota lis fuerit per aliquem in petitorio.*
31. *Archipresbyter Tiraſſon. tenetur ad reſidentiam.*
32. *Capellanus coadiutor Rectoris parochialis inſtitutus auctoritate Apoſtol. tenetur ad reſidentiam ſicut Rector ipſe.*
33. *Coadiutor perpetuus tenetur ad reſidentiam ſicut verus curatus.*
34. *Inquiſitor parochus tenetur ad reſidentiam.*
35. *Subcollector Apoſt. non excuſatur à reſidentia Parochiali.*
36. *Beneficium curam iuriſdictionalem habens tenetur reſidere.*
37. *Præpoſitus iuriſdictionalem tantum curam habens tenetur reſidere.*
38. *Commendatarius curam iuriſdictionalem habens tenetur reſidere.*
39. *Parochias duas perpetuò inuicem æquè principaliter vnitas habens poteſt in quamaluerit reſidere.*
40. *Parochialem Eccleſiam cum Canonicatu habens tenetur reſidere in Parochiali.*
41. *Canonicatum obtinens, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinentis tantum tenetur reſidere in Parochiali.*
42. *Parochiali Eccleſia in qua fuit conſtitutus Capellanus cum tota cura, nimirum quoad Capellanus vixerit non tenetur reſidere.*
43. *Parochialem obtinens in qua Vicarium perpetuum legitimè inſtitui obtinuit, eo viuente reſidere non tenetur.*
44. *Monaſterium, ſeu Abbatiam, quæ cura, & Conuentu caret, obtinens, non tenetur reſidere.*
45. *Parochus debet reſidere in domo ipſius Parochialis.*
46. *Parochus tenetur propè Eccleſiam in ciuitate reſidere, licèt, maior pars parochianorum longè habitet in oppidis.*
47. *Parochus tenetur reſidere perſonaliter, & non alio modo ſatisfit muneri ſuo.*
48. *Parochi cogendi ſunt ad obeunda per ſeipſos, & non per ſubſtitutos ea munia, ad quæ tenentur.*
49. *Parochus debet ita continuè reſidere vt indigentes non careant neceſſaria ope.*
50. *Epiſcopus poteſt prohibere parochis ſub pœna pecuniaria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum à ſua Eccleſia abſint.*
51. *Conſtitutio Epiſcopi valet ne parochi poſſint abeſſe vltra duos dies ſine licentia.*
52. *Parochi iuſtam cauſam non reſidendi minimè habent, quamuis in ſeruitio Epiſcopi, aut Eccleſiarum Cathedralium permaneant.*
53. *Parochus non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, niſi Eccleſiæ cathedralis parochus ſit.*
54. *Parochi Inquiſitoris, vel Subcollectoris officium exercentes non habent iuſtam cauſã non reſidendi.*
55. *Cauſam iuſtam non reſidendi minimè habent obtinentes Eccleſias parochiales ſi velint ſtudere.*
56. *Parochus non excuſatur à reſidentia propter intemperiem aëris.*
57. *Parochus à reſidentia non excuſatur propter inimicitias capitales.*
58. *Parochus propter ſenectutem non excuſatur à reſidentia, quamuis Ordinarius iam prouiderit illius inſufficientiam.*
59. *Infirmitas parochi non eſt cauſa ſufficiens non reſidendi.*
60. *Parochis non licet abeſſe cauſa peſtis.*
61. *Epiſcopus cognoſcere poteſt de cauſis abſentiæ ab Eccleſiis Parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat.*
62. *Parochus an iudicialiter probare debeat cauſam abſentiæ.*
63. *Parochus non poteſt relinquere vicarium, ſeu ſubſtitutum etiam idoneum pro adminiſtratione Sacramentorum inconſulto Epiſcopo.*
64. *Vicarius ſubſtitutus ſi ſeruire velit gratis, non tenetur Parochus cum iuſta de cauſa abeſt, illi in conſcientia aſſignare partem fructuum.*
65. *Licentia quam Parochus abeſſe volens petere debet ab Epiſcopo, non ſufficit tacita, ſed oportet vt ſit expreſſa.*
66. *Parochus non poteſt abeſſe à ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta, niſi talis repentè ſe offerat neceſſitas, &c.*
67. *Parochus ſine licentia Epiſcopi ex iuxta cauſa in ſcriptis concedenda non poteſt abeſſe etiam primo bimeſtri.*
68. *Parochus non poteſt per hebdomadam abeſſe non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto vicario idoneo.*

69. *Epiſcopus aliquibus iuſtis de cauſis poteſt etiam ſtante Motu proprio Pij V. concedere licentiam recedendi à Parochiali.*

70. *Parochus petens licentiam fugendo cauſã iuſtam, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere fructus.*

71. *Parochus ſi iuſtam habeat cauſam abeundi extra parochiam, an poſſit abeſſe ea ſibi per Epiſcopum denegata.*

72. *Epiſcopus quoties in pœnam amiſſa reſidentia vult ſubtrahere partem fructuum, quos ſuos fecerũt parochi, tenetur obſeruare eadẽ interualla, &c.*

73. *Parochus vt quis priuetur ob non reſidentiam, quæ ſint attendenda.*

74. *Ad priuationem parochi ob non reſidentiã non eſt neceſſariũ quòd prius procedatur per alias pœnas.*

75. *Contra non reſidentes quo remedio vti velit, Epiſcopi eſt arbitrij.*

76. *Decretum hoc generaliter eſt accipiendum contra abſentes, ſiue obedientes, ſiue contumaces.*

77. *Tollit ſolùm appellationem ſuſpenſiuam, non verò deuolutiuam.*

78. *Derogat Eugenij IV. conſtitutioni.*

CVM [a] *præcepto diuino* mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues agnoſcere, [β] *pro his ſacrificium offerre*, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere; [γ] *quæ omnia nequaquam ab iis præſtari*, & impleri poſſunt, ſi gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtunt, ſed [b] mercenariorum more deſerunt: ſacroſancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factique [c] forma gregis in iudicio, & veritate paſcant & regant. Ne verò ea, quæ de reſidentia ſanctè, & vtiliter iam [d] antea ſub fel. rec. Paulo III. ſancita fuerunt, in ſenſus à ſacroſanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat: illis inhærendo, declarat ſacroſancta Synodus [e] omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Eccleſiis quibuſcumque, quocumque nomine, & titulo præfectos, [δ] *etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint*, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia vel diœceſi reſidentiam, vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur, neque abeſſe poſſe niſi ex cauſis, & modis infra ſcriptis. [f] Nam cùm [ε] *Chriſtiana charitas*, [ζ] *vrgens neceſſitas*, [η] *debita obedientia*, [θ] *ac euidens Eccleſiæ, vel Reipub. vtilitas* aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant, decernit eadem ſacroſancta Synodus, has legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſſimo Romano Pontifice, [ι] *aut à Metropolitano*, vel, eo abſente, ſuffraganeo, Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit, [κ] *in ſcriptis eſſe approbandas*, [λ] *niſi cum abſentia inciderit* propter aliquod munus, & Reipub. officium Epiſcopatibus adiunctum: cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, nec eas quidem ſignificari Metropolitano neceſſe erit, ad eundem tamen cum Concilio prouinciali ſpectabit iudicare de licentiis à ſe, vel Suffraganeo datis, & videre ne quis eo iure abutatur, & vt pœnis Canonicis errantes puniantur. [g] Interea meminerint diſceſſuri, ita ouibus ſuis prouidendum, quantum fieri poterit, vt ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem [μ] *qui aliquantiſper tantum abſunt*, ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, qui ſtatim reuerſuri ſunt: ſacroſancta Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum, extra prædictas cauſas, [ν] *nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes* excedere, & haberi rationem, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento, quod an ita ſit abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulenter agere, ſuo periculo tenentur. [h] Eoſdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis ſpatium Dominici aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item, & corporis Chriſti diebus quibus refici maximè & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debeant, ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali vllo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua diœceſi eos aliò vocent.

Si quis autem, quod vtinã numquã eueniat, contra huius decreti diſpoſitionem abfuerit, ſtatuit ſacroſancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes, ſub [k] Paulo III. impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, [ξ] *cùm pro rata temporis* abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, [ο] *alia etiam declaratione non ſecuta*, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri aut ipſo ceſſante, per Superiorem Eccleſiaſticum illos [π] *Fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus* loci erogare: prohibita quacumque conuentione, vel compoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur: ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis cuicunque collegio aut fabricæ conceſſis.

[ρ] *Eadem omnino, etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum*, & pœnas de curatis inferioribus, *& aliis quibuſcumque, qui beneficium aliquod* Eccleſiaſticum, curam animarum habens, obtinent ſacroſancta Synodus declarat, & decernit; ita tamen vt

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

R quando

a Ioann. 21. Act 20. cap. Epheſ. 4. 5. d. ch. cut 7. q. 1. c. qui Epiſcopatum 8. q. 1. c. paſtoris. 1. q. 3. c. gloria Epiſcopi 12. q. 2.
b Ioan. 10.
c 1. Petr. 5. 2.
d Supr. ſeſſ. 6. de ref. c. 1.
e Infra in bulla ſanctiſſimi D. N. Pij IV. ſuper reſidentia.
f Cap. de cætero, c. inter quatuor, c. tua, & c. & relatum, de cler. non reſid. cap. ad ſupplicationem, de renunc. c. quorumdam 74. diſtinct.
g Cap. cum ex eo, de elect. in 6. c. beneficium, de regular. & c. 1. in fi. ſup. ſeſſ. 6. Sardicenſ. can. 14. Elibertini, c. 21.
h Cap. præſentium 7. q. 1. & infr. ſeſſ. 24. de refor. c. 11.
i Vide Agathen. Conc. c. 64. c. ſi quis in clero 7. q. 1.
k Supr. ſeſſ. 6. de reform. c. 1. & infr. in Bulla S. N. D. Pij IV ſuper reſidẽtia c. 2. c. cõquerente, & ferè per totum, de cler. non reſid.

Digitized by Google

quandocumque eos, *τ cauſa prius per Epiſcopum cognita*, & probata, abeſſe contigerit, *φ Vicarius idoneum, ab ipſo Ordinario approbandum, χ cum debita mercedis aſſignatione* relinquat. *ψ Diſcedendi autem licentiam* in ſcriptis gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, *ω niſi ex graui cauſa*, non obtineant. Quod ſi per edictum citati etiam non perſonaliter contumaces fuerint, liberum eſſe vult Ordinariis, per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, *aa & ſubtractionem fructuum*, aliaque iuris remedia, *ββ etiam vſque ad priuationem, γγ compellere, δδ nec executionem hanc, quolibet priuilegio*, licentia, familiaritate, exemptione etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacunque auctoritate confirmato, conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela cenſenda eſt, *εε ſine appellatione*, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel *ζζ vigore* [l] *Eugenianæ conſtitutionis* ſuſpendi poſſe. Poſtremò, tam decretum illud ſub [m] Paulo III. quàm hoc ipſum in Conciliis prouincialibus, & Epiſcopalibus publicari, ſancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ adeò ex Paſtorum munere animarumque ſaluti ſunt, frequenter omnium auribus, mentibúſque infigi, vt in poſterum Deo iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut deſuetudine, aboleantur.

l Extrauag. commun. lib. 5. c. 1. diuina, de priuileg.
m Suprà ſeſſ. 6. de reform. c. 1.

1. Vide Archiep. Bononien. *p. 4. ſub tit. de reſidentia, pag. 2. 8.* Concil. Bracharen. IV. *act. 2. c. 11.* Anton. Pagan. Barthol. Carranza, & Hieron. Gig. *in ſuis tract. de reſidentia*, Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpecula iuris Pontif. cap. 9.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 54. litt. G*, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccl. part. 3. c. 2. n. 4. cum ſeqq.* Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Paſtorum, c. 31.* Azor. *inſt. moral p. 2. lib. 7. c. 4.* Ceuall. *commun. contra communes, q. 585* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 54. cum ſeq.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 14. dub. 29.* Vgolin. *de officio Epiſc. cap. 4. §. 13. & c. 15. §. 3. 4. & 5.* Arm. *in addit. ad recop. legum Nauar. lib. 2. tit. 23. lib. 2. §. 2. ſub rub. vtrum Epiſc. poſſunt ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus vel debeant in eis reſidere, & ſub rub. an parochi debeant reſidere in ſuis curatis*, Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 9.* Ioan. Valer. *de diff. inter vtrumque forum, verbo Parochus, diff. 3.* Sanctar. *var. reſ. lib. 1. à q. 1. vſque ad 16.* Ludou. de S. Ioan. *de adminiſt. Sacrament. art. 3. de reſidentia*, Vaſq. *in opuſc. mor. c. 4. §. 2. n. 145. cum ſeqq.* Trulleuch. *in decalog. lib. 4. c. 1. dub. 8. num. 1. & 2.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 53. & de offic. & poteſt. Parochi, cap. 8.*

2. Super reſidentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium, & reſidere debentium emanauit conſtitutio Pij IV. incip. *in ſuprema, ſub dat. Kal. Decemb. 1564.* Et ſuper executione Concilij, & litterarum eiuſdem Pij IV. contra Archiepiſcopos, Prælatos, & alias perſonas Eccleſiaſticas non reſidentes in ſuis Eccleſiis, emanauit Motus proprius eiuſdem, incip. *Motu proprio*, publ. *die 11. Maij 1565.* Circa reſidentiam in Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis faciendam, etiam per S. R. E. Cardinales, & de pœnis contra eos non reſidentes, & à ſuis diœceſibus quocumque prætextu abſentes, emanauit Conſtitutio S. D. N. Vrbani VIII. incip. *Sancta Synodus, ſub die 7. Decembris 1634.*

3. *a Cum præcepto diuino, &c.*] Epiſcopos, parochos & alios Rectores, quibus cura incumbit animarum, teneri de iure diuino in ſuis Eccleſiis reſidere per hunc text. reſoluunt Fr. Barthol. à Martyribus Archiep. Bracharen. *in ſtimulo Paſtorum, p. 2. fol. 51. cum ſeqq.* Sot. *de iuſtit. lib. 10. q. 3. art. 1. cum ſeqq.* Melch. Gallego *in tract. de parochor. oblig. tempore peſtis, p. 1. diſp. 1. n. 46. cum ſeqq.* Cou. *lib. 3. var. c. 13. n. 9.* Nauar. *in man. cap. 25. n. 121.* Ferret. *conſil. 32. à num. 14.* Bernard. & Salzed. *in practic. c. 54. in nouiſſ. impreſſ.* Ioan. Ochun. *in repet. cap. 1. de clericis non reſident. in 6. num. 39.* Emman. Sa *in aphoriſm. verb. reſidentia 1.* Cordub. *in q. lib. 1. q. 19.* Ioan. Baptiſt. Conrad. *in reſp. caſuum conſcient. q. 317.* Læl. Zecch. *de caſibus reſeruat. caſu 3. & in tit. de benefic. n. 6. & de munere Epiſc. c. 9. n. 9.* Viuald. *in candelab. aureo in append. c. 9. n. 6. & 7.* Valent. *tom. 3. diſp. 10. q. 3. puncto 5. verſ. altera ſententia*, Vazquez *in opuſculo de benefic. c. 4. §. 2. dub. 1. n. 121. cum ſeq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 59. num. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 585. num. 1. & ſeq.* Quintanad. *Eccleſiaſt. lib. 4. n. 50. & 51.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 24. n. 139. & gloſſ. 48. n. 8. & gloſſ. 43. num. 163.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 4. quæſt. 1.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 153.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 52.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tract. 6. c. 11. n. 15.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ. 393. n. 5.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 6. n. 5. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 37. n. 15.* Poſſeuin. *de officio curati cap. 1. n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. c. 2. n. 16.* Cened. *ad Sextum collect. 30. n. 2.* Sanclarel. *variar. reſolut. lib. 1. q. 1. per tot.* Alzed. *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 6. n. 7.* Ludou. de Sancto Ioanne *de adminiſtr. Sacrament. c. 1. de resident. n. 3. verſ. denique* Homobon. *in reſp. q. moral. p. 1. reſp. 28.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 27. n. 37.* Trullench. *in Decalog. lib. 4. cap. 1. dub. 8. n. 2.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 53. n. 1. & de officio & poteſtate Parochi, cap. 1. n. 1.*

4. *b Pro his Sacrificium offerre.*] Motus his verbis in meo tract. *de officio & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 23. n. 23. in fine, & de officio & poteſt. Parochi, c. 11. n. 10.* reſolui parochum teneri Miſſæ Sacrum ſuis ouibus applicare iuxta boni viri arbitrium. Et hanc partem fouet declaratio S. Congr. Conc. *ſuper decretis de celebr. Miſſarum*, nouiſſimè S. D. N. Vrban. VIII. auctoritate edita, & in typographia R. Cam. Apoſt. impreſſa, dum habet Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu capellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere. Et magis in terminis propoſito dubio, An Parochi terræ Vrceani Fanenſ. diœceſis quibus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur Miſſam celebrare, poſſint pro eadem Miſſa in propria, vel aliena Eccleſia celebranda Manuales eleemoſynas recipere? Sacra Congreg. *die 1 Septembr. 1629.* reſpondit quibus diebus Parochi tenentur Miſſam celebrare, non poſſe manualem eleemoſynam recipere.

5. Contra Nauarr. *in man. cap. 25. n. 92.* Suar. *tom. 3. diſp. 86. ſect. 1. verſ. de beneficiis igitur.* Vaſquez *p. 3. diſput. 234. art. 4. cap. 6. verſ. vera tamen ſententia.*

Nald.

Nald. *in ſum.verb. Parochus*, n.18.Poſſeuin. *de officio Curati* c.2.n.4. Fraxin.*de oblig.ſacerd. ſect.3. praenot.* 2.§.2. Aloyſ.Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol.* p.4.*deciſ.*101. Gauant. *in comment.ad rub. Miſſalis*, p.3. *tit.*12. n.27. Marchin. *de ſacram. Ordinis*, tr.3. p.2.*cap.* 30.n.2.& c.27.n.7. abſolutè exiſtimantes non videri obligados parochos ad applicationem ſacrificij pro populo ſingulis diebus feſtis, ex illa ratione,quia obligatio ad celebrandum,& obligatio ad applicandum ſunt diuerſa.

y Quæ omnia nequaquam ab his praeſtari,&c.] Vide Caparam *en el diſcurſo de la obligacion de los Prelados*, p.1.*concluſ.6.n.6.in fine.*

5\. *ð Etiamſi S.R.E. Cardinales ſint.*] Cardinales, qui ſunt Epiſcopi,non excuſari à reſidentia eo ipſo quòd ſunt Cardinales, & aſſiſtunt ſummo Pont. tenent Turrian. *in tr. de reſident.pag.*45.Caiet.2.2. q.185. *art.*5. Sot. *lib.* 10.*de iuſtit.q.*3. *punčto* 5.*verſ. poſt hac vtique*, & in quadam quæſt. quam fecit de pluralitate benefic. Valent.*tom.*3 *diſp.*10.q.3.*punčt.* 5.*col.*5. *verſ. ſed quaeret aliquis*, Emman.Sà *verb.reſidentia*,*num.*3. Azor.*inſtit.moral.* p.2.*lib.*7.*cap.*4.q.7. & *cap.*6. q.1. quos refert Sanctarel.*var.reſolut.*q.2. Caparam *en el diſcurſo de la obligacion de los Prelados* p.1.*concl.*6.n.4.*in fine.* Flamin. *de reſign. lib.*2. q.10. n.8. Anaſt. Germon. *de indultis Card.* §. *tibi quoad vixeris*, n.13.

6\. Eos tamen iuſtam cauſam habere quòd abſint ab Eccleſiis, quarum ſunt Epiſcopi,tenent Martin. Lauden. *de Cardinal.* q.5. & *in alio ſimili tr.* q.68. Andr. Barbat. *de Cardin.q.*12. Villadieg. *de origine Cardinal.* q.5.n.11.& 12. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell.gloſſ.*14.n.128. quos refero *d. alleg.*63.n.23.

7\. *ε Chriſtiana charitas.*] Vide Tolet. *in inſtruct ſacerd. lib.*5. *cap.*4 *num.*3. Marc.Anton.Genuenſ. *in man.Paſtorum*, *cap.*31.n.3. Molſeſ. *in ſum Theologiæ moralis*, *tract.*6, *cap.*11.n.29. meipſum *d. alleg.*52. *num.*6. & me citato *in illo loco*, Sanctarel. *variar.reſolut. quaeſt.*3.*num.*2. intelligentes per Chriſtianam charitatem, id eſt, proximorum vtilitatem, vt ſi aliqua Eccleſia verſatur in magno periculo hæreſis, & Epiſcopi prædicatione poſſet tueri, vel ob pacem Magnatum componendam, dummodo ex tali abſentia in propria Eccleſia non ſequatur notabile detrimentum, quia eſſet contra ordinem charitatis.

8\. *ζ Vrgens neceſſitas.*] Vide Tolet. *d cap.*4. *num.*4. Bartho . Carranza *in tract. de reſidentia Epiſc.c.*12. *verſ.*2, Salzed.ad Bernard. *in pract.cap.*54 *lit.*C.Valent. *d tom.*3. *diſp.*10. *quaeſt.*3. *punčto* 5. *verſ.vrgens neceſſitas*, Galet.*in margarita caſuum conſcient.verb. reſidentia*, Zerul. *in praxi Epiſcop.p.*1.*verb.priuatio*, §.4.*dub.*1. Azor.*d.lib.*7.*cap.*4.q.4. Molſeſ. *d.tract* 6. *cap.*11. *n.*30. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol.*635. meipſum *d. alleg.*53. n.7.8. & 9. me citato Sanctar. *d. q.*3.*n.*2. intelligentes per vrgentem neceſſitatem, vbi Epiſcopus reſidendo graue malum vitæ incurreret, vel propter morbum, vel propter aliquam perſequutionem, vel propter aëris intemperiem, vel ob inimicitias, aut ob Principis & populi furorem declinandum. Sed ex S.Thom.2. 2. q.185. *art.*5. colligunt Caiet. Sot. & Miranda, quos refert & ſequitur Vaſq. *in opuſc. de benef. c.*4. §.2. *art.*2. *dub.*2. n.135. hoc procedere quoties non immineret detrimentum ouium, nam ſi illud immineret in ſpiritualibus,ex nulla cauſa poſſet abeſſe, quia bonus Paſtor animam ſuam pro ouibus ſuis ponit, vt habetur *Ioan.*10. & refert Molſeſ. *d. cap.*11. n.31.

9\. *η Debita obedientia.*] Vide Valent. *d. punčto* 5. *verſ. debita obedientia*, Tolet. *d.c.*4. *n.*7. Salzed. *d. cap.*54.*verſ.tertium caſum*, Azor. *d.cap.*4.*quaeſ.*4.*verſ. ad tertium.* Sanctarel.*d.q.*3.*n.*3.meipſum *d. alleg.*53. *n.*10. *cum ſeqq.* intelligentes per debitam obedientiam intelligi quando Papa propter aliquod negotium ad ſe vocat Epiſcopum.

Obſeruat tamen Azor. *d.c.*4.*q.*7. quòd ſi Cardinalis eſſet Antiſtes alicuius Eccleſiæ, & ſummus Pont. vellet vti eius conſilio,ſapientia,& induſtria, ſecum illum retinendo, excuſaretur Cardinalis ipſe Antiſtes tum ratione obedientiæ, tum etiam, quia id diceretur reſoluere in commune bonum totius Eccleſiæ : ſed in hoc ſummam prudentiam eſſe neceſſariam ad ſciendum an poſſit dari talis excuſatio, obſeruat Vaſq. *d.dub.*1. *à n.*141. & Molſeſ. *d. cap.*11 *n.*34.

θ Euidens Eccleſiæ,vel Reip.vtilitas.] Vide Tolet. *d.cap.*4.*n.*3.*verſ.quartum*, Salzed.*d.c.*54. *verſ. quartum*, Marc. Anton. Genuenſ. *d.c.*31.*n.*5. Vaſq. *d.dub.*2.*à num.*138. Molſeſ. *d.tract.*6. *cap.*11. *num.*36. Sanctarel. *d. quaeſt.*3.*num.*5. meipſum *d. alleg.*53. *num.*14. intelligentes per euidentem Eccleſiæ vtilitatem, quando nimirum abſunt Epiſcopi ob defendenda iura ſuæ Eccleſiæ, vel ſi fuerint vocati ad celebrandum Concilium generale. Et addidi *d.alleg.*53. *num.*16. quòd ſi Epiſcopus euidenti Reip.exigente vtilitate poteſt eſſe Legatus, ſiue Orator alicuius Principis ſæcularis, me citato Alzed. *d. part.*1. *c.*6. *num.*36. 10.

ι An à Metropolitano,&c.] Ad Metropolitanum, vel in eius abſentia ad Epiſcopum antiquiorem pertinere curare vt Prouinciales Epiſcopi in ſuis Eccleſiis commorentur, & ſuper eorum abſentiam inquirere, refertur deciſum Aſmendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra*, *lib.*2. *tit.*23.*l.*2. §.2. *ſub tit.* vtrùm Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, *n.*5. & 6. Ego ipſe *d. alleg.*53.*n.*5. *in fine*, & me citato *in illo loco*, Sanctarel.*var.reſol.q.*4.*n.*7. 11.

κ In ſcriptis eſſe approbandas.]Si tamen cauſæ abſentiæ fuerint legitimæ, & approbatæ à ſuperiore, poſſe Epiſcop. & alios beneficiatos, qui tenentur reſidere, fructus beneficiorum ſuorum percipere, & retinere, quamuis cauſæ non eſſent in ſcriptis approbatæ, aſſerunt Leſſ. *de iuſt. lib.*2.*c.*34.*dub.*29. *n.*158. citans Nau. *conſ.*13.*de praebenda*,*n.*1.

λ Niſi cum abſentia inciderit, &c.] Quando occurrit vrgens neceſſitas, ob quam Epiſcopus non poſſit adire ſummum Pont. nec Metropolitanum, poſſe illum abeſſe à ſua Eccleſia ſine alia ſuperioris licentia, reſoluit poſt alios Sanctarel. *d. quaeſt.*4. *num.*9. 12.

μ Qui aliquantiſper tantum abſunt, &c.] Quia abeſſe non dicitur,qui ſtatim eſt reuerſurus, *l.poſtliminium*, §.*captiuus*, *l.nihil*, *ff.de cap.& poſtlim.reuerſ.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*43. *n.*5. & facitur quæ ſit Ludouic. Beia *reſp. caſ. conſcient.* p.2. *caſu* 21. vbi agit de parocho rurali,qui ſingulis quibuſque hebdomadis in vrbem veniebat cauſa inuiſendi parentes. Quia qui breui tempore aliquo loco aſſiſtit, ibi commorari, aut reſidere non creditur. Narbona *l.*10 *gloſ.*2.*n.*11. *tit.*6 *lib.*1.*Recop.* vbi *numeris ſeqq.* multis id comprobat, & præcipuè *num.*26. & 27. per doctrinam Bartoli communiter recepti reſoluit quòd ſi quis in carcere, & vinculis detinebatur, initio fugæ conſilium cœperit, & poſtea reuertatur, non dicitur aufugiſſe, nec à carcere vnquam receſſiſſe : deinde quòd à Magiſtrato pœna conſtituta domum exire iuſſo, ſi ille diſceſſerit, ac poſtea locum reiogreſſus fuerit, præcepti fracti pœnam non patietur, eùm exiiſſe non videatur, nec alibi ſteriſſe qui ſtatim domum reuerſus eſt. 13.

ξ Barboſ.Collect.in Concil.Trid.

Digitized by Google

15. *r Nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes,* &c.] Epiſcopos poſſe à ſuis Eccleſiis abeſſe ad ſummum ſingulis annis per tres menſes, ſiue continuè, ſiue interruptè ſine alia ſuperioris approbatione, nec tunc amittere fructus, dummodo tamen ex cauſa rationabili, non tamen in Aduentu, Quadrageſima, Natiuitate Domini, Reſurrectione, Pentecoſte, & feſto Corporis Chriſti, colligunt ex hoc text. Valent. *tom.3. diſp.10. quaſt.3. puncto 5. verſ. ſecundò certum eſt.* Leſſi. *d. lib.2. c.34. dub.29. n.155.* Sanctarell. *d. q.4. n.5.* Ego ipſe *d. alleg.53. n.8.* Alzed. *d. p.1. c.6. n.12.*

16. Hoc ſpatium abſentiæ concedi Epiſcopis cauſa animum relaxandi, dixit Azor. *d. p.2. lib.7. c.4. q.1.* quem refert. Sanctarel. *d. n.5. in fine.*

17. *ξ Eum pro rata temporis,* &c.] Epiſcopos, & alios beneficiarios habentes beneficia curata, ſi abſque legitima cauſa à ſuis Eccleſiis abſint, teneri pro rata temporis, quo abſunt, fructus reſtituere, reſoluunt Valent. *tom.3. diſp.10. quaſt.3. puncto 5. verſ. quintò certum eſt,* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. c.34. dub.29. n.157.* Nicol. Garc. *de benefic. p.3. cap.2. n.26.* Sanctarel. *d. q.4. n.1.* Ego ipſe *d. alleg.53. n.93.* Alzed. *d. p.1. c.6. num.11.*

18. *o Alia etiam declaratione non ſequuta.* Epiſcopos & alios habentes curam animarum, teneri reſtituere fructus ante vllam ſententiam ſi non reſideant, tenent Driedon. *de libertate Chriſtiana, lib.2. c.4.* Con. *lib.3. var. c.13.* Valent. *d. q.3. punct.5. verſ. præterea hinc etiam,* Toler. *d. lib.5. cap.4. num.1.* Azor. *d. p.2. lib.7. cap.6. quaſ.2.* Poſſeuin. *d. c.1. n.32. verſ.3.* Vgolin. *d. c.15. §.4. n.2.* Sanctar. *d. q.4. n.4.* vbi *n.5.* aduertit ante Concil. Trid. nonnullos putare tales beneficiarios non fuiſſe obligatos reſtituere fructus in abſentia ante iudicis ſententiam. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi, cap.8. n.69.*

19. Non licere Epiſcopo à ſua Eccleſia abeſſe, niſi ob aliquam cauſam ex connumeratis *in hoc c.* refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nau. l.2. tit.23. l.2. §.2. ſub tit. vtrùm Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, n.4.*

20. Epiſcopum reſidentem in ſua diœceſi liberum eſſe à reſidentia ſuarum Dignitatum, & beneficiorum ſimplicium, quæ obtinet in alia diœceſi, nec aliud amittere niſi quotidianas diſtributiones, & alias, ſi quæ ſint, quæ abſentes iuſta de cauſa non percipiunt, reſolutum atteſtatur Armendar. *loco proximè citato, n.3. & 7.*

21. *π Fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus,* &c.] Reſtitutionem fructuum ob non reſidentiam amiſſorum per hunc text. faciendam eſſe fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus, nec obtineri poſſe compoſitionem, reſoluunt Nau. *in man. c.25. n.121. & conſ.20. de celebr. Miſſ. n.4.* Henriq. *in ſumm. lib.7. c.36. §.3.* Fr. Emman. *in explic. Bulla compoſit. n.18.* Garc. *d. c.2. n.30.* Sanctarell. *d. q.4. n.2.*

22. *ρ Eadem omnino etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum,* &c.] Parochos ſi à ſuis Eccleſiis abſque legitima cauſa ab Epiſcopo cognita, & approbata in ſcriptis, abſint vltra bimeſtre tempus, peccare mortaliter, & fructus pro rata temporis amittere, ex hoc text. colligunt Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.1. c.10. n.32.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.2. c.2. num.5.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.34. dub.29. n.159.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.15. §.4. num.2. & §.5. n.2. in fine,* Ego ipſe *d. alleg.53. n.93.* me citato Sanctarell. *d. q.4. n.10.*

23. Fructus non reſidentium amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt ſine licentia, nec poteſt componi reſtitutio debita fructuum malè perceptorum cum obtinentibus Bullam Cruciatæ; vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concil. vt refert deciſum *d. p.3. cap.2. num.26.*

Fructus non reſidentium, de quibus in hoc decreto, debet Epiſcopus ordinarius applicare fabricæ Eccleſiæ parochialis, etiamſi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ poteſt tamen in dies indigere quoad ornamenta, vt reſolutum atteſtatur Garc. *d. p.3. cap.2. n.38.* 24.

σ Et aliis quibuſcumque, qui beneficium aliquod, &c.] Quod de parochis dictum eſt, idem quoque dicendum de aliis, qui habent beneficia curata, aſſerunt Valent. *d. to.3. diſp.10. q.3. punct.5. verſ. præceptu etiam.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. c.34. dub.29. n.160.* Sanct. *d. q.4. n.17.* & ſic in his requiritur reſidentia. 25.

Primò in obtinente Parochialem, quamuis tenuem, Rebuff. *in tract. nominat. q.9. n.27.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. n.294. verſ. ſi qui-cœt.* Ego ipſe *d. p.3. alleg.53. num.70.* me citato *in illo loco,* Sanctarell. *var. reſolut. q.4. n.45.* 26.

Secundò in poſſidente Parochialem, in qua remanſerunt tantùm tres, vel quatuor incolæ, Nicol. Garc. *de benef. p.3. c.2. n.179.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib.2. tit.23. l.2. §.2. ſub tit. ſed an parochi debeant reſidere in ſuis curatis, n.141.* niſi parochialis Eccleſia in totum parochianos habere deſierit, Anton. Ricciul. *de iure perſonarum, lib.2. cap.14.* 27.

Tertiò in Rectore, qui habet vicarium perpetuum in eius parochia, ſiue rectoria, poteſt enim, & debet compelli ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura animarum tranſlata fuerit legitimè in ſolum vicarium perpetuum, refert deciſum Nicol. Garc. *d. p.3. c.2. n.175.* 28.

Quartò in obtinente Eccleſiam baptiſmalem, cui incumbit ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri, quia ad minus tanquam coadiutor Eccleſiæ parochialis tenetur ad reſidentiam, ita refert deciſum Armendar. *d. loco, n.178,* quem citaui *de offic. & poteſt. Parochi, cap.8. num.7.* 29.

Quintò in obtinente Eccleſiam parochialem per prouiſionem Sedis Apoſt. & habente liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum ad dictam Eccleſiam parochialem pertinentium poſſeſſionem, licèt in limine adeptæ poſſeſſionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, vt reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſolut. 393. num.5.* quem refero *d. cap.8. num.8.* 30.

Sextò in Archipresbytero Tiraſſonenſi, quia tenetur ad reſidentiam, cùm nihil quoad illum fuerit innouatum per bullam Sixti IV. erectionis de vicaria in dignitatem, ita Sel. *in ſelect. canonic. cap.3. numero 8.* vbi atteſtatur deciſum *in Tiraſſonen. 4. Maij 1619.* 31.

Septimò in Capellano coadiutore Rectoris parochialis inſtituto auctoritate Apoſtol. quia tenetur ad perſonalem reſidentiam ſicut Rector ipſe ita referunt deciſum Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſ. 5. §.9. n.17.* Campan. *in diuerſ. iuris Can. rub.7. c.6. n.104.* Armend. *d. loco, n.127. verſ. an capellani, & n.157.* Galei. *d. verb. reſidentia 1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. c.3. n.27.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. c.15. §.5. num.3. verſ. poſtremo,* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſolut. 393. ampl.5.* Monet. *de opt. canon. c.4. quaſ. 8. n.157.* Ego ipſe *d. alleg.53. n.78.* me citato Sanctar. *d. q.4. n.17.* 32.

Octauò in coadiutore etiam perpetuo qui reſidere tenetur ſicut verus curatus, quamuis in aliis beneficiis ſeruiret in Cathedralibus, ita refert 33.

deciſum

deciſum Garc. *d.p.3.cap.2.num.*167. Armend. *d.loco, conſ.*172.

34. Nonò in Inquiſitore parocho, quem propter officium à reſidentia Parochialis non excuſari, reſoluunt Gonzal *d.gloſſ.6.n.*265. *& gloſſ.*43.*n.*164. Aloyſ. Ricc. *d.reſolut.*393 *n.*3. Ceuall. *commun.contra commun. q.*585 *n.*12. Ego ipſe *d.alleg.*53.*n.*156. & me citato Sanctarel. *var. reſol. q.*11. *n.*4. contra Spin. & Cened. per me citatos.

35. Decimò in ſubcollectore Apoſt. parocho, hunc enim non excuſari à reſidentia Parochialis ex deciſione Congregat. tenent Gonzal. *d.gloſſ.*6. *n.*266. Garc. *d.p.3.c.2.n.*42 *in* 3. *declar.* Vgolin. *d.c.*15.§.3. *n.*5.*verſ.decimo*, Armend. *d.loco,n.*168. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.*393. *n.*3.

36. Vndecimò in habente beneficium curam iuriſdictionalem habens, hunc enim teneri reſidere. & Sacris initiari, refert deciſum Armendar. *d. loco, num.*173.

37. Duodecimò in Præpoſito iuriſdictionalem tantùm curam habente, hunc enim comprehendi in Bulla Pij V. de reſidentia parochorum, quæ incip. *Cupientes*, referunt deciſum Garc. *d. c.*1. *n.*179. *in* 10.*declar.* Armendar. *d.loco,num.*140.

38. Decimotertiò in Commendatario curam animarum iuriſdictionalem habente, per omnia enim æquatæ ſunt hodie commendæ titulis, ita refert deciſum Garc. *d.p.3 cap.*1.*n.*166.

39. Decimoquartò in habente duas Parochiales vnitas perpetuò inuicem æquè principaliter, & non vnam alteri acceſſoriè, ambaſque pares: itavt vna non ſit dignior, & principalior altera, hunc enim poſſe in qua maluerit reſidere, aſſerunt reſolutum Garc. *d.c.*2.*n.*179. *in* 16. *declar.* Armendar. *d. loco, n.*144.

40. Decimoquintò in habente parochialem Eccleſiam cum Canonicatu, quia adhuc in Parochiali reſidere debet, iuxta Bullam Pij V. quæ incip. *Cupientes*, & percipere fructus præbendæ, & ſolùm eius diſtributiones quotidianas perdit, vt refert deciſum Armend. *d.loco,n.*135. ſubdens quòd ſi Canonicatus eſt in eodem loco, vt Parochialis eſt, poterit vtrique ſeruire, & quotidianas diſtributiones percipere, & citat Garc. *d. p.3.c.2. n.*179. *in* 7. *declar.* Vnde reſidentiam in Parochiali, quæ non longè abeſt à Collegiata, in qua Canonicatum obtinet, diebus ferialibus ad Eccleſiam collegiatam accedere, & in ea diuinis inſeruire poſſe, dummodo omnibus diebus, & horis ſuis, & congruis Parochiali inſeruiat, & nihil prorſus relinquat ex debito ſeruitio ipſius Parochialis, deciſum referunt Garc *d.n.*179.*in* 8.*declar.* & Arm. *d.loco,n.*136.

41. Decimoſextò in obtinente Canonicatum, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinentis tantùm, hunc enim teneri in Parochiali reſidere aſſerunt reſolutum Garc. *d. n.*179 *in* 15. *declar.* Armend. *d. loco, n.*137.

42. Parochus Eccleſiæ in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione capellaniæ impoſita fuit tota animarum cura, ſeu perpetua vicaria quoad Capellanus vixerit, non teneri in ea reſidere refert deciſum Garc. *d.c.*2.*n.*176.

43. Parochialem obtinens, in qua vicarium perpetuum legitime inſtitui obtinuit, eo viuente reſidere non tenetur, vt refert deciſum Armend. *d. loco, n.*195. Vnde ſi deputatus fuerit vicarius amouibilis, cùm iſte atgoat curam eſſe penes deputantem. hunc ideo teneri ad reſidentiam referunt deciſum Garc. *d. c.*2.*n.*179.*in* 11.*declarat.* Armendar. *d.loco,n.*141. Ego ipſe *in collect. ad c. vlt. de offic. vicar. num.*

Monaſterium, ſeu Abbatiam, quæ cura, & conuentu caret, obtinens non tenetur reſidere, vt per Nicol. Garc. *d.num.*179.*in* 9.*declar.* Armend. *d.loco, n.*139. quos refero *de officio, & poteſt. parochi, c.*8. *num.*6.

Parochum debere reſidere in domo ipſius Parochialis, quatenus eam habeat, alias in alia, quæ ſit intra limites parochiæ, aut ſaltem ita vicina parochiali Eccleſiæ, vt inde commodè poſſit per ſeipſum ei inſeruire, habitare teneri, referunt deciſum Garc. *d. c.*2. *n.*179. *in* 21. *declar.* Armendar. *d loco, n.*149. *&* 150. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p.*4. *deciſ.*41. Ego ipſe *d. alleg.*53.*n.*71. me citato Sanctarell. *var.reſol. q.*4. *n.*49. Si enim non habet ibi domum propriam, aliquam conducere debere pariter reſolutum aſſerit Nicol. Garc. *dicto num.*179. *in declar.*21. Sel. *in ſelect. Canon. c.*3. *n.*8. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Sarzanen.*13. *Nouembris* 1627. dum ibi fuit dictum, parochum non excuſari quin intra parochiam reſidere debeat, quamuis non adſit commoda domus parochialis, & ſit magna aëris intemperies, & retineat capellaniam in parochia, & ipſe accedat ſingulis diebus feſtis, & fuit ordinatum quòd intra menſem conduceret domum in parochia, & intra ſex menſes domus parochialis reaperiretur. Quare minus excuſaretur Parochus a reſidentia ſi prætextu docendi Grammaticam in ciuitate per duo milliaria diſtante à ſua parochiali, abeſſet diebus ferialibus, quamuis ſingulis feſtis ad eam accederet, vt referunt deciſum Garc. *d.n.*179. *in* 19.*declar.* Armend. *d.loco, n.*147. Sanctarel. *d. q.*3.*n.*33. Ego ipſe *d.allegat.* 53. *n.*75. vbi *n.*76. id amplio, etiamſi non inueniretur alius idoneus ad legendum.

Parochialis Eccleſia licèt ſit in loco vbi minor pars parochianorum inhabitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus parochum habitare teneri prope Eccleſiam in ciuitate, ſuccurrendo illis, qui longè habitant ſecundùm loci antiquam conſuetudinem. per *cap.*4.*ſeſſ.*21. referunt deciſum Garc. *d.n.*179.*in* 10.*declar.* Armendar. *d.loco, n.*148. Sanctarel. *d.q.*4 *n.*46.

Parochum teneri reſidere perſonaliter, & non alio modo ſatisfacere muneri ſuo, etiamſi populo per alium æquè benè, & fortè meliùs ſeruiatur, reſoluit Poſſeuin. *de officio Curati, cap.*1.*n.*8. quem refero *de officio, & poteſt. Parochi, c.*8.*n* 40.

Parochi cogendi ſunt ad ſubeunda per ſeipſos, & non per ſubſtitutos, ea munia, ad quæ tenentur: tolerandi autem, vt per ſubſtitutos ſuppleant in illis tantùm caſibus expreſſis verbis canonum, & decretorum Concilij, quibus permiſſum eſt eis, vt per vicarios coadiutores poſſint officio ſuo fungi, ita refert deciſum Garc. *in addit. ad ſumm. tract. de benefic.p.*3.*c.*2.*n.*53.

Reſidentiam continuam, & talem ſui copiam facere debet parochus, vt indigentes non careant neceſſariis ope, ſed non arctatur vt debeat manere quaſi in compedibus, niſi habeat infirmos graues? ita Poſſeuin. *d. cap.*1. *num.*6. quem refero *d. cap.*8. *num.*42. *&* 43. vbi *num.*44. dico quòd ſi Parochus rationabiliter iudicauerit, puta quia nullus infirmatur, poteſt abeſſe per aliquot horas, etiamſi nullum ſubſtituat; abeſſe verò tres die, quando nullus infirmatur, rarò in anno nec laudo, nec vitupero; abeſſe autem per duos, aut tres dies; nullo infirmante, & nulla alia cauſa iuſtificante; habet valde de rationabili eſſe mortale, propter multa quæ poſſunt eo tempore euenire, maximè in villis vbi non eſt alius Sacerdos à parocho: in ciuitatibus verò, vel in oppidis vbi ſunt alij Sacerdotes, erit

maius minúſve peccatum ratione periculi, & damni euentuti, cui tamen facilius quàm in illis poteſt obuiati.

50. Epiſcopum poſſe prohibere parochis ſob pœna pecuniaria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum à ſua Eccleſia abſint, non tamen id prohibere poſſe ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, deciſum referont Garc. *d. capite 2. num. 23. declar. 2.* & Armendar. *d. loco, num.* 156. ſed ſob pœna pecuniaria eſſe permiſſum, ait Sel. *d. c. 3. n. 16.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Tegracinen. 11. Februarij 1628. & in Monopolicana 16. Decembris eiuſdem anni.*

51. Valere conſtitutionem Epiſcopi ne parochi poſſint abeſſe vltra duos dies ſine licentia, refert deciſum Garc. *d. cap. 2. n. 23. in 1. declar.* Armendar. *d. loco, n.* 115.

52. *r Cauſa prima*, &c.] Parochos iuſtam cauſam non reſidendi minimè habere, quamuis in ſeruitio Epiſcopi, aut Eccleſiarum Cathedralium permaneant, vt nempe ſint Vicarij, Viſitatores, Secretarij, Fiſcales, &c. reſoluunt Emman. Sà *verb. reſidentia, n. 1.* Gonzal. *d. gloſſ. 6. n.* 258. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 502. *in 1. edit.* aliàs *reſol.* 393. *in 2. edit.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. n. 27.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. n. 42.* Armendat. *d. loco, num.* 166. 167. & 172. Poſſevin. *d. c. 1. num. 12.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. parochus, differ. 9.* Bonacin. *var. tract. diſp. 5. de oneri, & oblig. benefic. puncto 5. num. 14.* Alzed. *in pract. Epiſcop. p. 1. c. 5. num. 128.* Ego ipſe *d. alleg. 53. n. 85.* me citato San-
53. ctarel. *var. reſol. q. 3. n. 49.* Sel. *d. c. 3. n. 12.* vbi atteſtatur *ſub die 12. Maij 1629.* fuiſſe deciſum parochum habentem curam animarum non poſſe eſſe vicarium Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante; niſi Eccleſiæ cathedralis Parochus ſit, quia tunc bene poſſe vicariatus officio fungi, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep Neapol. p. 4. deciſ.* 319.

54. Nec iuſtam cauſam non reſidendi habere Parochos Inquiſitoris, vel Subcollectoris officium exercentes, reſoluunt citati *ſupra in verſ. nono, & decimo.*

55. Nec etiam iuſtam cauſam non reſidendi habere obtinentes Eccleſias parochiales ſi velint ſtudere, nec ſic abſentes poſſe percipere fructus, aut vllam ad hoc Epiſcopum licentiam concedere referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 495. *in fine, & reſ.* 510. *n. 1.* Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. verb. reſidentia, verſ. item limita,* Gonz. *d. gloſſ. 6. n.* 31. Garc. *d. c. 2. n.* 80. & 81. *in addit.* Ego ipſe *d. alleg. 53. n. 77.* me citato Sanctarel. *d. q. 3. n. 25.* & Alzed. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 9. n. 37.*

56. Nec propter intemperiem aëris Parochum inde oriundum excuſari à reſidentia, vt alibi poſſit habitare, etiam relicto vicario approbato, reſoluunt Vgolin. *de offic. Epiſcopi, c. 15. §. 3. v. ſexto,* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. reſidentia, §. 7,* Armend. *d. loco n.* 131. aduertentes quòd ſi Rector infirmus eſſet, & in loco Parochialis curari non poſſit defectu Medicorum medicinarúmve, tunc poſſe ab Ordinario dari ei dilationem trium, aut quatuor menſium, vt in locis viciniotibus maneat recuperandæ ſanitatis cauſa, interea ab ipſo Ordinario in Parochiali idoneo vicario cum congrua portione ex redditibus Parochialis conſtituto, & ideo Arm. *d. loco, n.* 18. aſſerit deciſum cum Ordinarij conſenſu intemperiem aëris excuſare à reſidentia.

57. Nec propter inimicitias capitales videtur excuſandus parochus à reſidentia, quamuis olim Epiſcopi diſpenſare ſolerent vt ipſe parochus, cuius inimicitiæ abſque ſua culpa, & poſt obtentam Parochialem exortæ fuerunt, per annum in alio viciniori, & tutiori loco manere poſſit, & creſcentibus inimicitiis daretur alius annus, dummodo ſemper in Parochiali expenſis parochi maneret idoneus vicarius, vt teſtatur Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. primario, §. 4. dub. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 645. *in 2. edit.* Bonac. *var. tract. diſp. 5. de onere & oblig. benef. puncto 5. n. 2.* Armend. *d. loco, n.* 135. 134. & 182. *cum ſeqq.* Tamen hoc iam hodie ſpectat ad ſacram Congregationem negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitam, quæ ſolet ſex menſes talibus concedere, ad effectum, vt interim aut reſignent, aut permutent, vt per Sel. *d. capite 3. numero 4.* qui teſtatur ita fuiſſe deciſum ab eadem *S. Congregat. in Boianen. 15. Februarij 1619.*

58. Nec propter parochi ſenectutem, licèt Ordinarius iam prouideret illius inſufficientiam, apponendo idoneum vicarium cum aſſignatione congruæ portionis ex ipſius Parochialis redditibus, ſecundùm Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. reſidentia, §. 9.*

59. Nec etiam eſt cauſa ſufficiens non reſidendi infirmitas parochi, etiamſi ratione illius datus ei fuiſſet coadiutor, vt refert deciſum Armendar. *d. loco, n.* 129.

60. Nec denique cauſa peſtis licet parochis abeſſe, quia ſi non reſederint, contra eos procedendum eſt, ſeruata forma eius cap. quamuis per alios idoneos miniſtros parochianis ſuis peſte infectis poſſint miniſtrare ſacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ, ita Sel. *d. cap. 3. num. 17.* atteſtans ita fuiſſe deciſum inſtante S. Carolo in Mediolanen. 10. *Decembris* 1576.

61. *v Per Epiſcopum cognita.*] De cauſis abſentiæ etiam ab Eccleſiis parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat etiamſi inferiores eſſent Abbates Regulares, Epiſcopum cognoſcere deciſum referunt Garc. *p. 3. c. 2. n. 179. in 2. declar.* & Armendar. *d. loco, n.* 153.

62. An iuſtam cauſam abſentiæ iudicialiter probare debeat parochus? vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol. p. 2. deciſ.* 152.

63. *q Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum*, &c. Ergo nullo modo poſſe parochum relinquere vicarium, ſeu ſubſtitutum, etiam idoneum, & admiſſum in illo Epiſcopatu pro adminiſtratione Sacramentorum, inconſulto Epiſcopo, ex hoc text. colligit Poſſeuin. *de officio Curati, c. 1. num.* 19. ſubdens illum poſſe ſine Epiſcopi approbatione relinquere ſubſtitutum ſi abſit per ſex, vel ſeptem dies, ita declarante vniuerſali conſuetudine, niſi Epiſcopus per ſuas conſtitutiones inhibeat, & addit vicinum Curatum poſſe ſubſtitui, quia licèt non habeat ordinariam iuriſdictionem niſi ſuper gregem ſuam, tamen eſt ita admiſſus, vt ei aliqua iuriſdictio delegari poſſit, refero *de officio & poteſtate Parochi, c. 8. n. 52. & 53.*

64. *x Cum debita mercedis aſſignatione*, &c.] Notat Poſſeuin. *d. c. 1. n.* 20. quòd ſi ſubſtitutus, vel Vicarius voluerit ſeruire gratis, non tenetur Parochus, cùm iuſta de cauſa abeſt, illi in conſcientia aſſignare partem fructuum pro debita mercede, refero *d. c. 8. n.* 54.

65. *ʒ Diſcedendi autem licentiam*, &c.] Expreſſam ſcilicet, vt per Garc. *d. c. 2. n.* 35. Arm. *d. loco, n.* 364. meipſum *d. alleg. 53. n.* 95. & me citato Sanctarel. *var. reſ. q. 4. n.* 16. Vbicumque enim ex legis diſpoſitione licentia ad aliquem actum deſideratur neceſſariò licentia expreſſa eſſe debet, & perſpicuis verbis concedi, ita vt ne tacitus conſenſus ſufficiat,

vt

vt per Suar.de Paz *in pract. tom.1.temp.2.n.27. cum ſeqq.* D. Barboſ. *l.1.art.3. n.183. cum ſeqq.ff.de indic.* latè Narbona *l.10. gleſſ.3. num.3. tit.6. lib.1. Recop.*

66. Sola diſtantia loci etiam cum neceſſitate eò diſcedendi non excuſat parochum vt poſſit abeſſe à ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta, niſi talis repentè ſe offerat, quæ non patiatur dilationem huiuſmodi licentiam petendi, quo caſu quamprimum de diſceſſu, & neceſſitate Ordinarius certior faciendus eſt, vt de cauſa cognoſcere poſſit, ita Garc. *d.c.2. num.34. in 1. declar.* Armendar. *d.loco,n.162.*

67. Parochum ſine licentia Epiſcopi ex iuſta cauſa in ſcriptis concedenda non poſſe abeſſe etiam primo bimeſtri, reſoluunt Ioan.Ocon. *in repet. c.1. de cleric.non reſid. in 6.n.51.* Anton.Gom.*in explicat. Bullæ Cruciatæ,c.7.in 4.clauſ.n.22.* Vgolin. *de officio Epiſcopi. c.25. §.5. n.2.* Poſſeuin.*d.c.1.n.81.* Leſſi. *de iuſtit. lib.2. c.34. dub.29. n.159.* Vaſq. *in opuſc. de benefic. c.4.§.2 art.1.dub.3.n.149.& art.2. d b.3. num.188.* Filliuc.*in quæſt.moral.p.3.tract.41, cap.6. num.26.* Squillante *de obligat. cler.p.1.n.116.* Sanctarel. *d. quæſt.4. num.12.* Garc. *d.c.2.num.23.in 1. declar.& p.9.cap.2.n.295. in 2.dub.* quia Concil.in præſenti ait quandocumque eos abeſſe contigerit, debere cauſam eſſe priùs cognitam, & probatam per Epiſcopum.

Contra Ludou. Lop. *in inſtruct.conſcient. tom.1. c.148.* Ioan. Bapt.Conrad.*in reſp.caſuum conſcient. q.157.* Læli.Zechi. *de caſibus reſeru.caſu 3.& de republ. Eccleſ.tit.de beneficiatis, n.6.* Salzed. ad Bern. *in pract. cap.52. littera C.verſ.illud vero,* Cened. ad Sextum *collect 30.num.3.* Emman.Sà *in aphor. verb. reſidentia, n.7.* Quintanad. *Eccleſiaſt. lib.4.num.76.* Paul. Comit. *reſp. moral.lib.1. q.59. n.3.* Zerol. *in praxi Epiſcop.p.1.verb. priuatio, §.4 dub.3. & verb. Parochus, §.2.* Franc. Leo *in theſ auro fori Eccleſiaſt. part.3. c.1.n.19. & 22.* Azot. *inſtit.moral.p.2.lib.7. c.4. q.10.* Fr. Emman. *in ſumma.tom.2. c.36. in fine, & in explicat. Bullæ Compoſitionis, num.18.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.585. num.6.* Sanch. *de matrim. lib.3. diſp.31. num.11.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Parochus, differ.5. n.1.* Bonacin. *var.tract. diſp.5. puncto 5. n.9.* exiſtimantes poſſe Parochum ſine licentia Epiſcopi, ex iuſta cauſa abeſſe ad duos menſes continuè vel diuiſim.

68. Non poſſe Parochum per hebdomadam abeſſe non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto vicario idoneo ab ipſo Ordinario approbato, deciſum referunt Garc. *d.c.2. n.23. in 3.declar.* Armen. *dicto loco, n.157.*

69. Per motum proprium Pij V.publicatum de menſe Iunij 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habentium Parochialem non fuiſſe ablatam Ordinariis facultatem, ita & taliter quòd non poſſint iuxta formam Concilij Trident. aliquibus iuſtis de cauſis licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus, modò ea vtatur intra limites præſcriptos à Conc. in præſenti, referunt deciſum Garc. *d.c.2.n.179.* Armendar.*d.loco,n.87.*

70. *ω Niſi ex graui cauſa,*&c.] Parochum petentem licentiam fingendo cauſam iuſtam, quam re vera non habet, peccare mortaliter, & teneri reſtituere fructus, reſoluunt Azor. *d.p.2. lib.7.c.10. q.3.* Poſſeuin. *d. c.1. n.24.* Ego ipſe *d.alleg.53. n.99.* non citato Sanctarel. *d.q.4.n.15.*

71. Parochus habens iuſtam cauſam abeundi extra parochiam per duos menſes, aut tres, non ſatisfacit ſuæ conſcientiæ ſi petat licentiam iurans ſe grauem habere cauſam, quam non expediat manifeſtare, vt petita licantia abeſſe poſſit, licet Epiſcopus non concedat, ſimiliter quòd abeſſe non poteſt in caſu quo cauſam rationabilem expreſſerit, quam vir bonus, & æquus rationabilem iudicaret, ſed rigidus Prælatus minus æquam iudicat, & licentiam denegat, vel quia mouetur ſuſpicione quòd ficta ſit,cùm tamen ſit vera, ſed habere poteſt recurſum ad ſuperiorem. Ita deciſum referunt Garc. *d.c.2.n.37.* Armendar.*d.loco,n.155.* Squillante *de obligat. cleric.p.1. num.117.* Ioan.Valer. *d. verb. Parochus, differ.5, n.1.*

αα Et ſubtractionem fructuum, &c.] Epiſcopus quoties in pœnam omiſſæ reſidentiæ vult ſubtrahere partem fructuum, quos ſuos fecerunt Parochi, tenetur obſeruare eadem interualla, eandemque rationem, quæ contra Epiſcopos non reſidentes ſtatuit *c.1. ſeſſ.6. de reformat.* Non verò tenetur ſeru re eadem interualla in executione facienda ſuper illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis abſentiæ ſuos non fecerunt. Ita refert deciſum Garc. *d.c.2.num.32.* 72.

ββ Etiam vſque ad priuationem.] Vt, quis parochia legitimè priuetur ob non reſidentiam iuris ordine ſeruato, quæ ſint attendenda, dixi *de officio, & poteſt. Parochi, c.8.num.75.* & in hac materia eſt optima deciſio Rotæ 137. apud Farin. *p.1. in poſth.* vbi *n.1.* decidit quòd ad effectum priuationis, vel debet interuenire vna citatio perſonalis, Abb. *in c.ex tua,n.10. de cler. non reſid.* vel tres in Eccleſia, & à die vltima expectari ſex menſes, *d. cap.ex tua,* Abb. *conſ.67.n.2.lib.1.* 73.

Ad priuationem Parochi ob non reſidentiam non eſſe neceſſarium quòd priùs procedatur per alias pœnas, nempe per cenſuras Eccleſiaſticas, ac ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliáque iuris remedia, tenet Garc. *in addition. ad d.c.2. ſuo num 139.* aſſerens id euenire, quia Concil. in præſenti hoc relinquit arbitrio Ordinarij, ibi, *liberum eſſe vult Ordinarius,* licèt de Iure communi requiri viderentur *in cap. ex tua, §.1. de cleric. non reſid.* 74.

γγ Compellere.] Arbitrij eſt Epiſcopi qua via, & quo remedio ex iis vti velit contra non reſidentes, vt refert deciſum Garc. *d. c.2.n.139.* 75.

δδ Nec executionem hanc quibuſcunque priuilegio, &c.] Generaliter accipiendum eſſe hoc decretum contra abſentes, ſiue obedientes, ſiue contumaces, reſoluunt Ioan. Ocon. *in c.2. n.60.de cleric. non reſid.lib.6.* Sahag. *in c. 2.de ſequeſt.poſſeſ.n.54.* Anton. Gom. *in explicat. Bullæ Cruciatæ.c.7.ad 4.clauſ.n.35. & 36.* quos refert & ſequitur Garc.*d.c.2.n.161.* 76.

εε Sine appellatione.] Solùm tollere appellationem ſuſpenſiuam, non verò deuolutiuam, tenent Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. quintò quæro,* Garc. *d.cap.2. num.161.* Salgado *de poteſt.regia, tom.1.p.2. cap.15. ex num.8.* 77.

ζζ Vigore Eugenianæ conſtitutionis.] Derogari his verbis Eugenij IV. conſtitutioni emanatæ ad declarationem text. *in cap. cum dilectus, de cleric. non reſid.* concedenti omnibus Romæ permanentibus vt in abſentia poſſent percipere fructus, atteſtantur Ioan. Ocon. *in repet. c vnic. de clericis non reſid, lib.6. n.59.* Fr. Emman. *in addit. ad §. vnic: Bullæ Compoſitionis, n.4. verſ. quanto a la ſegunda,* quos referunt & ſequuntur Cened. *pract. & canonic. qq. lib.1. q.1. n.31. verſ. pro vera,* Sanctarel. *var. reſol. q.16. num 2.* vbi à principio illius quæſt. probare nititur non derogari per text. in præſenti conſtitutioni eiuſdem Eugenij IV. incip. *Qui creditum, ſub* 78.

Google

dat.6. Kal. Martij 1431. quæ refertur à Nicol. Garc. *de benefic. part.5. cap.2. num.*58. per quam conceſſum fuit Vniuerſitati Salmanticinæ, vt Doctores, & ſcholares in quacumque facultate per octo menſes continuos, vel interpolatim legendo, aut alias huiuſmodi litterarum ſtudio inſiſtendo, fructus ſuorum beneficiorum cum cura, & ſine cura quæ obtinent, ac impoſterum obtinebunt, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, liberè percipere valeant cum ea integritate, cum qua illos perciperent, ſi in proprijs Eccleſijs perſonaliter reſiderent.

Cathedralium præfecti vltra tres menſes conſecrationem differentes, fructibus perceptis reſtituendis ſunt obnoxij, & totidem menſibus abſentes, ſunt ipſis Eccleſijs ipſo iure priuati.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Menſes tres ad conſecrationem Epiſcopi à die confirmationis ſunt numerandi.*
3. *Impedimentum non excuſat niſi impeditus probet ſe omnem adhibuiſſe diligentiam vt impedimentum ceſſaret.*
4. *Locus idoneus pro Epiſcoporum conſecratione, ſi extra Curiam fiat, eſt Eccleſia ad quam promoti fuerint.*
5. *Conſecrationi Epiſcoporum Canones conſtituerunt peculiare tempus, ſcilicet diem Dominicam.*
6. *Epiſcopi conſecratio cum Miſſa facienda eſt.*
7. *Conſecratio cuiuſlibet Epiſcopi fit à tribus Epiſcopis, & non paucioribus.*
8. *Papa concedere poteſt vt vnus Epiſcopus iuſtis de cauſis Epiſcopum conſecret.*

a Seſſ.7. c.10. Conc. Chalced. act. 16. c.25. Conc. Vvormat. ſeſſ. c.76. c. quoniã, 75. diſt. & ſuprà ſeſſ.7. can.9.

ECcleſiis a Cathedralibus, ſeu ſuperioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cathedrales ſint, ſi munus conſecrationis *a intra tres menſes* non ſuſceperint, *β ad fructuum perceptorum reſtitutionem* teneantur, ſi intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſiis ipſo iure ſint priuati. *γ Conſecratio verò*; ſi extra Curiam Romanam fiat, in Eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur.

1. VIde Nauarr. *in man. c.25. n.*118. *verſ.*8. Iacob. de Graff. *in aureis deciſion. part.1. lib.2. c.*97. *num.*51. Beretachin. *de Epiſcopo, tract.2. lib.3. q.1. pag.*82. Cuch. *in inſtit. maior. ſub tit. de conſec. Epiſcopi*, Rendina *in prompt. recept. ſentent. tom.1. tit.*38. *num.*13. Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.26. litt. A, verſ. Epiſcoporum*, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*24. *n.*142. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.1. cap.3. n.*22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*32. *tract.2. num.*58. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Conſecratio Prælatorum*, Piaſec. *in ſimili praxi in præam. de elect. n.6. pag.*19. Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.2. in princ. à n.*2. Cardin. Tuſc. *tom.2. litt. C. concl.*743. Corduſ. *in praxi ſuiorum verb. Conſecratio, n.3. & verb. Epiſcopi, n.*6. Alzed. *de præcellentia Epiſcop. dignit. p.1. c.*5. *num.*2. Sanch. *in opuſc. moral. lib.7. c.1. dub.15. n.*13. Campan. *in diuer. iuris canon. rub.6. c.6. n.*9. Galganet. *de iure publico, lib.3. tit.*108. Vaſq. *in opuſc. de benef. cap.3. §.3. n.*7. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. lib.6 cap.9. n.*47. Filliuc. *in q. moralib. tract.*42. *de benefic. cap.5. n.23. verſ. & quidem primò*, Caſtald. *in praxi cæremon. lib.1. ſect.10. c.2. n.*3. Sebaſt. Cæſ. *in relect. de eccleſ. hierarch. p.1. diſp.6. §.2. num.*11. Alzed. *in praxi Epiſcop. part.1. cap.4. num.*2. meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.1. n.*39. *& de iure Eccleſiaſt. lib.2. cap.10. verſ. tenetur.*

2. *a Intra tres menſes.*] A die confirmationis numerandos, reſoluo Ego ipſe *d. allegat.1. n.40. &* 41. reſpondeo ad text. *in cap. ordinationes, il 1. §. tempus* 75. *diſt.* Sanch. *in opuſc. moral. lib.7. cap.1. dub.*15. *num.*13. vbi in puncto tradit tres iſtos menſes non eſſe computandos à die electionis, ſed à die confirmationis, niſi negligens fuerit ad petendam confirmationem.

3. *β Ad fructuum perceptorum reſtitutionem, &c.*] Vide Vgolin. *d.c.2. in princip. n.*8. *verſ. excipitur*, vbi dicit pœnas hic comminatas non incurrere illum, qui iuſto impedimento detineretur. At impedimentum non excuſare niſi impeditus probet ſe omnem adhibuiſſe diligentiam, & omnem conatum feciſſe, vt impedimentum ceſſaret, reſoluunt Aym. *conſ.*270. *ſub num.3. verſ. tertio*, Afflict. *dec.*50. *ſub n.*4. Decian. *conſ.*18. *n.92. lib.*1. Gregor. *dec.*501. *n.*2. Rot. *in Maioricen. fructuum*, 29. *Aprilis* 1616. *coram Cardin. Sacrato. & in Aurienſ. Parochialis* 14. *Ianuarij* 1622. *coram R. P. D. Nauarro*, vbi quòd nec impedimentum affectatum excuſat: *& in Cæſaraugustana electionis* 11. *Decembris* 1623. *coram bonæ mem. Buratto.*

γ Conſecratio verò.] Vide Henriq. *in ſum. lib.*10. *c.23. §.5. in princ.* Leſſ. *de iuſt. lib.2. c.34. num.*103. Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.2. in princ. num.*4. meipſum *d. alleg.1. n.*44. 4.

Conſecrationi Epiſcoporum Canones conſtituerunt peculiare tempus, ſcilicet diem Dominicum, *cap. qui in aliquo* 51. *diſt. cap. ordinationes, cap. quod die Dominico* 75. *diſt.* Sot. *de iuſt. lib.10. q.1. art.2. concl. vlt. verſ. accedit*, Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.6. c.4. n.*1. Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib.3. tract.9. c.8. n.*3. Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris p.1. lib.27. c.14. n.*10. Suar. *de cenſur. diſp.*31. *ſect.*1. *num.*30. Alzed. *d.p.1. c.4. n.*9. Bonac. *de cenſur. extra Bul. diſp.3. q.1. puncto 3. n.*3. Sanch. *d. dub.15. n.*14. Sebaſt. Cæſ. *d. diſput.6. §.2. n.*12. Caſtald. *in praxi cæremon. lib.10. ſect.10. cap.3. num.*1. vbi ſubdit quòd die etiam feſtiuo fieri poterit ſi Papa diſpenſauerit, ſemper tamen eſt facienda præuio ieiunio, quia decet conſecratorem, & electum pridie ieiunare Pontific. Roman. *p.1. tit. de conſecrat. elect. in Epiſcopum, pag.*75. 5.

Cuiuslibet Epiſcopi conſecratio cum Miſſa facienda eſt, in qua inter Epiſtolam, & Euangelium conſecratur Epiſcopus, *cap. quod ſicut, §.1. de elect.* quæ tamen Miſſa non eſt de eſſentia conſecrationis Epiſcopalis, ſed ſolùm ad ſolemnitatem, & reuerentiam 6.

tiam fuit inſtituta, *gloſſ. 1. in d. §. 1.* Turrecr. *in d. cap. ordinationes, n. 10. diſt 75.* Henr. *d. lib. 10. cap. 34. §. 3.* Sebaſt. Cæſ. *d. diſp. 6. §. 2. n. 13.*

7. Fit etiam cuiuslibet Epiſcopi conſecratio à tribus Epiſcopis, & non paucioribus, *cap. 1. cap. comprouinciales, & cap. pen. 64. diſt. cap. porrò 66. diſt. c. Archiepiſcopis, cap. hac Epiſcopi, de tempor. Ordin.* Selu. *de benefic. part. 3. quæſt. 38. n. 5.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 7. §. 3. & cap. 22. §. 1.* Marc. Antõn. Genoenſ *in man. Paſtor. cap. 70. num. 26.* Filliuc. *tom. 1. tract. 9. de ſacrament. Ordinis, cap. 5. n. 106.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. q. 3. verſ. quærat item quiſpiam.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 1. num. 43.* Vgolin. *d. part. 1. cap. 2. num. 5.* Alzed. *d. part. 1. c. 4. n. 11.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 1. dub. 25 num. 10.* vbi *num. 17.* ſubdit quòd vnus Epiſcopus principaliter totam conſecrationem perficit, & alij ſunt quaſi coadiutores: & à *num. 25.* diſputat, an ſit de eſſentia, & neceſſitate Sacramenti quòd conſecratio fiat à tribus Epiſcopis.

Auctoritate tamen ſummi Pontif. concedi poteſt, vt vnus Epiſcopus iuſtis de cauſis Epiſcopum conſecret, eo quòd non Chriſtus Dominus, ſed Apoſtoli conſtituerunt, vt Epiſcopus à tribus Epiſcopis conſecraretur, ita Azor. *loco proximè citato,* Ægid. de Coninck. *tom. 2. diſp. 20. dub. 9. concluſ. 5.* Paul. Laymao, *in Theolog. morali lib. 5. tract. 9. cap. 5. num. 1. verſ. nota,* Sebaſtian. Cæſar. *d. diſput. 6. §. 2. num. 8.* vbi ait Papam ſæpè in hoc ex cauſa diſpenſaſſe; vt fecit Gregorius I. in Anglia, & Gregorius XIII. cum Patriarcha Æthiopiæ, Sel. *in ſelect. canon. cap. 2. num. 10.* vbi atteſtatur fuiſſe conceſſum per S. Congr. Rituum 2. *Octobris* 1601. electo *Vſſelen. in Sardinia*, vt poſſit conſecrari Epiſcopus à duobus Epiſcopis, & alio in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto, propter paucitatem Prælatorum in dicta inſula. 8.

Epiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant, niſi ſint impediti.

CAPVT III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopus poteſt alienos clericos ordinare ſi habeant litteras dimiſſorias proprij Ordinarij.*

EPiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant. Quod ſi ægritudine fuerint impediti, [a] ſubditos ſuos aliter quàm iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant.

a Infra c. 8. & 10. Conc. Canhag. 3. cap. 22.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 25. litt. A. verſ. hoc autem, in fine,* Sbroz. *de offi. io Vicarij lib. 2. quæſt. 12. num. 6.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part. 1. de Sacrament.* vbi de ſacrament. Ordinis, *cap. 5. concluſ. 10.* Zerol. *in praxi Epiſc. part. 1. verb. dimiſſoria, §. 10. verſ. ſecundum,* meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 7. num. 2.* Thom. Valaſc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 5. num. 10.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 12.* vbi dicit per hoc decretum concedendas eſſe dimiſſorias ex iuſta cauſa, & priùs examinari debere ſuper habilitate ad ſuſcipiendum Ordines illum, qui petit dimitti, aſſeritque in litteris exprimi hoc debere, nihilque obſtare quominus dimiſſus iterum examinari poſſit ab Ordinario ſi ipſe examinare voluerit, *c. 1. ſeſſ. 7. de refor.*

Epiſcopum poſſe alienos clericos ordinare ſi habeant litteras dimiſſorias proprij Ordinarij, licèt Epiſcopus litteras dimiſſoriales concedens alia legitima cauſa quàm ægritudinis expreſſa in hoc cap. fuerit impeditus, refert deciſum Aunendat. *in addit. ad recop. Legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 42.* 2.

De Prima Tonſura initiandis.

CAPVT IV.

1. *Prima Tonſura nemo eſt initiandus, qui ſacramentum Confirmationis priùs non ſuſceperit.*
2. *Primam Tonſuram ſuſcipientes nondum confirmati, citra tamen contemptum, non peccant mort.*
3. *Prima Tonſura non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & ſcribere neſciant.*
4. *Prima Tonſura initiato ſufficit vt characteres formare ſciat, quamuis ſcribere perfectè neſciat.*
5. *Prima Tonſura poteſt inſigniri qui in ſua lingua patria, & latina legere, & ſcribere ſciat.*
6. *Ordines Minores accipientes intentione non perſeuerandi in ſtatu clericali, ſed ſolùm declinandi forum, peccant mortaliter.*
7. *Clerici prima Tonſura, vel minorum Ordinum, qui ſine iuſta cauſa recedunt, non peccant mort.*

[a] PRima [α] *Tonſura non initientur, β qui Sacramentum Confirmationis* non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, γ *quique legere & ſcribere neſciant*, & δ *de quibus probabilis coniectura non ſit*, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

a Cap. fin de temp. ordin. in 6.

1. α PRima Tonſura non initientur.] Aduertit Steph. Queyms *ad conſtitut. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit. 9. num. 11. pag. 83.* quòd per primam Tonſuram intelligere poſſumus primam illam rationem, quam Epiſcopus cum ſacra benedictione facit iis, qui ex laicis fieri volunt clerici, indeque appellata eſt Tonſura, vel etiam Corona clericalis, quæ oſtium aperit, & viam ſternit ad ſacros Ordines maiores, qui ſine illa ſuſcipi non poſſunt: ideoque laici priuſquam ad Tonſuram Eccleſiaſticam admittantur, oportet eos ſaltem aliquo modo eſſe litteratos.

β *Qui Sacramento Confirmationis*, &c.] Vide Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. c. 1. num. 24. verſ. ad minores*, Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tr. 2. c. 3. n. 26.* Homob. de Bonis *de examine Eccleſ. tr. 3. quæſt. 1.* 2.

quæſt.1. meipſum *de iure Eccleſ. lib.1. cap.38. verſ. prima autem tonſura.* Iuris do *de Sacrament. tract. de Confirmatione, diffic.11. in fine; & in tract. de Ordine diffic.22. in princ.* Non ex ratione quòd confirmatio exigatur quaſi de neceſſitate ſacramenti Ordinis, veluti Baptiſmus, ſed ob congruitatem, & ideo ſacramentum Ordinis validè, ſed non licitè, conferri poſſe illi, qui non eſt confirmatus, tenent Sot. *in 4. diſt.22. quæſt.2. art.4. prope fin.* Nauar. *in man. cap.22. num.9.* Henriq. *in ſumm. lib.10. cap.14. §.2. in commento litt. P.* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſ. 76. in notabil. de materia ſacramenti Ordinis,* Fr. Emman. *in ſumma p.3. c.17. ſub n.1.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom.1. quæſt.72. art.8. num.90. & tom.2. diſp.20. dub.10. n.102.* Viller. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.28. n.24.* Bonacin. *de Sacrament. diſput.8. quæſt. unica, puncto 5. num 9. in princip.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis c.2. dub.3. num.1.* Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract.1. part.4. c.3.* Laurent. de Franchis *in contron. inter Epiſcopum & Regulares pag. 78. in reſp.15.* Ego ipſe *de Epiſcopo part.2. alleg.2. num.14.*

2. Cùm hoc præceptum non admittendi ad primam Tonſuram niſi confirmatum, non ordinandis, ſed Epiſcopo ordinanti Concilium in præſenti imponat, non videri etiam poſt Concilij decretum peccare mortaliter ordinandos, ſi abſque hoc ſuſcepto Sacramento, citra tamen contemptum, accedant ad primam Tonſuram ſuſcipiendam, reſoluunt Nauarr. *d. num.9.* Viuald. *in candel. aureo, vbi de confirmat. num.41.* Valent. *ad 3. part. S. Thomæ, diſp.5. quæſt.2. puncto 2. verſ. characterem,* Henriq. *in ſumm. lib.4. cap.6. §.3.* Soar. *tom.3. diſp.38. ſect.1.* Auila *de cenſur. p.7. diſp.9. ſect.1. dub.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.265.* Galet. *in margarit. caſuum conſcientiæ, verb. Ordo, pag.194. col.1.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.3. cap.48. q.1.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tom.1. tr.2. cap.11. num.7.* Ægid. de Coninck *d. n.90.* Homobon. de Bonis *d. tract.3. q.5.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, part.5. c.1. §.5.* Diana *reſol. moral. p.2. tract.2. miſcel. reſ.4 in fine, & part.3. tract.2. reſol.55. verſ. nota etiam,* Zambran. *d. c.2. dub.3. num.7.* Laurent. de Franchis *ind. reſp. ad 15. in fine,* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.2. num.26.*

Contra Maiol. *de irregul. lib 4. cap.12.* Marin. Fornar. *de Ordine cap.3. n.3.* Didac. Nugn. *in addit. ad 3. part. tom.2. q.46. art.4.* Card. Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib.1. cap.71. num.6.* Bonacin. *de Sacrament. diſput.8. quæſt. unica, puncto 5. num.10.* exiſtimantes peccare mortaliter cùm faciant contra præceptum Concilij in præſenti.

3. 7 *Quique legere, & ſcribere neſciant,* &c.] Vide Viuald. *in candel. aureo,* vbi de ſacramento Ordinis, *tit. de ſcientia Ordinis, num. 9.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.3. cap.8. num.6.* Piaſec. *d. cap.1. num.40. in fine,* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. dec.390. in 1. edit. aliàs reſol. 129. n.6. in 2. edit.* Bonacin. *d. puncto 5. n.16.* Molfeſ. *d. tr.2. c.13. n.2.* Thom. Valaſc. *tom.1. alleg.3. à n.* . Sanch. *in opuſc. moralibus lib.7. cap.1. dub.45. n.9.* Marchin. *de ſacrament. Ordinis, tract.1. part.5. cap.2. num.4.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.7. n.1.* Laurent. de Franchis *vbi ſupra in reſp. ad 19. verſ. & vt à princ.* meipſum *d. p.2. alleg.12. n.5.*

Sufficere quòd characteres formare ſciat, quamuis ſcribere perfectè neſciat, tenet Sel. *in ſelect. Canonic. c.5. n.6.* atteſtans ita decidiſſe *ſacram Congregat. Epiſc. & Regul. ſub die 13. Octobris 1593.* 4.

Quòd valeat prima Tonſura inſignitus quiſquis in ſua lingua patria, & natiua legere, & ſcribere ſciens, reſoluunt Azor. *d.p.2. lib.6. c.6. quæſt.2.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.3. c.2. n.2.* quos refero *d. alleg.12. n.5. in fine,* ex ea ratione, quia in hoc decreto non exprimitur in qua lingua, & ideo de vulgari, ſeu materna videtur intelligendum. Sanch. *d. c.1. dub.45. num.11.* Diana *moral. reſol. p.5. tr.14. reſol.27.* 5.

8 *De quibus probabilis coniectura non ſit,* &c.] Accipientem igitur primam Tonſuram, vel minores Ordines intentione non perſeuerandi in ſtatu clericali, ſed ſolùm declinandi iuriſdictionem fori ſecularis, non videri mortaliter peccare, reſoluunt Nauar. *in man. cap.25. n.108.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.2. cap.17. concl.2.* Sanch. *de matr. lib.7. diſp.31. n.16. & 17.* Galet. *d. verb. Ordo, pag.194. col.2.* Ægid. de Coninck *d. diſput.20. n.104. & ſeq.* Bonacin. *d. diſput.8. quæſt. vnic. puncto vltimo. in fine,* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.1. tract.3. q.2 & 3.* Villalob. *in ſumm. tract.11. diffic.14. num.2.* Diana *reſol. moral. part.2. tract.2. miſcel. reſol.22.* 6.

Contra Bon. *2.2. quæſt.12. art.1. §. de ſecunda difficultate,* Petr. de Ledeſm. *in ſumm. p.1. tract. de ſacrament. Ordinis, cap.7. concl.3.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.5. tract.9. cap. . num.2.* meipſum *d. alleg.11. n.12.* aliàs *num.16. in vlt. impreſſ.* Molfeſ. *in Theolog. moral. tract.2. cap.18. num.1.* Marchin. *de ſacrament. Ordin. tract.1. part.8. cap.1. à num.2.* exiſtimantes non improbabiliter hos peccare mortaliter.

Culpæ mortalis damnari non debere clericos primæ Tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui ſine iuſta cauſa recedunt, atque ad Ordinum miniſteria adeunda incapaces ſe reddunt, ducendo v. g. vxorem viduam, contra Caiet. *2.2. quæſt.12. art.1. dub.1.* reſoluunt Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib.4. c.18. n.4.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.13. cap.14. quæſt.14.* Sanch. *de matrimon. lib.7. diſput.31. num.7.* Paul. Layman. *d. cap.7. num.1.* vbi poſt Sanch. *d. loco num.11.* & Valent. *tom.3. diſp.1. quæſt.12. puncto 1.* ſubdit videri eſſe culpam venialem inconſtantiæ ſi ſine cauſa à ſtatu clericali recedant, ſicuti ſi nouitius ſine cauſa ex Ordine abeat. 8.

Ordinari volentes quibus debeant eſſe muniti.

CAPVT V.

1. Nomina eorum qui ordinandi ſunt in Eccleſia ſunt euulganda per parochum, & de ipſorum vita inquirendum, ac de tali inquiſitione litteræ ad Epiſcopum transmittenda.

2. Non extenditur ad Regulares.

AD minores Ordines promouendi bonum à Parocho, & magiſtro ſcholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi verò, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis, expedire

expedire videbitur, committat, vt nominibus, ac deſiderio eorum, qui volent promoueri,
publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum ᵃnatalibus, ætate, moribus, & vi- a Cap quando 14 diſt.
ta à fide dignis diligenter inquirat, ᵇ & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factam b Vide 3. Carth. can.
continentes, ad ipſum Epiſcopum quamprimum tranſmittat. & 4. Carthag.

Vide Concil. Bracharen. IV. *act.* 2. *de examine ordinandor. cap.* 4. Hoied. *de incompatibilibus beneſic. c.* 24. *num.* 38. & 39. Salzed. ad Bernard. *c.* 25. *littera A. verſ. hoc autem.* Petr. de Ledeſin. *in ſumm. p.* 1. *de Sacram.* vbi de Sacramento Ordinis, *cap.* 7. *in lo quo toqua,* Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *c.* 17. § 2. Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 9. *num.* 3. Vgolin. *de officio Epiſcopi,* c. 26. § 18. ex *n.* 1. vbi *num.* 2. ſubdit denunciationes huiuſmodi fieri debere in ſingulis maioribus Ordinibus, niſi ordinandus notus eſſet Epiſcopo, Bonacin. *de Sacrament. diſp.* 8. *quæſt. vnica, puncto* 5. *n.* 17. Beller. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali,* § 4. *n.* 21. *verſ. ad minores,* latè Marchin. *de ſacrament. Ordin. tract.* 2. *p.* 6. *c.* 1. *per tot.* Honor. *ad Decret. tit. de ſcrutinio in Ordine faciendo n.* 2. Homob. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. part.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 26. meipſum *de iure Eccleſ. lib.* 1. *top.* 35. *n.* 168. & *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p.* 2. *allegat.* 10. & *in formulario Epiſcop. formular.* 2. vbi habetur formula facultatis euulgandi nomina eorum, qui Ordinis ſacramento initiandi ſunt, & *in formul. form.* 3. pono formulam denunciandi in Eccleſia illum, qui ad Ordines promouendus eſt, & *formular.* 4. exprimo formulam litterarum teſtimonialium Parochi emanantium vigore facultatis euulgandi nomina ordinandi, & *formular.* 8. dico quomodo dandum teſtimonium Magiſtri ſcholæ pro iis, qui ad minores Ordines promoueri volunt.

Ad Regulares minimè extendi diſpoſitionem huius cap. in quibus ſatis eſſe Epiſcopo teſtimonium habere ab ordinandorum ſuperioribus Regularibus affirmantibus, & atteſtantibus prædictos nullo requiſitorum indigere, cuiuſque fidei ſtandum eſſe, præterquam circa doctrinam, pro qua ſubiiciuntur Epiſcoporum examini, referunt decíſum Henriq. *d. lib.* 10. *c.* 23. § 4. *in gloſſ. littera L.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tomo* 3. *quæſt.* 24. *art.* 1. Vgolin. *d.* § 18. *num.* 2. *verſ. tertiò excipiuntur Regulares,* Camp. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 35.

Nullus omnino beneficij ſit capax, niſi qui habeat 14. *annos. Fori priuilegio gaudere volens, quæ habere ac agere debeat.*

CAPVT VI.

1. *Nullus ante* 14. *annum beneficium poteſt obtinere.*
2. *Beneficium ſimplex poteſt obtinere qui habet* 14. *annum inceptum, licèt non completum.*
3. *Ætas* 14. *annorum in quibus capellanis non requiratur.*
4. *Ætas* 14. *annorum ſufficit ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Collegiata.*
5. *Ætas* 14. *annorum requiritur ad obtinendam dimidiam portionem in Eccleſia cathedrali.*
6. *Beneficium etiam per viam præſentationis, electionis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis non poteſt obtineri ante ætatem* 14. *annorum.*
7. *Fundationi ſtatuenti vt etiam minor* 14. *annorum beneficium adipiſci valeat, ſtandum eſt.*
8. *Epiſcopus non poteſt indulgere cuique, vt ante* 14. *annos beneficium ſimplex obtineat.*
9. *Ætas ſeptem annorum ſufficit ad penſionem.*
10. *Fori priuilegio qui vult gaudere, quæ habere, ac agere debeat.*
11. *Beneficiati fori priuilegio gaudeant, etiamſi habitum clericalem, & Tonſuram non deferant.*
12. *Fori priuilegio gaudet obtinens validè beneficium etiam ante illius poſſeſſionem.*
13. *Fori priuilegio gaudet beneficij poſſeſſionem etiam inualidè obtinens.*
14. *Fori priuilegio gaudet beneficium etiam modici valoris obtinens.*
15. *Beneficij titulum poſſidens abſque redditibus fori priuilegio gaudet.*
16. *Capellaniam collatiuam & in perpetuum titulum collatam obtinens gaudet fori priuilegio.*
17. *Coadiutoriam à Papa obtinens priuilegio fori gaudet.*
18. *Fratantiam pro comitandis cadaueribus defunctorum habens fori priuilegio gaudet.*
19. *Penſionem obtinens loco tituli habetur pro clerico ad effectum gaudendi fori priuilegio.*
20. *Clericus non beneficiatus vt fori priuilegio gaudeat quæ requirantur.*
21. *Habitum clericalem, & Tonſuram ſimul deferre tenetur clericus, qui fori priuilegio gaudere vult.*
22. *Habitum clericalem, & Tonſuram dimittens priuilegium fori amittit.*
23. *Habitum clericalem qui dimiſerit, poteſt illum iterum reaſſumere non obſtante irregularitate.*
24. *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de controuerſia orta circa habitum clericalem.*
25. *Clericus ſe immiſcens enormitatibus in habitu, & Tonſura fori priuilegio cenſetur renunciaſſe.*
26. *Clericus in minoribus quando fori priuilegio gaudeat.*
27. *Clericus characterem, & habitum clericalem aſſumens poſt delictum an gaudeat priuilegio fori.*
28. *Clericus repertus à Curia ſeculari ſine habitu clericali donec doceat de ſua clericatura in carceribus laicis poteſt detineri.*
29. *Aſcribere tenetur Epiſcopus ad ſeruitium Eccleſiæ clericum in minoribus conſtitutum.*
30. *Clericus inſeruiens alteri Eccleſiæ quàm illi, cui fuit aſcriptus, gaudet fori priuilegio.*
31. *Mandatum Epiſcopi debet eſſe expreſſum in clerico, & ſufficit oretenus eſſe iuſſum ad inſeruiendum Eccleſiæ pro fori priuilegio obtinendo.*
32. *Aſcriptio in Eccleſia de mandato Epiſcopi non eſt neceſſaria ad gaudendum fori priuilegio, ſed ſufficit quod realiter fiat ſeruitium in diuinis.*
33. *Ordinationis tempore nulli Eccleſiæ adſcriptus ampliùs non poteſt aſcribi.*
34. *Clericos non inſeruientes Eccleſiis non poteſt Ordinarius immunitate à gabellis, & aliis oneribus priuare.*
35. *Bariſellus Epiſcopi, cùm ſit de illius familia armata, fori priuilegio gaudet.*
36. *Fiſcalis Epiſcopi tanquam familiaris illius gaudet fori priuilegio.*

37. *Notarius*

37. *Notarius curia Epiſcopalis gaudet fori priuilegio.*
38. *Diaconi Selnatici in regno Neapolitano qui gaudeant fori priuilegio.*
39. *Seruitium hoc debet præſtari de præſenti.*
40. *Tonſuratus non ſufficit, vt bu, vel per inſeruiat Eccleſiæ, ſed requiritur moralis perſeuerantia in eo, vt fori priuilegio gaudeat.*
41. *De clericis coniugatis.*
42. *Clerici coniugati gaudeat fori priuilegio ſi cum vnica, & Virgine contraxerint.*
43. *Si veſtes deferant, & Tonſuram.*
44. *Clerici coniugati fori priuilegio gaudent in criminalibus.*
45. *Subdiaconus qui ex diſpenſatione Apoſt. cum vidua matrimonium contraxit, & penſiones Eccleſiaſticas obtinet, fori priuilegio gaudet.*

NVllus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus, *α ante decimum quartum annum* beneficium poſſit obtinere. *β Is etiam fori priuilegio non gaudeat, γ niſi beneficium Eccleſiaſticum* habeat, *δ aut * clericalem habitum, & Tonſuram* deferens, *ε alicui Eccleſiæ ζ ex mandato Epiſcopi η inſeruiat*, vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos verſetur. *θ In Clericis verò coniugatis* ſeruetur conſtitutio Bonifacij IX. quæ incipit, *ι* Clerici qui cum vnicis, modò hi Clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & Tonſura vtantur, nemini, quo ad hoc priuilegio, vel conſuetudine etiam immemorabili, ſuffragante.

Cap. vn. de cler. coniug. in 6.

1. VIde Greg. Lop. *l.3. verb. quatorze años, tit. 16. p.1.* Henriq. *in ſumm. lib.10.c.19.§.2.* Pech. *in reg. beneficiam, de reg. iuris lib.6. num.27. verſ. cæterum quod in iſtu,* Borgn. Caualcan. *p.1. dec.29.n.1.* Iacob. de Graff. *in aureis dec. tomo 1. lib 2.c.51.n.8.* Cardin. Tolet. *in ſum.lib.5.cap.79.verſ.3.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tomo 1. alleg.7.n.*10. Gutier. *Canon. lib.1.c.26.n.33.* Azor. *inſtit.moral.p.2.lib.6.c.5.q.7.* Flamin. Pariſ. *de reſign.lib.3.q.7.num.65.& lib.4.q.1. n.7. & q.11. n.13.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.30.tract.3.n.166. in fine,* Petr. de Ledeſm. *in ſum.p.1.* vbi de ſacrament. Ordinis, *c.7. verſ. de la prima, & p.2. tract.7. art.1.concl.7.prope fin.* Ceuall. *commun. contra commun.c.423.num.3,* Aloyſ. Ricc. *in collect.dec.p.4. collect* 860. *& in praxi rerum fori Eccleſ. dec.385. in 1. edit. aliàs reſol.531. & 325.n.3. in 2.edit. & dec. Curia Archiep. Neap.dec.281.num.2. part.4.* Leſſ. *de iuſt it.lib.2.c.34.dub.20.n.*109. Nicol. Garc. *de benefic.p.7.cap.4.n.*8. Campan. *in diuerſ.iuris Canon.rub.7.cap.6.n.2.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauar.lib.1.tit.20.l.2.de ætate,num.5.* Homobon. de Bouis *de examine Eccleſ.p.1.tract.1.cap.10. q.60.in princ.verſ.quinimo,* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moral. tract.6.c.7. n.44.* latè Nouar. *in ſingul. canonic. concl.13.* nouiſſimè Stephan. Vveyms *ad conſtitut.24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt.11.9. pag.77. cum ſeqq.* vbi dicitur innouari *cap.1. de cler coniug. lib.6.* per decretum Concilij in præſenti, Tambur. *de iure Abbatum tom.3.diſp.9.q.7. n.21.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3.alleg.60.n.73.*

2. *α Ante decimumquartum annum,* &c.] Inceptum ſcilicet, licèt non completum, vt referunt deciſum Henriq. *d.c.19.§.2.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. beneficium 4.* Armend. *d.l.1.de ætatibus, num.5.* Ceuall. *q.523.n.4.& q.593.n.18.* Aloyſ. Ricc. *d. collect.860. verſ. limita ſecundò, & reſol.325.n.3. verſ. nihilominus,* Azor. *d.cap.5.q.7.in fine,* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſſ.5.in princ.90.* Card. Tuſch. *tom.3. littera E, concl 338.n.12.* Garc. *de benefic.7.p.cap.4. n.11.* Thom. Valaſc. *alleg. Iuris tomo 1.alleg.8. à n.1.* Campan. *d.c.6.n.2.in fine,* Nouar. *d. concl.13. num.4.* Sel. *in ſelect.Canon.cap.25.n.3.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Camplon.11. Maij* 1630. Ego ipſe *d. alleg. 60.n.73.* Steph. Vveyms *d. loco,n.2.*

3. Ætatem 14. annorum requiſitam ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum non requiri in Capellaniis, quæ fundari ſolent, maximè in Hiſpania, abſque Epiſcopi, aut ſuperioris auctoritate, in quibus ſuccedunt clerici de parentela, vel conferuntur à patronis laicis, refert deciſum Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloſſ.5.n.27.* 4.

Ætatem 14. annorum ſufficere ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Collegiata, referunt deciſum Gonz. *d. gloſſ.5.num.91.* & alij citati per me *in tract. de Canon.cap.13.n.14.* Prouiſis in 13. anno ætatis de Canonicatu in Eccleſia Collegiata, vbi vigore ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem debent expectare per biennium, obſtat decretum Concilij in præſenti, vt refert deciſum Garc. *p.7.c.4.n.13.*

Ætatem 14. annorum requiri ad obtinendam dimidiam portionem in Eccleſia Cathedrali, nec tales dimidias portiones habere annexum Ordinem ſacrum, atteſtatur reſolutum Gonz. *d. gloſſ.5. num.93.* quem refero *d. tract. de Canonic. cap.13. num.17.* 5.

Prohibitionem de obtinendo beneficio ante illam ætatem 14. annorum ſubſiſtere, nedum ſi per viam collationis daretur, verùm etiam præſentationis, electionis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis, ſtante generica Concilij prohibitione, & ob generale verbum, *obtinere*, de quo in præſenti, tenent Mandoſ. *in tract. de minori ætate, cap.4.num.17.* Campan. *dict. cap.6.num.6.* Ego ipſe *dict. alleg.60. num.78.* 6.

Fundationi ſtatuenti vt etiam minor 14. annorum beneficium adipiſci valeat, ſtandum eſſe, cùm ei derogatum non fuiſſet per textum in præſenti, referunt deciſum Gonzal. *d.gloſſ.5. num.91.* Aloyſ. Ricc. *d.collect.860.verſ.nunc limita, & primò.* Campan. *c.6. n.2.in fine,* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, requiſ.7.dub.12.& requiſ.11. dub.11.n.30.* Nauarr. *d.concl 13.n.5.* Rot. *dec.194.p.2.recent.* Ego ipſe *d.alleg.60.num.77.* 7.

Beneficium fundans cum declaratione quòd illius Rector debeat eſſe Sacerdos Miſſam celebrans, &c. his tamen demptis qui forent, aut ſunt de ſua progenie & ſtirpe, quos eligi poſſe voluit in Rectores dicti beneficij, etiamſi non eſſent niſi in minoribus, & puri clerici, poteſt præſentare filium ſuum, qui clericus in aliquo ſaltem ex minoribus Ordinibus conſtitutus, & alioquin idoneus reperiatur, etiamſi decimum ſuæ ætatis annum non excesſerit, vt refert deciſum Maſſobr. *requiſ.7.dub.12. num.4.*

Epiſcopum non poſſe indulgere cuiquam vt ante 14. annum beneficium ſimplex obtineat, reſoluunt 8.

Azor.

Azor. d.c.5.q.9.verſ.ſi quæres. Nau. d. concl.13.n.2. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18.l.7.de Epiſcopis,n.102. Alzed.in praxi Epiſc. p.2.c.9.n.33. Aloyſ. Ricc. d.reſol.331.n.2. vbi in fine reſoluit Epiſcopum conferentem beneficium minori 14. annorum peccare mortaliter, & collationem eſſe nullam, refero Ego ipſe d.alleg.60.n.75.

Ad penſionem ſufficere ætatem ſeptem annorum, & in ea non procedere diſpoſitionem huius decreti, reſoluunt Aloyſ. Ricc. in d. praxi dec.430. in 1.edit. aliàs reſol.367.in 2.edit. Gonzal. d. gloſſ.5. §.5.n.26. Steph. Grat. diſcept. forenſ. tom.3. c.397. n.17. Nouar. d.concl.13. à n.10.

9. Contra Emman. Sà in aphor. verb. benefic. n.30. Garc. de benef. p.1.c.5.n.129. in fine, Campan. d. c.6. n.5.& rub.11.c.14.n.16. verſ. de legitima, exiſtimantes hoc decretum extendi ad penſionem: quod etiam nouiſſimè à S. Congreg. deciſum refert Stephan. VVeyms d. loco, n.2.

10. ß Is etiam fori priuilegio non gaudeat, &c.] Vide apud Luſitanos Ord. Reg. lib.2. tit.1.§.27. & apud Hiſpanos l.1.tit.4.lib.1.noua Recop. Henriq. in ſum. lib.10. c.15. §.2. & lib.14. c.49.§.1. in fine, Couar. pract.32. n.vlt. Lazarte de decima vend. c.19. n.20. Fulu. Pacian. de probat. lib.2.c.20. n.44. Baiard. ad Clar. §.fin. q.36.n.27. Cabed. dec.59.n.vlt.p.1. Parlador. diff.9.§.1. n.11. Bobadil. in ſua politica lib.2. c.18.n.102. Soar. de Pace in pract. tom.1. prel.2.n.6. & 7. Salzed. ad Bern. in pract.c.62.n.9. Ioan. Garc. de nobil. gl.9.n.5. Molia in emporio Iuris p.1. tit. 2.in prælud.n.138. Ceuall. commun. contra commun. q.896.n.579.tom.4. Garc. Maſtril. Sicilia deciſ.113. D. Barboſ. in l. Titia,n.36. ff. ſoluto matrim. Valaſc. conſ.131. n.32. Fr. Emman. q. regul. tom.2. q.139. art.2. Farin. in praxi crimin. q.8. n.5. & à n.60. Carol. de Graſſis de effectib. clericat. effectu 1. à n. 1167. Nicol. Garc. de benef.p.2. c.2. num.2. Thom. Valaſc. alleg. Iuris alleg.10.n.2.& all.44. n.2. Marc. Anton. Genuenſ. in pract. Archiep. Neapol. c.7. Bonac. in octauum præceptum Decalogi diſp.10. q.2. p.1.§.4.num.10. cum ſeqq. Torreblanca in practicab. iuris ſpiritual. lib.15. c.5. n.22. Ciarlin. controuerſ. forenſ. c.20. à n.2. nouiſſimè Sperell. dec.26. per tot. D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. in relect. ad c.2. de foro compet. n.12. cum ſeqq. & ad cap. cùm ſit generale, num.36. cum ſeqq. eod. tit. Torreblanca de iure ſpirit. lib.15.c.5.num.22. cum ſeqq. Franc. Leon. in theſauro fori eccleſ. p.1. c.11.num.2.& 3. Vgolin. de officio Epiſcopi cap.12. num.3. Gabr. Pereira de manu Regia p.2. c.26. meipſum in ſinali tract. p.2. alleg.12. & me non citato in illo loco, Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. deciſ.111. Ludouic. Correa in repet. cap. inter alia de immun. Eccleſ. p.2.n.30. nouiſſimè Stephan. VVeyms d. conſt. 9. n.4. Vtrùm quilibet clericus minorum Ordinum, qui non habuerit requiſita Concilij in præſenti poſſit trahere ad forum Eccleſiæ illum qui ſaltem contra ſuam perſonam aliquod maleficium, vel violentiam commiſerit? vide Nouar. q. forenſ. lib.1. p.1. c.7. n.17. D. Felician. de Vega in relect. ad d.c. cùm ſit generale, n.36. cum ſeqq.

11. γ Niſi beneficium Eccleſiaſticum, &c.] Quamuis habitum clericalem & Tonſuram non deferant, quia id in aliis ſolùm requiritur propter diſiunctionem, aut, quæ ponitur infrà. Ita Clar. §.fin. q. 36.n.16. & 19. Læl. Zech. de republ. eccl. tit. de cler. verſ. ad hoc, Salzed. ad Bernard. in pract. c.61. n.9. verſ. ſi tamen, Fr. Emman. in ſumm. p.1.c.155. concluſ.2. Azeued. l.1.n.9. verſ. ſed ſi benefic. tit.4. lib.1. noua recop. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.5. n.6. Cur. Philip. p.3. §.1. n.3. ad fin. à Ponte conſ.24. Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

vol.1. Ceuall. commun. contra commun. q.563.n.3. Bobadil. in ſua politica, lib.2.cap.18. n.102. litt. E. Gutier. lib.1.q.7. Thom. Valaſc. d.alleg.10.n.9. Carol. de Graſſis de effectib. clericat. effectu 1. n.1195. cum ſeqq. Farin. in praxi crimin. q.8. num.7. Cened. practic. & canon. q. lib.1. quæſt.4. num.29. Bellet. d. p.1.tit. de fauore cleric. perſonali, § 8. n.7. verſ. diſtinguendo, Nicol. Garc. de benefic. p.2.c.2. n.4. vbi num.5. ſubdit procedere etiam ſtante conſtitutione Sixti V. de habitu, & Tonſura. Bonacin. de legib. diſp.10.q.2. puncto 1. §.4. n.10. Marc. Anton. Genuenſ. in pract. Archiep. Neapol. cap.7. num.7. Paul. Layman. in Theolog. morali, lib.4. tract.9. cap.6.n.2. Diana reſolut. moral. p.1. tract.2. reſolut.28. & p.4. tract.1. reſol.89. Squillante de priuileg. cleric. cap.7. num.23. Donat. Anton. de Marinis quotid. reſolut. cap.56. per totum. Gabr. Pereira de manu Regia, p.2. cap.26.n.2. verſ. clerici tandem. Caſtro Palao in opere morali, tract.12. q. vnica, puncto 2.n.5. Thom. Valaſc. tom.1. alleg.10. n.9. Bonac. in 8. præcept. Decalogi, diſp.10. q.2. puncto 1. §.4. n.11. March. de ſacram. Ordin. tract.2. p.1.cap.15. diffic.1. Torreblanca d.lib.15.cap.6. in princ.

Obtinentem collationem beneficij, etiam ante adeptam illius poſſeſſionem, fori priuilegio gaudere, modò collatio valida fuerit, tenent Gig. de penſionib. q.93. n.12. Flamin. Pariſ. de reſig. benefic. lib.7. q.1. n.47. Aloyſ. Ricc. d.collect.540. amp.6 & in praxi rerum fori eccleſ. dec.388. in 1. edit. aliàs reſol.327. n.1. in 2. edit. & in deciſion. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.188 p.2. & dec.128. p.4. Marc. Anton. Genuenſ. d.cap.7. n.6. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.1.c.11. n.2. Nicol. Garc. d.c.2. n.14. Bonac. de leg. diſp.10. q.2. puncto 1. §.4. n.12. & de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis, diſp.2. q.10. ſect.1. puncto 6. n.24. Cened. pract. & canon. q. lib.1. q.4. n.22. Anton. Diana reſol. moral. p.1. tract.3. reſ.28. Squillante de priuileg. clericor. c.7. n.16. Bonac. d. diſp.10. q.2. puncto 1. §.4. n.13. 12.

Contra Ordin. Reg. Luſit. lib.2. tit.1. §.25. Clar. §.fin. q.36. verſ. hoc autem, in fine, & verſ. regulariter autem, vbi Baiard. n.4. Menoch. conſ.350. num.6. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concl.302. n.16. & 17. Card. Tuſch. tom.1. lit. B. concl.78. num.8. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſar. ciuil. lib.1 cap.11. n.82. Farin. d.q.8. n.41. & 70. Car. de Graſſ. d. effectu 1. n.1187. Thom. de Valaſc. d. tom.1. alleg.10. ex n.10. Caſtr. Palao vbi ſuprà, n.5. Marchio. de ſacram. Ordinis, p.2. tract.1. cap.15. diffic.3. exiſtimantes beneficiarium ad effectum vt effugiat forum ſæculare teneri non ſolùm probare titulum beneficij, ſed etiam illius poſſeſſionem.

Poſt adeptam beneficij poſſeſſionem non eſt inquirendum an validè obtinuerit, quia etiamſi beneficium obtinere non poſſet, vtpote quia erat illegitimus, ſeu irregularis, vel impeditus clericatum aſſumere, adhuc gaudet fori priuilegio ſi de facto reperiatur in poſſeſſione, vt per Carol. de Graſſ. d. effectu 1. n.340. & n.1194. Ioan. Baptiſt. del Thoro in compendio deciſ. Neapol. verb. clericus, pag.94. Squillante d.cap.7. n.22. 13.

Beneficij appellatione quoad hoc propoſitum venire beneficium etiam modici valoris, ita vt illud obtinens fori priuilegio gaudere poſſit, reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ. d.cap.7. in fine, Aloyſ. Ricc. in collect. dec. p.3. collect.540. verſ. amplia 8. & in praxi rerum fori eccleſ. reſ.327. verſ. ſufficeret tertiò, Campan. in diuerſ. iuris canon. rubr.8. cap 5. num.19. Garc. de benefic. p.1. cap.6. num.37. & p.2. cap.2. num.3. Carol. de Graſſ. d. effectu 1. num.1224. Sel. in ſelectis canonic. cap.18. num.3. atteſtans ſic fuiſſe deci- 14.

S ſum

ſum *in Iunnen.*18. *Martij* 1628. vbi fuit dictum quod promotus ad Ordines cuio collatioοe vniua beneficij redditus duorum ſcutorum annuorum, qui incidens in habitu laicali cum armis dum caperetur à Birruaria vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit gaudere priuilegio fori.

15. Poſſidentem ſolum titulum beneficij abſque redditibus, fori priuilegio gaudere, tenent Carol. de Graſſis *loco proximè citato*, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. p.*2. *deciſion.*189. & *p.*4. *deciſ.*198. Antonin. Diana *d. reſol.*29. Squillante *d. c.*7. *n.*17.

16. Capellaniam collatiuam, & in perpetuum titulum collatam ſi quis obtinuerit, fori priuilegio gaudere poſſe, reſoluunt Salzed. ad Bernard. *in practica c.* 64 alias 67. *n.*11. & 12. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.*2. *tit.*19. *de foro comp. num.*26. Squillante *d. c.*7. *num.*18. Cened. *d. lib.*1. *quaſt.*4. *num.*37. Aloyſ. Ricc. *p.*2. *deciſ.*190. *num* 10. Caſtr. Palao *d. puncto* 2. *num.*3. *verſ. ſecundo*, Torreblanca *d. lib.*15. *cap.*6. *num.*6. Ego ipſe *d. p.*2. *alleg.* 12. *n.*10.

17. Coadiutoriam à Papa qui obtinuerit, priuilegio fori gaudere poſſe tradunt Garc. *d. p.*1. *cap.*5. *n.*98. Armendar. *d. num.*26 Squillante *d. cap.*7. *num.*21. Sebaſt. Cæſ. *in relect. de eccl. hierarchia diſp.*14. *ſ.*9. *num.*8. Caſtro Palao *d. puncto* 2. *n.*3. *in fine*, Torreblanca *d. lib.*15. *cap.*6. *n.*7. Ego ipſe *d. p.*2. *alleg.*12. *num.*9.

18. Fratantiam pro comitandis cadaueribus defunctorum Neapoli habentem gaudere fori priuilegio aſſerunt Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.*7. *num.*9. Aloyſ. Ricc. *d. collect.*540. *ampl.*2. & *d. reſol.*327. *verſ. ſufficeret.* Ego ipſe *d. alleg.*12. *n.*11. me citato illo loco Squillante *d. cap.*7. *num.*19. Caſtr. Palao *d. puncto* 2. *num.*3. Torreblanca *d. lib.*15. *c.*6. *num.*8. vbi etiam de præſtimonium habente.

19. Penſionem obtinentem loco tituli haberi pro clerico beneficiato ad effectum gaudendi priuilegio fori, tenent Creſcent. *deciſ.*14. *de ſentent. & re indic.* Lazarte *de decima vendit. c.*19. *num.*24. Gig. *de penſionib. q.*28. *num.*18. Salzed. ad Bernard. *in pract. cap* 64. alias 67. *num.*10. Villar. *del patronado de Calatavud. p.*4. *§.*3. *n.*12. Fr. Emman. *in ſum. tom.*1. *cap.*155. *num.*11. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verb. clericus. §.*1. *dub.*2. Armendar. *d. tit.*19. *de foro compet. num.*5. & 7. à Ponte *tom.*1. *conſil.*24. *num.*33. & *tom.*2. *conſil.*36. *num.*24. Antonin. Diana *moral. reſol. part.*1. *tr.*2. *reſolut.*30. Squillante *d. c.*7. *num.*20. *verſ. ſupradictas.* Caſtr. Palao *d. diſp. unica. puncto* 2. *n.*4. Torrebl. *d. lib.*15. *c.*6. *n.*10. Steph. VVyems *ad conſtitutiones* 24. *ex iure communi deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt.*9. *n.*15. Marchin. *de ſacram. Ordin. tr.*2. *p.*1. *cap.*15. *diffic.*2. Sel. *dicto cap.* 18. *num.*4. vbi atteſtatur deciſum *ſub die* 18. *Decembris* 1595. Ego ipſe *d. p.*2. *alleg.*12. *n.*23. & *p.*3. *alleg.*57. *num.*151. vbi aſſero deciſum *in Portugalen.*10. *Aprilis* 1622.

Contra Azeued. *in l.* *n.*5. *verſ. ſed an penſio, tit.*4. *lib.*1. *noua recopil.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.*1. *quaſt.*11. *num.*70. & *lib.*2. *quaſt.*15. *num.*15. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*5. *§.*5. *num.*6. Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.*7. *n.*7. Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *n.*1206. Nicol. Garc. *d. p.*1. *c.*5. *num.*70. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.*470. & *in deciſ. curia Archiep. Neapol. part.*2. *deciſ.*71. *n.*11. & *deciſ.*192. *n.*10. *ad fin.* Bonacin. *de legib.*10. *q.*2. *punct.*1. *§.*4. *n.*11. & *de cenſuris in Bulla Cœna contentis, diſp.*1. *q.*16. *ſect.*1. *puncto* 6. *n.*21. Cened. *d. lib.*1. *q.*4. *n.*32. *cum ſeqq.* exiſtimantes clericum penſionatium minimè gaudere fori priuilegio.

Aut clericalem habitum, & Tonſuram, &c.] Vt 20.
clericus fori priuilegio gaudeat requiri, & ſufficere vnum ex tribus infra ſcriptis, videlicet quòd clericalem habitum, & Tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat. Vel quòd clericalem habitum, & Tonſuram deferens in aliquo ſeminario de licentia Epiſcopi degat. Vel quòd in habitu & Tonſura incedens in aliqua ſchola de licentia Epiſcopi verſetur, refert deciſum Armendat. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.*2. *tit.*19. *l.*1. *de foro compet. n.*2.

* *Clericalem habitum, & Tonſuram deferens.*] 21.
Habitum igitur clericalem, & Tonſuram ſimul deferre teneri clericum qui fori priuilegio gaudere vult, itavt non ſufficiat geſtatio habitus, vel coronæ, tradunt D. Barboſa *in l. Titia, n.*34. *verſ. vltima concluſio. ff. ſoluto matrim.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p.*1. *tit. de fauore cleric. perſonali.* § 8. *n.*7. Armendar. *d. l.*1. *de foro compet. n.*13. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol. part.* 4 *deciſ.*154. Caſtr. Palao *d. puncto* 2. *num.*7. Ego ipſe *d. p.*2. *allegat.*12. *num.*19. Stephan. VVyems *d. conſtit.*9. *n.*3.

Clericalem habitum, vel Tonſuram ſi quis di- 22.
miſerit, priuilegium fori penitus amittere, etiamſi priùs eum Epiſcopus non admonuerit vt habitum, Tonſurámve reaſſumat, tenent Cuch. *inſtit. maior. lib.*3. *tit.*9. *de priuileg. cleric. n.*66. Læl. Zecch. *de republ. Eccleſiaſt. tit. de clericis, n.*6. *verſ. amittitur autem,* Mart. Antonin. *var. reſol. lib.*4. *reſol.*48. *num.*7. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.*606. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*530. *n.*4. *in* 2. *edit.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij, verb. habitus clericalis,* Vgolin. *de officio Epiſcopi, t.*12. *n.*3. *verſ. tertio,* Squillante *d. cap.*7. *n.*8. Ego ipſe *d. alleg.*12. *n.*29. Quando ſcilicet continuò incederet in habitu laicali, itavt publicè exiſtimaretur laicus, Farin. *d. q.*8. *num.*64. Bonacin. *de legib. diſp.* 10. *q.*2. *puncto* 1. §.4 *num.*15. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol. p.*4. *deciſ.*154. Squillante *d. c.*6. *n.*5. Si enim habitum à ſe geſtari ſolitum ad breue tempus depoſuerit, non ideo fori priuilegium amittere, reſoluunt Arm. *d. l.*1. *de foro compet. n.*2. ſicut nec illud amittere ſi ob paupertatem, vel aliam ob iuſtam cauſam habitum geſtare non valuerit, probat *c. clerici, de vita & honeſtate cleric.* Vgolin. *d. c.*12. *num.*3. Aloyſ. Ricc. *d. deciſ.*154. *num.*5. Ego ipſe *d. p.*2. *allegat.*9. *num.*6. Squillante *d. cap.*7. *num.*7. vbi *num.*6. ſubdit idem quoque dicendum ſi non deferat Tonſuram ex eo, quia caput raſum eſt præ caluitie, aut propter aliam infirmitatem.

Clericalem habitum qui dimiſerit poſſe illum 23.
iterum reaſſumere, non obſtante irregularitate ſuperueniente, & Ordinarij prohibitione, probat Sel. *d. cap.*18. *num.*20. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Mazarien.*17. *Iunij* 1630.

Super probatione habitus clericalis ſi fuerit 24.
controuerſia orta, an ſcilicet ille in quo fuit huiuſmodi clericus repertus, ſit conueniens, tunc iudicem eccleſiaſticum debere cognoſcere, reſoluunt Farinac. *d. q.*8. *n.*34. Mar. Anton. *d. reſol.*48. *n.*1. & 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*190. *n.*13. Armendar. *d. l.*1. *de foro compet. n.*2. *in fine.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verb. clericus, num.*3. Layman. *in Theolog. morali lib.*4. *tr.*9. *cap.*7. *n.*6. Diana *reſolut. mor. p.*1. *tr.*2. *reſolut.*27. Seraph. *deciſ.*742. *num.*5. Molin. *de inſtit.*3. *diſp.*49. *num.*11. Ioſeph. Seſſe *de inhibit. cap.*5. *§.*6. *n.*78. Ambroſin. *de immun. Eccl. cap.*23. *n.*15. Melch. Lotter. *de re benefic. l.*3. *q.*36. *n.*69. Caſtr. Palao *in opere morali t.*2. *diſp. vnica puncto* 4. *n.*7. Duard. *ad Bull. Cœna lib.*2. *can.*19. *q.*8. *n.*19.

Bonacin.

Bonacin. *in eand. Bull.diſp.1.q.16.ſect.1.puncto 6. n.* 31. Ego ipſe *d.p.2.alleg.12.n.16.*

25. Clericum qui in habitu, & Tonſura ſe immiſcet enormitatibus, & ſæuis pluribus, cenſeri abſque monitione renuntiaſſe priuilegio clerici, ſecus ſi in habitu laicali hæc perpetraſſet, quia tunc requiri monitionem aſſerit Sel. *d.c.*18. *n.*15. vbi teſtatur deciſum *in Moſulen.*1. *Februarij* 1620.

26. Clericum in minoribus Ordinibus conſtitutum niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum & Tonſuram deferens Eccleſiæ deſeruiat, vel in ſeminario, aut in aliqua ſchola, aut Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur iuxta hoc decretum, forum iudicis laici declinare non poſſe, non tamen idem decretum obſtare Epiſcopo quominus iure ſuo in huiuſmodi clericos delinquentes, ſi adhuc clerici permaneant, poſſit animaduertere, eóſque punire, tenet Sel. *d.* c.18. *n.*16. aſſerens ita fuiſſe reſolutum *in Valentina* 17. *Martij* 1627. *& in Nuſcan.*11. *Iunij* 1628.

27. Clericum, qui characterem, & habitum clericalem aſſumpſit poſt delictum, proceſſum, & fideiuſſorem de ſe repræſentando coram iudice laico, gaudere fori priuilegio, & à iuriſdictione iudicis laici eſſe liberatum quoad perſonam: quòd ſi fraus ſubſit (quam iudex Eccleſiaſticus inſpicere debet) poſſe iudicem laicum proceſſui finem imponere, contra illum quoad bona procedendo, aſſerit Sel. *d. c.*18. *n.*17. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Papien.* 23. *Maij* 1626. & decidiſſe S. Congr. controuerſiis iuriſdictionalibus præpoſitam *in vna ciuitatis Caſtellane,* 18. *Februarij* 1631.

28. Clericum repertum à Curia ſeculari ſine habitu clericali, donec doceat de ſuo clericatu in carceribus laicis poſſe detineri, dummodo non ſit notoriè clericus, & ſi per octo menſes ante carcerationem habitum demiſerat, priuilegio clericali nullo modo gaudere ſi à Curia, vt ſuprà, captus fuerit in tali habitu, dicit Sel. *d c.*18. *n.*19. vbi refert fuiſſe deciſum *ſub die* 11. *Ianuarij* 1620.

29. *Alicui Eccleſiæ.*] Aſcribere teneri Epiſcopum ad ſeruitium Eccleſiæ clericum in minoribus conſtitutum, vel prima Tonſura initiatum petentem aſcribi, reſoluit Sel. *in ſelect. c.*18. *n.*13. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Valentina* 28. *Martij* 1628.

30. Gaudere fori priuilegio clericum inſeruientem alteri Eccleſiæ quàm illi, cui fuit adſcriptus, vel deſeruientem Capellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio eſſet aſſignata, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in dec. curia Archiep. Neapol. p.* 4. *dec.*111. *n.*5. *& dec.*154. *n.*2. Ricciul. *de iure perſonarum lib.*2. *c.*6. *n.*15. Anton. Diana *reſol. moral. p* 1. *tract.*2. *reſol.*34. Nouar. *in ſingularib. canon. concl.* 92. *n.*5. Squillante *de priuileg. cleric. c.*7. *num.*13.

31. *Ex mandato Epiſcopi.*] Expreſſo ſcilicet, vt per Menoch. *de præſumpt. lib.*6. *præſumpt.* 76. *n.*41. Cened. *d. lib.* 1. *q.*4. *n* 24. *&* 26. & ſufficere quòd fuerit oretenus conceſſum, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccl. dec.*601. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 525. *in* 2. *edit.* quem refero *d. alleg.*12. *n.*12. & me citato *in illo loco,* Squillante *d.c.*7. *n.*5. *verſ. qua licentia.*

32. Aſcriptionem in Eccleſia de mandato Epiſcopi non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere quòd realiter fiat ſeruitium in diuinis, tenent Aloyſ. Ricc. *d.p.*4. *dec.* 511. *n* 5. *& dec.*154. *n.*2. Nouar. *d concluſ.*92. *n.*5. Sqoillante *d c.*7. *n.*14. Sel. *d. cap.*18. *num.*22. attendens ſic fuiſſe reſolutum *in Valentina* 19. *Iunij* 1628. dum ibi fuit dictum, quòd clericus in minoribus conſtitutus Eccleſiæ deſeruiens; non tamen ex mandato Epiſcopi, habitum, & Tonſuram deferens gaudet fori priuilegio, & *in alia Nullius* 28. *Martij eiuſdem anni,* dicit deciſum clericum incedentem in habitu & Tonſura deſcriptum in catalogo clericorum, qui in Synodo diœceſana obedientiam præſtitit Ordinario, & per paucas vices in choro & in proceſſionibus interfuit, attentis circumſtantiis gaudere debere priuilegio fori, quamuis alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non inſeruiat, vel beneficium Eccleſiaſticum non habeat.

Contra Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *num.*1277. quem ſequutus fui *d p.*2. *alleg.*12. *n.*14. exiſtimantem mandatum Epiſcopi requiri in hoc, cùm fruſtrà videretur Concilium in præſenti mandatum, ſeu licentiam Epiſcopi exigere, ſi id liceret abſque ea.

Ordinationis tempore nulli Eccleſiæ adſcriptum ampliùs non poſſe adſcribi, refert deciſum Garc. *de benefic. p.*2. *cap.*5. *num.*101. 33.

Clericos non inſeruientes Eccleſiis non poſſe Ordinarium immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus priuare, ſed eoſdem clericos, niſi vt ſuprà, inſeruiant, ac habitum, & Tonſuram clericalem deferant, aut beneficium eccleſiaſticum obtineant priuilegio fori non gaudere, tenet Sel. *in ſelect. canon. cap.* 18. *n.*13. vbi atteſtatur ſic decidiſſe S. Congr. Epiſc. & Regul. *die* 24. *Ianuarij* 1631. 34.

Bariſellum Epiſcopi, cùm ſit de illius familia armata, fori priuilegio gaudere, aſſerit Sel. *d. cap.*18. *n.*25. vbi refert ſic decidiſſe S. Congr. Epiſcop. & Regul. *in Sorana* 25. *Aprilis* 1614. illumque non poſſe, nec de iure debere per iudicem laicum capturari, fuit dictum *in eadem* 15. *Aprilis* 1615. 35.

Fiſcalem, quem Epiſcopus habet in ciuitate, ſeu in aliquo caſtro, in quo temporalem, ſpiritualemque iuriſdictionem exercet, tanquam ipſius Epiſcopi familiarem priuilegio fori gaudere, & ad perſonalia ciuitatis munia ſubeunda minimè teneri, tradit Sel. *d. cap.*18. *n.*26. vbi atteſtatur ita deciſum per S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in Vaiſion.* 15. *Decembris* 1615. 36.

Notarium curiæ Epiſcopalis, cùm ſit de familia Epiſcopi, gaudere fori priuilegio, putat Sel. *d.c.*18. *n.*27. aſſerens ſic fuiſſe deciſum *in Ortunen.* 6. *Auguſti* 1602. 37.

Diaconi Saluatici in Regno Neapolitano pro Eccleſiarum, & Epiſcoporum ſeruitio retineri, vel in locum quoquo modo deficientium aſſumi poſſunt in Cathedralibus, ſeu ſuperioribus Eccleſiis ad ſummum quatuor, in Collegiatis in quibus diuina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur, vnum, quos quidem Epiſcopi prorſus gratis, & tales qui omnino per ſeipſos, non autem per interpoſitam perſonam ſeruitium debitum præſtent, nec vllo modo criminoſi, aut malæ conditionis & famæ eligere debent, aliàs & ij nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apoſt. ſeuerum experientur: ij verò priuilegio canonis non gaudeant, fori autem priuilegio in criminalibus omnino in ciuilibus quoad corporis diſtrictionem tantùm, & immunitate ab oneribus perſonalibus, non autem ab aliis durante ſeruitio frui debent. Sed ſi alicubi maioribus vtantur priuilegiis, & immunitatibus ex legitima conſuetudine, cuius cognitionem & declarationem in caſum controuerſiæ S. Congr. inferiùs nominanda ſibi reſeruat, illa debet attendi, cognitio verò aliorum præmiſſorum ad Ordinarios pertinet. S. Card. Congr. negotiis Regni Neapolitani præpoſitorum 10. *Kal. Iulij* 1623. teſtes Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p.*4. *reſ.*480. 38.

Verùm autem deciſio huius Decreti tantùm procedat quoad caſum, in quo agitur de declinanda

iuriſdictione iudicis ſæcularis, vt tunc & non aliter declinatoria admittatur, quàm ſi concurrant qualitates à Concilio requiſitæ, vel an etiam impeditus maneat Epiſcopus, vel quilibet alius Prælatus Eccleſiaſticus, vt non poſſit ſuam iuriſdictionem exercere aduersùs illos quando tales qualitates non habuerint? Reſp. tunc demum adeſſe debere tales qualitates, cùm videlicet agitur de dicta declinatoria fori ſæcularis, non verò vt ſi illæ deficiant, non poſſit prædictus proprius Prælatus procedere contra clericos ipſos delinquentes, eóſque punire. Ita deciſum à ſacra Congr. referunt Nicol. Garc. *de benef. p. 2. cap. 2. n. 16.* Aloyſ. Ricc. *in praxi var. reſ. p. 1. reſ. 531. n. 3.* D. Felician. de Vega *in relect. c. 2. n. 17. de foro compete*

39\. *& inſeruiat.*] Deberi ſeruitium hoc præſtari de præſenti, tenent Menoch. *conſil. 912. n. 27.* Carol. de Graſſ. *d. effectu 1. n. 1179.* vbi *n. 1177.* ſubdit hoc ſeruitium debere omnino conſiſtere in ſpiritualibus, & non ſufficere in temporalibus, Nouat. *d. concl. 92. num. 4.*

40\. Et cùm verbum illud non videatur importare ſeruitium vtplurimùm intermiſſum, ſed potiùs moralem perſeuerantiam, ſaltem pro maiori parte, ideo non ſufficere quòd Tonſuratus bis, vel ter inſeruiat Eccleſiæ, tenent Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. cleric pag. 42. col 2.* Cened. *d. lib. 1. q. 4. n. 25.* Aloyſ. Ricc. *d. p. 4. deciſ. 111. n. 5.* Carol. de Graſſ. *d. effectu 1. n. 1183.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 12. n. 14.* & me citato Squillante *d. c. 7. n. 12.* vbi *n. 11.* hinc reſoluit, ſi aliquo neceſſario impedimento interpellatum fuerit hoc ſeruitium, non propterea amitti fori priuilegium.

41\. *§ In clericis verò coniugatis*, &c.] Hoc decretum iubere obſeruari conſtitutionem Bonifacij VIII. *in cap. unic. de clericis coniug. lib. 6.* illo addito quòd huiuſmodi clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, miniſtrent, & clericali habitu, ac Tonſura vtantur, refert Nouar. *in ſingular. canonic. concl. 95.* Thom. Valaſc. *allegationum Iuris tom. 1. alleg. 39 per totam, & 41. & 42.* D. Felician de Vega *in relect. c. 2. de foro compet. num.* 18 & 19. Stephan. VVeyms *d. conſtit. 9. n. 13.* vbi refert Synodum Tridentinam in clericis coniugatis Tonſuram, & veſtes clericales portantibus coniunctim, ſeu copulatiuè requirere duo, vnum vt ab Epiſcopis ſint ſeruitio, vel miniſterio alicuius Eccleſiæ adſcripti; alterum quod eidem Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, in clericali habito, & Tonſura inſeruiant, vel miniſtrent, adeò vt ab iis excuſari non poſſint vllo priuilegio, vel conſuetudine, quantumvis longiſſima, vel immemoriali.

42\. Conſtitutio Bonifacij VIII. *in d. cap. unico*, tribus modis in clericis coniugatis priuilegium hoc fori reſtrinxit.

Primò ſi cum vnica, & virgine contraxerint, vt tradunt ordin. Regia Luſit. *lib. 2. tit. 1. §. 17.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 10. num. 4.* Cur. Philip. *p. 3. §. 1. n. 6.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 46. num. 1.* Camil. Bortel. *in ſumm. omnium deciſ. tom. 1. tit. 8. de cleric. coniug. n. 24.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. n. 8.* Ciarlin. *forenſ. contr. lib. 1. cap. 53. num. 12.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 40. num. 6.* Thom. Valaſc. *d. alleg. 41. num. 1.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 12. num. 26.* Stephan. Vveyms *d. conſtit. 9. n. 9.* vbi *n. 10.* dicit hoc ſpeciem cuiuſdam caſtitatis adferre, quam Eccleſia Catholica ſemper honorauit ad exemplum Chriſti Saluatoris, qui vnicam dumtaxat habet ſponſam Eccleſiam, cùm è contra repetitæ nuptiæ præſeferant indicium aliquod incontinentiæ, & duplicitatis, vel ſaltem adimant fidem prædicandi caſtitatem.

Secundo ſi veſtes deferant, & Tonſuram, vt per 43.
Farin. *d. q. 8. à n. 64.* Scacc. *de iudic. p. 1. cap. 11. n. 30. & 82.* Thom. Valaſc. *alleg. Iuris tom. 1. alleg. 42. à princ.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. n. 84.* Ciarlin. *d. cap. 53.* vbi quòd non ſufficit quælibet habitus dimiſſio, niſi ſit continuata, Marcel. Vulpe *citato loco.* Ego ipſe *d. alleg. 12. num. 27.* Stephan. Vveyms *d. conſtit. 9. n. 11.* Vbi ait veſtes clericales in coniugatis clericis eſſe debere, quæ nimium non ſplendeant ea diuerſitate colorum, neque per nimiam breuitatem, neque per nimiam longitudinem notentur; quæ iuxta morem cuiuſque religionis permiſſæ ſint, vel per Concilia Prouincialia, aut Synodalia clericis præſcriptæ, & *n. 15.* atteſtatur ſacram Congr. cenſuiſſe clericum coniugatum, qui poſt dimiſſum habitum, & Tonſuram clericalem, ad curiam laicalem ob delictum in ius vocatus, & in contumaciam condemnatos eſt, diſtringi non poſſe perſonaliter à iudice laico, vel in carcerem coniici, ſi adſumpto habitu, & Tonſura clericali deſeruire inueniatur verè, & non in fraudem alicui Eccleſiæ.

Tertiò in criminalibus tantùm, ſiue ciuiliter, ſiue 44.
criminaliter pro crimine agatur, non autem in merè ciuilibus, vt per Cou. *pract. cap. 31. num. 6.* Farin. *d. q. 8. n. 7.* Azeued. *l. 2. tit. 4. lib. 1. noua recop.* Sanch. *d. diſp. 46. num. 12.* Tapia *li. 1. de iure Regni, fol. 34.* Cened. *d. lib. 1. quaſt. 4. n. 18. & 19.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 4. tract. 9. cap. 8. n. 5.* Ludou. Correa nobilis Luſitanus *in cap. inter alia, de immun. Eccleſ. p. 2. num. 33.* Aloyſ. Ricc. *in praxi var. reſolut. tom. 2. reſol. 391. num. 2.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 46. à n. 22.* D. Felician. de Vega *in relect. d. c. 2. de foro comp. n. 19.* nouiſſimè Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſolut. cap. 58.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 18. num. 25.* Sel. *d. cap. 18. num. 27.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 13. Februar.* 1610. dum ibi fuit dictum clericos coniugatos præditos qualitatibus requiſitis tam dicta conſtitutione Bonifacij VIII. quàm hoc decreto, non gaudere priuilegio fori in ciuilibus, niſi vbi de crimine etiam ciuiliter ageretur, ſed illos ob tales cauſas ciuiles à crimine non deſcendentes non poſſe à iudicibus laicis in carcerem coniici, aut perſonaliter diſtringi, refert etiam ita decidiſſe S. Congr. Epiſcop. & Regul. *ſub die 10. Februarij* 1618. dum ibi fuit dictum clericos coniugatos iuxta ſacrorum canonum & Concilij Trident. diſpoſitionem priuilegio canonis, & fori in criminalibus dumtaxat gaudere, non autem in ciuilibus, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, prout in Regno Neapolit. S. Congreg. *Immunitatis, 27. Februarij* 1630.

Contra Camil. Bortel. *in ſpeculo Principis, rub. 11. §. videamus, litt. A.* Cæpol. *in conſil. crimin. 10. verſ. ſuper tertio.* Zanard. *in direct. Confeſ. p. 1. de ſacr. matrim. c. 23. q. 24.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. n. 181.* Ceuall. *de cognit. per viam viol. p. 2. q. 73. n. 4.* Marc. *de iuriſdict. p. 4. caſu 159. n. 5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 3. deciſ. 170. & p. 4. deciſ. 320. n. 5.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. can. 15. q. 4. concl. 3. n. 12.* Anton. Dian. *reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 50.* Bonac. *de cenſuris in Bullam Cœnæ, diſp. 1. q. 16. puncto 3. n. 3.* Torreblanca *d. lib. 15. cap. 6. n. 55.* exiſtimantes eos fori priuilegio gaudere non ſolùm in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus.

Subdiaconum, qui in vim diſpenſationis Apoſt. 45.
cum vidua matrimonium contraxit, & penſiones Eccleſiaſticas obtinet, de iure gaudere priuilegio fori, tenet Sel. *d. cap. 18. n. 29.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die 7. Septembris* 1618.

De Examine ordinandorum.

C A P V T VII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Cathedralis Eccleſ. eſt locus ordinationis celebrandæ.*
3. *Epiſcopus non tenetur vocare Archidiaconum vt interſit examini ordinandorum.*
4. *Edictum quoddam reuocandum.*
5. *Non refertur ad deſcendentes ex genere Hebræorũ.*
6. *Non ſunt ab ordinatione excludendi, qui à Iudæis originem trahunt.*
7. *Ordinandi in titulum debet inquirere Epiſcopus.*
8. *Examinare non poteſt Epiſcopus promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit.*

SAncta Synodus ª antiquorum canonum veſtigiis inhærendo, decernit, vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes, qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur *α ad ciuitatem euocentur β Epiſcopus autem Sacerdotibus*, & aliis prudentibus viris peritis diuinæ legis, ac Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, *γ ordinandorum genus*, perſonam, ætatem, *δ inſtitutionem*, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget, & examinet. ª Cap. quando, 14 diſt.

1. VIde Concil. Bracharen. IV. *act.* 1. Hoied. *de incompatib benef. part.* 1. *cap.* 14. *n.* 31 Cened. *ad Decretum collect.* 15. *num.* 2. *& ad Decretal. collect.* 56. *n.* 5. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 49. *pag.* 56. *&* 57. latè Campan. *in diuerſor. iuris Canon. rub.* 5. *à princip.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 16. §. 18. *n.* 3. Carol. de Graſſ. *de effectib. cleric. in prælud. num.* 343. *cum multis ſeqq.* Homob. de Bonis *de examine eccl. p.* 1. *tract.* 2. 3. 4. 7. Honor. *ad decretal. tit. de ſcrutinio in ordine facien. n.* 2. meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 10. *per tot.*

2. *α Ad ciuitatem euocentur.*] Locum ordinationis celebrandæ debere eſſe Cathedralem Eccleſiam, vel ſi ex cauſa alibi Ordines celebrari contigerit, eligi debere Eccleſiam digniorem, tenent Syluest. *in ſum. verb. Ordo* 2. *n.* 8. Piaſec. *d. c.* 1. *n.* 46. *pag.* 55. Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in commentar. ad cap. quando* 5. *diſt.* 24. *n.* 5.

3. *β Epiſcopus autem Sacerdotibus*, &c.] Epiſcopum non teneri vocare Archidiaconum, vt interſit examini ordinandorum, tradit. Sel. *in ſelect. canon. c.* 19. ☞ *num.* 3. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 28. *Ianuarij* 1617.

4. Edictum vt clerici in minoribus, qui legitimæ eſſent ætatis, deberent aſſumere ſacros Ordines ſub pœna priuationis habitus, eſſe reuocandum, reſoluit Sel. *d. c.* 19. *n.* 4. referens ita reſolutum ☞ *in Mazarien.* 14. *Decembris* 1630.

5. *γ Ordinandorum genus.*] An ſcilicet ex Catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut de matre ſerua nati ſint. Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *c.* 17. §. 2. *in commento lit. G.* Sahag. *in cap. cum te, num.* 23. *de reſcript.* Auil. *de cenſur. part.* 7. *diſp.* 4. *dub.* 4. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 15. vbi citatis prædictis Doctoribus vult Concilium in præſenti, vt Epiſcopi inquirant an promouendus ſit ex filiis, aut nepotibus hæreticorum fautorum, defenſorum, receptatorum, quos ius à ſuſcipiendis Ordinibus excludit vſque ad ſecundum gradum per lineam maſculinam, vel vſque ad primum per lineam fœmininam, vel an ſit filius ancillæ, & ſit ſeruus; Cened. *ad Decret. coll.* 77. *n.* 2. vbi dicit quòd particula *genus*, de qua in præſenti, propriè idem ſignificat quod legitimus, vel liber, non autem refertur ad deſcendentes ex genere Hebræorum, vt multi opinati ſunt; refero Ego ipſe *d. alleg.* 10. *num.* 5. & nouiſſimè D. Roder. à Cunha *vbi ſupra num.* 6. Henriq. Roder. *in compendio q. regular. reſolut.* 52. *n.* 22. nouiſſimè Laurent. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regulares pag.* 78. *verſ. ad* 14. vbi aduertit Concilium Catholicum non induxiſſe circa hoc nouum Ordinis impedimentum, ſed dumtaxat quæ antiquo Iure ſtatuta erant, ſeruari ad vnguem præcepiſſe.

Ideo non eſſe illos ab ordinatione excludendos (niſi aliud Canonicum adeſſet impedimentum) qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores etſi hæretici fuerint, emendatos tamen eſſe conſtat; & reincorporatos Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius inſiſtunt, aut paratos fuiſſe ad recipiendum eadem probat Sanch. *d. cap.* 28. *n.* 10. *cum ſeqq.* & refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 21. *l. vnica n.* 6. 6.

δ Inſtitutionem.] Id eſt, titulum, ex Campan. *in diuerſ. iuris canon. lib.* 8. *c.* 1. *num.* 3. vbi etiam refert munus Epiſcoporum eſſe in ſcrutinio faciendo circa perſonam promouendam, præ cæteris in titulum ordinandi Inquirere, refero Ego ipſe *d. allegat.* 10. *num.* 23. 7.

Epiſcopum non poſſe examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit; ſi verò idem Epiſcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos ſuſpendere debere, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 69. 8.

Vnuſquiſque à proprio Epiſcopo, aut alio, ſed de proprij licentia, & teſtimonio, ſub graui pœna ordinandus ad Cathedralẽ Eccleſiam aut ex diœceſi inuentã conuenientiorẽ ſtatutis à iure temporibus conueniat.

C A P V T. VIII.

1. *Ordines ſacri quibus temporibus conferendi.*
2. *Conſuetudine introduci non poteſt vt ſacri Ordines extra ſtatuta à iure tempora conferantur.*
3. *Papa ſolus licentiam concedit vt ſacri Ordines ex*

quatuor tempora conferri poſſint.
4. *Fratres Minores poſſunt extra tempora à iure ſtatuta Dominicis, vel alijs feſtiuis diebus ſacros Ordines ſuſcipere.*
5. *Sed non ex priuilegiis ante Conc. Trid. obtentis.*
6. *Patres Societatis Ieſu ordinari poſſunt ad quoſuis Ordines etiam maiores extra quatuor tempora.*
7. *Et Patres Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ Portugaliæ.*
8. *Tempus ſtatutum ad ſacros Ordines conferendos non eſt de illorum ſubſtantia.*
9. *Tempus ad conferendos Ordines minores quod ſufficiat.*
10. *Feſti dies in quibus Epiſcopi minores Ordines conferre poſſunt, debent eſſe de præcepto.*
11. *Prima Tonſura omni tempore etiam non feſtiuo poteſt conferri.*
12. *Ordinum ſacrorum collationes in Cathedrali Eccleſia publicè Epiſcopus celebrare debet.*
13. *Ordines minores licet Epiſcopo conferre in eius domo Epiſcopali.*
14. *Ordines minores poſſunt conferri ſine Miſſa, & à non ieiuno.*
15. *Epiſcopus poteſt tripliciter ſibi ſubditos ordinare ratione originis, vel beneficij, vel domicilij.*
16. *Epiſcopus originis dicitur ille, in cuius diœceſi ordinandus natus eſt.*
17. *Origo patris inſpicitur ad Ordines ſuſcipiendos.*
18. *Ordines accipere non poteſt quis per Epiſcopum originis ſuæ matris.*
19. *Ordines ſuſcipere non poteſt nepos ab Epiſcopo loci, in quo ducis natus eſt.*
20. *Electi à Religione an ſint ſuſpecti, & ſub quo Epiſcopo degere debeant.*
21. *Beneficiatus poteſt ordinari ab Epiſcopo diœceſis in qua habet beneficium.*
22. *Quamuis ſit exiguum.*
23. *Et ſpectaret ad prouiſionem alterius Epiſcopi.*
24. *Et reſidentiam non requirat.*
25. *Et beneficium non in titulum, ſed in commendam maximè perpetuam habeat.*
26. *Præſtimonium habens poteſt ordinari ab Epiſcopo illius diœceſis in qua illud poſſidet.*
27. *Beneficia plura in diuerſis diœceſibus habens ab vna illarum Antiſtite poteſt ordinari.*
28. *Regularis promoueri debet ab Epiſcopo loci vbi degit.*
29. *Domicilium contrahens in aliquo loco, poteſt ordinari ab illius Antiſtite, quamuis in eo non longo tempore degat, dum tamen habuerit animum perpetuò ibi permanendi.*
30. *Nouitium quis poſſit ordinare.*
31. *Suſpenſionem à collatione Ordinum per annum incurrit Epiſcopus ordinans etiam in propria diœceſi non proprium ſubditum.*
32. *Epiſcopus ex ignorantia probabili ſubditum alterius ſine proprij licentia ordinans ſuſpenſionem non incurrit.*
33. *Ordines vel Tonſuram conferens Vltramontano abſque litteris dimiſſoriis non approbatis à Nuntiis ſuſpenditur per annum à Pontificalibus.*
34. *Regulares non comprehenduntur decreto edito contra conferentes Ordines Vltramontanis abſque Papæ licentia.*
35. *Ordinatus à non proprio Epiſcopo, nec ab alio de eius licentia à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſuſpenſus eſt.*
36. *Suſpenſus iuxta Bullam Pij II. an poſſit ab Epiſcopo diſpenſari.*
37. *Bulla Pij II. non comprehendit inſignitos minoribus Ordinibus.*
38. *Clericus Vltramontanus abſque litteris dimiſſoriis ſui Ordinarij ab Epiſcopo Italiæ ad Ordines promotus, non poteſt ab eodem Ordinario abſolui.*

a Gelaſ. 1. in ep. 1. can. 13. cap vlt. 75. diſt. c. 1. cum ſeq de temp. ord.
b Conc. Carth. 4. c. 22.
c Supra ſeſſ. 14. de refor. c. 2. & 3.
d Hic ſuprà cap. 3. Conc. Carth. 3. c. 1. 21 q. 29. q. per tot. c. 1. cum ſeq. de temp. ord. in 6.

ORdinationes [a] ſacrorum Ordinum, *a ſtatutis à iure temporibus*, ac in Cathedrali Eccleſia, vocatis præſentibúſque ad id Eccleſiæ Canonici, publicè celebrentur, ſi autem in alio diœceſis loco præſente Clero loci dignior, quantum fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur. [b] *Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur.* Quod ſi [c] quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſvis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu, etiamſi ſtatutis temporibus [d] permittatur: niſi eius probitas, ac mores Ordinarij ſui teſtimonio commendentur, *γ ſi ſecus fiat ordinans à collatione Ordinum per annum δ & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione ε quamdiu proprio Ordinario* videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.

1. [a] STatutis à iure temporibus.] Sacros Ordines in Sabbatis quatuor temporum, & in Sabbato præcedente Dominicam de Paſſione, ac in Sabbato ſancto conferri debere, per *cap. quod die, & c. fin. 75. diſt.* comprobant Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 12. in princip.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. part. 1. c. 4. n. 20.* Bonac. *de Sacrament. diſp 8. quæſt. vnic. a puncl. 6. num 1. verſ. primò,* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 26. §. 25. num. 1. verſ. 3.* Sanch. *in opuſcul. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 51. num. 1.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 17. à princ.* me non citato aliqua ex illo loco deſumpſit Aloyſ. Ric. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. deciſ. 93. p. 4.*

2. Ita vt conſuetudine contrarium induci non poſſit per *cap. 2. de temporib. ordinat.* reſoluunt Rebuff. *in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad ſacros Ordines malè promotis gloſſ. 1. n. 14. & 15.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Ordo, verſ. deuenio ad ſecundum,* Henriq. *d. cap. 12. §. 2.* Vgolin. *d. §. 25. num. 1. in fine.* Aloyſ. Ricc. *d. deciſ. 93. num. 2.*

3. Niſi ſpeciatim Summus Pontifex licentiam concederet, vt ſacri Ordines extra quatuor tempora conferri poſſint. Reboff. *d. gloſſ. 1. num. 12.* Maiol. *de irregularit. lib. 3. cap. 14. num. 9.* Homob. de Bonis *de examine eccleſ. part. 1. tract. 2. cap. 2. quæſt. 12.* Quarant. & Vgolin. *citatis locis,* Ego ipſe *d. allegat. 17. num. 5.*

Fratres Minores, & omnes, qui illorum priuilegiis conceſſis, & concedendis fruuntur confirmatione Clementis VIII. & Pauli V. per ſuam Bullam *ſub dat. Romæ Kal. Decembr.* 1609. poſſe extra tempora à iure ſtatuta Dominicis, vel alijs feſtiuis diebus ſacros ordines ſuſcipere, tenent Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 23. art. 5.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 184.* Homoboo. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 2. cap. 1. q. 13.* Portel. *in dubiis Regularib. verb. Ordines ſacri, n. 4.* Villalob. *1. p. ſum. tract. 11. diffic. 13. num. 6.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regular. reſol. 106. num. 7.* Anton. Diana *moral. reſol. part. 3. tract. 2. reſol. 31.* Marchin. *de Sacrament. Ordin. tract. 1. p. 7. cap. 7. num. 1.* Ego ipſe *d. allegat. 17. num. 6.* 4.

Virtute

5\. Virtute tamen aliorum priuilegiorum à Summis Pont. ante Concil. Trident. conceſſurum non poſſe Regulares tunc ab Epiſcopis ordinari Ordinibus ſacris extra tempora, reſoluunt Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. q. 38. art. 4.* Aloyſ. Ricc. *de reſol. 93. n. 6. p. 4.* Lezana *c. 14. n. 1.*

6\. Patres Societatis Ieſu ordinari poſſe ad quoſvis Ordines etiam maiores extra prædicta tempora ex indulto Gregorij XIII. ipſis conceſſo ſub dat. Tuſculi 21. Septembr. 1582. quod refert Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 1. cap. 1. n. 88. pag. 56. & ſeq.* & de illo meminerunt Aloyſ. Ricc. *d. deciſ. 55. num. 7. p. 4.* & Hieron. Roderic. *d. reſ. 106. n. 7.* & Alzed. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. n. 28.* Marchin *d. c. 7. n. 4.*

7\. Patribus Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ Portugaliæ conceſſit Clemens VIII. per ſuum Breue 25. Nouembris 1596. vt poſſint ordinari extra tempora, & per quemcunque Epiſcopum tribus dominicis, vel feſtiuis continuis, aut interpolatis, non ſeruatis interſtitiis, quod ſe vidiſſe teſtatur Portel. *d. verb. Ordines ſacri, num. 4.* quem refert Hieron. Roderic. *loco citato*, Marchin. *d. c. 7. num. 3.*

8\. Tempus huiuſmodi conſtitutum à iure ad conferendos Ordines non eſſe de ſubſtantia collationis illorum, ex gloſſ. *in c. ordinationes, il 1. 73. diſt.* reſoluit Vgolin. *d. §. 25. n. 1. in princip.* quem refero *d. alleg. 17. n. 8.*

9\. Ad conferendum autem Ordines minores tempus idoneum illud idem eſſe quod ad maiores, & propterea quamlibet Dominicam, aut feſtiuam diem, per text. *in c. de eo, de tempor. ordinat.* tenent Sylueſt. *in ſumm. verb. Ordo 2. n. 6.* Rebuff. *in praxi benefic. part. 2. tit. de clericis ad ſacros Ordines malè promotis, n. 2. & 3.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de ſacrament. Ordinis, n. 36. verſ. tertia concluſio*, Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. cap. 16. num. 3.* Henriquez *d. lib. 10. cap 12. §. 1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccl. pract. 3. c. 8. q. 69. verſ. item minores*, me citato in hoc loco Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 184.* Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 4. num. 4.* Garduſ. *in praxi Iudicum, verb. ſacramentum Ordinis, num. 42.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. n. 26.* March. *d. tract. 1. p. 7. cap. 5. n. 2.* Bonacin. *de cenſur. extra Bul. diſp. 3. quæſt. 1. puncto 5. num. 1.* Sanch. *in opuſc. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 53. n. 2.* Medio. *de ſacrament. Ordin. cap. 3. num. 4.* Paul. Layman. *lib. 5. tract. 10. cap. 8. num. 1.* Antonin. Diana *moral. reſol part. 5. tract. 13. reſ. 97. in princip.* Alzed. *d. c. 6. num. 21.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 11. num. 17.* vbi cum Henriq. *loco citato*, aſſero concedere etiam conſuetudinem receptam vt feria ſexta veſpere præcedente Sabbatum, in quo de iure Ordines ſacri conferuntur, Epiſcopis fas ſit Ordines minores dare, quaſi in hoc officio conſeatur incipere dies Sabbati pridie veſperi.

10\. Hos dies feſtos, in quibus Epiſcopi minores Ordines conferre poſſunt, debere eſſe de præcepto, tenet Viuald. *d. tit. de ſacram. Ordinis, n. 35. verſ. tertia concluſio*, quem refero *d. alleg. 11. n. 21.* Villalob. *in ſumm. tom. 1. tract. 11. diffic. 13. num. 4.* Ferentil. *ad Burat. deciſ. 758. num. 14.* Nald. *in ſumm. verb. Ordo, num. 15.* Et ſufficere ſi in diœceſi ſit ſolemnitas diei feſti; licèt vbique non celebretur, ex Henriq. *in ſumm. lib. 9. c. 28. §. 1.* collegi *d. alleg. 11. n. 18.*

11\. Pro prima Tonſura non deſignari certum tempus, ſed in omni etiam non feſtiuo poſſe conferri, tradunt Armill. *verb. Ordo, n. 7.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 12. §. 1.* Thom. Valaſc. *d. alleg. 4. n 3.* Emman. Sa *verb. Ordo, num. 13.* Alzed. *d. c. 5. num. 20.* Ego ipſe *d. alleg. 11. n. 19.*

12\. *At in Cathedrali Eccleſia, &c.*] Sacrorum Ordinum collationes in Cathedrali Eccleſia vocatis præſentibus ad id Eccleſiæ Canonicis publicè Epiſcopum celebrare debere, referunt deciſum Garc. *de benefic. part. 8. cap. 1. num. 77. ad 109.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, n. 7.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. c. 1. à num. 46. pag. 55.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 26. §. 24. art. 2.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part. 2. tract. 2. q. 17.* Sanch. *in opuſc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 50. num. 3.* Ego ipſe *d. part. 2. allegat. 24. n. 12. & 13.*

13\. Licere quoque Epiſcopo minores Ordines in eius domo Epiſcopali conferre, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſ. 274.* Henriq. *d. lib. 10. c. 11. §. 8.* immò etiam in domo non Epiſcopali de conſuetudine licere, & non ſemel ſeruari vidiſſe, atteſtatur Campan. *in diuerſ. iuris Canonici, rub. 6. c. 2. n. 17.* quem refero *d. alleg. 11. n. 20.*

14\. Sine Miſſa, & à non ieiuno poſſe conferri minores Ordines, non autem maiores, quamuis de eorum ſubſtantia non ſit, tradunt Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 466.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonici, rub. 2. n. 36. & rub. 6. cap. 2. n. 19.* Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 11. n. 11. & alleg. 14. n. 15.*

15\. *Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur.*] Quis autem dicatur ad hoc propoſitum proprius Epiſcopus, tradunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 18. art. 4.* Nauarr. *conſil. 2. n. 1. & conſil. 5. n. 6. & conſil. 39. n. 1. de temporibus Ordin.* Henr. *in ſum. lib. 10. cap. 24. §. 1.* Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Ordo*, Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 46.* Piaſec. *in praxi Epiſc. part. 1. c. 1. à n. 8.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 2.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 44. dub. 19. n. 92.* Marchin. *de ſacram. Ord. tr. 1. p. 6. c. 3. n. 17. & 18. & p. 5. c. 5. 6. 7. & 8.* Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. 5. à n. 16.* Narbona *l. 10. gloſſ. 2. n. 130. tit. 1. lib. 4. noue Recopil. pag. 409.* Sanch. *in opuſc. moral lib. 7. cap. 1. n. 22.* Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Sacrament. Ordin. n. 25.* Torreblanca *in practicab. iuris Spirit. lib. 2. c. 13. n. 7. cum ſeq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccl. c. 7. n. 24.* Hurtad. *de Sacram. tom. 2. tr. de Ordine, diffic. 17. verſ. obſeruandum eſt 2.* Bonac. *de Sacrament. diſp. 8. q. vnica, punct. 4. à n. 8.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 9. c. 8. n. 8. cum ſeqq.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c. 26. §. 1.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſput. 10. n. 93.* Narbona *in l. 20. gloſſ. 2. n. 132. tit. 1. lib. 4. noue recopil.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 298. in 1. edit.* aliàs *reſ. 257. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiep. Neap. p. 4. deciſ. 317.* Nouar. *in ſingul. Canon. concl. 102.* Alzed. *in praxi Epiſc. p. 2. cap. 5. ex n. 42.* Ego ipſe *d. p. 2. allegat. 4. per totam.*

16\. Epiſcopum originis illum dici, in cuius diœceſi ordinandus natus eſt, tradunt Fr. Emman. *tom. 4. ſum. c. 61.* aliàs *62. n. 12.* Henriq. *d. lib. 10. cap. 22. §. 1.* Piaſec. *d. c. 1. n. 9.* Campan. *d. cap. 8. n. 7.* Homob. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tract. 2. cap. 1. q. 5. n. 1.* Vgolin. *d. cap. 16. §. 1. n. 3.* Bonacin. *d. puncto 4. n. 13.* Alzed. *d. cap. 5. n. 43.* Marchin. *d. tract. 1. part. 5. cap. 6.* D. Acuña *ad princ. diſt. 71. num. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 4. n. 2.* Vbi enim quis baptizatus eſt, inde trahere originem, & per librum Baptiſmi illam probari poſſe tenent Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſ. n. 217.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 1. à n. 165.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 75. à n. 16.* Alphonſ. Narbona *d. loco, n. 148. cum ſequentibus, pag. 413.*

17\. Originem patris inſpici ad Ordines ſuſcipiendos, ita vt quis ratione paternæ originis poſſit Ordines ſuſcipere ab Epiſcopo loci, in quo eius pater

Digitized by Google

natus eſt, tenent Nauarr. *conſil.* 19. *de temper. Ordin.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *verb. dimiſſoria*, Paul. Comitol. *reſponſ. moral.* q. 45. Vgolin. *dict. c.*26. §. 1. *n.*4. Gutier. *de matrim. c.*63. *n.*29. Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij, verb. Ordo, verſ. quoad tertium*, Campan. *d. c.*8. *n.*9. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.*257. *n.*4. *& d. p. deciſ.*317. *n.*2. Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegat.* 5. *n.*21. Ioan. Franc. Suarez *in ſuo enchirid. caſuum, verb. Ordo, verſ. Ordinari nemo poteſt*, Marcel. Vulpe *d. c.*7. *ſub n.*24. Anton. Diana *moral. reſ. p.*4. *tr.*4. *reſol.*148. Marchin. *d. tr.* 1. *p.*5. *c.*6. *n.*1. 14. *&* 15. Alz. *de præcellentia Epiſcopalis dignitat. p.*2. *cap.*5. *n.*44. Ego ipſe *d. allegat.*4. *n.*4. Sel. *d. cap.*18. *n.*30. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Vrcicequen.* 12. *Auguſti* 1628. *&* 7. *Aprilis* 1629. dum ibi fuit dictum filium legitimum ordinari poſſe ab Epiſcopo originis paternæ, tametſi pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam diœceſim iam tranſtulerat domicilium.

18. Ordinandum non poſſe apud Epiſcopum originis ſuæ matris Ordines accipere, niſi ſit vulgo quæſitus, cuius pater ignoratur, reſoluunt Nauar. *in ſing. Canon. concl.*102. *n.*19. Alzed. *d. cap.*5. *num.*45. Thom. Valaſc. *d. alleg.*5. *n.*22. Marchin. *d. tract.*1. *p.*5. *cap.*6. *n.*3. Marcel. Vulpe *d. c.*7. *num.*24. *in fine.* Ego ipſe *d. alleg.*3. *num.*15.

19. Ex origine aut non dici nepotem ad Ordines ſuſcipiendos originarium illius loci, in quo auus natus eſt, ex Couarr. tradunt Aloyſ. Ricc. *d. reſol.*257. *n.*5. Vgolin. *d. c.*16. §. 1. *poſt n.*5. *verſ. excipitur*, Nouar. *d. concl.*101. *n.*9. Marchin. *d. tract.*1. *p.*5. *c.*6. *n.*2. Ego ipſe *d. alleg.*4. *n.*13.

20. Eiectos à Religione ob delicta, quæ irregularitatem, aut aliam inhabilitatem non inducunt, ſuper quibus Epiſcopus diſpenſare nequit, ab Epiſcopo diœceſano originario recipi, & presbyterio ordinari poſſe, reſoluunt Nau. *conſ.*9. *de ætate, & qual. in antiq.* aliàs *conſ.*84. *de regul. in nouis*, Vgolin. *d.* §. 1. *n.*6. *& c.*20. §. 9. *in fine*, Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.*275. *num.*4. *in fine, & in praxi aurea, reſol.*185. Mart. *de iuriſdict. p.*4. *caſu* 182. *num.*4. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.*6. *quæſt.*185. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.*12. *cap.*15. *num.*7. Ludouic. Mirand. *in man. Prælat. tom.*3. *q.*25. *art.*4. *concl.*2. Laurent. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag.*220. *in reſponſ. ad* 7. Ego ipſe *d. alleg.*4. *n.*21. *& in collect. ad cap. vltimum, num.*12. *de regular.*

Contra Fr. Emman. Azor. Molin. & Leſſ. quos refert & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *cap.*9. *n.*19. Hieron. Roderic. *in qq. regul. reſ.*57. *num.*11. exiſtimantes hos minimè teneri Epiſcopo alicui certo obedire, ſed tantùm inſtar aliorum clericorum Epiſcopo ſubiici, in cuius diœceſi habitauerunt.

Sed S. Congr. *in decretis impreſſis de regularibus apoſtatis & eiectis, ſub die* 21. *Septembris* 1624. ſtatuit vt eiecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi ac moderandi.

21. Beneficij ratione effici quem ſubiectum Epiſcopo diœceſis, in qua illud habet, & poſſe ab eo ordinari, ſeu ab alio de eius licentia, quamuis aliàs ei alio modo ſubditus non ſit, tenent Piaſec. *d. c.*1. *num.*10. *verſ. ratione beneficij*, Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.*1. *tract.*2. *c.*1. *q.*5. *num.*3. Mar. Anton. *var. reſol. lib.*1. *reſol. fin. caſu* 28. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.*9. *cap.*8. *num.*11. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.*1. *tit.*18. *l.*7. *in declar. num.*61. Garc. *de benefic. part.*2. *c.*4. *à num.*1. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ.*258. *in* 2. *edit.* Vgolin. *d. cap.*26. §. 3. Bonacin. *de Sacrament. diſp.*8. *quæſt. vnica, puncto* 4. *n.*14. Nouar. *in ſingul. canon. concluſ.*102. *à num.*12. Burg. de Paz *l.*3. *Tauri, num.*398. *cum ſeqq.* Narbon. *d. loco, n.*204. *cum ſeqq. pag.*420. *& ſeq.* Squillante *de priuileg. cleric. cap.*4. *num.*237. *cum ſeqq.* Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc. verb. Ordo, ſub n.*18. Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.*1. *alleg.*5. *à n.*26. Sanch. *in opuſcul. moral. lib.*7. *c.*1. *dub.*23. vbi *n.*15. ſubdit domicilium comparatum ex beneficio finiri beneficio dimiſſo, Marchin. *d. tr.*1. *part.*5. *c.*8. *per tot.* Marcel. Vulpe *d. c.*7. *n.*27. Torreblanc. *d. lib.*2. *c.*13. *n.*12. habitet ſcilicet illius poſſeſſione, ex Garc. *d. cap.*4. *n.*55. Cened. *canon. quæſt. lib.*1. *quæſt.*4. *n.*23. Nouar. *d. concl.*102. *n.*20. D. Acuña vbi *ſuprà, n.*7. *verſ.*4. Ego ipſe *d. alleg.*4. *num.*55.

Ampliatur primo in beneficio etiam exiguo, vt per Henriq. *dicto lib.*10. *n.*22. §. 1. *iuncto commento littera Q.* Garc. *d. cap.*4. *num.*8. Campan. *rub.*9. *c.*8. *n.*12. *& rub.*8. *cap.*5. *num.*29. Nouar. *d. concl.*102. *num.*13. Diana *moral. reſol. part.*4. *tract.*4. *reſol.*51. Marchin. *d. part.*5. *cap.*8. *n.*14. vbi ſecus dici ſi beneficium ſit tenuiſſimum, Marcel. Vulpe *d. cap.*7. *num.*27. 22.

Contra Proſper. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. verb. Ordo*, Vgolin. *d. cap.*26. §. 1. *in fine*, Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori Eccleſ. reſolut.*260. *& p.*3. *deciſ.*77. Squillante *de priuileg. cleric. cap.*4. *dub.*18. *n.*238. Piaſec. *loco proximè citato*, exiſtimantes ratione beneficij exigui non effici quem ſubiectum Epiſcopo diœceſis in qua illud habet.

Ampliatur ſecundò etiam in beneficio, quod ſpectaret ad prouiſionem alterius Epiſcopi, vt per Garc. *d. c.*5. *n.*55. Campan. *d. cap.*8. *n.*24. meipſum *d. alleg.*4. *num.*52. 23.

Ampliatur tertiò, etiamſi reſidentiam non requirat, Henriq. *d. cap.*22. §. 1. Piaſec. *d. cap.*1. *n.*10. *verſ. ſecundò*, Campan. *d. cap.*8. *n.*2. Nouar. *d. concl.*102. *num.*14. Thom. Valaſc. *d. alleg.*5. *n.*30. *cum ſeqq.* Vgolin. *d. c.*26. §. 3. *verſ. ſecundò locum habet*, Alphonſ. Narbona *d. loco, n.*214. *pag.*421. Sanch. *in opuſc. moral. lib.*7. *cap.*1. *dub.*23. *num.*7. Marchin. *d. tract.*1. *p.*5. *c.*8. *num.*3. *&* 4. & Sel. *d. cap.*18. *n.*19. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 26. *Maij* 1594. dum ibi fuit dictum obtinentem beneficium ſimplex in aliqua diœceſi poſſe ab Epiſcopo loci beneficij ordinari. 24.

Contra Marc. Ant. Genuenſ. *in prax. Archiep. Neapol. cap.*48. *n.*3. exiſtimantes non poſſe quem ordinari ab Epiſcopo loci vbi habet beneficium reſidentiam non requirens.

Ampliatur quartò, etiamſi beneficium non in titulum, ſed in commendam maximè perpetuam habeat, Garc. *d. c.*4. *n.*10. Nouar. *d. concl.*102. *n.*15. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.*49. *n.*2. Sanch. *d. lib.*7. *cap.*1. *dub.*23. *num.*8. Marchin. *d. p.*5. *cap.*8. *n.*16. Ego ipſe *d. alleg.*4. *n.*50. 25.

Ampliatur quintò in poſſidente præſtimonium aliquod, Henriq. *d. lib.*10. *c.*22. §. 1. *in commento, littera H.* Campan. *d. cap.*8. *n.*19. *verſ. qui*, Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.*258. *in fine*, Nauar. *d. concl.*102. *num.*16. Marchin. *d. cap.*8. *num.*5. Idem dicendum de capellania, quæ eſt perpetua, & in titulum collata, Aloyſ. Ricc. *p.*2. *deciſ.*190. Narbona *d. loco, n.*215. *pag.*422. 26.

Ampliatur ſextò in habente plura beneficia in diuerſis diœceſibus, quia ab vno illorum Antiſtite promoueri ſine dubio poſſe reſoluunt Campan. *d. cap.*8. *num.*14. Nicol. Garc. *de benefic. part.*2. *cap.*4. *num.*2. D. Acuña *ad princ. diſt.*71. *num.*7. *in initio*, 27.

Sanch.

Sineh. *d.lib.7.c.1.dub.23.n.27.* Marchin. *d.p.5. c.8. n.8.* Ego ipſe *d. allegat.4. n.51.* & notat Nauar. *d. concl.102. n.22.* quod per electionem vnius iſtorum Epiſcoporum non cenſetur præcluſa via quominus pro aliis Ordinibus poſſit ordinatus ad alios Epiſcopos accedere, contra Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ.265.* & Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tract.2.c.5.n.1.*

28. Regularem promoueri debere ab Epiſcopo loci vbi degit, vel ab alio eius accedente aſſenſu, præcedentibus tamen litteris dimiſſoriis ſui Superioris, tenent Nauar. *conſ.22. de temporib. ordinat.* aliàs *conſ.36. in nouis, eod. tit.* Sayr. *in floril. deciſ. ſub eod. tit. deciſ.24.* Maiol. *de irregular. lib.4. c.20. num.2.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1. q.39. art.1.* Campan. *d. rub.9 cap.5. & rub.12. c.13. à num.33.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.1. c.4. num.36.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.1. tract.2. c.1. q.2. in fine,* Portel. *in dub. regular. verb. Ordines ſacri, n.2.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. cap.24. n.2.* Nouar. *in ſingul. can. concl.104.* Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regul. reſolut.106. n.15.* Ego ipſe *d. alleg.4. à n.69. cum ſeqq.*

19. Illum, qui non longo tempore degit in aliquo loco, dum tamen habuerit animum perpetuò in eo permanendi, poſſe ab illius Antiſtite, aut eius accedente conſenſu ab alio ordinari, tenent Nauarr. *conſil.10. in antiq.* aliàs *conſil.2. in nouis, de temporibus ordinat.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.263.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.1. tit.18. l.7. n.49.* Bonac. *d. punct.4. num.4. cum ſeqq.* Vgolin. *d. c.26. §.2.* Homobon. de Bonis *d. tract.2. c.1. q.5. n.2.* Nald. *in ſumma verb. Ordo, n.16.* Campan. *d. rub.9. cap.8. n.18.* Cened. *canon. qq. lib.1. q.38. num.38.* Alphonſ. Narbona *ad l.10. gloſſ.2. n.6. cum ſeqq. tit.1. lib.4. nouæ Recop.* Mareſ. *de ſacram. Ordinis tract.1. p.5. c.7.* Moiſeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract.2. cap.2. n.6.* Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta lib.1. c.8. num.12.* Ego ipſe *d. alleg.4. n.26.* Vbi enim conſtat de voluntate, tunc eo ipſo abſque aliquo lapſu temporis acquiri domicilium, ſiue incolatum, probant Sim. de Prætis *conſil.119. n.8. lib.1.* Rot. *deciſ.150. n.7. p.2. diuerſ. & deciſ.188. n.3. part.2. recent.* & in his terminis Paul. Layman. *in Theolog. morali tract.9. cap.9. de ſacrament. Ordin. n.10.* Squillante *de priuileg. clericor. c.4. n.255.* Si verò non conſtet, & ſimus in dubio, tunc animum perpetuò ibi permanendi præſumi, ſi aſſidua probetur habitatio in aliquo loco non minori tempore decennij, reſoluunt Maſcard. *de prob. concl.534. num.7.* Piaſec. *in praxi Epiſc. part.1. cap.1. n.9. verſ. vel ſui,* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.263. n.2.* Bonacin. *d. puncto 4. n.12.* Campan. *d. n.18. verſ. quòd ſi,* Menoch. *de arbitr. caſu 86. n.13.* Vgolin. *d. cap 26. §.5. num.2.* Narbona *citato loco, num.68.* Marchin. *d. cap.7. num.3.* Ego ipſe *d. alleg.4. n.18.* vbi *n.41.* aſſero in domicilio mutando Epiſcopi originarij licentiam non requiri, ſed ordinandum debere portare veritatis teſtimonium circa mores, ſufficientiam, ac natalitia, niſi à tenera ætate domicilium fuerit tranſlatum, & illic habitatio continuata vſque ad tempus promotionis.

30. Epiſcopum poſſe infra annum probationis ordinare nouitium alibi natum, ſi tamen in eius diœceſi moretur, & probationem faciat, tenent Campan. *d. rub.9. c.3. n.3.* Aloyſ. Ricc. *d. deciſ.118. n.6. part.4.* Lezana *in ſumm. q. Regul. c.24. n.6.* Ego ipſe *d. alleg.4. n.62. & 63.*

31. *γ Si ſecus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum,* &c.] Suſpenſionem à collatione Ordinum per annum incurrere Epiſcop. ordinantem etiam in propria diœceſi non proprium ſubditum, licèt is accedat cum litteris dimiſſoriis, vel prætextu alicuius generalis, vel ſpecialis reſcripti, vel priuilegij, ſi careat teſtimonio ſui Ordinarij, quo eius probitas, ac mores commendentur, aſſerunt Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.31. ſect.5.* Cardin. Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib.1. c.48. n.4.* Sayr. *de cenſur. lib.4. c.14. n.15.* Alter. *eod. tract. tom.2. diſp.16. cap.11. col.3. dub.2.* Bonac. *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſp.3. q.2. puncto 7.* Multos caſus in quibus excuſatur ordinans ab hac cenſura, poſt Soar. proſequitur Valer. Reginald. *d. lib.32. tr.2. n.69. verſ. ſunt autem, in fine,* vbi dicit excuſationem dandam quando vnus Epiſcopus ordinat ſubditum alterius ſub ſpe rationabili ratihabitionis.

Vnde Epiſcopum ex ignorantia probabili ſubditum alterius ſine proprij licentia ordinantem ſuſpenſionem non incurrere, reſoluunt Nauarr. *conſ.40. in nouis, ſub tit. de temp. ordin.* Sayr. *ſub eod. tit. deciſ.62.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.26. §.22. n.2.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 297. in 1 edit.* aliàs *reſol.356. n.4. in 2. edit.* 32.

Conferentem Ordines, vel Tonſuram Vltramontano abſque litteris dimiſſoriis non approbatis à Nunciis, ſeu Collectoribus illarum partium, illiſque approbatis in Vrbe à Vicario Papæ generaliter ſuſpendi per annum à Pontificalibus, ipſos verò ordinatos perpetuam ſuſpenſionem incurrere, ſtatuit S. D. N. Vrbanus VIII. *conſtit. ſua incip. Secretis, ſub dat.11. Decembr. 1624.* cuius meminit Bonacin. *d. puncto 7. in fine.* 33.

Regulares non comprehendi generali decreto de Ordine Sanctiſſimi edito, quo olim præcipiebatur vt Vltramontanis abſque ſanctitatis ſuæ, vel S. Congregationis licentia Ordines non conferantur, aſſerit Sel. *d. c.18. num.30.* atteſtans ſic fuiſſe decisum per S. Congr. Epiſc. & Regul. *in Neapolitana 30. Decembris 1617.* quia in Ordinibus generalibus non comprehenduntur Regulares, niſi ſpecialiter nominentur. Nec per idem decretum ſublatum cenſetur priuilegium Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Concil. Trident. quoad eorum familiares conceſſum, ſimiliter dicit Sel. *d. loco,* vbi refert ita decidiſſe eandem S. Congr. *in Caietana 2. Ianuarij 1618.* 34.

δ Et ordinatus ſuſceptorum Ordinum executione, &c.] Vide Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.26. littera E.* Gutier. *canon. lib.1. c.26. n.24.* Zerol. *in praxi Epiſcopi part.1. verb. dimiſſoria.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.4. q.2. n.89.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.3. c.8. n.3.* Cened. *pract. lib.1. q.38. à num.4.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom... diſp.35. dub.5. n.35.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. libro 32. tract.2. n.69.* Bonac. *de cenſuris diſp.3. q.6. puncto 5. n.27.* me ipſum *d. p.2. alleg.17. à n.9.* 35.

Verùm autem ſuſpenſus iuxta Bullam Pij II. *incip. Cùm ex ſacrorum,* poſſit ab Epiſcopo diſpenſari? vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.93 part.4.* vbi *deciſ.90.* quærit, & diſſerit, an in pœnas dictæ Bullæ incidat, qui ignoranter prohibita in illa egit. 36.

Non comprehendere dictam Bullam minoribus Ordinibus inſignitos reſoluunt Henriq. *d. lib.10. cap.12. §.2. in commento littera M.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. dimiſſoria,* Bonac. *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari diſput.3. q.1. punct.11. num.17.* Cardin. Tolet. *d. lib.1. cap.49. num.5.* Campan. *d. rub.6. cap.2. num.21.* Bonac. *de cenſur. extra Bull. d.3. q.1. punct.12. n.17.* Ego ipſe *d. alleg.8. n.11.* 37.

Quamdiu

38. *Quandiu proprio Ordinario*, &c.] Ideſt, quando ſuo placuerit Ordinario, vel ſuimo ſucceſſori. Suar. *d. diſp.31. ſect.1.n.20.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. vbi de ſacram. Ordin. cap.8. concl.3.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ. c.8. num.1.* Ciarlin. *contron. forenſ. lib.1. c.46. num.27.* Et ſic ad hoc vt talis fiat capax, & poſſit beneficium retinere, ſufficit ratihabitio proprij Epiſcopi. Maiol. *de irregul. lib.1. c.10. n.1.* Bonac. *de Sacram diſp.8. q. vnica, punct.4. n.15.* Ciarlin. *d. lib.1. c.46. n.26.* Clericum Vltramontanum abſque litteris dimiſſorlis ſui Ordinarij ab Epiſcopo Italiæ ad Ordines promotum non poſſe ab eodẽ Ordinario abſolui, tenent Sel. *d. c.18. n.32.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 9. Septemb.1623.*

Epiſcopus familiarem ordinans, conferat ſtatim ei beneficium re ipſa.

CAPVT IX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopus titularis non poteſt prætextu cuiuſcunque familiaritatis quemquam ordinare.*
3. *Cardinales Presbyteri Tonſuram cæteróſque minores Ordines ſuis familiaribus conferunt.*
4. *Familiaris quis dicatur.*
5. *Vicarius Papæ quos ordinare valeat.*
6. *Familiaris ad hunc effectum ille dicitur, qui cum Epiſcopo fuerit commoratus, & preſens inſeruierit.*
7. *Magiſter actorum curiæ Epiſcopalis poteſt vt familiaris ab Epiſcopo ordinari.*
8. *Triennium requiritur continuum.*
9. *Et ſufficit vt inceperit antequam fuiſſet Epiſcopus.*
10. *Epiſcopus ordinare poteſt familiarem ſuum triennalem aliàs habilem, conferendo ei ſtatim re ipſo beneficium quacunque fraude ceſſante.*
11. *Habet locum etiam in prima Tonſura, & minoribus Ordinibus.*
12. *Epiſcopus ordinare non poteſt ſuum familiarem, cui non contulit beneficium ex eo quod aliud poſſidebat in aliena diœceſi.*
13. *Penſionis ad titulum quando poſſit Epiſcopus ordinare familiarem ſuum.*
14. *Patrimonij ad titulum quando poſſint ordinari familiares Epiſcoporum triennales.*
15. *Dimiſſoriæ ritè, & rectè concedi poſſunt ab Ordinario beneficij.*
16. *Epiſcopus ſuper interſtitiis, ſeu illegitimitate diſpenſare non poteſt cum familiari ſuo triennali.*

α EPiſcopus β *familiarem ſuum* non ſubditum ordinare non poſſit, γ *niſi per triennium* ſecum fuerit commoratus, δ *& beneficium, quacumque fraude ceſſante,* ſtatim re ipſa illi conferat, conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obſtante.

19. Approbatum dumtaxat ad audiendas Confeſſiones cenſeri parochum in ea ciuitate, vel oppido, vbi ſita eſt parochia, non autem paſſim per totam diœceſim, aſſerunt Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.2.c.1. n.10. pag.92.* Homobon. de Bonis *de examine eccl. p.1.tract.5.c.3. quaſ.15.* Squillante *de priuileg. cleric. c.1. n.73.* Ego ipſe *d.alleg.25. n.18. & de officio & poteſt. Parochi cap.19. n.3.* & refert deciſionem S.Cong. Stephan. Daluin. *d. cap.23. n.13.* Niſi virtute Cruciatæ, aut Iubilæi, quia tunc vbique eſſe eligibilem expreſsè tenent Soar. *d.ſect.4.n.18.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.1.c.16. quæſ.3. n.189.* Siln. *in addit. ad 3.p.q.8. art.5. dub.6. concl.1.* Homobon. de Bonis *d.q.15.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. abſolutio, different.1.n.16.* Villalob. *in ſum.tom.1. tract.9. diffic.56. n.4.* Filliuc. *d. cap.9. num.257.* Fagundez *d. cap.2.n.36.* Boſſ. *d. ſect.3. caſu 2. n.235.* Trullench. *in expoſit. Bulla Cruciata lib.1.§.7.c.1.dub.4.n.3.* Stephan. Daluin. *d. c.23. n.9.* vbi aſſerit hunc Parochum eſſe vbique capacem iuriſdictionis ſi aliunde conferatur ab eo, qui poteſt delegare, vel mediante Bulla, aut ſimili priuilegio eligendi Confeſſorem, refertque hanc eſſe conſuetudinem inter Hiſpanos, Luſitanoſque, vt Parochi ſeſe mutuo iuuent ex ſolo ſuo conſenſu, non ſolùm intra eandem diœceſim (quod aſſerit eſſe certius & frequentius) etiam pluribus in locis Galliæ, & Lotharingiæ; ſed etiam in confinio diuerſarum diœceſum: hanc partem etiam defendit nouiſſimè Machado *en el perfecto Confeſſor y cura de almas, lib.1. p.2. tract.1. docum.2. n.2. pag.8.* Ioan. de Lugo *d. tr.de Pœnit. diſp.21. ſect.1. n.11. cum ſeqq.* Antonin. Diana *moral. reſ. tom.1. tr. de Bulla Cruciata, reſol.8.*

20. Contra Guttier. *canon.lib.1.c.27.n.21.* Layman. *d.lib.5.tract.6.c.11.n.7.* Garc. *de benefic.p.5.c.8.n.87. in reſp. ad 4.* exiſtimantes parochum extra locum parochiæ non poſſe eligi in Confeſſarium virtute Cruciatæ, aut Iubilæi.

Subditorum verò ſuorum Confeſſiones poſſe parochum in aliena parochia, & vbique locorum audire, aſſerunt Victor. *de confeſſ. n.152.* Syluest. *verb. Confeſſor 1. q.13.* Couarr. *pract.c.11.n.4.* Ant. Capic. *deciſ.203. n.15.* Nauarr. *in man.c.27.n.255.* Tolet. *in inſtruct.ſacerd.lib.3.c.13.in fine*, Henr. *in ſum.lib.5.c.7.§.1.* Fr. Emman. *in expoſ. Bulla Cruciata, §.9. dub.4.* Zerol. *in praxi Epiſcop.p.1.verb.parochus*, Chamerot. *de Sacrament. tract.7. de confeſſ. dub.14.* Iacob. de Graff. *in pract. caſuum reſeruator. lib.1.c.3.n.57.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. iuriſdictio, diff.10.n.6. & verb. ſententia, differ.1.* Hurtado *d.tr.de Pœnit.diſp.10. diffic.4.verſ.obſeruandum.* Sanch. *de matrim.lib.3.diſp.19. n.8. & diſp.34.n.2. & 3.* Piaſec. *in praxi Epiſc.p.2. cap.1.n.10.verſ.ſumm.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.1.n.93. & 94.* Homobon. de Bonis *d. tr.5. c.3.q.16.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis, tract.7. c.15.n.89.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.12.c.53.ſub n.71.* Floron. *de caſibus reſeru.p.1. c.4. §.12. n.3.* Boſſ. *d.ſect.3. caſu. 2.n.19.* Torreblanca *d. lib. 14.c.2.n.20. & 21.* Ego ipſe *d.c.19.n.5.*

21. Poſt dimiſſum beneficium non poſſe amplius Parochum abſque noua approbatione accipere Confeſſiones, nec etiam cenſeri ſufficienter idoneum, & approbatum ad illas audiendas tempore Iubilæi, reſoluunt Soar. *d.tom.4.diſp.28. ſect.4. n.20. & ſect.6.n.13.* Henriq. *d.ſum.lib.7.c.22. §.3. & 4.* Valer. Reginald. *d.lib.1. n.190.* Filliuc. *d.n.257.* Fagundez *d.c.2.n.38.* Leon. *de Iubilæo, p.2. q.9. n.25.* Flor. *de caſibus reſeru. p.1.c.4.§.52.n.7.* Boſſ. *d. ſect.3. caſu 2. n.56.* Fr. Ludou. à Cruce *in expoſit. Bull.Cruc. diſp.1. c.2. dub.7.* Trullench *in expoſit. einſdem Bulla lib.1.§.7.c.1. dub.3.n.7. verſ.dico tertiò*, Machado *d.lib.1.p.2. tract.3. docum.4.n.3.* vbi dicit contrarium probabile, *& d.part.2.tract.4.document. vltim. num.8.* Ioan. de Lugo *dict. tract.de Pœnitent. diſput.21. ſect.1. num.8.* Antonin. Diana *d.reſolut.8. verſic.notandum.* Ego ipſe *dict.cap.19. num.6.*

Contra Fr.Emm. *in addit. ad Bullam Cruciatæ, §.9.n.4.* Villalob. *d.tom.1.tr.27.clauſ.9.§.4. num.4.*

Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient p. 2. de Pœnit. q. 5. dub. 8. concluſ. 4.* exiſtimantes Parochum etiam poſt dimiſſum beneficium cenſeri approbatum ad audiendas Confeſſiones tempore Iubilæi.

22. Intruſum de facto in parochiali beneficio, vel nullum titulum bonum, aut malum à ſuperiore habentem, inualidè confeſſiones audire, tenent Angel. *verb. confeſſio, §. 2.* Nauarr. *in man. c. 9. n. 11. & in c. placuit, de pœnit. diſt. 6. n. 176.* Chamer. *d. tr. 7. de confeſſ. dub. 21.* Marcel. Megal. *inſtit. ſacerdot. p. 1. lib. 5. c. 19. n. 12. in fine,* Valer. Reginald. *d. lib. 1. n. 98.* Ioan. Valer. *d. verb nullitas, differ. 7. ſub num. 5.* Sanch. *de matrimon. lib. 3. diſp. 22. n. 49.* declarat niſi communi errore fuiſſet pro vero parocho habitus habens titulum putatiuum à legitimo ſuperiore: additque non ſatis eſſe communem errorem, ſed neceſſarium eſſe titulum collatum à ſuperiore, quamuis inualidum ob aliquod vitium latens.

23. [*Aut ab Epiſcopis.*] Nullum præter Epiſcopum ſe intromittere debere in iis, quæ ſpectant ad approbandos Sacerdotes in confeſſionis miniſtros, deciſum atteſtatur Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno, n. 15.* Sel. *d. c. n. 27.* atteſtans deciſum fuiſſe *in Nullius, ſeu Conuerſanen. 26. Iunij, & 20. Auguſti* 1627. approbationem Confeſſariorum ad Epiſcopum ſpectare donec per alium prætendentem probetur immemorabilis, refert Stephan. de Aluin. *de poteſt. Epiſc. & Abbatum, c. 19. n. 6. fol. 105.* Sacram Cong. declaraſſe ſubditos inferiorum Prælatorum etiam exemptorum licentiam audiendi Confeſſiones, ſecularium videlicet, debere petere ab Epiſcopo, ab eoque approbationem obtinere, & offerri debere Epiſcopo à ſuperiore illarum Eccleſiarum. Atque in vna Toletana ſubdit eandem S. Congreg. cenſuiſſe hoc decretum habere locum etiam in Presbyteris ſecularibus ſubiectis Prælatis etiam exemptis, dummodo ſint in diœceſi; & in alia Fotoſempronien. declaraſſe nullum Confeſſarium poſſe audire Confeſſiones ſecularium etiam Sacerdotum (vt loquitur Concilium) niſi priùs fuerit approbatus ab Epiſcopo etiamſi eſſet in oppidia exemptis, dummodo illa ſint intra limites diœceſis, & quod nullus Abbas, qui non ſit nullius, poſſit approbare Confeſſarios ad ſecularium Confeſſiones audiendas, ſed quòd id ſpectat ad Epiſcopum intra cuius diœceſis fines exiſtit, latè fuit reſolutum in Rota apud Tambur. *in fine tom. 3. de iure Abbatum, dec. 45. 46. & 47.* vbi *dec. 50.* reſoluit Epiſcopo dari manutentionem quoad approbationem huiuſmodi ex ſola aſſiſtentia priuatiuè quoad alios inferiores.

24. Procedere in Epiſcopis electis & confirmatis, licèt non conſecratis, reſoluunt Chamerot. *d. tr. de confeſſ. dub. 13.* Nouar. *in ſingular. canon. concl. 68. n. 2.* Barbol. à S. Fauſto *d. lib. 6. q. 43.* Ego ipſe *d. alleg. 25. n. 6.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Fagund. *d. lib. 7. cap. 2. num. 47.* vbi *num. 53.* differit an peccet Epiſcopus excommunicatus non toleratus, ſuſpenſuſve ab officio Sacerdotes approbans in Confeſſarios. Stephan. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. c. 20. in princ.*

25. Vicarium Epiſcopi poſſe ex generali conceſſione facultatem Confeſſiones audiendi aliis concedere, tenent Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 29. n. 14.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 12. c. 13. à n. 73.* Narbon. *de appel. à vicario ad Epiſcopum, p. 1. n. 103.* Nouar. *d. concl. 68. n. 3.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. c. 7. n. 4.* Boſſ. *de triplici Iubilæi priuilegio ſect. 3. caſu 2. n. 60.* vbi limitat in Vicario foraneo, Torreblanca *d. lib. 14. c. 2. n. 13.* Machado *d. lib. 1. p. 2. tr. 3. docum. 3. n. 1.* Barth. à S. Fauſto *d. lib. 6. q. 45.* Fagundez *d. lib. 7. c. 3. n. 47.* Ego ipſe *d. alleg. 25. n. 8.* ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ.

Archiepiſcopum dum actu viſitat, poſſe abſoluere ſubditos ſuffraganeorum tam per ſe, quàm per alios, docent Soar. *tom. 4. de pœn. diſp. 25. ſect. 1. n. 14.* Valer. Reginald. *d. lib. 1. n. 34.* Quaranta *in ſum. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 33.* Ægid. de Coninck *dicta tom. 2. diſp. 8. num. 21. verſ. nota Archiepiſcopum,* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 7. c. 14. n. 75.* Hurtad. *d. tr. de Pœnit. diſp. 10. diff. 4. verſ. Archiepiſcopus,* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 6. q. 72.* Ego ipſe *d. alleg. 25. n. 7.* 26.

Capitulum Sede vacante poſſe approbare, & exponere Confeſſores per Vicarium à ſe electum, cùm ſuccedat in omni iuriſdictione Epiſcop. competente præter caſus in iure expreſſos, & hic actus approbandi non eſt actus formaliter Ordinis, & dignitatis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis ordinariæ, tenent Soar. *d. tom. 4. diſp. 28. ſect. 5. n. 2.* Henriq. *lib. 3. de Pœnit. cap. 6. in princ.* Fagund. *d. c. 2. n. 54.* Campan. *d. c. 13. n. 74.* Boſſ. *d. ſect. 3. caſu 2. num. 61.* Torreblanc. *d. lib. 14. c. 2. num. 15.* Stephan. Daluin. *d. tract. de poteſt. Epiſcop. & Abbatum, c. 20. n. 4.* Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. n. 54.* Barthol. à S. Fauſto *d. tr. de Pœnit. lib. 6. q. 46* Ego ipſe *d. alleg. 25. n. 10.* 27.

Abbates ſeculares, & Priores magnos exemptos, nullius diœceſis, qui in ſuos ſubditos habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt in Luſitania eſt Prælatus Thomarienſis, & Prior, ſeu Vicarius generalis Prioris Cratenſis; & in Caſtella Abbas Compluti Regij, & Metinæ campeſtris, comprehendi ſub nomine Epiſcopi, de quo in præſenti, obſeruant Camp. *d. c. 13. n. 76.* Fagund. *d. lib. 7. c. 1. n. 55.* Suar. *de Pœnit. to. 4. diſp. 28. ſect. 5. n. 3.* Steph. Daluin. *d. c. 20. n. 5. cum ſeqq.* Machado *d. docum. 3. n. 1.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec. 22. n. 4. & in ſua praxi aurea reſol. 301.* Tambur. *de iure Abbatum, tom. 2. diſp. 6. q. 11.* latè Boſſ. *d. ſect. 3. caſu 2. n. 62 cum ſeq.* Nouar. *d. concl. 68. n. 4.* & cenſuit Rot. *deciſ. 322. p. 1. recentior.* & quòd Priores de Velez & de Merida habeant iuriſdictionem approbandi Confeſſarios pro ſecularibus, docent Ioan. de la Cruz *in ſum. de ſacram. Pœnit. dub. 6. concl. 3. fol. 197. & dub. 8. concl. 4.* Ioan. Sanc. *in ſelectis diſp. 49. n. 9. in fine.* Abbates igitur qui non ſunt nullius, non poſſunt approbationem huiuſmodi dare. Rota apud Tambur. *tom. 3. de iure Abbatum fin. dec. 45. & 46.* 28.

Epiſcopi eius loci, in quo fit Confeſſio, approbationem eſſe neceſſariam meritò ſuſtinent Nau. *in man. c. 27. n. 266. verſ. ſextum,* Gambarupt. *de caſibus reſeru. c. 2. n. 30.* Fr. Emm. *in explic. Bullæ Cruciatæ §. 8. n. 5.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tr. 5. c. 2. q. 14.* Campan. *d. c. 13. n. 77.* Vgolin. *de officio Epiſcopi c. 7. §. 2. n. 8.* Ego ipſe *d. alleg. 25. n. 30.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Paul. Layman. *d. lib. 5. tr. 6. c. 11. n. 9.* Ioan. Valer. *d. verb. abſolutio, differ. 2. n. 9. & 14.* Floron. *de caſibus reſeru. p. 1. c. 4. §. 12. n. 6.* Lezana *in ſum. q. Regul. c. 19. n. 4. & 19.* Torreblanca *d. lib. 24. c. 2. n. 12.* Ioan. de Lugo *d. tr. de pœnit. diſp. 21. ſect. 2. n. 27. cum ſeqq.* & præcipuè *n. 35.* nam licèt ibi dicat requiri approbationem Ordinarij ipſius Confeſſarij, tamen cùm addat eam approbationem durare ſolum quamdiu manet ſub illo Ordinario, ita vt ſi domicilium mutet, requiri approbationem noui Ordinarij, videtur reſoluere eſſe neceſſariam approbationem Epiſcopi eius loci, in quo fit Confeſſio. Approbatum enim ab alio quàm à Valentino Ar- 29.

Archiepiſcopo

chiepiſcopo in diœceſi Valentina non cenſeri approbatum ab Ordinario, referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Confeſſor, verſ. preter*, Fr.Emman. *d.§.9.n.5.* Ægid.de Coninck *d. tom.2. diſp.8. n.52.* Ludouic.Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p.4. caſu 20.verſ.tandem*, Vgolin. *d. §.2. n.8.* Paul. Layman. *in ſum. Theolog. moral. lib.5. tract.6. c.11. n.9.* Campan.*rub.12 c.13.n.76. in fine*, Vgolin. *d.§. 2.n.8.* Armendar. *in addit. ad recopil.legum Nauarra lib.4. tit.29.l.1.§.1.n.12.* Barthol.à S Fauſt.*in tr. de Iubil.extraord.lib.4 q.75. & 76.* Et confeſſiones extra diœceſim, in qua fuerunt approbati Presbyteri, eos audire non poſſe, etiam ſubditorum Epiſcopi approbantis, niſi iuriſdictionem in tales ordinariam habeant, obſeruauit Sel. *d. c.14.n.40.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Cremonen.ſub die 8.Maij* 1610. addens in eadem *ſub die 22. Maij eiuſdem anni*, fuiſſe reſolutum Confeſſarios extraordinarios ab Epiſcopis approbatos ad confeſſiones audiendas, ſiue ſint Regulares, ſiue ſeculares, nullo pacto eas audire poſſe extra diœceſim Epiſcopi approbantis, quamuis Confeſſores ſint eidem Epiſcopo ſubiecti. Et priuilegium à Sede Apoſt. nulla facta derogatione Concilij indultum Patribus Congregationis Oratorij, vt qui ex eis præuio examine ad audiendas confeſſiones in ipſa Vrbe à Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem abſque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum confeſſiones liberè audire valeant, omnino obſeruandum eſſe refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuam tract.de benefic.p 4.c.5.n.31.*

Contra Henriquez *in ſum.lib.6.c.6. §.7. & lib.7. c.12.§.4.* Viuald. *in candelab. aureo*, vbi de Confeſſione, *n.28.concluſ.3.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. abſolutio, differ.1. n.12. verſ. patet*, Diana *moral. reſol.tom.1.tract. de Bulla Cruciat.reſol.7. & tom.2.tract.4.de Sacram reſolut.*110. & alios exiſtimantes ſufficere cuiuſcunque Epiſcopi approbationem.

Et contra Gutier. *Canon.lib.1.c.27. n.6.* mordicus defendentem, & Filliuc. *in quaſt. moral. tract.7. c.9.quaſ.11. n.262.* Villalob. *in ſumm. p.1. tr.4. dub. 50.n.3.* Ludou.à Cruce *in expoſit. Bulla Cruciat. diſp.1. cap.2.dub.3.n.1.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.14.c.2.n.12.* Hurtado *d. tract. de Pœnit. diſp 10. diffic.18.* putantes requiri approbationem Epiſcopi ipſius pœnitentis.

Et demum contra Soar. *d.diſp.28.ſect.6. num.6.* Ægid. de Coninck *d.tom.1. diſp.8. dub.8. n.50. & 51.* Bonacina *de Sacram.diſp.5.q.7. puncto 4. §.1. n. 15.* Molfeſ. *d.tract.7. c.16. à n.18.* Valer. Reginald. *d.lib.1.n.175.* Fagundez *d.c.2. n.92.* Boſſi. *d. ſect.3. caſu 2.n.214.* Barthol.de S.Fauſto *tom.3. in tract. de Pœnitent. lib.6. q.42.* & alios exiſtimantes neceſſariam eſſe approbationem Epiſcopi ipſius Confeſſoris.

30. Epiſcopum vigore priuilegij, de quo *in c.vlt.de pœnit.& remiſſ.* in ſuum Confeſſarium eligere non poſſe Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario non fuerit ad id iuxta hoc decretum admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas Confeſſiones, referunt deciſum Soar. *d. diſp.28.ſect.4.n. 7.* Proſp. de Aug. *in addit. ad Quarant. in ſum.Bullarij, verb. Archiepiſc. auctoritas, verſ.nouum, in fin.* Aloyſ.Ricc.*in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.548.in 1. edit.* aliàs *reſol.470. in 2.edit.* Ægid.de Coninck *d. diſp.8.n.10.* Azor. *inſtit.moral p.2.lib.4 cap.2. quaſ. 16.verſ.quares*, Armendar. *in addit.ad recopil. legum Nauarra lib.1.tit.18. l.7.de Epiſcopis, n.54.* Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Epiſcopus 6.* Coriol. *de caſibus reſeru.p.1.ſect.1. art.21. n.3. verſ.* Barboſ.Collect. in Concil.Trid,

at contra, Iul.Lauor. *de indulgent.& iubil. p.1. c.21. n.59.* Ioan.Valer. *d.verb. abſolutio, differ.1. & verb. iuriſdictio, differ.14. & verb. multas, differ.5. n.2.* Molfeſ. *d.tr.7.c.15.n.34.* Fagund. *d.lib.7.cap.2. à n. 78.* Alphonſ.de Leon. *de Iubil p.1.q.9.n.28.* Filliuc. *tom.1.tr.7.c.9.n.256.* Fauſt. *de Iubil.lib.4.q.73.* Diana *mor.reſol.p.3.tr.2.reſol.3.* Ludou.à Cruce *in expoſit. Bull. Cruc. diſp.1. c.2. dub.22. & 23.* Ioan. de Lugo *d.tr.de Pœnit. diſp.21.ſect.1.n.3. & ſect.2. n. 38.* Barthol.à S.Fauſto *d.lib.6. q.42. verſ. tum quia, & q.50. & quaſt.81. cum ſeqq.* vbi de Epiſcopis titularibus, & qui renunciarunt dignitati Epiſcopali, depoſitis ſeu ſuſpenſis, an fruantur hoc priuilegio.

n Per examen] Vnde ſine eo nullum, etiam Doctorem, vel in ſacra Theologiâ inſignem profeſſorem cenſeri approbatum, licèt ad illud admitti petierit, & hoc iniuſtè ſibi denegetur, admittit in Presbyteris ſecularibus Fagundez *d lib.7. c.2. n.58.* Ioan.Sanch.*in ſelectis c.48.n.16.* Filliuc. *tom.1. tr. 7. c.9. n.257.* Trullench.*d.c.1.dub.8.* Torreblanca *d.lib.14.c.2. num.24.* & in Regularibus agnoſcunt Valer.Reginald. *d.lib.1.n.192.* Ægid. de Coninck *d. diſp.8. num.58.* Fernandez *in examine Theolog. mor.p.3.c.9.§.8. n.2.* licèt non defuerint qui exiſtimauerint Epiſcopo nolente ſine iuſta cauſa admittere præſentatos, eos poſſe omnia perinde exercere, ac ſi admiſſi, & auctorizati eſſent, è quorum numero videntur eſſe Fagundez *d. c.2. num.16.* Layman. *in Theologia morali lib. 4. tract.6. cap.11. n.4.* Fincl. *de caſibus reſeruat. cap.3. num.3.* Villalob. *in ſumm.tom.1. tract.9. diffic.53. n.3.* Laurent. de Peyrinis *de Relig.ſubdito tom.1.q.1. c.21. § 2.* Diana *moral.reſol.p.3.tract.2. reſol.24.* Lezana *in ſum.q. Regul.c.19.n.3.* Boſſ. *d.ſect.3.caſu 2.n.17.* Eraſm.à Cochier. *de iuriſd.Ordin.in exemptos p.4.q.77.* Hurtado *d.diſp.10.de Pœnit.diffic.15.verſ.Nauarro.* | 31.

Vnde non exiſtimo bene cenſuiſſe plures ex Theologis Regularibus, dum credunt Epiſcopos teneri approbationem dare, ſi Religioſi illis præſentati ſecundùm formam *Clem. dudum, de ſepult.* poſt examen inuenti ſint capaces, & idonei ad officium Confeſſionum audiendarum, & ſi ſuam approbationem abſque rationabili cauſa dare recuſent, poſſe audire Confeſſiones. Ex quorum numero ſunt Fr.Emman. *ad Bull.Cruc.§ 9. n.10.& q.Regal. tom.1. q.59. n.3.* Cæleſt.*in compendio Theolog.moral.tract.1.c.16. n.1.& c.14.n.4.* Portel.*dict. verb.Confeſſor.Regularis, n.2.* Villalob.*d.p.1.tract.9. diffic.55.n.2.* Hieron.Roderic.*in compendio q. Reg. reſol.31 n.9.in fine*, Antonin. Diana *moral.reſol.p.5. tract.13.reſol.45.*

o Si illis videbitur eſſe neceſſariam.] Epiſcopum igitur poſſe Sacerdotibus concedere licentiam audiendi Chriſti fidelium Confeſſiones, etiamſi examini non exponantur, aſſerunt Aloyſ.Ricc.*in praxi aurea reſol.21.* Valer.Reginald.*d.lib.1. num.197.* Ægid.de Coninck *d.diſp.8.n.49.* Fagundez *d.lib.7. c.2. n.70.* Sed non poteſt ſubditis ſuis facultatem concedere eligendi ſibi Confeſſarium ex non approbatis quem non voluerit, Suarez *tom.4.diſp.28. ſect.7.n.17.* 32.

p Et approbationem.] Quamuis in ſcriptis non habeatur, vt per Valer.Reginald. *d. lib.1. num.198.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis p.1. ſect.2. art.7. n.3.* Homobon.de Bonis *de examine eccl.tr.5.c.2. q.10. prope fin.* vbi aduertit conſultius eſſe præfatam in Confeſſariũ approbationem in ſcriptis dari, vt ipſe eam exhibere poſſit quoties expedire, & opus eſſe iudicauerit: *& tr.11. q.12. reſolut.1.* Boſſ. *d.ſect.3. caſu 2.§.1.n.11.* Diana *moral.reſol.p.5.tr.14.reſ.41.*

refero Ego ipſe *d.alleg.26.n.22.* ſecundum Lugdunenſ.impreſſ.

34. Idem eſſe approbare aliquem Sacerdotem ad adminiſtranda Sacramenta, atque illum approbare ad Confeſſiones audiendas, aſſerunt Henriq. *in ſumm. lib.11. cap.3. §.5.* Sanchez *de matrim. lib.3. diſp.35.n.8.* quos refert & ſequitur Fagund. *d.lib.7. cap.3. num 6.*

35. Approbatum ab Epiſcopo abſque iudicio, vel contra iudicium ſciente non eſſe idoneum, non cenſeri approbatum, quia hoc decreto exigitur vt Confeſſarius, qui non habet parochiale beneficium, iudicetur idoneus: hic autem vere non iudicatur idoneus, ſed ficte, cùm Epiſcopus interiùs ſentiat, & iudicet non idoneum, reſoluunt Soar. *d. tomo 4. diſp.28. ſect.5. num.7. verſ.& fortaſſe.* Valer. Reginald. *d lib.1. num.197.* quos refero *d. alleg.25. num.40.* Bartholom. a S.Fauſto *in tract. de habil. extraord. lib.4. quæſt.79. & 80.* qui etiam tenent validam eſſe approbationem quando Epiſcopus aliquem iudicat, & approbat tanquam idoneum, ſed re ipſa non eſt idoneus.

36. Epiſcopum debere Confeſſarium non ſolùm interiùs iudicare idoneum, verùm etiam exteriùs approbare, & iuriſdictionem concedere, aſſerunt Soar. & Valer. Reginald. *locis proximè citatis*, Ægid. de Coninck *d.tom.2.diſp.8 n.49.*

Epiſcopum nominatim denunciatum poſſe validè Sacerdotes ad Confeſſiones approbare, tenent Nauarr. *in cap.placuit, de Pœnit.diſt.6.num.51.* Henriquez *lib.3.cap.6. n.3.* Fr. Emman. *in ſumm.tom.2. cap.24. n.5.* Sanchez *de matrimonio lib.3. diſp.21. num.7.* Fagundez *d. lib.7. cap.2. num.50.* quia hæc approbatio non eſt actus iuriſdictionis, ſed tantùm teſtimonium approbantium ſufficientiæ Sacerdotis, ſine quo non poteſt Sacerdos licitè, nec validè Confeſſiones audire. Quicquid teneant Victor. *de Confeſſ. num.252.* Sylueſt. *verb. abſolutio 2. quæſt.6. & verb. confeſſor. 1.q.4.* Guttierrez *canon.lib.1.cap.1. num.89.*

37. Inualidè Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare Sacerdotem credentem Superiorem ratam habere abſolutionem de futuro, niſi eam ratam habeat de præſenti ſigno aliquo externo, reſoluunt Nauar. *in man.cap.9.num.5.& in cap.placuit, num.105.* Nugn. *in addit. ad 3. p. q.8. art.5. dub.1.* Peſant. etiam *in addit.ad 3. p. q.10. diſp 5.* Henriq. *lib.6.c.13. §.13.* Soar. *d.tom.4.diſp.15.ſect.1.n.13.* Coriolan. *d.ſect.2. art.10.num.2.cum ſeqq* Valer.Reginald. *d.lib 1.n.89. & 95.* Paul.Santor. *de caſibus Papalib.& Epiſc.p.1. à num.39* Chamerot. *d. tract.7. de confeſſ. dub.29. pag.488.* Fagundez *d. lib.7. cap.2. num.71.& 72.* quos refero *d. alleg.25. num.23* Floron. *de caſibus reſeruat. p.1. cap.4. §.17. numero 3.* Paul. Layman. *d. lib.5 tract.6.cap.10. num.16.* Boſſi. *d.ſect.3.caſu 2. num.155.*

38. Licentiam delegatam audiendi Confeſſiones non expirare mortuo, vel amoto delegante, quia eſt quædam gratia, tenent Iacob de Graff. *in aureis deciſ. p.1.lib.1.cap.13.n.49* Henriq. *lib.6 cap.6. §.7. in fine.* Chamerot. *d tract.7. de confeſſ. dub.27. pag. 488.* Ioan. de la Cruz *de ſtatu Religion. lib.2.cap.3. dub.1. concl 3. verſ.ex dictis*, Sanchez *de matr. lib.8. diſp.28. num.80.* Coriolan. *d.part.1.ſect.2.articulo 8.* Ioan. Valer. *d. verb. abſolutio, differem.1. n.18. verſ. obſerua*, Campan. *d. rubr.12. cap.13. num.69.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. p.1. tract.5. cap.3. quæſt.17.* Ccned. *canon. quæſt. lib.1.quæſt.38. n.20.& 21.* Fagundez *d. lib.7.cap.2. num.34.* quos refero *d. alleg.25. num.43* Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. cap.18. num.10.* Boſſi. *d.ſect.3. caſu 2. §.1. num.9.* latè Ioan. de Lugo *de Sacramentis in tract. de Pœnit. diſp.19. ſect.2.n.36.cum ſeqq.* Bartholom. à S.Fauſto *d.lib.6.q.98.* Torreblanca *d. lib.14. c.2. n.28.* Hurtado *d.tract.de Pœnit.diſp.10. diff.4. verſ. Circa, cum ſeqq.* vbi addit etiamſi dicat, *Quamdiu nobis placuerit.*

Religioſum, qui ſemel fuit generaliter approbatus, ſi recedat à diœceſi in qua fuit ſimpliciter approbatus, & poſtea iterum redeat, non teneri nouam quærere approbationem, & licentiam, etiamſi interim mutati fuerint Epiſcopi in illa diœceſi, tenent Nugn. *in addit. ad 3.p. q.8. artic.3. dub.1. concl.2.* Henriquez *d.c.6.§.7.* Zerol. *in praxi de ſacrament. Pœnitent. cap.16. q.2. verſ. quòd ſi verò*, quos refero *d. alleg.25. num.44.* quibus addo Fagundez *d. lib.7. cap.2. num.14.* Bartholom. à S. Fauſto *d. tract. de Pœnitent. lib.6. quæſt.54. propè finem.* Si verò ſemel approbatus à proprio Epiſcopo, eius diœceſim mutet, indiget noua approbatione alterius Epiſcopi, in cuius diœceſi modò verſatur, quia vſu receptum eſt, & à ſacra Congregat. deciſum, vt qui fuit in vno Epiſcopatu approbatus, ſi ad alium Epiſcopatum tranſeat, iterum approbetur ab Epiſcopo loci, in cuius territorium transfertur. Ita Iacob. de Graff *lib.2. append.cap.5. num.13.* Zerol. *in praxi pœnitent. cap.16. quæſito 8.* Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, p.1. c.7. §.2.n.8.* Beja *in reſp.caſuum conſcient. p.4. caſu* 20. Barthol. à S. Fauſto *d lib.6.q.54.* 39.

Confeſſarios, ſi non fuerunt examinati, quando approbati extiterunt, poſſe ab Epiſcopo ſuſpendi, & examinari, firmat Sel. *d cap.14.n.17.* atteſtans ſic decidiſſe *S. Congreg. Epiſcop. & Regul. in Vercellen. 31. Iulij* 1615. 40.

Regularibus facultatem audiendarum Confeſſionum ad beneplacitum per Ordinarios conceſſam poſſe quandocunque reuocari, tenent Sel. *d. loco*, referens ita firmaſſe eandem *S. Congreg. in Papien. 12. Martij* 1619. 41.

Confeſſarios ſeculares ad certum genus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus ab Ordinario approbatos minimè poſſe, etiam vigore Bullæ Cruciatæ, pœnitentium Confeſſiones audire vltra facultatem ipſis ab Ordinario con[illegible]um, tradit idem Sellius dicens ſic fuiſſe deciſum *in Cæſaraguſtana 7. Septembris* 1615. 42.

Approbationem obtentam per Sacerdotem ſecularem, vel Regularem ab Ordinario ad Confeſſiones audiendas, poſſe ab Epiſcopo ſucceſſore pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate vſque ad nouum examen ſuſpendi, dicit Sel. *d cap.14.num.23.* aſſerens ita fuiſſe deciſum *in Liman. 19. Septembris* 1625. 43.

Regulares ab Epiſcopo anteceſſore præuio examine approbatos ad perſonarum ſecularium Confeſſiones audiendas, poterit modernus Epiſcopus pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete iterum examinare, & ſi minus idonei reperti fuerint, reprobare, tenet Sel. *dict. cap.14. num.27.* ſic fuiſſe reſolutum *in Albanen. 5. Februarij* 1628. & in alia *ſub die 7. Ianuarij* 1630. & ita etiam decidere *S. Congregat. Epiſcop.& Regul. ſub die 23. Nouembris* 1629. 44.

Approbationem ab Epiſcopo obtinentes ad certum tempus, eo lapſo non poſſunt Confeſſiones audire abſque noua Epiſcopi ipſius licentia & approbatione, præuio, etiamſi eidem libuerit, nouo examine. Illi verò, quos ipſemet Epiſcopus ad Confeſſiones huiuſmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter, ac ſine vlla temporis præfinitione, nullatenus poſſunt ab eodem reprobari ſine noua 45.
cauſa,

cauſa, eaque confeſſiones ipſas concernente. Cæterum an eadem cauſa ſubſit, necne, Epiſcopus non tenetur ipſis Regularibus ediſcere, ſed Sedi Apoſt. dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit, ita S. D. Vrbanus VIII. per ſuas litteras in forma Breuis ad futuram rei memoriam reſcripſit Eminentiſſimo Cardinali de Sandoual, Eccleſiæ Gienen. Præſuli *ſub dato Romæ apud S. Petrum 30. Ianuarij* 1629. & alias litteras in forma Breuis eiuſdem tenoris, & ſub eadem data directas fuiſſe D. D. Chriſtophoro de Lobera Epiſcopo Corduben. refert nouiſſimè Torreblanca *de iure ſpirituali lib.* 14. *c.*3.*n.*23. & 24. Nam Epiſcopus poteſt tales licentias limitare ad certum locum, tempus, & perſonas. Guttierrez *Canonic. lib.*1. *cap.*27. *num.*18. & 19. Fr. Emmanuel *quæſt. Regularium tomo* 1. *quæſt.*59. *art.*8. Soarez *tomo* 4. *diſp.*28. *ſect.*7. *dub.*6. Vgolin. *de officio Epiſcopi*, *c.*29. *num.*6. Cened. *lib.*1. *q.*38. *n.*20. & 21. Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſtico tract.*8. *c.*2. *quæſ.*7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.*7. *c.*2. *num.*17. ſacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita *in vna Cæſaraugustana* 7. *Septembris* 1625. Multas quæſtiones circa approbationem & reprobationem ſecularium & Regularium Confeſſariorum, vide apud Bartholom. à S. Fauſto *lib.*6.*q.*101. *cum multis ſeqq.*

46. Poſſe Epiſcopum Regulares vtcumque à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à Confeſſionibus audiendis, ſi illi cum ſcandalo, aut alias inhoneſte viuant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili ipſius Epiſcopi iudicio, in quo ipſius tantùm conſcientia onerata eſt, videantur à confeſſionibus ſuſpendendi, cùm præcipua miniſtri qualitas ſit integritas vitæ, ac morum honeſtas, & ea cauſa ad miniſterium confeſſionis pertineat, aſſerit Aldan. *in compendio canonic. reſolutionum lib.*1. *tit.*13. *n.*4. referens ita decidiſſe ſacram Congregationem Epiſcop. & Regular. *in Vrsolen.* 30. *Auguſti* 1630.

47. Epiſcopos, locorumque Ordinarios nullo pacto adimere poſſe facultatem audiendi Confeſſiones omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſariis ſacra Congregat. inconſulta, tenet Aldan. *dict. titul.* 13. *numero* 5. atteſtans eandem S. Congregat. ita cenſuiſſe *ſub die* 20. *Nouembris* 1615.

48. Iuſta atque legitima exiſtente cauſa bene poſſe Epiſcopos Confeſſariorum etiam Regularium approbationem, ac iuriſdictionem reſtringere, & limitare ad certum tempus, vel locum, ſeu perſonas, reſoluunt Soarez *d. tomo* 4. *diſp.*28. *ſect.*7. *dub.*6. Guttierez *Canonic. lib.*1. *c.*27. *n.*18. & 19. Fr. Emmanuel *quæſtionum regularium tomo* 1. *q.*59. *art.*8. Fr. Ludouic: Miranda *d. q.*45. *art.*10. *concl.*1. Homobon. de Bonis *d. tract.*5. *c.*3. *q.*17. Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi*, *p.*1. *c.*20. *n.*6. Cened. *d. q.*38. *n.*21. & 22. Fagundez *d. lib.*7. *c.*2. *n.*17. vbi *n.*45. quærit, & reſoluit, an approbatus ab Epiſcopo cum limitatione perſonarum veluti ad ſolas virorum confeſſiones dumtaxat, aut ad fœminarum confeſſiones, non virorum, ſit per Bullam, aut Iubilæum eligibilis à fœminis, & à viris.

49. Vicarios licèt temporales appoſitos in Eccleſiis parochialibus vnitis, & dependentibus à Religione Hieroſolymitana, debere Epiſcopum, ſi ſimpliciter idonei reperti fuerint, approbare, tenet Ald. *d. tit.*13. *n.*6. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Auguſtana* 4. *Decembris* 1630.

Generalem Religionis poſſe ſuos ſubditos ex quacunque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extraiudicialiter à Confeſſionibus audiendis ſuſpendere, refert Peregrin. *in conſt. cleric. regul. p.*1. *c.*5. *litt. D. in fine*, atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die* 2. *Iulij* 1627. 50.

x Quæ gratis detur.] Gratis oportere concedi huiuſmodi licentias, referunt deciſum Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ*, *lib.*1. *tit.*18. *l.*7. *de Epiſcopis*, *n.*10. *reſp.* 5. Garc. *de benefic. p.*8. *cap.*1. *n.*77. *in reſp. ad* 5. Ego ipſe *d. alleg.*25. *n.*11. ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ. 51.

Cancellario Epiſcopi nullo pacto licere etiam in vim taxæ antiquæ pro approbatione ad confeſſiones audiendas, quam hoc decretum gratis dari mandauit, quicquam exigere, refert deciſum in vna Aprutina Aldan. *d. tit.*13. *n.*8. 52.

Sub verbis ſuprà relatis contineri præceptum quo præcipitur Epiſcopis vt huiuſmodi approbationem gratis impendant, non contineri verò conditionem neceſſariam, qua non ſeruata non valeat approbatio, aſſerunt Soar. *d. tom.*4. *diſp.*28. *ſect.*5. *n.*10. *in fine*, Fagundez *d. lib.*7. *cap.*2. *num.*66. 53.

λ Non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, &c.] Neminem admitti poſſe ad confeſſiones ſecularium audiendas, niſi ſit approbatus ab Epiſcopo quocunque priuilegio & conſuetudine etiam immemorabili non obſtante, ex ſacræ Congreg. deciſione dicit reſolutum Rota *dec.*655. *n.*1. apud Farin. *p.*1. *in poſthum.* & *n.*4. ſubdit non videri Concilium in præſenti ſuſtuliſſe ius quæſitum Prælato inferiori vigore concordiæ, vel arbitralis ſententiæ à Sede Apoſt. ex certa ſcientia confirmatæ. Eadem Rota apud Tambur. *in fin. tom.*3. *de iure Abbatum, deciſ.*49. *à n.*1. Hinc tolli conſuetudinem antiquiſſimam Sacerdotum, quia alij aliis mutuò confitebantur ante Concilium abſque vlla alia approbatione, tradit Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.*3. *cap.*13. *n.*5. *ad fin.* quem refert, & ſequitur Fagundez *d. lib.*7. *cap.*2. *n.*49. vbi ſimiliter aſſerit abrogatam eſſe antiquam illam conſuetudinem, qua olim ſolebant Parochi committere ſuas vices cuicumque Sacerdoti volebant; hodie namque poſt Concil. Trident. non poſſe à Parocho dari licentiam ſuis parochianis ad confitendum aliis, niſi ſint ex approbatis ab Ordinario, meritò reſoluunt Fr. Emman. *in ſumma tom.*1. *cap.*60. *n.*1. Nugn. *in addit. ad* 3. *p. q.*8. *art.*5. *dub.*7. Gambarupta *de caſibus reſeruatis, cap.*2. *num.*20. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum*, *verb. Parochus*, *differ.*4. & *verb. nullitas*, *differ.*5. *verſ. ſeptimò*, Fagund. *d. præcept.*2. *lib.*7. *cap.*2. *n.*42. Squillante *de priuileg. clericor. c.*1. *n.*70. vbi *n.*73. poſt Gutier. *canon. lib.*1. *cap.*27. *n.*21. Villalob. *in ſum. tom.*1. *tract.*9. *diffic.*49. *n.*9. Petr. Fay *de Pœnit. q.*8. *art.*5. *diſp.*1. Anton. Diana *moral. reſol. tom.*2. *tract.*4. *de Sacr. reſol.*46. Ioan. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp.*11 *ſect.*1. *n.*6. Barthol. à S. Fauſt. *d. lib.*6. *q.*48. & Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *c.*8. *n.*132. tenet delegatum poſſe eſſe alium Parochum eiuſdem diœceſis, vbi delegans habet beneficium parochiale, vel ſacerdotale approbatum ab Ordinario loci vbi exerceri debet hæc iuriſdictio: refero Ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi, cap.*19. *n.*27. & tolli conſuetudines præcedentes, & non futuras, reſoluit Angulan. *de legib. lib.*2. *centur.*20. *n.*21. & 22. 54.

Quiſque ordinandus vtilis ſit Eccleſiæ, & in ea adſcribatur, functurus ſuis ibidem muneribus. Deſertor puniatur. Nemo peregrinus ſine litteris commendatitiis ſui Ordinarij celebret.

CAPVT XVI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Aſcriptio alicui Eccleſiæ in ordinatis fieri debet in ipſa promotione.*
3. *Locum habet etiam in familiaribus triennalibus Epiſcoporum.*
4. *Presbyteros, & clericos aſcriptos Eccleſiis non poteſt Epiſcopus ob neceſſitatem Eccleſiæ cogere ne diſcedant ab ea cauſa ſtudij.*
5. *Ordinari nullus poteſt contra prohibitionem ſui Prælati.*
6. *Subditus alienus ad celebrandum, & ad ſacramenta adminiſtranda admittendus non eſt ſine commendatitiis proprij Epiſcopi.*
7. *Commendatitiæ litteræ deneganda non ſunt ab Epiſcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia reſidentiam requirentia.*
8. *Commendatitiæ litteræ pro clerico peregrinari volente ſunt obtinendæ ab eo, qui huiuſmodi clerici Ordinarius fuerit.*
9. *Epiſcopus prohibere poteſt ne Regulares in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros diuina officia celebrare permittant.*
10. *Epiſcopus poteſt admittere Sacerdotes exteros habentes litteras dimiſſorias ſuorum Ordinariorum ad Sacramenta adminiſtranda.*
11. *Clericus peregrinus poteſt ſine litteris commendatitiis ad celebrandum admitti, ſi fidem faciat de ſua ordinatione.*
12. *Clericus adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ non poteſt abeſſe inconſulto Epiſcopo.*
13. *Epiſcopus non poteſt ante ordinationem exigere ab ordinandis promiſſionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ.*

a Cap. neminem, 70. diſt.
b Ex canonũ exatorum ſeſſ 14. c. 17.
c Conc. Nicœnũ c. 15. & 16. c. Sãctorum, 70. diſt c. tuç, de cler peregr. Concil. Antioch. cap. 7.
d 1. Carth.

CÙm [a] *nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi* non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, ſancta Synodus, veſtigiis ſexti canonis Concilij [b] Chalcedonenſis inhærendo, ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pro loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, nõ aſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. [c] Quod ſi locum inconſulto Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. ß *Nullus præterea* [d] *Clericus peregrinus* ſine commendatitiis ſui Ordinarij litteris ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda ac Sacramenta adminiſtranda admittatur.

Concil. Chalcedonenſ. cap. 13. Concil. Aquiſgranen. cap. 59. & 61. Concil. Epaunen. cap 6. Concil. Aurelian. 3. cap. 15. cap. 3. Laodic. c. 41. 3. Carthag c. 28.

1. VIde Aldan. *in compendio canon. reſ. lib. 2. tit. 8. num. 3. cum ſeqq.* Sel. *in ſelectu canon. c. 13. ex n. 25.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 2. alleg. 21. à princip.*

2. a *Cùm nullus debeat ordinari qui iudicio ſui Epiſcopi, &c.*] Adſcriptionem alicui Eccleſiæ in ordinatis fieri debere in ipſa promotione, refert deciſum Garc. *de benefic. p. 2. c. 5. num. 101.*

3. Locum habere etiam in familiaribus triennalibus Epiſcoporum, qui ad titulum patrimonij poſſunt promoueri, nam & iſtos debere adſcribi alicui Eccleſiæ ordinantis, aſſerit reſolutum Sel. *d. c. 13. n. 25.*

4. Presbyteros, & clericos adſcriptos Eccleſiis non poteſt Epiſcopus ob neceſſitatem Eccleſiæ cogere ne diſcedant ab ea cauſa ſtudij, immò tenetur illis dimiſſorias, ſeu commendatitias litteras concedere, vt per Aldan. *d. tit. 8. n. 4.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 11. Martij* 1617.

5. Nullum poſſe contra prohibitionem ſui Prælati ordinari, aut de illo conqueri, ſeu ab eo appellare, eo quòd illum ordinare nolit, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 587. in 2. edit.* aliàs *in 1. edit. dec. 693.* & faciunt ſuprà dicta *ſeſſ. 21. de reform. c. 2.* ſuper illa verba, *niſi illi quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos.*

6. ß *Nullus præterea clericus peregrinus, &c.*] Alienum ſubditum ad celebrandum, ac Sacramenta adminiſtranda admittendum non eſſe ſine commendatitiis proprij Epiſcopi, tenent per hunc text. Henriq. *in ſumm. lib. 10. cap. 34. §. 6. in fine*, Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 2. q. 121. art. 1.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 9. c. 6. num. 1.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. c. 40. num. 1.* Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regular. reſol. 25. num. 17.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 21. n. 1. in fine.*

Denegandas non eſſe huiuſmodi commendatitias litteras ab Epiſcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum reſidentiam requirentia, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, n. 63.* Campan. *d. rub. 9. c. 6. n. 4.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 598. in 1. edit.* aliàs *reſol. 524. in 2. edit.* Ego ipſe *d. alleg. 21. n. 5.* 7.

Litteras commendatitias, ſine quibus ex hoc cap. clericus peregrinus ad diuina, & Sacramenta adminiſtranda admitti non debet, eſſe obtinendas ab eo, qui huiuſmodi clerici Ordinarius fuerit, aſſerit reſolutum Armend. *d. l. 7 de Epiſcopis, n. 56.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 21. n. 4.* 8.

Epiſcopum loci Ordinarium prohibere poſſe ne Regulares in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros diuina officia celebrare permittant, niſi priùs ab ipſo Epiſcopo viſis litteris commendatitiis ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 55.* Garet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Miſſa*, Nald. *ſum. eod. verbo, n. 45.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſ. 635. in 2. edit, & in dec. curiæ Archiep. Neapol. dec. 298. p. 4.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 12. c. 4. q. 16, reſol. 3. pag. 459.* Ego ipſe *d. allegat. 21. num. 8.* 9.

Epiſcopum poſſe admittere Sacerdotes exteros habentes litteras dimiſſorias ſuorum Ordinariorum ad Sacramenta adminiſtranda, ſicut poterat ad Miſſæ ſacrificium, dummodo illi verè idonei ſint, refert Armend. *d. l. 7. de Epiſcopis, n. 83.* 10.

Sacerdotes

Sacerdotes exteri ſæculares, qui abſque licentia Ordinarij celebrant in Eccleſiis Regularium, incurrunt pœnas inflictas in Synodo diœceſana, & Sacriſtæ, ſeu præfecti Eccleſiarum regularium adſtringi poſſunt ad non permittendum celebrationem prædictam, niſi exhibita licentia Ordinarij, Scl. d.c.13.n.28. vbi refert deciſum in *Neapolitana 17. Auguſti 1630.*

11. Clericum peregrinum poſſe ſine litteris commendatitiis ad celebrandum admitti ſi faciat fidem de ſua ordinatione, reſoluunt Nauarr. *conſ.1. ſub n.2. de celebr. Miſſar.* Aloyſ.Ricc. *in deciſ.Curiæ Archiep. Neapol. parte 1. deciſ.150.* ſi tamen huiuſmodi commendatitias litteras clericus peregrinus non habuerit, nec fidem fecerit, nullo iure eſſe ſuſpenſum, ſed poſſe ſecluſo ſcandalo celebrare, tenent Nauarr. *in man.cap.17.n.193.& conſ.5.de celebr. Miſſar. in antiq.* alias *conſ.1. de cleric.peregr.* Sayr. *in floribus dec.ſub illo tit.de celebr. Miſſar. deciſ.5.* Henr.d §.6. *in commento littera T.* Valer.Reginald. *in d.praxi fori pœnitent.lib.29.n.52.verſ.tantopere,* Ego ipſe *d.alleg.21.n.3.*

Clericum adſcriptum ſeruitio alicuius Eccleſiæ non poſſe abeſſe inconſulto Epiſcopo, aſſerit Scl. *d.c.13.n.28.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *in Terracinen.19.Februarij 1628.* 12.

Epiſcopum non poſſe ante ordinationem exigere ab ordinandis promiſſionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ, etiam poſt obtentum beneficium ſimplex reſidentiam non requirens, dicit Scl. *d.cap.13.n.29.* vbi refert deciſum *in Lauretana 15. Aprilis 1628.* 13.

Exercitia minorum Ordinum reſtitui debent aßignatione facta fructuum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ. Deficientibus tamen clericis cœlibatum colentibus ſufficiantur coniugati monogami, tonſurati, & induti clericaliter in Eccleſia.

CAPVT XVIII.

1. *Ordo neceſſarius eſt ad filios ſpirituales multiplicandos.*
2. *Irregularis fit clericus exercendo ſcienter Ordinem, quem non habet.*
3. *Bigamus excluditur à clericatu.*
4. *Bigamus non poteſt conſequi Eccleſiaſtica beneficia.*
5. *Bigamus effectus bigamia interpretatiua non poteſt mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum vt in Ordine ſuſcepto miniſtret.*
6. *Diſpenſare an & quando poſſit Epiſcopus in bigamia vera, vel interpretatiua.*

VT ſanctorum Ordinum à Diaconatu ad Oſtiariatum functiones, ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquandiu intermiſſæ, in vſum iuxta ſacros Canones reuocentur, *α nec ab hæreticis, tanquam otioſæ* traducantur, illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus, decernit, vt *β in poſterum huiuſmodi miniſteria, γ non niſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur*, omneſque & ſingulos Prælatos Eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt quantum fieri commodè poterit, in Eccleſiis cathedralibus, collegiatis, & parochialibus ſuæ diœceſis ſi populus frequens, & Eccleſiæ prouentus id ferre queant, huiuſmodi functiones curent reſtituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant, aut vtriſque illorum, eas functiones exercentibus ſtipendia aſſignent, quibus, ſi negligentes fuerint, Ordinarij iudicio, aut ex parte multari, aut in totum priuari poſſint. Quod ſi miniſteriis quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici cœlibes præſtò non erunt, ſuffici poſſint etiam coniugati vitæ probatæ, *δ dummodo non bigami*, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonſuram, & habitum Clericalem in Eccleſia geſtent.

α Capit.1. 25 diſt cap. acoluthus, c. exorciſta, c. lector, cap. oſtiarius, & c. pſalmiſta, 23. diſt ſupra cap 1. Innocent. in epiſt 4. c.5.

1. VIde Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.1. cap.4. num.19.* Scl. *in ſelect. Canonic.cap.19. à num.4.*

α Nec ab hæreticis tanquam otioſa, &c.] Quòd Ordo neceſſarius ſit ad filios ſpirituales multiplicandos ad Eccleſiæ regimen, docet Sayr. *de Sacrament.in genere,lib.9.cap.4.q.1. verſ. alia quatuor Sacram.*

β Ne in poſterum huiuſmodi miniſteria, &c.] Vide Azor. *inſtit. moral. part.1.lib.12.capit.18.quæſtio n.23.*

2. *γ Nonniſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur.*] Irregularem fieri clericum exercendo Ordinem, quem non habet, dummodo ſcienter, & ſeriò, & ex eo miniſtret, reſoluunt Vgolin. *de irregularitat. cap.37.* Sayr. *de cenſur.lib.7.cap.10. numero 1.* Suar. *tom.5.diſput.31. ſect.3. num.22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.30. num.191. verſ. ſexta,* Bonacin. *de cenſuris, diſput.7. quæſt.3. puncto 6. num.1.* quos refero Ego ipſe *in collect.ad cap.1.n.4. de clerico non ordin. miniſtr.* vbi *num.6.* quòd dicitur quis actum aliquem Ordinis exercere ſolemniter quando actus talis eſt, vt ab alio non poſſit exerceri, quàm ab eo, qui talem Ordinem habet. Vnde Diaconum alba, & ſtola indutum aquam ſolemniter in Eccleſia ad fontem benedicentem, eſſe irregularem, cùm benedictio aquæ, & illius exorciſmus ſpectet ſolùm ad Ordinem ſacerdotalem, tradent Franc. Leo *d. p.1.cap.6. n.13.* & Mar. Antonio. *var. reſol.lib.3.reſol.16.n.7. verſ.ſecundus.*

δ Dummodo non bigami, &c.] Bigamum excludi à clericatu pluribus citatis iuribus firmat Bellet. *diſquiſit.cleric. part.1.tit. de diſciplin. clericali, §.6. n.1.* quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.49.n.16.* 3.

Ac proinde non poſſe Eccleſiaſtica conſequi beneficia, tradunt Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. n.193.* Sayr. *de cenſur. lib.6. c.5. n.9.* Auil. *in ſimili tract. p.7. diſp.8. dub.1.* Nicol. Garc. *de benefic. p.7. cap.6. num.1. & 2.* Filliuc. *tract.41. de benefic. c.5 n.10.*

Bigamum effectum bigamia interpretatiua, etiamſi antè conſtitutus eſſet in Ordine oſtiariatus, non poteſt mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum vt in Ordine ſuſcepto miniſtret, tenet Scl *in ſelect. canon. cap.19. num.6.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Ferotrana 13. Aprilis 1630.*

Vtrùm autem & quando poſſit Epiſcopus diſpenſare in bigamia vera, ſeu interpretatiua, egi latè *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.2. alleg.49. num.22. cum ſeqq.* & ibi citatis addo Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.338. part.4.* vbi quid dicendum quoad Beneficia ſimplicia, Hieron. Roderic. *in compendio q. Regul. reſol.16. à n.12* vbi oſtendit an & quando Prælati Regulares poſſint diſpenſare cum ſuis Religioſis bigamis?

De Collegio puerorum in ſingulis Cathedralibus inſtituendo.

CAPVT XVIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Pueri in ſeminario recipiendi.*
3. *Pauperum filij.*
4. *Seminarij quatuor deputatos debet adhibere Epiſcopus in conſilium pro tota temporali adminiſtratione.*
5. *Seminarij deputati habent votum conſultiuum.*
6. *Conſilium duorum Canonicorum deputatorum in erectione ſeminarij non tenetur Epiſcopus ſequi.*
7. *Electio deputati ſeminarij ſufficit fieri per clerum ciuitatis.*
8. *Canonici duo ab Epiſcopo eligendi pro ſeminarij regulis & ſtatutis conficiendis, lucrantur diſtributiones dum ex hac cauſa abſunt.*
9. *Canonici electi ad ſeminarij adminiſtrationem perpetuò illam habere habent, nec remoueri poſſunt.*
10. *Vnio facta ſeminario abſque conſilio eorum qui hic iubentur adhiberi, non valet.*
11. *Vnio ſeminario nondum erecto fieri non poteſt.*
12. *Epiſcopus debet primùm ex ſua, & Capituli menſa contribuere ſeminario, & poſtea cogere alios.*
13. *Abbas habens proprium ſeminarium non debet cogi contribuere ſeminario Epiſcopi.*
14. *Seminarij in contributione prius detrahenda ſunt onera.*
15. *Seminarij contributio anticipatè ſoluenda eſt.*
16. *A contributione ſeminarij nullus eximitur.*
17. *Seminario nihil ſoluitur de diſtributionibus quotidianis.*
18. *Seminario nihil ſoluitur de incertis, & de legatis pro celebratione Miſſarum.*
19. *Hoſpitales data in titulum ſi habeant beneficia annexa, vel redditus Eccleſiaſticos, pro ſeminario, contribuere tenentur.*
20. *Non procedit in hoſpitalibus, in quibus ſunt bona laicorum.*
21. *Seminario debeat contribuere beneficia exiſtentia in diœceſi.*
22. *Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum tenentur contribuere ſeminario ſi ſint intra ſuas diœceſis.*
23. *Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere ſeminario pro Abbatiis, & beneficiis eorum.*
24. *Clerici Cameræ Apoſt. exempti ſunt à contributione ſeminarij.*
25. *Confraternitates coguntur contribuere ſeminario pro his, quæ habent de bonis Eccleſiarum.*
26. *Seminario contribuere tenentur Eccleſiæ ſæculares, quæ non ſunt de menſa monaſteriorum.*
27. *Portio debita ſeminario ratione beneficiorum exigi poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudent.*
28. *Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum monaſteriis annexorum ſeminario contribuere debent.*
29. *Monaſteria illa, quæ ad ſeminarium ſui Ordinis contribuunt, de eo quod ſupereſt, contribuere tenentur, etiam ſeminario.*
30. *Moniales non coguntur contribuere aliquam ſubuentionem ſeminario, ſi beneficia non habeant vnita.*
31. *Fratres S. Ioannis Hieroſol. ſiue eorum vicarij in Parochialibus Religioni vnitis non poſſunt compelli ad contributionem ſeminarij.*
32. *Seminarij à contributione eximuntur omnes, & ſingulæ perſonæ in beneficiis S. Ioannis Hieroſol. exiſtentes.*
33. *Beneficia ſimplicia, cuiuſcunque dignitatis fuerint, & qualitatis, poſſunt ſeminario vniri.*
34. *Beneficia ſimplicia quæ non poſſũt ſeminario vniri.*
35. *Vnio facta ſeminario omnium beneficiorum ſimplicium non valet.*
36. *Seminario vniri non poſſunt Collegiatarum Canonicatus, quamuis ex conſuetudine non obligent ad reſidentiam.*
37. *Beneficia iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici, nec non pertinentia ad prouiſionem inferiorum, non poſſunt ſeminario vniri.*
38. *Beneficia ſimplicia, quæ per mortem vacant, poſſunt vniri per Epiſcopum ſeminario, licèt eſſent reſeruata, ſeu affecta.*
39. *Beneficia Regularia non poſſunt ſeminario vniri.*
40. *Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regularibus qui Mendicantium priuilegiis gaudent.*
41. *Beneficia litigioſa vniri non poſſunt ſeminario.*
42. *Vniones beneficiorum reſeruatorum factæ ſeminario valida ſunt, dummodo fierent ante ipſorum vacationem.*
43. *Vnio facta ſeminario de beneficio reſeruato eſt nulla.*
44. *Beneficia quæ iam vacauerant in menſe reſeruato, vel quæ aliàs ſunt indubitanter reſeruata, non poteſt Epiſcopus vnire ſeminario.*
45. *Beneficia ſi Epiſcopus ſeruata forma Concilij ſeminario vniuerit ante eius vacationem, etiam in menſe reſeruato, vnio debet effectum ſortiri.*
46. *Cardinalis Epiſcopus habens indultum poteſt ante vacationem vnire ſeminario beneficium, quod obtinet familiaris Papæ defuncti.*
47. *Beneficia prima vacatura per reſignationem ſimplicem, non autem per conditionalem, in fauorem certæ perſonæ, vnire poteſt Epiſcopus.*
48. *Penſionarius tenetur pro rata penſionis ſoluere ſubſidium, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij.*
49. *Beneficiarius compellendus eſt pro penſione, quam ſoluit*

ſoluit ſeminario contribuere, quamuis ſeminarium erectum eſſet poſt penſionis reſeruationem.

50. *Seminarij occaſione poteſt taxa pro penſionibus detrahi, & exigi à Titularibus.*

51. *Seminario taxam ſoluere recuſantes poteſt Epiſcopus punire.*

52. *Epiſcopus an poſſit auctoritate ordinaria uniones beneficiorum ſeminario factas diſſoluere.*

53. *Scholaſtria conferenda eſt Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut iure Canonico.*

54. *Non comprehendit Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo minimè erigendum eſt ſeminarium.*

CVm adoleſcentium ætas, [a] niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfectè, ac ſine maximo, ac ſingulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeueret, ſancta Synodus ſtatuit, [b] vt ſingulæ Cathedrales, Metropolitanæ, atque his maiores Eccleſiæ, pro modo facultatum, & diœceſis amplitudine certum puerorum ipſius ciuitatis & diœceſis, vel eius prouinciæ, ſi ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipſas Eccleſias, vel alio in loco conuenienti, ab Epiſcopo eligendo, alere, ac religiosè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur. *α In hoc verò collegio recipiantur*, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere, & ſcribere competenter nouerint, & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſeruituros. *β Pauperum autem filios* præcipuè eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modo ſuo ſumptu alantur, & ſtudium præ ſe ferant Deo & Eccleſiæ inſeruiendi. Hos pueros Epiſcopus in tot claſſes, quot ei videbitur, diuiſos, iuxta eorum numerum, ætatem, ac in diſciplina Eccleſiaſtica progreſſum, partim cum ei opportunum videbitur, Eccleſiarum miniſterio addicet, partim in collegio erudiendos retinebit, alióſque in locum eductorum ſufficiet, ita vt hoc collegium Dei miniſtrorum perpetuum ſeminarium ſit. Vt verò in eadem diſciplina Eccleſiaſtica commodiùs inſtituantur, Tonſura ſtatim, atque habitu clericali ſemper vtentur. *γ Grammatices, cantus*, computi Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcent, ſacram Scripturam, libros Eccleſiaſticos, homilias Sanctorum; atque Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confeſſiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum ac cæremoniarum formas ediſcent. Curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus Miſſæ ſacrificio interſint, ac ſaltem ſingulis menſibus confiteantur peccata, & iuxta confeſſoris iudicium ſumant corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cathedrali, & aliis locis Eccleſiæ diebus feſtis inſeruiant. Quæ omnia, atque alia, ad hanc rem opportuna, & neceſſaria Epiſcopi ſinguli *δ cum conſilio duorum Canonicorum* Seniorum, & grauiorum, quos ipſi elegerint, prout Spiritus ſanctus ſuggeſſerit, conſtituent, eáque vt ſemper conſeruentur, ſæpius viſitando operam dabunt. Dyſcolos, & incorrigibiles, ac malorum morum ſeminatores acriter punient, eos etiam, ſi opus fuerit, expellendo, omniáque impedimenta auferentes, quæcumque ad conſeruandum, & augendum tam pium, & ſanctum inſtitutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus & miniſtris ſoluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios ſumptus certi redditus erunt neceſſarij, vltra ea, quæ ad inſtituendos vel alendos pueros ſunt in aliquibus Eccleſiis, & locis deſtinata quæ eo ipſo huic Seminario ſub eadem Epiſcopi cura applicata cenſeantur, *ε iidem Epiſcopi cum conſilio* duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur, itémque duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad clerum pertineat, *ζ ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis*, & Capituli, & quarumcunque dignitatum, perſonatuum, officiorum, *η præbendarum*, portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuſcunque Ordinis, etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerit, *θ & hoſpitalium*, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem, iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis, quæ incipit, [c] Quia contingit, *ι & beneficiorum quorumcunque*, etiam Regularium, etiamſi iuriſpatronatus cuiuſcumque fuerint, etiamſi exempta, etiamſi nullius diœceſis, vel aliis Eccleſiis, monaſteriis, & hoſpitalibus, & aliis quibuſvis locis piis, etiam exemptis, annexa, & ex fabricis Eccleſiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuſcumque aliis Eccleſiaſticis redditibus, ſeu prouentibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen Seminaria diſcentium, vel docentium [d] ad commune Eccleſiæ bonum promouendum actu non habentur, hæc enim exempta eſſe voluit, præterquam ratione reddituum, qui ſuperflui eſſent vltra conuenientem ipſorum Seminariorum ſuſtentationem, ſeu corporum, *κ vel confraternitatum*, quæ in nonnullis locis ſcholæ appellantur, *λ & omnium monaſteriorum*, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica

[a] 4. Tolet. c. 23. in eundem finem conſtitut. Geneſ. 8. Conc. Aquiſgran. c. 135. Concil. Lateranen. ſub Leone 10. ſeſſ. 9. de reformatione curiæ, & aliorum.

[b] Conſtit. Alexandr. 3. part. 1. c. 18. & in 2 Later. c. 11.

[c] Cap. quia contingit, de relig. domibus, c. cler. lib 3. tit. 21. cap. 2. ſuprà ſeſſ. 7. c. 15. de reform.

[d] Cap. fin. de mag. & cap. cum ex eo, de elect. in 6.

cleſiaſtica ſolui ſolent, & milites cuiuſcumque militiæ, aut Ordinis, pertinentibus, *μ fratribus ſanctis Ioannis Hieroſolymitani duntaxat exceptis*, partem aliquam vel portionem detrahent, & eam portionem ſic detractam, necnon *ν beneficia aliquot ſimplicia*, cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præſtimonia, vel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, ſine cultus diuini & illa obtinentium præiudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt, quod locum habeat, *ξ etiamſi beneficia ſint reſeruata*, vel affecta. *ο Nec per reſignationem ipſorum* beneficiorum, vniones & applicationes ſuſpendi, vel nullo modo impediri poſſint, ſed omnino quacumque vacatione, etiamſi in Curia effectum ſuum ſortiatur, & quacumque conſtitutione non obſtante. Ad hanc autem portionem ſoluendam, beneficiorum, dignitatum, perſonatuum, & omnium, & ſingulorum ſuprà commemoratorum poſſeſſores, non modò pro ſe, *π ſed pro penſionibus*, quas aliis forſan ex dictis fructibus ſoluerent, retinendo tamen pro rata quicquid pro dictis penſionibus illis erit ſoluendum, ab Epiſcopo loci per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia compellantur, etiam vocato ad hoc, ſi videbitur, auxilio brachij ſæcularis, quibuſvis, quoad omnia & ſingula ſupradicta priuilegiis, exemptionibus, etiamſi ſpecialem derogationem requirerent, conſuetudine etiam immemorabili, quavis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obſtantibus. Succedente verò caſu, quo per vniones effectum ſuum ſortientes, vel aliter Seminarium ipſum in totum vel in partem dotatum repetiatur, tunc portio ex ſingulis beneficiis, vt ſuprà detracta, & incorporata ab Epiſcopo, prout res ipſa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod ſi Cathedralium & aliarum maiorum Eccleſiarum Prælati in hac Seminarij erectione, eiuſque conſeruatione negligentes fuerint, ac ſuam portionem ſoluere detrectaverint: Epiſcopum Archiepiſcopus, Archiepiſcopum, & Superiores Synodus prouincialis acriter corripere, eóſque ad omnia ſupradicta cogere debeat, & vt quamprimum hoc ſanctum, & pium opus vbicumque fieri poterit, promoueatur, ſtudioſè curabit. Ratione autem reddituum huius Seminarij Epiſcopus annis ſingulis accipiat præſentibus duobus à Capitulo, totidem à Clero ciuitatis deputatis.

Deinde, vt cum minori impenſa huiuſmodi ſcholis inſtituendis prouideatur, ſtatuit ſancta Synodus vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorum Ordinarij, ſcholaſtrias obtinentes, & alios quibus eſt lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipſis ſcholis inſtituendos per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneos ſubſtitutos ab eiſdem ſcholaſticis eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per ſubtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod ſi iudicio Epiſcopi digni non fuerint, alium, qui dignus ſit, nominent, omni appellatione remota. Quod ſi neglexerint, Epiſcopus ipſe deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Epiſcopo expedire. De cætero verò officia, vel dignitates illæ, *ρ quæ Scholaſtria dicuntur, non niſi Doctoribus*, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra pagina, aut in iure Canonico, & aliis perſonis idoneis, & qui per ſeipſos id munus explere poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida, non obſtantibus quibuſvis priuilegiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si verò in aliqua prouincia Eccleſiæ tanta paupertate laborent, vt collegium in aliquibus erigi non poſſit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Eccleſia Metropolitana, vel alia prouinciæ Eccleſia commodiori vnum, aut plura collegia prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium Eccleſiarum, in quibus ſingulis collegium commodè inſtitui non poteſt, erigenda curabit, vt pueri illarum Eccleſiarum educentur.

In Eccleſiis autem amplas diœceſes habentibus, poſſit Epiſcopus vnum vel plura in diœceſi, prout ſibi opportunum videbitur, habere Seminaria, quæ tamen ab illo vno quod in ciuitate erectum & conſtitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Poſtremò, ſi vel pro vnionibus, ſeu pro portionum taxatione, vel aſſignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius Seminarij inſtitutio, vel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur, Epiſcopus cum ſuprà deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro Eccleſiarum, & beneficiorum qualitate, etiam ſupra ſcripta, ſi opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia & ſingula, quæ ad felicem huius Seminarij profectum neceſſaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

1. Vide Archiep. Bononienſ. ſiue *de Bononienſis Eccleſia adminiſtrat. p.4. ſub tit. de ſeminario, pag.155. cum ſeqq.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.1. c.16. n.8. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.7. n.68. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. ſeminarium*, Piaſec. *in ſimili praxi part.2. c.2. num.5. pag.112.*

*pag.*112.*& ſeq.* Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*484. *in* 1.*edit.* aliàs *reſol.*380.*in* 2.*edit.* *& in deciſion. Curiæ Archiep. Neapolit. p.*4.*deciſ.*196. Mooer. *de diſtribut. quotid.part.*3.*quaſt.*5.*n.*13.*cum ſeqq.* Aldan.*in compendio canon. reſolut.l.*1 *tit.*18.*ex num.*1. Sel. *in ſelectis canonicis, cap.*10.*ex numero* 5. meipſum *de officio & poteſt. Epiſcop.p.*3. *alleg.*77. Valenzuel.*conſ.*22.*tom.*1. Petr. Bollo *in œconomia Canon. claſſe* 3. *cap.*5. §.8.*pag.*530.Alzed.*de præcellentia Epiſcop. dign.part.*2.*cap.*9. *num.*49.Lutter.*de re benef. lib.*1.*q.*30. *num.*47.*cum ſeqq.*Nouar. *in Incerna Regul. verb. ſeminarium*, Aluares de Velaſco *in tract. de priuileg. pauperum, p.*1.*q.*4. §.2.*n.*127. D.Felician.de Vega *ad c. cùm non ab homine, à n.*59. *de iudic. & ad cap. cum ſis generale, num.*51. *de foro comp.*

2. *a In hoc verò Collegio recipiantur,*&c.]Vide Paul. Fuſc. *d.cap.*16. *num.*14.Zerol. *d. verb. ſeminarium,* §.3. meipſum *d.alleg.*77.*num.*34. Et de educatiooe puerorum molta tradit Lorin.*in Acta Apoſtolorum cap.*7. *verſ.*22. Narbona *l.*31.*gloſſ.*2. *à princip.* & præcipuè *num.*4. *tit.*7. *lib.*1. *noua Recopil.* & quòd ſeminaria ſunt introducta pro bona & exemplari educatione & eruditione adoleſcentium, qui in eis recipiuntur, & pro booo publico diœceſum, & Eccleſiatum ſeruitio, & augmentum diuini cultus, tradunt Petr. Bollo *in œconomia Canon,claſſe* 3. §.8. *pag.*530. Petr. Gregor. *de benef.cap.*20.*n.*14.*in fine,* Valenzuel. *d.conſ.*22.*n.*41.

3. *β Pauperum autem filios*, &c.] Dum pauperum filios in ſeminario recipiendos admonet, non excludit diuites, modò ſuo ſumptu alantur; ita Zerol. *dict. verb. ſeminarium;* §.2.

γ Grammatices, cantus, &c.] Vide Zerol. *d. verb. ſeminarium*, §.4. vbi tradit hos, qui io ſeminario ſunt recipiendi, debere Grammaticam, cantum, & computa, aliarumque bonarum artium diſciplinam ediſcere.

4. *δ Cum conſilio duorum Canonicorum*, &c.] Seminarij quatuor deputatos debet adhibere Epiſcopus in concilium pro tota temporali adminiſtratione ſeminarij, excepta exactione, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat, non tamen tenetur eorum ſequi conſilium: refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part.*12.*cap.*2.*num.*191. Aloyſ. Ricc. *d.reſolut.*380. *num.*3.

5. Seminarij deputati, & alij officiales habent votum conſultiuum, non autem deciſiuum, Aldan. *d. tit.*18.*num.*2. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 11. *Ianuarij* 1620.

6. Conſilium duorum Canonicorum deputatorum in erectione ſeminarij, licèt Epiſcopus teneatur requirere, noo tamen tenetur eorum conſilium ſequi, vt refert deciſum Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*46.*n.*74.

7. Seminarij deputati electio ſufficit fieri per clerum ciuitatis, & poteſt Epiſcopus erigere plura ſeminaria in illis locis, quæ non fuerunt taxata, vt per Aldan. *d. tit.*18. *n.*3. vbi aſſerit ita deciſum *in Lucana* 19. *Nouembris* 1616.

8. Hos duos canonicos ab Epiſcopo eligendos ad conſilium in conficiendis regulis, ac ſtatutis ſeminarij Clericorum ſi quando ea de cauſa ſine fraude tempore diuinorum officiorum eos abeſſe ſimul cum Epiſcopo contingat, priuandos non eſſe quotidianis diſtributionibus tanquam abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio ſibi attributo, reſoluit Monet. *de diſtribut. quotid.part.*2.*q.*8.*n.*17.

9. Canonicos electos ad ſeminarij adminiſtrationem perpetuò illam habere debent, nec remoueri poſſunt, niſi ex legitima, & iuſta cauſa: refert deciſum Gallet.*in margarit.caſuum conſcient.verb.Canonicus, p.*930.*col.*1. Ego ipſe *d.alleg.*77.*n.*31.

ε Iidem Epiſcopi cum conſilio, &c.] Vnionem factam ſeminario abſque conſilio eorum, qoos iubet text. in præſenti adhiberi, non valere, reſoluit Franciſc.Leo *d.cap.*16.*n.*25. 10.

Vnionem factam ſeminario nondum erecto, fieri non poſſe, & ad hunc effectum requiri præparationem domus et aductæ, vel emptæ, & introductiooem puerorum, cenſuit Rot. *deciſ.*361.*n.*3. *cum ſeqq. part.*2, *recent. & in vna Adiacen. beneficij* 15. *Aprilis* 1622. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, latè proſequuntur Aloyſ. Ricc. *d. reſ.*380. *n.*1. Nicol. Garc. *de benef.p.*12.*cap.*193. *cum ſeqq.* & admittit Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*5. §.7. *n.*68. qui licèt *num.*74. teneat quòd ceſſante fraude vnio facta ſeminario noodum erecto valeat, quem ſequitur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*248. *num.*71. *& cap.*358. *num.*5. tamen iſta ſententia, vt aduertit Nicol. Garc. *d.cap.*2.*num.*196.*in fine*, eſt contra ſeotentiam Rotæ, refero Ego ipſe *d. allegat.* 77. *num.*25. Valenzuel. *dict. conſ.*22. *num.*3. & ex Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum quotid. part.*3. *reſ.*417. aduertit D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. *ad cap. cùm non ab homine* 1b. *n.*60. *de iudic.* quòd ſcilicet ſint ſeminaria, quorum muri tantùm cœpti ſunt, abſque eo quòd abſoluti. 11.

ζ Ex fructibus integris menſa Epiſcopalis, &c.] Epiſcopum debere primùm ea ſua, & Capituli menſa contribuere ſeminario, & poſteà cogere alios ad contribuendum ſuo exemplo, teneo Ego ipſe *d.alleg.*77.*n.*2. 12.

Seminario contribuere cogi non debet Abbas, qui in ſuo territorio, & iuriſdictione prius ſeminarium proprium erexerat, & prouiſum retinebat; ita Sel. *dict. cap.*10. *n.*7. vbi aſſerit deciſum *ſub die* 30. *Martij* 1594. 13.

In contributione ſeminarij priùs detrahendum eſt totum id, quod ex cauſa oneris perpetui, puta quarta fructuum, quæ ſoluitur Cameræ Apoſtol. & ſimilium, ſoluendum eſt, vt per Sel. *d. cap.*10. *num.*8. vbi dicit ita fuiſſe reſolutum *in Cauen.* 17. *Nouembris* 1629. 14.

Contributio ſeminarij anticipatè ſoluenda eſt de quadrimeſtri in quadrimeſtre, vt per Sel. *d.c.*10. *num.*9. vbi refert deciſum per S. Congreg. Epiſcoporum & regul. *ſub die* 8. *Martij* 1588. 15.

A contributione ſeminarij oullus eſt exemptus, niſi qui nominatim à Concilio excipiuntur, ita vt Cardinales etiam cogi poſſint ad contribuendum ſeminario de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœceſi in qua eſt ſeminarium, Sel. *d. cap.*10. *num.*11. vbi tenet ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 11. *Ianuarij* 1601. 16.

η Præbendarum.]Semioario nihil ſoluitur de diſtributionibus qootidianis à præbendis diſtinctis, ita Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*1. *verb. diſtributiones,*§.5. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel.*§.7.*proœm.n.*170. *cum ſeqq.* Monet. *de diſtribut. quotidian. part.*3. *quaſt.*9.*num.*14. Ego ipſe *d. alleg.*77.*num.*13. Sel. *d. cap.*10. *num.*12. vbi refert *in vna Lucana* 5. *Iulij* 16.8. ad 2. portionem oon detrahi ex diſtributionibus quotidianis pro conſtructione, & ſuſtentatione ſeminarij. 17.

Nec de illis, quæ in incerto, vt in eleemoſynis piorum, & ſimilibus conſiſtunt, provt refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.*2.*cap.*2.*num.*5.*in fine.* Et ſic nec de emolumentis prouenientibus & legatis pro celebratione Miſſarum, ex Sel. *d. cap.*10. *num.*14. vbi aſſerit ita reſolutum *in Cauen.* 17.*Nouembris* 1629. 18.

θ Et

Digitized by Google

19. θ *Et hoſpitalibus.*] Hoſpitalia data in titulum, vel adminiſtrationem, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus Eccleſiaſticos, pro ſeminario contribuere teneri referunt deciſum Zerol. *part.1. verb. hoſpitale, verſ. decimum dubium,* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ.* 196. *n.*6.7. *&* 8. *p.* 4. Ego ipſe *d. alleg.*77. *n.*6.

20. Sed non procedere in Hoſpitalibus, quæ adminiſtrantur à laicis, & in quibus ſunt bona laicorum, quæ data non ſunt in titulum, commendam, ſeu adminiſtrationem, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. leg. Nauar. lib.*4. *tit.*29. *l.*1. *§.*2. *de hoſpital. num.*13. vbi *num.*15. etiam teſtatur reſolutum hoſpitale vnius diœceſis habens beneficium annexum, quod eſt alterius diœceſis, teneri contribuere pro rata fructuum beneficij annexi ſeminario, quod eſt in diœceſi in qua ſitum eſt beneficium, de quo latè Fuſc. *d. cap.*16. *num.*10. Et reſoluit Thom. Non. *conſ.*61. *in cap. duo ſunt*, quem refert Stephan. Vveyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.*16. *n.*26. *pag.*180. quòd hoſpitalia huiuſmodi, quæ ſic gubernantur à laicis, & propriè effecta non ſunt Eccleſiaſtica, nec religioſa, non continentur ſub hoc decreto, nec obnoxia ſunt ſubſidiis Eccleſiaſticis.

21. ι *Et beneficiorum quorumcunque, &c.*] Seminario contribuere debent beneficia in diœceſi exiſtentia, licèt habeant bona in alia diœceſi. Aldan. *d. tit.*18. *num.*16. vbi dicit ita reſolutum *in Caputaquen.* 23. *Iunij* 1586.

22. Seminario contribuere tenentur beneficiati beneficiorum collationis Monachorum, ſi intra fines diœceſis ſint, Aldan. *dict. loco, num.*17. vbi affirmat deciſum *in Caputaquenſ.* 4. *Febr.*1593.

23. Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere ſeminario pro Abbatiis, & beneficiis eorum, iuxta taxam ab Epiſcopo & deputatis factam, ita Aldan. *dict. tit.*18. *num.*5. vbi refert deciſum *in Tudertina* 15. *Aprilis* 1628. & priùs *in Adrien.* 3. *Decembris* 1621.

24. Clerici tamen Cameræ Apoſt. exempti ſunt à contributione ſeminarij ratione beneficiorum quæ obtinent, ita Aldan. *vbi ſuprà*, referens ſic deciſum per S. Congr. Epiſcop. *in Maceraten.* 22. *Maij, & in Peruſina* 17. *eiuſdem* 1604.

25. κ *Vel confraternitatum.*] Confraternitates, quas nonnulli vocant *Scholas*, coguntur contribuere ſeminario pro his, quæ habent de bonis Eccleſiarum, & intuitu bonorum Eccleſiaſticorum, Sel. *d. cap.*10. *num.*15. vbi ait ita reſolutum *ſub die* 31. *Ianuarij* 1601. quamuis intra Regularium Eccleſias exiſtant, ſi redditus habeant Eccleſiaſticos, teneri ſeminario contribuere; refero deciſum Ego ipſe *d. alleg.*77. *n.*10. Et ideo quæ nulla habent beneficia Eccleſiaſticá annexa, aut prouentus Eccleſiaſticos, non debent contribuere, licèt alij redditus habeant, quia pro ſuſtentatione ſeminarij nihil poteſt detrahi ex redditibus Confraternitatum, & hoſpitalium, niſi nomine beneficiorum annexorum, Sel. *d. cap.*10. *num.*36. vbi aſſerit reſolutum *in Lucana* 5. *Iulij* 1628. *ad* 3.4. *&* 5. Et Epiſcopus poteſt pro contributione ſeminarij taxare bona Confraternitatum, quatenus ſint Eccleſiaſtica, ex Sel. *citato loco*, vbi aſſerit reſolutum *in Signina* 18. *Nouembris* 1628.

λ *Et omnium monaſteriorum, non tamen Mendicantium.*] Vide Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.*2. *q.*45. *art.*2. *& quæſt.*66. *art.*1.

26. Seminario contribuere tenentur Eccleſiæ ſæculares, quæ non ſunt de menſa monaſteriorum, tametſi ad eorum inſtitutionem, & collationem pertineant, ex Aldan. *d. tit.*28. *num.*6. vbi dicit deciſum *in Caputaq.* 25. *Ianuarij* 1583. *&* 4. *Februarij* 1593.

Portio debita ſeminario ratione beneficiorum exigi poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudent, Sel. *d. cap.*10. *num.*18. vbi aſſerit reſolutum *ſub die* 21. *Iulij* 1629.

Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum monaſteriis annexorum ſeminario contribuere debent, nec obeſt quòd prætendant ſe exemptos, quia videlicet in illis lectiones Grammaticæ & conſcientiæ caſuum pro audiendis confeſſionibus quotidie habeantur, quia non ſunt ob id exempti, ſed tantùm eius impenſæ habendam eſſe rationem, quæ ante Concil. fieri ſolebat pro ſalariis horum lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda: tenetur tamen ex reliquo ad contributionem ſeminario ad ratam, ita Sel. *d. cap.*10. *num.*29.

Monaſteria illa, quæ ad ſeminarium ſui Ordinis contribuunt, de eo quod ſupereſt contribuere tenentur, etiam Seminario Epiſcopi, Sel. *c.*10. *n.*19. vbi refert deciſum *in Monaſterien.* 7. *Septembris* 1630.

Moniales non coguntur contribuere aliquam ſubuentionem ſeminario, ſi beneficia non habeant vnita, Sel. *d. c.*10. *n.*19. vbi aſſerit ſic fuiſſe deciſum *in Hieracen. de anno* 1593.

Mendicantium nomine qui veniant, dixi latè *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignif. appell.*233.

μ *Fratribus S. Ioannis Hieroſol. dumtaxat exceptis.*] Refert Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*8. *n.*53.

Fratres S. Ioannis Hieroſol. ſiue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab ea dependentibus non tenentur, neque compelli poſſunt ad contributionem ſeminarij, neque ad ſolutionem Cathedratici Synodatici, ſiue charitatiui ſubſidij, Sel. *d. c.*10 *n.*10. vbi teſtatus ſic fuiſſe reſolutum *in Auguſtana* 4. *Decembris* 1630.

Omnes enim & ſingulæ perſonæ in beneficiis S. Ioannis Hieroſolymitani quomodolibet exiſtentes, à ſeminarij clericorum contributione in qualibet ciuitate iuxta ſacri Concilij decretum erecti, ſeu erigendi eximuntur per Bullam Gregorij XIII. incip. *Quo magis, ſub die* 23. *Martij* 1580. relatam inter priuilegia Religionis pag.57.

ν *Beneficia aliquot ſimplicia, &c.*] Beneficia ſimplicia cuiuſcumque dignitatis fuerint, & qualitatis, poſſe ſeminario vniri, vt commodè regi valeat, ſine tamen præiudicio obtinentium, etiamſi eſſent effecta, aut in curia effectum ſortirentur, reſoluit Fuſc. *d. c.*16. *n.*9.

Non poſſe tamen ſimplicia beneficia ad collationem inferiorum ſpectantia, neque Canonicatus, neque beneficia iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici, neque beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata poſt illorum vacationem, neque prætereà vacantia in menſe reſeruato per Epiſcopum ſeminario vniri, referunt deciſum Molfeſ. *in ſumm. Theolog. mor. tract.*6. *cap.*14. *à n.*61. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*2. *c.*16. *n.*23.

Verum vnio facta ſeminario omnium beneficiorum ſimplicium non valet, vt referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*492. *&* 720. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*383. *n* 4 *& reſ.*610. *n.*10. *in* 2. *edit.* Molfeſ. *d. c.*14. *n.*60. Ego ipſe *d. alleg.*77. *num.*29.

Seminario vniri non poſſunt Collegiatarum Canonicatus

Canonicatus, quamuis ex conſuetudine non obligent ad reſidentiam, quia Concil. in præſenti non loquitur de his beneficiis ſimplicibus, Sel. *d. c.* 10. *num.* 21. vbi refert ſic fuiſſe deciſum per S. Congr. Epiſcop. *in Aquilana* 27. *Martij* 1590.

37. Beneficia iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici, necnon pertinentia ad prouiſionem inferiorum, reſidentiam requirentia, Regularia, & quæ commendata ſunt, ſeu monaſteriis vnita, aut annexa, vniri non poſſunt, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 110.

38. Beneficia ſimplicia, quæ per mortem vacant, poſſunt vniri per Epiſcopum ſeminario, licèt eſſent reſeruata, vel affecta, niſi tamen alia beneficia, quæ iam vacaſſent in menſe ſuo, ſcilicet Epiſcopi prædicti, & quorum collatio ad ipſum ſpectabat, non ſeminario vniuiſſet, ſed aliis contuliſſet, vel eandem vnionem factam non continuò enuntiaſſet; etenim ſi beneficia in ſuis menſibus vacantia non vniuerit, nec vacantia in menſibus reſeruatis vnire poterit, cùm fraus in hoc cenſeatur, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 104.

39. Beneficia Regularia ſiue dentur in titulum, ſiue in Commendam, non poſſunt ſeminario vniri; ſecus verò ſi ſtatum mutauerint, Sel. *d. cap.* 10. *n.* 23. vbi aſſerit reſolutum *in Caputaqu.* 26. *Iuly* 1586.

40. Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudent, Sel. *d. cap.* 10. *num.* 25. vbi ſic refert deciſum *ſub die* 21. *Iulij* 1629.

Regulam 12. Cancellariæ reuocatoriam vnionum non procedere, nec habere locum in vnionibus factis ſeminariis, reſoluunt Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 9. *n.* 18. *& ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *gloſſ.* 5. *n.* 46. *& ſeq.* dicens quòd ſeruantur, & excipiuntur vniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conſeruatione Collegiorum, & piorum locorum, & Religioſorum ad Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarùmque artium cultum, refert Valenz. *d. conſil.* 22. *num.* 54. *&* 55.

41. *q Etiamſi beneficia ſint reſeruata.*] Non tamen concedit facultatem vniendi litigioſa, quia aliud eſt beneficium reſeruatum, aliud litigioſum, vt per Nicol. Garc. *de beneſ. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 155. in puncto Rot. *in Corduben. praſtimonij* 13. *Ianuarij* 1613. *coram bona mem. Patriarcha Manzanedo.*

42. Vniones beneficiorum reſeruatorum validæ ſunt, modò factæ fuerint ante ipſorum vacationem, ſeruata forma à Concil. Trid. præſcripta, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 12. *c.* 2. *n.* 101. Vnde beneficia de tempore vnionis reſeruata prohibitum fuit in antea vniri ſeminario, ex Aldan. *d. tit.* 28. *n.* 25. vbi dicit fuiſſe deciſum *in Corduben.* 19. *Decembris* 1620. validam fuiſſe vnionem factam *de anno* 1598. ſeminario de quibuſdam præſtimoniis, quæ obtinebat familiaris Papæ, & alius continuus commenſalis Cardinalis Quirogæ.

Seminario vniri non poſſunt beneficia obtenta ab Epiſcopo Oritano tempore ſuæ promotionis tanquam Sedi Apoſt. reſeruata, tenet Viuian. poſt ſuam praxim iuriſpatron. in fine, *deciſ.* 48. vbi aſſerit ſic reſolutum *ſub die* 25. *Auguſti* 1619.

43. Vnionem factam ſeminario de beneficio reſeruato eſſe nullam cenſuit Rot. *in Aſſiſie. beneficij*, *Maij* 1607. *coram bone mem. Card. Marquemont.* refert Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de beneſic. cap.* 2. *num.* 105. vbi *n.* 126. dicit deciſum non poſſe etiam ante vacationem vniri ſeminario beneficia, quæ obtinent perſonæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, vt quocumque menſe decedant, certum ſit ea fore affecta Sedi Apoſt.

Beneficia, quæ iam vacauerant in menſe reſeruato, vel quæ aliàs ſunt indubitanter reſeruata, 44.
non poteſt Epiſcopus vnire ſeminario vigore huius decreti, cùm id fiat in præiudicium reſeruationum Apoſtol. vt refert deciſum Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §. 7. *n.* 75.

Beneficia ſimplicia ſi Epiſcopus ſeruata forma 45.
Concilij ſeminario vniuerit ante eius vacationem, etiam in menſe reſeruato, vnionem debere effectum ſortiri, refert deciſum Garc. *in addit. ad p.* 12. *cap.* 2. *n.* 102.

Cardinalem Epiſcopum habentem indultum, 46.
poſſe non obſtante decreto ſanctæ mem. Clementis VIII. ante vacationem vnire ſeminario beneficium, quod obtinet familiaris Papæ defuncti, tenet Aldan. *d. tit.* 28. *n.* 26. affirmans ſic fuiſſe deciſum *in Tudertina* 15. *Aprilis* 1628.

s Nec per reſignationem ipſorum, &c.] Vide Flamin. *de reſignat. beneſ. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 2. *& lib.* 10. *q.* 7. *n.* 17. Epiſcopus facit vnionem beneficij non vacantis iuxta hoc decretum, & ſi aliquis ſuccedente vacatione impetrat illud a Papa, non irritatur vnio facta ſeminario, nec impeditur illo facto. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. vnio, verſ. primum dubium*, Flamin. *d. l.* 2. *q.* 9. *n.* 14. *&* 15. Valenz. *conſ.* 22. *n.* 16.

Beneficia prima vacatura per reſignationem ſim- 47.
plicem, non autem per conditionalem, in fauorem certæ perſonæ vnire poteſt Epiſcopus vigore huius decreti, prout refert deciſum Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 14. *num.* 9.

t Sed pro penſionibus, &c.] Vide Tiraquell. *de iure prim. q.* 70. *num.* 10. Valaſc. *de iure emphyt. quaſt.* 17. *num.* 7.

Cùm penſiones apponantur ſuper fructibus, & 48.
redditibus beneficij, tenetur penſionarius pro rata penſionis ſoluere ſubſidium, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij: ita reſoluunt Nicol. Garc. *de beneſ. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 171. Moner. *de decim. cap.* 9. *à numero* 83. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. *quaſ.* 2. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 77. *n.* 12. Et habere locum ſiue ſeminaria erecta ſint ante reſeruationem penſionum, ſiue pòſt, dicit deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. n.* 171.

Titularis occaſione contributionis per eam fa- 49.
ctæ ſeminario non poteſt detrahere ex penſione quam ſoluit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, qua ipſe titularis contribuit, vt refert deciſum idem Nicol. Garc. *in addit. ad d. num.* 171. & qualiter taxa imponenda ratione penſionis, *ibid. num.* 176.

Occaſione ſeminarij poteſt taxa pro penſioni- 50.
bus detrahi, & exigi à titularibus, dummodo ſpecialiter non ſint exemptæ, quæ titulares retinebunt pro rata ſoluta, Sel. *d. c.* 10. *n.* 30. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *in Lucana* 5. *Iulij* 1628. *ad* 6.

Seminario taxam ſoluere recuſantes poteſt Epi- 51.
ſcopus punire interdicendo, & alia grauiora iuris remedia adhibendo, Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 15. refert deciſum *in vna Marſicen.*

Epiſcopus an poſſit auctoritate ordinaria vnio- 52.
nes beneficiorum ſeminario factas diſſoluere, ſi poſtea illud redditus ſufficientes acquiſierit, quæſtio eſt dubia, de qua Sel. *d. cap.* 10. *n.* 32. vbi atteſtatur cùm proponeretur *ſub die* 7. *Iuly* 1618. non fuiſſe reſolutum.

p Quæ Scholaſtriæ dicuntur, nonniſi Doctoribus, &c.] 53.
Scholaſtria conferenda eſt Doctoribus, vel Ma-

giſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut iure Canonico in qualibet Vniuerſitate approbata, nec ſtat quòd non eſſet ex illis, quæ eſſent in illa regione in qua eſſet Scholaſtria, ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 7. num. 35.* quem refeto *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 60. n. 62.* Caſtro Palao *in opere morali, tom. 2. tract. 13. diſp. 4. puncto 6. n. 14.* Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 14. n. 18.* vbi ſubdit, hoc decretum Concilij non comprehendere Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo erectum non eſt ſeminarium, vel vbi in eius iuſtitutione alij præceptores ſint deſignati.

Non comprehendit Scholaſtrias exiſtentes in 54.
loco in quo minimè erigendum eſt ſeminarium, vt teſtatur reſolutum Nicol. Garc. *addit. ad d. n. 35.*

SESSIO XXIV.

Doctrina de Sacramento Matrimonij.

1. *Doctores de indiſſolubilitate matrimonij agentes.*
2. *Declaratur hac auctoritas circa inſtitutionem matrimonij.*
3. *Matrimonium ante legem gratiæ in lege naturæ, & veteri non fuit propriè Sacramentum.*
4. *Matrimonium eſt verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelica Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum.*
5. *Polygamia, ſeu pluralitas coniugum ſimul eſt illicita, & irrita iure diuino.*
6. *Papa poteſt diſpenſare in aliquot gradibus ex prohibitis Leuit. 18. quia non omnes obligant hodie in lege Euangelica.*
7. *Poteſtas ſtatuendi impedimenta, tam impedientia tantùm, quàm dirimentia, eſt in Eccleſia.*
8. *Matrimonij vinculum diſſolui non poteſt propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, ſed tantùm ob id fieri poteſt diuortium quoad thorum, & habitationem.*
9. *Matrimonium ratum non conſummatum per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius coniugum dirimitur.*
10. *Matrimonium ratum ſola Eccleſia auctoritate per vota ſolemnia Religionis ſoluitur.*
11. *Matrimonium ratum non diſſoluitur per tria vota Societatis per biennium emiſſa.*
12. *Matrimonium ratum diſſoluitur per profeſſionem in Religione S. Ioannis Hieroſolymitani.*
13. *Matrimonij vinculum diſſolui non poteſt propter adulterium alterius coniugum.*
14. *Innocens, qui cauſam adulterio non dedit, non poteſt altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere.*
15. *Coniuges poſſunt ob alias cauſas præter fornicationem ab altero quoad thorum, & cohabitationem ſeparari.*
16. *Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, vel Regulares caſtitatem ſolemniter profeſſi non poſſunt matrimonium contrahere, contractumque ac facto inualidum eſt.*
17. *Melius ac beatius eſt manere in virginitate, aut cœlibatu quàm, iungi matrimonio.*
18. *Prohibitionem ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe dicentes, aut benedictionem, & alias cæremonias, quibus Eccleſia vtitur, damnantes, anathematizantur.*
19. *Cauſa matrimoniales ſpectent ad iudices Eccleſiaſticos.*

a Geneſ. 2. 3. Eſdræ 3. Epheſ. 5. Corinth. 6. cap. fraternitatis 32. q. 10. c. debitum, de bigam. c. 2. in princ. de coniug. lepe. b Matth. 19. c Ibidem. Marc 10. 1. Corinth. 6. Epheſ. 5. c. ſunt qui 27. q. 2. c. fin. 20. q. 2. c. de infidelibus, de conſang. & affin. c. Martinus, de cognat. ſpirit. d Ibidem. e c. nemo, in fin. 32. q. 4. Epheſ. 5 in fin. c. debitum, de bigam. f Ibidem. g Epheſ. 1. h Conc. Florentinū ſub Eugenio IV. c. ad abolendam, de hæret.

MATRIMONII perpetuum α *indiſſolubilémque nexum* prius humani generis parens diuini Spiritus inſtinctu pronunciauit, cum dixit: β *Hoc* [a] *nunc os ex oſſibus meis*, & caro de carne mea: quamobrem [b] relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & coniungi, Chriſtus Dominus apertiùs docuit, cum poſtrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit: [c] Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro, ſtatímque eiuſdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto antè pronunciatam his verbis confirmauit: [d] Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugeſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus, venerabilium Sacramentorum inſtitutor, atque perfector, ſua nobis paſſione promeruit, quod Paulus Apoſtolus innuit dicens: [e] Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, mox ſubiungens: Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem [f] dico in Chriſto & in Eccleſia.

γ *Cùm igitur Matrimonium in lege* [g] *Euangelica* veteribus connubiis per Chriſtum gratiam præſtet, meritò inter nouæ [h] legis Sacramenta annumerandum, ſancti Patres noſtri, Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt: aduerſus quam impij homines huius ſæculi inſanientes, non ſolùm perperam de hoc venerabili Sacramento ſenſerunt, ſed de more ſuo prætextu Euangelij libertatem carnis introducentes, multa ab Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, & ab Apoſtolorum temporibus probata conſuetudine aliena ſcripto, & verbo aſſeruerunt, non ſine magna Chriſti fidelium iactura: quorum temeritati ſancta, & vniuerſalis Synodus cupiens occurrere, inſigniores prædictorum ſchiſmaticorum hæreſes & errores, ne plures ad ſe trahat pernicioſa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipſos hæreticos, eorúmque errores decernens anathematiſmos.

Canon

δ CANON I.

Si quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis, [a] à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre, anathema ſit.

ε CANON II.

Si quis dixerit, [b] licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum, anathema ſit.

ζ CANON III.

Si quis dixerit, [c] eos tantum conſanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec poſſe Eccleſiam in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant, & dirimant, anathema ſit.

η CANON IV.

Si quis dixerit, Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis conſtituendis erraſſe, anathema ſit.

θ CANON V.

Si quis dixerit, [d] propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam à coniuge diſſolui poſſe matrimonij vinculum, anathema ſit.

ι CANON VI.

Si quis dixerit, [e] matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, anathema ſit.

κ CANON VII.

Si quis dixerit, [f] Eccleſiam errare, cum docuit, & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque, λ *vel etiam innocentem*, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere: mœcharíque eum, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit, anathema ſit.

μ CANON VIII.

Si quis dixerit, Eccleſiam errare, cum ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges, quoad thorum, ſeu quoad cohabitationem, ad certum, incertúmve tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit.

ν CANON IX.

Si quis dixerit, [g] Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares, caſtitatem ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractúmque validum eſſe non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto: & oppoſitum nil aliud eſſe quam damnare matrimonium, poſſéque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiamſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit: cum Deus in rectè petentibus non deneget, nec [h] patiatur nos ſupra id quod poſſumus, tentari.

ξ CANON X.

Si quis dixerit, ſtatum [i] coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus, & non eſſe melius, ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio, [k] anathema ſit.

ο CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyrannicam, ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones, & alias cæremonias, quibus Eccleſia in illis vtitur, damnauerit, anathema ſit.

π CANON XII.

Si quis dixerit, [l] cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos, anathema ſit.

a Math. 10. Marc. 10. Epheſ 5. c. ad abolẽda, de hæret. b Math 19. c ſi quis 32. q. 7. toto tit. de ſponſa duorum, c. gaudemus. de diuort. c Leuitic. 7. c. pyſtacium 30. quæſt. 3. Conc. Tolet. 2. c. 5 35. q. 2. & 3. per tot. c. non debet de conſang. & affin. d c. de illa, cum ſeq. de diuort. c. de infidelibus, de conſang. & affin. e Cap. commiſſum, de ſponſ. f Math. 19. Lucæ 16. 1. Corinth 7. c placuit, cum multis ſeq. 32. q. 7. c. gaudemus de diuort. Conc. Mileuitan c. 17. Cōc. Aphricanum, c. 69. g diſt. 27. c. presbyteris, & per totã, 17. q. 1. per totam, extra qui cler. vel vouen. per totum Cōc. Carthag. 4. c. 104. Conc. Matiſcon. c. 4. cum ſim. h 1. Cor. 10. i Matth. 19. 1. Cor. 7. in fin. c nuptiæ 32. q. 2. c. qui ſint 33 q. 5 c. commiſſum, de ſponſal. k 1. Cor. 7. l c. multorũ 35. q. 6. c. 1. in fin. de conſang & affin. c. accedentibus, de exceſſ. Prælat.

DE Sacramento Matrimonij latè, ſed non ex profeſſo, tractarunt Cardin. Bellarm. *in ſuis controuerſ. cathol.* vbi de matrim. Henriq. *in ſumm. lib. 11. de matrim.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de matrim.* Zerul. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. matrim.* Ioan. Franc. Leo *in theſauro fori eccl. p. 2. c. 19. de ſponſal. & matrim.* Verac. *in ſpeculo coniug.* Steph. Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Matrimonij impedimenta, & verb. Matrimon. diſpenſationes*, Marienz. *tit. 1. lib. 5. nouæ recop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. de matrim. ſacramento*, Fernand. *in examine Theolog. moralis, p. 3. c. 15. cum ſeqq.* Rebell. *de obligat. iuſtitia, p. 2 lib. 3. de contractu matrim.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſp. 21. cum ſeq.* Mulfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis, p. 1. tract. 4. cap. 5. cum ſeqq.* Vincent. Fillius. *in q. mor. tract. 10. de ſacram. Matrim.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, tract* 10. Turreblanca *de iure ſpirituali, lib 2. c. 14. cum ſeqq.* Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Ex profeſſo autem tractarunt, & integros tractatus edidere, videlicet de matrimonio, & ſponſalibus, Ioan. à Capiſtrano *tom. 9. tractatuum Doct. fol. 77.* Petrus de Ledeſm. Thomas Sanchez, Ioannes Gutierrez, Martinus Bonacina, Baſilius Pontius, & nimium nouiſſimè Gaſpar Hurtado.

Matrimonij & ſponſaliorum quotidianis materiis, Laurentius Naudeuecus.

Matrimonio ab hæreticis contracto, & an dirimi poſſit à Papa, Thom. Campeg. *tom.9. tract. Doctor.fol.*113.

Matrimoniis clandeſtinis irritandis, Iacobus Nauelantus, & Antonius Contius.

Matrimonij impedimentis, Baſilius Pontius.

Matrimonij indiſſolubili vinculo, Gregorius de Valentia.

Matrimonij diſſolutione, Iulius Sanazarius.

Matrimonij nullitate, Franciſcus Antonius Oliuerius.

Matrimonialibus capitulis, ſeu de pactis nuptialibus, Ioannes Petrus Fontanella.

Matrimonij pactis, ſiue de ritu nuptiarum, Franciſcus Molinos.

1. *a Indiſſolubilémque nexum.*] Vide Rebell. *d.p.2.l.2. q.15.ſect.1.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.2.diſp.16.dub.1.concluſ.3.* Gutier.*d.tract.de matrimon.cap.53. à princip.* Bonacin. *d. q.2.puncto* 11. Vincent. Filliuc. *in quæſt.moral. tract.*10.*c.*2. Paul. Layman. *in Theologia morali, tract.*10.*p.*3.*cap.*6. *à princip.* Gaſpar. Hurtad. *de matrimon. diſp.*8.*diffic.*1. *cum ſeqq.*

2. *b Hoc nunc os ex oſſibus meis*,&c.] Vide Perez *l.1. in gloſſ. que es el paraiſo, pag.*20.*tit.*1. *lib.*5. *ord.*Viuald. *in candel. aureo p.*1. vbi de matrim. *n.*7. Petr. de Ledeſma *de matrimon. quæſt.*42.*art.*2. Henriq.*in ſum.lib.*11.*de matrim.c.*1.§.3.Vazq.*de matrim.diſp.*2. *cap.*10. Sanch. *de matr.lib.*2. *diſp.*4. *n.*2. *& diſp.*13. *num.*4. Rebello *de obligation. iuſtitia, p.*2.*lib.*2.*q.*3. *à princip.* Gutier.*de matrim.c.*39.*per tot.*Bonacin.*in ſimili tract. quæſt.*2. *puncto* 2.*n.*1. Gaſp.Hurtado *eod. tract diſp.*4.*diffic.*1.*n.*3.

3. *c Cùm igitur matrimonium in lege Euangelica*, &c.] Matrimonium ante legem gratiæ in lege naturæ & veteri non fuiſſe propriè Sacramentum gratiam conferens, docent Petr. de Ledeſm.*in ſum. p.*1.*de Sacram.* vbi de ſacram.Matrim. *cap.*1.*concl.*6. Vazq. *diſp.*2.*cap.*3.Rebell.*d lib.*2.*q.*3.*à n.*12.Henr. *in ſum. lib.*11.*cap.*1.§.1. *& in commento lit.V.* Ægid. de Coninck *d.tom.*2.*diſp.*24.*concl.*2.Sanch. *de matrim.lib.*1.*diſp.*7.*n.*2. Gut. *in ſimili tr.c.*42.*à princip.* Paul. Layman. *d tr.*10 *p.*1.*cap* 2.*n.*1. Gaſpar Hurtado *de matrim diſp.*3.*diffic.*20.*n.*72.

Contra Roffenſ. Caſtr. Catherin. & alios, quos refert & ſequitur Petr. Sot. *de inſt. ſacerd. lect.*1. *de matrim.* exiſtimantes ante legem gratiæ matrimonium fuiſſe propriè Sacramentum & gratiam contuliſſe. De intellectu verò *c.gaudemus,de diuort.*ibi, *cùm Sacramentum coniugij apud fideles, & infideles exiſtat*, agunt Sanch. *de matrimon. lib.*2. *diſput.*8. *à princip.* Baſil.Pont.*in ſimili tract.lib.*1. *cap.*6.*num.*6. Antonin. Ricc. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent.lib.*2. *cap.*1. *num.*8. Ego ipſe *in collection.ad c.gaudemus,n.*3.*cum ſeqq.*

4. *d* Canon I.] Vide Tertull. *in exhort. ad caſtitatem cap.*5. *verſ. uno matrimonio*, Iſidor.Hiſpalenſ. *de offic.eccleſ.lib.*2.*cap.*19. Mag.*in* 4.*diſt.*33. vbi Durand. *quæſt.*1. Thom.Argent.*art.*3. Iodoc. Coec. *in theſauro Catholico, tom.*2.*lib.*9 *art.*2.Perez *l.*1.*gloſſ. que es el paraiſo, pag.*20.*tit.*1. *lib.*5. *ordin.* Spin. *in ſpeculo teſtament.gloſſ.*15.*princ.n.*15. Sayr. *de Sacrament. in genere, lib.*1.*c.*2.*quæſ.*2.*art.*4.*verſ.quod verò ad matrimonium*, Valent. *tom.*4.*diſp.*10.*q.*1. *punct.*5. Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.*1. *de Sacram.* vbi de ſacram. matrim. *cap.*1. *concl.*1.*&* 19. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*2. *differ.*18. *n.*5. Sanch. *de matr. lib.*2. *diſp.*20.Gutier.*eod.tract.c.*42 Bonacin.*in ſimili tract. q.*2. *puncto* 1.*n.*2.Rebello *de oblig. iuſt. p.*2.*l.*2. *q.*3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*31. *cap.*1. *à n.*2.Ægid.de Coninck *de Sacrament.tom.*2.*diſp.*24. *dub.*2. *à n.*5. Fernandez *in examine Theologiæ mor. p.*3.*cap.*18.*n.*1.*&* 7.Paul.Layman.*in Theolog.morali, tract.*10.*p.*1.*cap.*2.*n.*1.*in princ.*Gaſp.Hurtado *de matrimonio diſp.* 4. *diffic.*1. Torreblanca *de iure ſpir. lib.*2 *c.*1.*n.*46.*& c.*14.*à n.*4.

5. *e* Canon II.] Vide Card. Bellarm.*lib.*1.*de matrim.cap.*11.*propoſ.*2.Valent.*tom.*4. *diſp.*10.*q.*1.*puncto* 3. *col.*3.*verſ. quinimò*,Henriq.*in ſum.lib.*2.*c.*6.§.2. Fernandez *in examine Theolog. moralis, p.*3.*cap.*19. §.1.*n.*8.Sanch. *de matrimonio lib.*7. *diſp.*80.Gutier. *eod. tract. c.*96. Bonac. *in ſimili tr. q.*3. *puncto* 10. *n.*3.Rebell. *de obligat.iuſtit. part.*2.*lib.*3.*q.fin.à n.*5. Ægid. de Coninck *de Sacram.tom.*2.*diſp.*26.*dub.*2. *num.*13. Ludou. de Sotomayor *in Cantica cap.*6. *in verb. ſexaginta ſunt Reginæ,pag.mihi* 1091.Baſil. Pont. *de impediment. matrimon. cap.*13. *& in tr. de matrimonij ſacramento, lib.*7. *cap.*49.Paul. Layman. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract.*10.*part.*3.*cap.*6. *à n.*7. Gaſpar Hurtado *de matrimon. diſp.*19. *diffic.*1. meipſum *in collect.ad cap.gaudemus,de diuort.n.*10. *cum ſeqq.*

6. *f* Canon III.] Vide Nauarr. *conſ.*14. *num* 8. *de ſponſal in nouis*, Couar. *de ſponſal p.*2. *cap.*6. §.10. *num.*2. Valent. *p.*4.*diſp.*10. *q* 5.*puncto* 3. vbi de impedimento cognationis, §. *in aliis autem gradibus.* Caiet.2.2.*quæſt.*154. *art.*9.*circa ſolut.ad* 3. Sanch. *de matrimon. lib.*7. *diſp.*52. *num.*6. *& lib.*8. *diſp.*6. *n.*11.*cum ſeqq.* Gutier. *eod. tr.c.*98. *num.*19.Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract.*4. *c.*10. *n.*113. Paul. Layman. *in Theolog. morali, tract.*10. *part.*4.*cap.*10. Gaſp.Hurtado *de matrim.diſp.*17.*diffic.*5.

7. *g* Canon IV.] Vide Petr. Ledeſm.*in ſum.p.*1. *de Sacrament.* vbi *de ſacram. matrim. cap.*10.*concluſ.*1. Rebello *de obligat. iuſt. p.*2.*lib.*3. *q.*1.*n.*2. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.*2.*diſp.*32. *num.*10. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1. *comp.*19. *n* 126. Cencd. *pract. & canon. quæſt. lib.*1. *quæſt* 39. *n.*91. Bonacin. *de ſacram. matrim. quæſt.*3. *puncto* 1. *n.*2. Fernandez *in examine Theolog.moralis, part.*3. *c.*16. §.1. *n.*2. Paul. Layman. *in Theologia morali, tract.* 10.*part.*4. *c.*1. Gaſp. Hurtado *de matrimon. diſp.*12. *diffic.*2.

8. *h* Canon V.] Vide Gregor. Lop *lib.*3.*tit.*2.*p* 4. Perez *lib.*1. *tit.*1. *l.*5. *ordin pag.*10. Bonacin. *de ſacrament.matrim.quæſt.*4.*puncto* 5.*num.*25.*verſ.prima, & verſ.ſexta*, Hurtado *de matrimon.diſp.*11.*diffic.*5. *n.*18. Paul. Layman. *in Theologia morali, tract.*10. *p.*3.*cap.*7.*n.*17.

9. *i* Canon VI.] Vide Barboſ. *p.*2. *rub. ff. ſoluto matrim. num.*73. Sanch. *de matrim. lib.*2. *diſput.*18. *n.*3. Gutier. *eod. tract. cap.*54. *à n.*1.Rebell. *de obligat.iuſtit. p.*2.*lib.*3. *quæſt.*4. *n.*1. *& ſect.*3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *n.*36. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom* 2. *diſp.*26. *à n.*30.Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis, tract.*4. *cap.*6. *numero* 31. Monet. *de commutat. vltim. volunt.cap.*4. *num.*111. Filliuc. *in q. moralib.tom.*2.*tract.*10.*n.*60. Paul.Layman. *in Theolog. morali, tract.*40.*p.*3. *c.*6.*n.*3. Gaſp. Hurtado *de matrimon. diſp.*8. *diffic.*4. Scl. *in ſelect. canon. cap.*22. *num.*8. vbi refert deciſum ſub die 18. Nouembris 1618. matrimonium reputari ratum, & non conſummatum, ad effectum vt vnus ex contrahentibus alio contradicente poſſit ingredi Religionem, ſi poſt illud contractum coram parocho, & teſtibus copula non interceſſit, quamuis priùs non ſemel etiam cum promiſſione de contrahendo fuiſſent fornicati.

10. Sola Eccleſiæ auctoritate, quam per antiquiſſimam traditionem accepimus, introductum eſſe

vt

vt per vota ſolemnia Religionis ſoluatur matrimonium ratum, reſoluunt Henriq. Gandauenſ. *quodlib.* 5. *q.* 35. Medina *lib.* 5. *de ſacrorum hominum continentia, cap.* 86. Ægid. de Coninck *d. tom.* 2. *diſp.* 26. *dub.* 3. *concl.* 4. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dub* 8. *n.* 69. Paul. Layman. *d. cap.* 6. *num.* 3. Gaſpar Hurtado *dicta diſput.* 8. *diffic.* 4. *num.* 17.

Contra Sot. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 4. Sanch *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 19. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.* 9. *cap.* 5. exiſtimantes diſſolui iure diuino.

11. Matrimonium ratum non diſſolui per tria vota Societatis per biennium emiſſa, cùm ſint ſimplicia, & non abſolutè perpetua ex parte admittentis illa, tradunt Henr. *in ſum. lib.* 11. *c.* 8. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 165. *c.* 10. Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 28. Gaſp. Hurtado *d. diſp.* 8. *diffic.* 5. contra Baſil. Pont. *d. lib.* 9. *cap.* 6.

12. Matrimonium ratum diſſolui per profeſſionem in Religione S. Ioannis Hieroſolymitani, non ita in aliis Militum Chriſti, Calatrauæ, Alcantaræ, S. Iacobi, & ſimilium non viuentium in clauſtro, reſoluunt Nau. *conſ.* 3. aliàs 2. *in nouis, de conuerſ. coniug.* Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 8. §. 6. Azor. *inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 13. *cap* 3. *quæſ.* 2. D Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 82 latè Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *diſp.* 18. *per tot.* Baſil Pont. *dict. lib.* 9. *cap.* 7. Gaſp. Hurtado *d. diſp.* 8. *diffic.* 6. Ego ipſe *de appellatiua verb. vtriuſque iuris ſignif. appell.* 233. *n.* 9.

13. κ CANON VII.] Vide Couarr. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 15. Nauarr. *in man. cap.* 22. *n.* 21. Fernandez *in examine Theolog. moralis, p.* 3. *c.* 16. §. 1. *ſect.* 9. Rebell. *de obligat. iuſt. p.* 2. *quæſt.* 15. *ſect.* 2 Molfeſ *in ſumm. Theolog. moralis, tract.* 4 *cap.* 14. *à n.* 14. Baſil. Pont. *de impediment. matrimon. cap.* 21. *in fine,* Paul. Layman. *in Theolog. moral. tract.* 10. *p.* 3. *cap.* 7. *ex num.* 7. Gaſp. Hurtado *de matrim. diſp.* 11. *diffic.* 1. *cum ſeqq.*

14. λ *Vel etiam innocentem,* &c.] Vide Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 4 D. Barboſ. *d. p.* 2. *rubr. ff. ſoluto matr. n.* 15. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 2. *n.* 2.

15. μ CANON VIII.] Vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 313. *verſ porrò,* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract.* 4. *c.* 14. *n.* 14. *cum ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 10 *diſp.* 15. *n.* 1. Gaſp. Hurtado *in ſimili tract. diſput.* 11. *diffic.* 5. *n.* 17.

ν CANON IX.] Vide Card. Bellarm. *lib.* 2. *de* 16.
Monac. c. 21. *cum ſeqq.* Iodoc. Coec. *tom.* 2. *theſaur. Catholici, lib.* 8. *art.* 6. Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 83. *lit. A. in princ.* Henr. *in ſum lib.* 12 *cap.* 5. §. 2. *lit. I.* & § 9. *in princ.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 1. *de Sacrament.* vbi de ſacrament. matrim. *c.* 13. *concl.* 8. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *quæſ.* 1. *verſ. quamquam.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tr.* 4. *c.* 9. *num.* 35. & 37. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 16. *n.* 1. Gutier. *eod. tract. cap.* 94. *à n.* 5. Fernand. *in examine Theolog. moralis, p.* 3. *c.* 16. §. 1 *ſect.* 3. *verſ. dico ſecundum,* & *ſect.* 8. Farin. *in praxi crimin p.* 5. *q.* 138. *n.* 95. Hurtado *de Sacram. tom.* 2. *tract. de Ordine, differ.* 24. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 120. Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 2. *diſp.* 31. *n.* 66. Paul. Layman. *in Theolog. morali, tr.* 10. *p.* 4 *c.* 3. Bonacin. *de matrim. q.* 3. *puncto* 4 *num* 2. Gaſp. Hurtado *in ſimili tr. diſp.* 15. & 16. Thom. Valaſc. *tom.* 1. *alleg.* 6. *n.* 38. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 58. & *à n.* 66.

ξ CANON X.] Vide Victor. *de Sacram.* vbi de 17.
matrimon. *num.* 246. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 18. *n.* .. Fernand. *in examine Theologiæ moralis, p.* 3. *cap.* 19. §. 2. *n.* 2. Gutier. *de matrim. c.* 4. *n.* 6. Stephan. Vveyms *in conſtitution.* 24. *ex antiquo Iure deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſtit.* 15. *n.* 8.

ο CANON XI.] Vide Card. Bellarm. *in controuerſ. Cathol. tom.* 2. *lib.* 1. *de matrimon. cap.* 33 Matienſ. *gloſſ.* 1. *rub. tit.* 1. *num.* 147. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2 *cap.* 21. *num.* 9. Molfeſ *in ſumm. Theolog. moralis, tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 73. Cened. *ad Decretal coll.* 22. *num.* 1. *in fine.*

π CANON XII.] Vide Zerol. *in praxi p.* 1. *verb.* 18.
Matrimonium, §. 6. Matt. *de iuriſd. p.* 2. *c* 8. *à princ.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract.* 4 *cap.* 5. *num.* 16. *in fine,* & *cap.* 16. *n.* 12.

DE REFORMATIONE.

De modo celebrandi Matrimonium ritè, & ſolemniter.

CAPVT I.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Matrimonia, quæ fiunt inſcitis, & inuitis parentibus, valida ſunt.*
3. *Parentes non poſſunt liberos exhæredare, nec eis dotem denegare, quòd contrahunt matrimonium ipſis inuitis.*
4. *Statutum, ſeu lex municipalis prohibens filiis matrimonium contrahere ſine voluntate parentum non valet.*
5. *Parochus proprius dicitur ille in cuius parochia habitant contrahentes tempore matrimonij.*
6. *Parochus proprius ille dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarũ in loco domicilij.*
7. *Fœmina transferens ſe ad domum concubinarij intentione perpetuò cum illo manendi, non poteſt validè coram parocho ſuæ parochiæ contrahere matrimonium.*
8. *Parochus proprius ille dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent, quamuis illud ſimulatè habitare inceperint.*
9. *Matrimonium contractum coram parocho loci vbi contrahentes recreationis cauſa reperiuntur, non valet.*
10. *Matrimonium contractum coram parocho loci vbi contrahens moratur tanquam Prætor, vel Medicus, valet.*
11. *Matrimonium contractum coram parocho loci exilij impoſiti donec olim ſtatutum non eſſet, eſt validum.*
12. *Matrimonium contractum coram parocho loci ad quem ob parentum metum venerant, & in quo aliquantum permorati erant, valet.*
13. *Parochus proprius dicitur habitationis fœminæ, quando ibi contrahitur, & parochus viri ſufficit quando contrahitur in parochia habitationis viri.*
14. *Parochus viri ad coniungendos aliquos matrimonio ſufficit in parochia, & è contra.*
15. *Parochi duo quoad matrimonium poſſunt reperiri.*
16. *Parochus ruralis non eſt proprius parochus quando rus recreationis cauſa habitatur.*

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

17. *Habitans in confinio duarum Eccleſiarum parochialium cenſetur parochianus illius, in qua domus aditum magis frequentem habet.*
18. *Denunciationes ſunt faciendæ tribus continuis diebus feſtiuis.*
19. *Quæ ſibi non ſuccedant immediatè.*
20. *Parochus non debet inter vnam, & alteram denunciationem multos dies feſtos interponere.*
21. *Denunciationes nouas promittere debet qui poſt primas peractas intra quatuor menſes matrimonium non contraxit.*
22. *Denunciationes diebus ferialibus fieri non poſſunt etiam cum diſpenſatione Epiſcopi.*
23. *Denunciationes quando alio die quam feſto fieri poſſint.*
24. *Denunciationes quando extra Eccleſiam, & Miſſarum ſolemnia fieri poſſint.*
25. *Denunciationes fieri debent à proprio contrahentium Parocho, vel ab alio de eius licentia.*
26. *Denunciationes ſunt faciendæ in vtraque ſponſi & ſponſæ parochia.*
27. *Vicarius generalis non poteſt impedire quòd parochi denunciationes faciant abſque ſua licentia.*
28. *Denunciationes non ſunt de ſubſtantia.*
29. *Parochus ſine facultate, aut legitima cauſa matrimonium celebrans prætermiſſis denunciationibus peccat grauiter.*
30. *Parochus timore mortis matrimonio aſſiſtens omiſſis denunciationibus non peccat.*
31. *Parochus, qui omiſſis denunciationibus ſine licentia Ordinarij aliquos deſponſauit, incurrit pœnam triennalis ſuſpenſionis.*
32. *Matrimonium clandeſtinum dicitur quando illicitè denunciationes omittuntur.*
33. *Parochus non debet ad celebrationem matrimonij deuenire, niſi poſt trium vel duorum dierum ſpatium ab vltima denunciatione.*
34. *Denunciationum vi qui teneantur denunciare.*
35. *Matrimonium domi celebrari poteſt.*
36. *Parochus tenetur contrahentes interrogare de mutuo conſenſu.*
37. *Parochus omittens contrahentes interrogare de mutuo conſenſu grauiter peccat.*
38. *Conſenſus ad matrimonium requiſitus quibus ſignis exprimi poſſit.*
39. *Matrimonij ad valorem non requiritur quòd conſenſus alternatiuus ſit ſimul tempore.*
40. *Matrimonium nullum ex defectu conſenſus vnius vt reualidetur ſufficit, quod ille, cui deficit conſenſus verus, ſolum de nouo conſentiat.*
41. *Matrimonij ad validitatem non requiritur vt parochus vtatur aliquibus verbis.*
42. *Sed illorum omiſſio eſt peccatum mortale.*
43. *Matrimonium cùm probabiliter timetur malitioſè impediendum, quomodo denunciationes omitti poſſint.*
44. *Parochus quando poſſit denunciationes omittere.*
45. *Pœna arbitraria puniendus eſt ille, qui falſa impedimenta denunciat, vt matrimonium impediat.*
46. *Matrimonium contractum non præmiſſis denunciationibus eſt validum, quamuis Ordinarius recuſet dare licentiam quòd fiant poſt.*
47. *Ordinarius ex cauſa ſibi bene viſa poteſt diſpenſare, vt omittantur omnes denunciationes, vel aliqua illarum.*
48. *Diſpenſare in denunciationibus poteſt Ordinarius vnius ex contrahentibus quando ſunt diuerſarum diœceſum.*
49. *Epiſcopus poteſt alteri delegare facultatem diſpenſandi in denunciationibus.*
50. *Vicarius generalis Epiſcopi ex vi officij poteſt diſpenſare, vt denunciationes poſtponantur, vel omnino omittantur.*
51. *Vicarius generalis Epiſcopi poteſt ſpecialiter, non tamen generaliter delegare facultatem diſpenſandi in denunciationibus.*
52. *Iuriſdictionem Epiſcopalem habentes, nullique diœceſano ſubditi poſſunt denunciationes remittere.*
53. *Abbates, qui habent iuriſdictionem Epiſcopalem poſſunt denunciationes remittere.*
54. *Abbatias, aut alias dignitates in commendam habentes, denunciationes ſine ſpeciali commiſſione Apoſt. remittere non poſſunt.*
55. *Vicarius S. Ioannis Hieroſol. denunciationes remittere poteſt.*
56. *Magiſter ſcholæ Salmanticen. reſpectu ſcholaſticorum denunciationes remittere poteſt.*
57. *Archiepiſcopus denunciationes in alterius etiam diœceſani Epiſcopatu remittere non poteſt.*
58. *Ordinarij prudentiæ, & iudicio relinquitur an denunciationes omnes remittantur.*
59. *Ordinarius ex cauſis iuſtis poteſt in denunciationibus diſpenſare.*
60. *Ordinarius remittendo denunciationes ſine iuſta & rationabili cauſa peccat mort.*
61. *Ordinarius ad diſpenſandum in denunciationibus ſufficit ſi cognoſcat extra iudicium cauſam diſpenſandi.*
62. *Cauſa iuſta ad diſpenſandum in denunciationibus quæ.*
63. *Diſparitas conditionis, ætatis, diuitiarum, & qualitatis eſt cauſa diſpenſandi in denunciationibus vt omnino tollantur.*
64. *Articulus mortis in volente contrahere cum concubina, eſt iniuſta cauſa diſpenſandi in denunciationibus vt poſtponantur.*
65. *Verecundia in diu habitis pro coniugibus eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denunciationibus, vt omnino omittantur.*
66. *Vicinitas temporis, quo nuptiæ ſolemnes prohibentur, eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denunciationibus vt poſtponantur.*
67. *Matrimonium quando creditur iniuſtè impediendum, poteſt diſpenſari in denunciationibus vt omittantur.*
68. *Virgo quando eſt ſub tutela iniqui tutoris eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denunciationibus.*
69. *Vel ſi filij eſſent ſub poteſtate nouercali.*
70. *Magnates quando contracturi ſunt matrimonium & non repentè, poteſt diſpenſari in denunciationibus vt omnino omittantur.*
71. *Ordinarius tenetur diſpenſare ſub peccato mort. in denunciationibus exiſtente iuſta cauſa, & petentibus partibus.*
72. *Præſentia parochi in matrimoniis neceſſaria non tantum corporea, ſed etiam moralis requiritur cum intelligentia, & aduertentia actus.*
73. *Parochus qui præſens corpore eſt, ſed animo nihil omnino aduertens, non aſſiſtit validè matrimonio.*
74. *Parochus etiam vi detentus ſi intelligat conſenſum contrahentium validè aſſiſtit matrimonio.*
75. *Parochus renuens, & doloſè adductus ſi probè intelligat, & audiat contrahentium verba, validè aſſiſtit matrimonio, niſi affectatus eſſet nō intelligere.*
76. *Parochum vi adigere, aut dolo inducere vt matrimonio interſit, eſt peccatum mort.*
77. *Præſentia parochi ſufficit ad matrimonium etiamſi ad alium finem vocatus, & caſu præſens ſit.*
78. *Parochus poteſt aſſiſtere matrimonio ſuorum parochianorum in alterius parochia ſine licentia parochi illius loci in quo aſſiſtit.*
79. *Putatiuus parochus validè matrimonio aſſiſtit.*

80. Titulum

80. *Titulum iniuſtam beneficij habens parochus validè matrimonio aſſiſtit.*
81. *Non promotus infra annum.*
82. *Collationem ſuam nullam habens, &c.*
83. *Parochus adminiſtratione interdictus, ſuſpenſus, irregularis, vel excommunicatus non toleratus, modò non ſit actualiter depoſitus, validè matrimonio aſſiſtit.*
84. *Schiſmaticus ſaltem coloratum titulum habens ſi non fuit vt talis declaratus, & parochia priuatus, validè matrimonio aſſiſtit.*
85. *Fornicator notoriè.*
86. *Exiſtens in peccato morte.*
87. *Parochus interdictus ſeu prohibitus ab Epiſcopo ſeu eius vicario ne aliquos matrimonio coniungat, validè aſſiſtit.*
88. *Parochus non Sacerdos validè matrimonio aſſiſtit.*
89. *Sacerdos deputatus à proprio parocho validè matrimonio aſſiſtit.*
90. *Sacerdos Regularis poteſt deputari à proprio parocho vt matrimonio aſſiſtat.*
91. *Clerico non Sacerdoti non poteſt parochus, ſiue Ordinarius concedere licentiam aſſiſtendi matrimonio.*
92. *Parochus habet facultatem concedendi licentiam alteri Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio ſuorum parochianorum, quamuis eſſet irregularis, ſuſpenſus, excommunicatus non toleratus.*
93. *Degradatus parochus poteſt validè alteri Sacerdoti licentiam aſſiſtendi matrimonio concedere.*
94. *Parochus poteſt facultatem concedere alteri Sacerdoti non ſolùm in propria parochia, ſed etiam extra illam.*
95. *Vicecurati à parochis proprietariis couſtienti poſſunt alteri Sacerdoti licentiam aſſiſtendi matrimonio concedere.*
96. *Parochus proprius ſi nolit matrimonio alioquin licito interuenire, poteſt ad id cogi per ſuperiorem.*
97. *Matrimonium contractum coram parocho alieno de licentia Ordinarij præter ipſius intentionem valet.*
98. *Iuriſdictionem Epiſcopalem habentes poſſunt licentiam intereſſendi matrimoniis concedere.*
99. *Abbates Eccleſiarum nulli Epiſcopo ſubiectarum poſſunt licentiam intereſſendi matrimoniis concedere.*
100. *Capitulum Sede vacante poteſt licentiam intereſſendi matrimonio impartiri.*
101. *Legatus à latere in prouincia ſua legationis poteſt licentiam intereſſendi matrimonio impartiri.*
102. *Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum poſſunt matrimoniis intereſſe, & intereſſendi licentiam concedere.*
103. *Archiepiſcopus dum actu viſitat diœceſes ſuffraganeorum, poteſt in eis licentiam intereſſendi matrimonio concedere.*
104. *Archiepiſcopus poteſt concedere licentiam intereſſendi matrimoniis ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum, nolente ſuffraganeo aliquos maritaliter coniungi, & ad ipſum Archiepiſcopum ſuper ea re appellatur.*
105. *Vicarius generalis Epiſcopi ex proprio officio intereſſe poteſt matrimoniis, & alij Sacerdoti aſſiſtendi licentiam concedere.*
106. *Vicarius Epiſcopi, qui Sacerdos non eſt, poteſt præſentiam matrimonio contrahendo præſtare.*
107. *Iuriſdictione Epiſcopi ſuſpenſa per excommunicationem, aut ſuſpenſionem, poteſt eius vicarius validè intereſſe matrimonio.*
108. *Licentia ad intereſſendum matrimonio debet eſſe expreſſa, & non tacita.*
109. *Licentia ad aſſiſtendum matrimonio debet actum præcedere.*
110. *Licentia metu vel dolo obtenta ſufficit ad aſſiſtendum matrimonio.*
111. *Licentia contra prohibitionem Epiſcopi validè datur ad effectum vt matrimonium contractum coram Sacerdote, cui conceſſa fuit, validum ſit.*
112. *Licentia ad aſſiſtendum matrimonio non requiritur in ſcriptis, ſed ſufficit verbalis.*
113. *Licentia ſpecialis non requiritur, ſed ſufficit generalis ad aſſiſtendum matrimonio.*
114. *Licentia generalis adminiſtrandi omnia Sacramenta ſufficit ad aſſiſtendum matrimonio.*
115. *Sacerdos delegatus validè matrimoniis aſſiſtit dum à parocho concedente licentiam aſſiſtendo non reuocatur.*
116. *Licentia aſſiſtendi matrimoniis, quam parochus alteri Sacerdoti dat, expirat ſi interim parochus moriatur.*
117. *Matrimonium contractum coram parocho extraneo, qui habet licentiam à proprio parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat ſe illam habere, eſt inualidum.*
118. *Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui re vera non habuit à proprio parocho licentiam veram, eſt nullum.*
119. *Sacerdos credere non debet dicenti ſe licentiam habere à parocho vt poſſit coram ipſo contrahere.*
120. *Præſentia teſtium & parochi in matrimonio contrahendo debet eſſe ſimultanea, & non ſufficit ſucceſſiua.*
121. *Teſtes quinque ratione competes, quamuis impuberes, conſanguinei, domeſtici, fœmina, aut infames, ſufficiunt in contrahendis matrimoniis.*
122. *Teſtes etiam dolo, & ad aliud vocati ſufficiunt in contrahendis matrimoniis.*
123. *Teſtes etiam vi detenti, & coacti ſufficiunt, dummodo intelligant conſenſus contrahentium.*
124. *Teſtes non deſiderantur rogati in matrimoniis contrahendis.*
125. *Contrahentes abſque parocho, & aliis teſtibus ſunt inhabiles ad contrahendum.*
126. *Concilium potuit perſonas etſi laicas inhabilitare, & contractum matrimonij ex cauſa irritare.*
127. *Matrimonia clandeſtina, non verè ſponſalia irritantur.*
118. *Sponſalia clandeſtinè contrahentes non peccant.*
129. *Matrimonium contrahentes ſine parocho & teſtibus peccant mortaliter.*
130. *Matrimonium contractum abſque præſentia parochi, vel duorum, aut trium teſtium in vim ſponſaliorum non reſoluitur.*
131. *Sponſalia ſubſequuta copula coram parocho, & teſtibus non transeunt in matrimonium.*
132. *Matrimonium nullum ex publica cauſa noua indiget præſentia parochi ad illud contrahendum.*
133. *Matrimonium contractum à filia propter metum mortis à matre illatum eſt inualidum.*
134. *Matrimonium celebratum ſub honeſta conditione de futuro, vt validè fiat, neceſſariè eſt adimplenda conditio coram parocho; & teſtibus.*
135. *Matrimonium coram parocho, & teſtibus contractum hac conditione ſi mulier eſt legitima, ſubſequuta copula non eſt validum ſi poſtea conſtiterit mulierem eſſe illegitimam.*
136. *Matrimonium celebratum coram parocho, & teſtibus quando fuit nullum ob impedimentum occultum, non eſt neceſſarium ad reualidationem*

illius, quod iterum coram parocho, & aliis teſtibus celebretur.

137. *Diſpenſatione obtenta non tenentur iterum coram parocho & teſtibus contrahere, qui iam ſemel coram eiſdem contraxere, inualidè tamen.*

138. *Matrimonium infidelium vt fiat Sacramentum non eſt neceſſariò facienda expreſſio, & ratificatio conſenſus coram parocho, & teſtibus.*

139. *Præſentia parochi & teſtium requiritur vt matrimonium celebratum per procuratorem ſit validum.*

140. *Matrimonium abſque parochi licentia, vel aliàs non ſeruata forma Concilij minimè poteſt celebrari data etiam vrgente neceſſitate.*

141. *Parochus, vel alius Sacerdos, qui cum minori teſtium numero quàm duorum matrimonio clandeſtino interfuerit, eſt grauiter arbitrio Ordinarij puniendus.*

142. *Pœna triennalis ſuſpenſionis ab officio impoſita parocho aſſiſtenti matrimonio clandeſtino non eſt ſublata per hoc decretum.*

143. *Parochus proprius, vel alius Sacerdos de eius licentia aſſiſtens matrimonio clandeſtino ob denunciationum omiſſionem, ſuſpendendus eſt triennio.*

144. *Parochus ob licentiam conceſſam alij Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio clandeſtino incurrit tantùm triennalem ſuſpenſionem.*

145. *Suſpenſus ab officio, qui interfuit matrimonio clandeſtino, non eſt ſuſpenſus à beneficio.*

146. *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ab huiuſmodi triennali ſuſpenſione.*

147. *Contrahentes abſque parocho, & aliis teſtibus vbi Trid. viget, puniendi ſunt pœna graui arbitrio Ordinarij.*

148. *Contrahentes matrimonium ante Eccleſiæ benedictionem acceptam ne cohabitent hortatur Concil. in præſenti.*

149. *Matrimonium conſummare ante Eccleſiæ benedictionem ſublato ſcandalo non eſt peccatum mort.*

150. *Benedictionem nuptialem omnino omittere eſt tantùm veniale.*

151. *Benedictio coniugalis non poteſt niſi inter Miſſarum ſolemnia fieri.*

152. *Benedictiones nuptiales in ſecundis nuptiis non poſſunt recipere, qui in prioribus acceperunt.*

153. *Conſuetudini legitimæ diœceſum circa ſecundas nuptias benedicendas ſtandum eſt.*

154. *Parochus vtriuſuis contrahentis ſufficit ad benedicendas nuptias.*

155. *Parochus proprius debet recipere eleemoſynam occaſione benedictionis, & non alius.*

156. *Epiſcopi & ſimiles iuriſdictionem ordinariam habentes, & eorum vicarij poſſunt licentiam concedere impartiendi benedictiones nuptiales.*

157. *Sacerdos, tam ſecularis, quàm Regularis coniungens in matrimonium, vel benedicens ſubditos alterius parochiæ abſque licentia, &c. remanet ſuſpenſus ab officio.*

158. *Sacerdotes Regulares matrimonia miniſtrantes, ſeu ſolemnizantes non habita ſuper his parochialis Presbyteri licentia ſpeciali vltra ſuſpenſionem ipſo facto ſunt excommunicati.*

159. *Ignorantia qualibet etiam craſſa excuſat à ſuſpenſione.*

160. *Ipſo iure.*

161. *Suſpenſionis pœna huiuſmodi nedum ad officium, ſed etiam ad beneficium extendi poteſt.*

162. *Parochus tenetur habere librum in quo coniuges, teſtes, locum contractus, diem, menſem, & annum deſcribat.*

163. *Parochus obligatur ſub mortali ad habendum librum in quo coniuges, &c.*

164. *Matrimonium plenè probatur ex partita deſumpta ex libro parochi, etiam mortuis teſtibus, & parocho ſcribente.*

165. *Fides deſumpta ex libro parochi, vt probet neceſſario eſt facienda cum formali tranſcriptione partita.*

166. *Matrimonium contrahentes cum peccato mort. incurrunt peccatum mortale.*

167. *Matrimonium detinere non licet abſolutè, & per longum tempus, donec contrahentes orationem Dominicam, &c. didicerint.*

168. *Conſuetudines antiquas laudabiles, quæ in contrahendis matrimoniis obſeruari ſolita ſunt, non tollit hoc decretum.*

169. *Decretum hoc vt robur ſuum accipiat, requiritur neceſſariò in parochiis publicari.*

170. *Matrimonium contrahere coram parocho, & teſtibus tenentur ij, apud quos promulgatum eſt Concilium Trident. ſi ibi contrahant.*

171. *Non tamen ſi aliò migrent vbi non eſt acceptatum.*

172. *Matrimonium non eſt legitimum ſi contrahatur inter ſe conferentes ad locum in quo Concilium non eſt promulgatum ſub animo ſine parocho, & teſtibus contrahendi.*

173. *Matrimonium contrahere coram parocho, & teſtibus tenetur incola illius loci, in quo non eſt acceptatum Concilium, ſi diuertat ad locum in quo eſt receptum.*

174. *Epiſcopus non poteſt matrimonia inualidare per ſua decreta ſynodalia, quæ clandeſtinè, & ſine parocho, & teſtibus contracta eſſent, ſi ibi non eſt promulgatum Concil. Trident.*

175. *Decretum hoc obligat poſt triginta dies ab eius promulgatione, etiam ignorantes quoad annullationem matrimonij.*

Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia, libero contrahentium conſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia, quandiu Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi ſunt illi, vt eos ſancta Synodus anathemate dãnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant, a *quique falsè affirmant, matrimonia à filiisfamilias*, ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe; nihilominus ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper detestata eſt, atque prohibuit: verum cum ſancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis coniugiis ortum habent, præſertim verò eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cum ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſuccurri non poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur, b idcirco ſacri Lateranenſis Concilij, ſub Innocentio III. celebrati veſtigiis inhærendo præcipit, vt in

a Cap. non omnis, c. honoramur, & c. ſi 32. p. 2. cap. alter. & c. noſtrates 30. q. 5. c. videtur, qui matrim. accuſ. poſſ. Concil. Tolet. 5. cap. 10.

b Conc. Lateranen. 2. in c. 51. & in c. cum inhibitio, de clandeſtin. deſponſ.

in poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter β *à proprio contrahentium Parocho* γ *tribus continuis* * *diebus feſtiuis*, δ *in Eccleſia*, inter Miſſarum ſolemnia ε *publicè denuncietur*, inter quos matrimonium ſit contrahendum, ζ *quibus denunciationibus factis*, η *ſi nullum legitimum opponatur impedimentum*, ad celebrationem matrimonij, θ *in facie Eccleſiæ* procedatur, vbi Parochus ι *viro & muliere interrogatis*, κ *& eorum mutuo conſenſu intellecto*, vel dicat, λ *Ego vos in matrimonium coniungo*, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: vel aliis vtatur verbis iuxta receptum vniuſcuiuſque prouinciæ ritum. μ *Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio*, ν *matrimonium malitioſè* impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel ſaltem Parocho & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur, ξ *deinde ante illius conſummationem denunciationes* in Eccleſia fiant, vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, faciliùs detegantur, ο *niſi Ordinarius ipſe expedire* iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, π *quod illius prudentiæ*, *& iudicio* ſancta Synodus relinquit. Qui aliter, quàm ρ *præſente Parocho*, σ *vel Sacerdote*, τ *de ipſius Parochi*, υ *ſeu Ordinarij* φ *licentia*, χ *& duobus vel tribus teſtibus* matrimonium contrahere attentabunt, ψ *eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit*, ω *& huiuſmodi contractus irritos*, & nullos eſſe decernit prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. αα *Inſuper Parochum, vel alium Sacerdotem*, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho, vel Sacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, ββ *necnon ipſos contrahentes* grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit. γγ *Præterea eadem ſancta Synodus hortatur vt coniuges ante benedictionem* ſacerdotalem, [c] in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent, δδ *ſtatuitque benedictionem* εε *à proprio Parocho* fieri, neque à quoquam, ζζ *niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam* ad prædictam benedictionem faciendam, alij Sacerdoti concedi poſſe, quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda eſt, vel priuilegio non obſtante. ηη *Quòd ſi quis Parochus*, vel alius Sacerdos, θθ *ſiue regularis*, ſiue ſæcularis ſit, etiamſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere [d] ιι *auſus fuerit*, ipſo iure κκ *tandiu ſuſpenſus maneat*, λλ *quandiu ab Ordinario* eius Parochi qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. μμ *Habeat Parochus librum*, in quo coniugum, & teſtium nomina, diémque & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Poſtremò ſancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem νν *ſua peccata diligenter confiteantur*, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum piè accedant. ξξ *Si quæ prouinciæ* aliis, vltra prædictas, laudabilibus conſuetudinibus, & cæremoniis hac in re vtuntur, eas omnino retineri ſancta Synodus vehementer optat. Ne verò hæc tam ſalubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, vt cùm primum poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari οο *in ſingulis ſuarum diœceſum parochialibus* Eccleſiis, idque in primo anno quamſæpiſſimè fiat, deinde verò quoties expedire viderint. Decernit inſuper, ππ *vt huiuſmodi decretum in vnaquaque parochia*, ſuum robur ρρ *poſt triginta dies* habere incipiat à die primæ publicationis in eadem parochia factæ numerandos.

[c] Cap. cum multis ſeq. ſ. & c. nullis 35. q. 2.

[d] Gratis benedictio detur. Alex. 3. conſtit. ſua, part. 1. c. 7. & Innoc. 3. in 4. Concil. Later. c. 66.

1. VIde Perez *l. 1. verſ. quæri oti im poteſt, tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 27. cum ſeq.* Menoch. *conſ. 389.* Ceuall. *commun. contra communes q. 604.* Henriq. *in ſumm. lib. 11. c. 3.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 76.* Segura Daualos *in direct. iudic. part. 2. c. 15. & 16.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 15. princ.* Henriq. *in ſum. lib. 11. cap. 3.* Petr. de Ledeſm. *in tract. de matrimon. c. 45.* Gutier. *de iuramento confirmat. part. 1. cap. 51. & de matrimon. cap. 55. cum ſeqq.* Poſſeuin. *de officio Curati cap. 10.* Rebell. *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 2. quæſt. 7. & lib. 4. in fine*, Cened. *pract. & canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 30. per tot.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi c. 15. §. 10. cum ſeqq.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. different. 21.* Fernand. *in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 17. §. 2. & 18.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tract. 10. cap. 6.* Bonacin. *de matrimon. quæſt. 2.* Baſil. Pont. *eodem tract. lib. 5. c. 30.* Gaſp. Hurtado *in ſimili tract. diſput. 5. diffic. 3. cum ſeqq.* Paul. Layman. *in Theologia morali tract. 10. p. 1. cap. 4.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 32. & de officio, & poteſtate parochi part. 2. cap. 21.*

α *Quique falſò affirmarunt matrimonia à filiis familias, &c.*] Vide Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi part. 10. conſid. 36.* Perez *lib. 1. prope fin. verſ. conſtat autem ex prædicto Concil. pag. 36. tit. 1. lib. 5. ordin.* Cardin. Bellarm. *lib. 1. de matrimon. cap. 19. & 20.* Couar. *de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 8. n. 5.* Sayr. *in claui regia lib. 7. cap. 5. num. 13.* Cened. *ad Decret. collect. 58. num. 7.* Sanch *de matrim. lib. 1. diſp. 14. n. 4.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 20. num. 1. & 2. & in tract. de matrimon. cap. 79. à princ.* Rebell. *d. lib. 2. q. 7. ſect. 1.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis tract. 4. cap. 7. à num. 5.* Bonacin. *de matrimon. quæſt. 4. puncto 17. num. 23.* Melch. Phœbus *Luſit. deciſ. 45. n. 10. cum ſeqq. tom. 1.* Gaſp. Hurtado *de matrim. de diſp. 6. diffic. 10. in princip.* vbi *num. ſeq.* poſt Sanch. Ægid. de Coninck & Vaſq. reſoluit filios poſſe licitè parentibus inuitis matrimonium contrahere, ſub- 1.

dítque

ditque, quamuis non ſit contra reuerentiam parentibus debitam filios illis inuitis hoc, aut illud matrimonium contrahere, eis tamen inconſultis, ſeu non certioribus factis contrahere matrimonium aliquod eſſe grauem defectum irreuerentiæ, & peccatum mortale, niſi quando filij timent parentes iniuſtè impedituros matrimonium, aut quando adeſt alia rationabilis cauſa occultandi parentibus matrimonium.

3. Vnde parentes non poſſe liberos exhæredare, neque eis dotem denegare eo quòd contrahunt matrimonium ipſis inuitis, ac proinde eſſe abrogatas leges ciuiles permittentes patri filios exhæredare, ſi ſine eorum conſenſu nupſerint, tenent Burg. de Pace *conſ.* 20. *n.* 8. Marienſ. *lib.* 2. *gl.* 4. *per tot. tit.* 1. *lib.* 5. *noua recop.* Spin. *in ſpeculo teſt. gloſſ.* 20. *princip. ex n.* 66. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 16. *a princ.* Michl. Salon. *in* 2. 2. *q.* 5. *de dominio, art.* 5. *in* §. *quæſtio hæc in primis*, Menoch. *de arbitr. caſu* 453. *n.* 8. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 55. *& conſ.* 69. *à n.* 22. Gutiet. *pract. lib.* 2. *q.* 1. *ex n.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 5. *n.* 17. Cened. *ad Decretal. collect.* 58. *n.* 8. Vaſq. *diſp.* 4. *n.* 24. Sanch. *de matr. lib.* 4. *diſp.* 24. Gaſp. Hurtado *in ſimili tract. diſp.* 6. *diffic.* 10. *n.* 35. *in fine.*

4. Prout nec etiam ſtatutum, ſeu legem municipalem prohibentem filiis matrimonium contrahere ſine voluntate parentum valere, nec pœnas ab eo impoſitas validas eſſe, ſed iure Canonico abrogatas, concludunt Pichard. *in princip. Inſtit. de nupt. n.* 6. *&* 11. *& in princip. de in offic. teſtam. num.* 9. Marienſ. *d. gloſſ.* 4. *n.* 49. Petr. de Ledeſm. *in ſumma part.* 1. *de Sacrament.* vbi de ſacrament. matrimon. *c.* 7. *concl.* 5. *dub. unic.* Franc. Viui. *Neapol. dec.* 513. *n.* 3. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 5. *n.* 2. *& q.* 314. *num.* 3. D. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 27. 32. *&* 35. *ff. ſoluto matrim.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 2. *& lib.* 1. *q.* 1. *& de matrimon. c.* 80. *à princip.* Valdeſ. ad Xuar. *lib.* 2. *tit. de los caſamientos, pag. mihi* 50. Bapt. Coſta *de ſcientia; & ignorantia, cas.* 2. *diſt.* 40. *n.* 71. *& reg.* 11. Marr. *de iuriſdict. part.* 3. *cent.* 1. *caſu* 70. Bened. Ægid. *in repet. l. Titia, p.* 3. *n.* 30. *cum ſeqq. ff. de condit. & demonſtr.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differens.* 7. *n.* 9. *cum ſeqq.* Maſtrill. *Sicilia dec.* 163. Bernard. Greuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 95. Et ex Patribus Societatis Iesv Henriq. *in ſumm. lib.* 11. *c.* 6. §. 1. *littera C.* Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 2. *quæſ.*... Molin. *de iuſtitia, tract.* 2. *diſp.* 176. *verſ. dubium*, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 47. *num.* 12. Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 2. *q.* 14. *ſect. fin.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom.* 2. *diſp.* 28. *n.* 48. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *num.* 19. *verſ. quod verò attinet.*

5. ß *A proprio contrahentium Parocho.*] Illum dici, in cuius parochia habitant contrahentes tempore matrimonij, exiſtimarunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. dec.* 244. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 214. *num.* 1. *in* 2. *edit.* Bonacin. *de matrim. q.* 2. *punct.* 8. *num.* 1. Gutier. *eod. tract. c.* 64. *n.* 19.

6. Seu illum dici in cuius parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilij, rectiùs videntur ſentire Panorm. *in c. in noſtra* 11. *de ſepult.* Fr. Emman. *in ſumm. tomo* 1. *c.* 219. *n.* 6. Spin. *d. gloſſ.* 15. *num.* 41. Henriq. *d. lib.* 11. *c.* 3. §. 3. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 76. *num.* 18. Piaſec. *in praxi Epiſc. part.* 2. *c.* 4. *num.* 32. Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 30. *à n.* 45. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differens.* 11. *n.* 88. Hurtado *de matrim. diſp.* 5. *diffic.* 6. *num.* 49. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 31. *num.* 49. vbi *n.* 64. cum Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 14. aduerto, non opus eſſe expectare vt maiori anni parte parochiani in parochia vel diœceſi habitent, ſed ſtatim ac animum habitandi maiori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici parochianos, de quo etiam Emman. Sa *in aphoriſm. verb. matrimonium, num.* 2. *& verb. Parochus, n.* 1. *verſ. ad matrimonium*, Baſil. Pont. *de matrim. lib.* 5. *n.* 13. §. 1. *num.* 4. *cum ſeqq.* Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 713. *Buratti, n.* 15. Rot. *in Toletana matrimonij* 20. *Decembr.* 1625. *coram R. P. D. Merlino.* 7.

Vnde fœminam, quæ coram Parocho ſuæ Parochiæ contraxit matrimonium inualidum, ſéque inde tranſtulit ad domum concubinarij intentione perpetuò cum illo manendi, non poſſe poſtea coram eodem Parocho matrimonium de nouo validè celebrare, tenent Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 15. Bonacin. *d. q.* 2. *punct.* 8 *n.* 3. *verſ. ſecundo*, quos refero *d. alleg.* 32. *n.* 67. *& de officio, & poteſt. Parochi, c.* 21. *n.* 35. 8.

Proprium Parochum illum dici, in cuius parochia contrahentes domicilium habent, quamuis illud data opera habitare inceperint ſimulatè, & animo fraudandi proprios Parochos, reſoluunt Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 18. *ſub num.* 29. *verſ. cæterùm*, *& diſp.* 25. *ſub n.* 11. *in fine*, Gutier. *de matrim. c.* 65. *num.* 11. Filliuc. *in q. moral. tract.* 10. *de Sacrament. part.* 1. *c.* 6. *num.* 199. Bonacin. *d. quæſt.* 2. *puncto* 8. *num.* 4. quos ſequi videtur Rot. *in d. Toletana matrimonij.* 9.

Matrimonium contractum coram parocho illius loci vbi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium conſtituendi, ſed recreationis cauſa, non valere, refert deciſum Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 7. *n.* 11. *ad* 4. 10.

Matrimonium contractum coram parocho illius loci vbi contrahens moratur tanquam Prætor, iudex, ſeu medicus temporalis, validum eſſe, refert pariter deciſum idem Garc. *d. c.* 7. *n.* 11. *ad* 5. 11.

Matrimonium contractum poſt quartum habitationis menſem à muliere coram Parocho oppidi ad quod à ciuitate in qua habitabat, ad ſcandala ſubmouenda iuſſu Principis ſecularis tranſlata fuerat, ſub præcepto illinc non diſcedendi, donec aliud ſtatutum non eſſet, valere dicit Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 10. vti refert deciſum *ſub die* 26. *Iunij* 1621. per doctrinam Deciani *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 16. & aliorum quos citat Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *q.* 1. *&* 3.

Validum fuiſſe matrimonium cuiuſdam iuuenis 12. cum meretrice, qui dubitauerat illud in propria ciuitate contrahere, adhibendo Concilij Trident. ſolemnitates, eo quod iuuenis parentes eis impedimentum de facili facturi erant, & propterea Romam venerunt, coram teſtibus, & Parocho in Parochia in qua aliquantulum permorati erant, matrimonium contraxerunt per verba de præſenti, firmat Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 12. atteſtans deciſum *in Senen.* 17. *Maij* 1600. 13.

Parochum proprium ad coniungendos aliquos matrimonio, qui ſunt ex diuerſis Parochiis, eſſe, & ſufficere habitationis fœminæ, quando contrahitur in Parochia habitationis vxoris, & ſufficere Parochum viri, quando contrahitur in Parochia habitationis viri, reſoluunt, deciſúmque referunt Nauarr. *in man. c.* 25. *num.* 144. *& conſil.* 3. *ſub tit. de clandeſt. deſponſ. n.* 1. *in nouis.* Spin. *d. gloſſ.* 15. *n.* 47. Segura Daualos *d. p.* 2. *c.* 15. *n.* 47. Trimſan. *Venetia deciſ.* 13. *n.* 1. *lib.* 1. Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 19. Franc. Molin. *d. differens.* 11. *n.* 89. Vgolin. *de officio, & poteſt.*

poteſt. Epiſcopi, c.15.§.10.n.3. Armendar. in addit. ad rec p. legum Nauarra, lib.4.tit.15.lib.1.de matrimon. num.15.& 17. Fernandez d. p.1. c.18.§.1. num.11. Ferentil. in annotat.ad d.deciſ.713. Buratti,n.17. Ego ipſe d.allegat.31. num.65. & d. cap.21. num.44.

14. Et ſufficere Parochum viri etiam in Parochia mulieris, & è contra, quia Concil. in præſenti videtur voluiſſe præſentiam Parochi, & teſtium ad tollendam clandeſtinitatem, ad quod ſufficit vnus Parochus,ſiue viri, ſiue mulieris, reſoluunt Salzed. ad Bernard. in pract.c.76. dub.14. Caualcan. dec.12. n.21.part.1.Spin. d.gloſſ.15. n.41. Ceuall. d. q.604. n.6. Henriq. d. lib.11. c.3. §.2. Franc.Leo in theſaura fori Eccleſ. part.1. c.9. n.39. in fine, Zerol. in praxi Epiſcop. p.2. verb. Parochus, § 1. Armendar. d.lib.1.de matrim.n.7.13.14.& 28. Sanch. d. lib.3. diſput.19.ex num.1. Rebello d. part.2. lib.5. q.8. Paul.Comitol. reſp.moral.lib.1.q.131.n.2. Ægid.de Coninck d. diſp.27.n.19. Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ deciſ.244. in 1.edit. aliàs reſol.214. num.1.in 2.edit. Gutier. d.cap.62.num.4.Vgolin.d. cap.15.§.10.n.3. Bonacin. d. quaſt.2. puncto 8. n.7. Paul. Layman. in Theolog. mor. lib.5. tract.10. p.2. cap.5. num.2. Gaſpar.Hurtado de matrim. diſput.5. diffic.6.num.20. Rota apud Farin. deciſ.390. num 6. part.2.recent. Ego ipſe d alleg.32. n.98.& d.cap.25. num.45.

15. Parochos duos ſimul quoad hunc effectum poſſe reperiri, vbi ſcilicet quia dimidia anni parte in vna Parochia,altera dimidia in alia habitat, reſoluunt Nauarr conſ.7.n.3. de clandeſt. deſponſat. in nouis,Sanch. d lib.3.diſp.24.Segura Daualos d.p.2. c.55.n.47.Franc.Molin. d.different.11. num.91. Gutier. d.c.62. n.4.& c.64.n.2. Bonac d.punct.8. n.5. Ferentil. in annotat. ad d. deciſ.713. Baratti, n.14. ☞ Rota in Toletana matrimonij 10. Decembr. 1615.& in Neapolitana matrimonij 30. Martij 1619. coram R.P. D. Merlino. Ego ipſe d.alleg.32. n.69. & d.c. 21.n.41. quibus locis aduerto quòd vbi æqualitas habitationis datur, maioris temporis pars eum facit Parochum, in quo habitatio fit.

16. Vnde Parochum rutalem non eſſe proprium Parochum quando rus vel recreationis cauſa habitatur,aut ad paucos dies tantum incolitur,non autem maiore parte anni. reſoluunt Nauarr. d. conſ.3. num.2. Seraphin. deciſ.605. Aloyſ.Ricc. in d.praxi reſol.214.num.2. Franc.Molin. d. differ.11. num.90. Sanch. d. lib.3. diſput.13. num.12. Bellet. diſquiſit. clerical. part.1.tit.de exempt. cleritor. à ſtatutis,§.5. num.8. cum ſeqq. Bonacin. d. quaſt. 2. puncto 8.n.3. verſ.3.& ſeq. Ego ipſe d. allegat. 32.n.66. & d.c.21. num.42

17. Habitantem in confinio duarum Eccleſiarum Parochialium cenſeri Parochianum illius, in qua domus aditum magis frequentatum habet, tenet Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.333. in 1. edit. aliàs reſol.510. in 2. edit. quem refero dicta alleg.32.n.71.& d.c.21.n.43.

18. 7 Tribus continuis diebus feſtiuis.] Vide Chamer. d.dub.17. verſ.ſecundo, Sanch. d. lib.3. diſp.6. n.8. Valer.Reginald. d.lib.31.n.225.Bonacin.d.quaſt.2. punct.6.n.14. meipſum d. alleg.32. n 12.& d.c.21. num.19.

19. Et intelligi de feſtis, quæ ſibi non ſuccedunt immediatè,aſſerunt Segura Daualos d. part.2 c.26. n.10. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ.reſol. 224.n.4.in 2.edit. Ægid. de Coninck d. tom.2.diſp. 28.n.47. Fernand. in examine Theolog. moralis p.3. c.17.§.2. num.2. & 3. Vgolin. d.cap.15. §.11. n.4. & ſi

Contra Hurtado de matr. diſp.5. diffic.18. n.60. Baſil. Pont. de impedim. matrim. c.26. §.4. in princ. exiſtimantes procedere etiamſi huiuſmodi dies feſti ſibi ſuccedant.

Parochum non debere inter vnam & alteram denunciationes multos dies feſtos interponere, 20.
ita vt ob magnum temporis interuallum, ſeu moram fieri poſſit vt parochiani tardiores vadant ad deferenda impedimenta, & interim obliuiſcantur præcedentium denunciationum, ait Sanch. dicta diſp.6. n.8. Gutier. d.c.56.n.4. ad finem, Poſſeuin. d.c.10.n.4.& 5. Ægid.de Coninck d.diſp.27.dub.5. n.47. Valer.Reginald. d.lib 31. num.226. Bonac.d. puncto 6. num.15. Ego ipſe d.alleg.32. n.13. & d. c.21.n.19 in fine.

Illum, qui intra quatuor menſes poſt peractas denunciationes non contraxit matrimonium, non 21.
poſſe illud inire, niſi nouas denunciationes præmittat,referunt decisum Rebell. de oblig. iuſtit.p.2. lib.4.in declarat.ſect.2. n.8. Bonacio. q.4. puncta 6. num.1.verſ quartò.

* Diebus feſtiuis.] Ergo diebus ferialibus denun- 22.
ciationes fieri non poſſe etiam cum diſpenſatione Epiſcopi, tenent Zerol. in praxi Epiſcopali, p.1. verb.matr. § 4. Chamer. d. dub.17. verſ.4. Vgolin.d. c.15. §.11.n.3. Steph.Gratian. diſcept. forenſ. c.83. num.28. Sanch. d. lib.3. diſp.6. n.9. Aloyſ Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ.reſol.224. n.3.in 2.edit. Ego ipſe d.alleg.32.n.14.& d.c.21.n.20. Marcel.Vulpe c.15.n.4.

Denunciationes tamen huiuſmodi fieri poſſe 23.
alio die quàm feſto, eo ſcilicet, quo ingens hominum multitudo ad Eccleſiam accedit, vt accidit quando inſignis Concionator concionem habiturus eſt, vel eſt dies feſtus vocationis illius Eccleſiæ,etiamſi non ſit de præcepto, niſi vſque ad meridiem,tradunt Sanch. d. diſp.6. num.9. Valer. Reginald. d. lib.31. num.227. Gutier. de matrim. c.56. num.8. Bonac. d. quaſt.2. puncta 6. num.18. & 19. Poſſeuin. d. c.10. n.12. Ego ipſe d. alleg.32. n.15. & d. c.21.n.20. Hurtado de matr. diſp.5. diffic.18. n.61. in fine, vbi intelligit, ſi id ſit conſuetudine introductum.

8 In Eccleſia.] Extra Eccleſiam, & Miſſarum 24.
ſolemnia denunciationes validè fieri poſſe ſi magnus populi concurſus, & locus aptus ſit, vt ad multorum notitiam perueniat, reſoluunt Valer. Reginald. d.lib.31. n.227. Gutier. d.c.56. n.7. Bonac. d. q.2. puncta 6. n.17. Baſil. Pont. de impedim. matrimon. cap.26.§.4 in princ. & in nouiſſima tract. de Sacrament. matrim. lib.5. c.30. n.6. Ego ipſe d. alleg.31.num.16.& d.c.21. n.21. vbi num.22. pono formulam, qua in his denunciationibus vti debebit Parochus.

1 Publicè denuncietur, &c.] Denunciationes fieri 25.
debere à propriu contrahentium Parocho, vel ab alio de eius licentia, ex hoc textu colligunt Fr. Emman.in ſumm.p.1.c.217.n.6. Sanch.de matrimon. lib.3.diſp.6.à n.4. Ægid.de Coninck de Sacram.& cenſur. tom 2. diſp.17. dub.5. n.50. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.31. n.225. Bonacin. de matr. q.2.punct.6. n.12. Torreblanca de iure ſpirit. lib.1. c.15.ſect.13.num.30. cum. ſeqq.Ego ipſe d.alleg.32. n.9.& d c.21.n.17.

Vbi ſcilicet ambo contrahentes in vna, & ea- 26.
dem habitant Parochia, nam quando illi ſunt diuerſarum Parochiarum, in vtraque ſponſi & ſponſæ Parochia denunciationes eſſe faciendas, reſoluunt Paul.Fuſc.de viſitat.lib.2. c.3. n.21. Petr. Ledeſma de matrim. q.45. art.5. punct.3. & in ſumma part.1. de Sacrament. matrimon.c.6. conclus.7. verſ.

baſſe

baſſi de aduertir, Henriq. *d. lib.* 11. *c* 7. §. 1. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. matrimonium*, §. 5. Poſſeuin. *de offic. curati, cap.* 10. *n.* 3. Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 6. *n.* 4. Chametot. *de Sacrament. tract.* 12. *de matrim. dub.* 17. *verſ. quintò*, Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.* 15. §. 11. *num.* 2. Rebello *de obligat. inſtit. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 7. *n.* 10. *verſ. quo loco*, Valer. Reginald. *d lib.* 31. *n.* 125. Ægid. de Coninck *d. tom.* 2. *diſp.* 27. *n.* 40. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 437. Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis, tract.* 4. *c.* 8. *n.* 14. Baſil. Pont. *de impediment. matr. c.* 26. §. 4. *in princ.* Gutier. *de matr. c.* 50. *num.* 5. Bonac. *d. q.* 2. *punct.* 6. *n.* 16. Ego ipſe *d. all.* 32. *num.* 11. vbi etiam pluribus citatis Doctoribus aduerto quòd ſi contrahentes plura habuerint domicilia, ſeu Parochias, faciendæ ſunt huiuſmodi denunciationes in ea, in qua diutiùs habitant, & principaliorem habent larem, vel potiùs in ea, in qua veriſimilius eſt ſciri impedimenta.

27. Vicarium generalem non poſſe impedire quòd Parochi denunciationes faciant abſque ſua licentia, dixi *de officio, & poteſt. Parochi, cap.* 21. *n.* 16. addens ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 27. *Maij* 1617.

28. Denunciationes non eſſe de ſubſtantia aut forma, earúmque omiſſione minimè irritari matrimonium, tenent Nauarr. *in man. cap.* 22. *n.* 70. *verſ. tertiò aduertendum*, & *conſ.* 17. *n.* 4. *ſub tit. de ſponſal. in* *xonis*, Hippol. Riminald. *conſ.* 691. *n.* 34. *lib.* 6. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 76. *verſ. ſuſpenditur ab officio, verſ. ante omnia*, Sarmient. *ſelect. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 7. Perez *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 5. *ord.* Paul Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 21. *in med.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de matrim. num.* 84. & 85. Spin. *d gloſſ.* 15. *princip. à n.* 24. Segura Daualos *d. p.* 2. *c.* 15. *n.* 36. & *c.* 16. *n.* 1. Matienz. *in rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 34. *lib.* 5. *noua recopil.* Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 217. *n.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 11. *c.* 5 §. 1. Vega *in ſum. lib.* 3. *c.* 166. Petr. de Ledeſma *de matrimon. quæſt.* 45. *art.* 5. *puncto* 2. *dub.* 1. *concluſ.* 2. *in ſumma p.* 1. *de ſacrament.* vbi de ſacrament. matrim. *c.* 6. *concl.* 6. *in fine*, Gutier. *de iuram. confirmat. p.* 1. *c.* 51. *n.* 2. & *canon. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 12. & *pract. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 13. & *in tract. de matrimon. cap.* 56. *num.* 2. & *cap.* 73. *n.* 1. Chametot. *de Sacram. tract.* 12. *de matr. dub.* 17. *pag.* 724. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 83. *n.* 7. Piaſec. *in praxi Epiſc p.* 2. *c.* 4. *n.* 29. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *c.* 9. *n.* 45. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. dec* 257. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 224. *num.* 6 *in* 2. *edit.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap.* 15. §. 11. *n.* 6. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *diſp.* 5. Rebell. *de obligat. inſtit. p.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 2. *n.* 8. Gaſp. Hurtado *in tract. de matrimon. diſput.* 5. *difficult.* 18. *num.* 58. *cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 222. Ægid. de Cooinck *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 27. *n.* 49. Mart. *de iuriſdict. p.* 4. *caſu* 71. *n.* 11. *cum ſeqq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.* 4. *tit.* 15. *lib. de matr. n.* 2. & 3. Franc. Molin. *d. differ.* 11. *n.* 45. Campan. *in diuerſorio iuris canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 143. Fernandez *in examine Theolog. moral. p.* 3. *cap.* 17. §. 2 *num.* 5. Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tract.* 4. *cap.* 9. *n.* 24. Bonac. *de matrimon. q.* 2. *puncto* 6. *num.* 6. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.* 4. *cap.* 30. *n.* 2. Rot. apud Farin. *deciſ.* 390. *num.* 5. *p.* 2. *recent.* & *in Vlisbonen. matrimonij* 16. *Februar.* 1622. *coram Patriarcha Manzanedo*, & apud Poſtium *poſt tract. mandati de manutenendo, deciſ.* 241. *n.* 12. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 15. *n.* 7. Ego ipſe *dicta alleg.* 32. *n.* 1.

Contra Cephal. *conſ.* 421. *à n.* 1. *lib.* 3. & Menogh. *conſ.* 79. *n.* 70. & *conſ.* 398. *per tot.* exiſtimantes denunciationum omiſſionem matrimonium vitiare.

Peccare tamen grauiter Parochum prætermiſſis denunciationibus matrimonium celebrantem ſine facultate, aut legitima cauſa, reſoluunt Spin. *dicta gloſſ.* 15. *prin. n.* 17. Chamet. *d. dub.* 17. *notab.* 1. Petr. de Ledeſm. *de matrimon. q.* 45. *art.* 5. *verſ. ſed aliud eſt dubium, & in ſumma. d. cap.* 6. *concl.* 6. Ceuall. *dicta q.* 604. *n.* 85. Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *c.* 51. *n.* 29. & *in tract. de matr. cap.* 56. *n.* 4. & *cap.* 57. *n* 1. Aloyſ. Ricc *d. reſ.* 224. *n.* 2. Ægid. de Coninck *dict. diſp.* 27. *n.* 51. Valer. Reginald. *d lib.* 31. *n.* 123. Sanch. *d lib.* 3. *diſput.* 5. *n.* 6. Molfeſ. *d. tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 25. Fernandez *d. p.* 3. *cap.* 16. §. 2. *n.* 12. Bonacin. *d. puncto* 6. *n.* 8. & 9. Baſil. Pont. *de Sacrament. matrim. lib.* 5. *cap.* 30. *n.* 3. Armendar. *d. l.* 2. *matrim. n.* 4. vbi ait Parochum prætermiſſis denunciationibus matrimonium celebrantem ab Ordinario ſeueriùs puniendum. Ego ipſe *d. alleg.* 32. *num.* 2. & *d. c.* 22. *num.* 25. 29.

Parochum timore mortis matrimonio aſſiſtentem omiſſis debitis denunciationibus non peccare, niſi id faciat in contemptum Clauium, poſt Sanch. tenet Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Parochus* 4. 30.

Parochum, qui omiſſis denunciationibus ſine licentia Ordinarij aliquos deſponſauit, incurrere pœnam triennalis ſuſpenſionis comminatam *in c. cum inhibitio*, §. *ſanè, de clandeſt. deſponſat.* tenent Maiol. *de irregul lib.* 3. *c.* 25. *n.* 17. Henriq. *d lib.* 11. *c.* 5. §. 6. Sahag. *ad tit. de ſponſal. n.* 46. Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 49. *n.* 5. Bonac. *d. punct.* 6. *n.* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 52. *n.* 7. & *d. c* 21. *n.* 27. 31.

Matrimonium clandeſtinum quoad incurrendas pœnas matrimoniis clandeſtinis appoſitas, dici quando propria auctoritate, & ſic illicitè denunciationes huiuſmodi omittuntur, etiamſi illud deinde fiat coram Parocho, & teſtibus, tenent Henriq. *d. lib.* 11. *cap.* 6. §. 2. *lit. M.* Petr. de Ledeſm. *d. c.* 6. *dub.* 3. *prope fin.* Gutier. *de matr. cap.* 55. *n.* 5. Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 1. Baſil. Pont. *de Sacram. matrim. lib.* 5. *cap.* 47. Ægid. de Coninck *d. tom.* 2 *diſput.* 18. *n.* 103. & *diſput.* 17. *n.* 83. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differ.* 11. *ex n.* 40. Contra Petr. de Ledeſm. *de matrim. q.* 45. *art.* 5. Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 176. Hurtado *d. diſp.* 5. *diffic* 22. 32.

Contra Ægid. de Coninck dict. diſp.27. dub.3. Filliuc. in q. moralibus, tom.1. tract.10. part.1. cap 6. num.218. Tamburin. d. quæſt.2. n.1. prope fin. Gaſp. Hurtado d. diſp.5. diffic.11. num.37. in fine, exiſtimantes conceſſionem facultatis ad adminiſtrandum omnia Sacramenta non æquiualere; nec ſufficere vt eius vigore poſſit Sacerdos deputatus matrimoniis aſſiſtere, vel illa ſolemnizare.

115. Sacerdotem delegatum validè matrimoniis aſſiſteredum à Parocho concedente licentiam aſſiſtendi non reuocetur, reſoluunt Sanch. d.lib.3. diſp.36. n.9. Galet. in margarita caſuum conſcient. verb. matrimonium, pag.164. col.2. Ægid. de Coninck dicta diſp.27. n.32. verſ. ſexto. Ego ipſe d. alleg.31.n.131. & d.cap.21. num.73. reſoluentes licentiam tunc reuocatam cenſeri quando iis, quibus conceſſa fuit, per certum nuncium, aut litteras ſignificata ſit reuocatio, adduntque ante huiuſmodi intimationem acta tenere, etiamſi Sacerdos ille aliunde ſciret ſuæ facultatis reuocationem.

116. Licentiam aſſiſtendi matrimoniis, quam Parochus alteri Sacerdoti dat, expirare ſi interim Parochus moriatur, argum. l. mandatum, C. mandati, cap. gratum, cap. relatum, de offic. deleg. cenſuit Rota in d. Vicentina matrimonij 21. Martij 1624. coram bonæ mem. Dunozetto.

Contra Franc. Molin. d. differ.11.n.111. quem refero Ego ipſe d. alleg.32. n.132. exiſtimantem non expirare ſi interim Parochus moriatur.

117. Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam à proprio Parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat ſe illam habere, prout ignorat vnus ex contrahentibus, eſſe inualidum, tenet Sel. in ſelectis canon. cap.21.n.13.

referens ita deciſum *ſub die 5. Decembris 1626. &*
☞ *15. Aprilis* 1628.

De hoc vide Sanch. *d. lib.3. diſp.36.* Filliuc. *d. tract.10.n.220.* Gaſpar Hurtado *de matrimon. diſp.5. diffic.13.* reſoluentes quòd ſi Parochus conceſſiſſet licentiam Sacerdoti aſſiſtendi, ſed hic nondum certificatus de ea notitia aſſiſtat (vt ſi licentia fuiſſet conceſſa Nuncio miſſo à Sacerdote) valebat matrimonium, quia ſatis eſt eſſe cognitam, & acceptatam à nuncio, ſi verò Parochus motu proprio concedat, vel ad inſtantiam alterius non miſſi à Sacerdote, non valebit, quia talis licentia eſt quoddam priuilegium: hoc autem effectum ſortitur à tempore notitiæ.

118. Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui re vera non habuit à proprio Parocho licentiam veram, eſſe nullum concludit Sel. *dicto cap.21. n.15.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die 7.*
☞ *Septembris* 1620.

119. Sacerdotem credere non debere dicenti ſe licentiam habere à Parocho vt poſſit coram ipſo contrahere niſi certa ſigna afferat, vel ſit perſona ſpectatæ fidei, de cuius veritate dubitari nullo modo poſſet, reſoluunt Sanch. *d. lib.3. diſp.37. num.2.* Ægid. de Coninck *d. diſput.27.n.37.* Valer. Reginald. *d.lib.31.n.181.* Baſil. Pont *d.§.6.verſ.conceſſa,* Bonacin. *d. quæſt.2.puncto* 8. *n.38.* Tamburin. *dict. tom.2.diſp.8.q.2. in fine.* Ego ipſe *d.alleg.32.n.135. & d.cap.21,n.76.*

Et reſoluit Maſcard. *de probat.concluſ.982.* quòd aſſerenti licentiam proprij Parochi in contrahendo matrimonio requiſitam non interueniſſe, incumbit onus probandi quando contra eam opponitur.

120. χ *Et duobus, vel tribus teſtibus,* &c.] Teſtium duorum, vel trium, & Parochi, vel alterius Sacerdotis de eius licentia præſentiam ſimultaneam debere eſſe, nec ſufficere ſucceſſiuam, aſſerunt Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.1. de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrim. *cap.4. concluſ.5.* Rebello *p.2. lib.2. quæſt.8.ſect.8. à num.8.* Ægid. de Coninck *d. diſp.27. num.42. concluſ.1.* Bonacin. *dicta quæſt.2. puncto 8.num.41.* Filliuc. *d. tract.10. num.229. cum ſeqq.* Ego ipſe *d. allegat.32. num.137. & d. cap.21. num.79.*

121. Teſtes quoſcunque rationis compotes, quamuis impuberes, conſanguineos, domeſticos, fœminas, aut infames, ſufficere tenent Spin. *d. gloſſ.15. princip.n.46.* Henriq. *d. lib.11. c.3. §.9* Petr. de Ledeſm. *de matrim. quæſt.45. art.5. puncto 2. poſt 4. dubium, verſ. concluſio ſit.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1.c.219. num.18. in 2. edit.* Ceuall. *d.quæſt.604.n.84.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. matrimonium, §.14.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. matrimonium, pag.164.* Sanch. *d. lib.3. diſput.41. num.4. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de impediment. matrimon.c.26. §.6. in fine,* Fernandez *in examine Theolog. moral. part.3. cap.18. §.2. num.14.* Bonacin. *dicta quæſt.2. puncto 8. num.43.* Buratt. *deciſ.713. num.7.* vbi Ferentil. *in annot. num.11.* Paul. Layman. *dict. cap.4. num.6. verſ. ſecundo.* Ego ipſe *d. alleg.32.n.138. & d.cap.21.n.80.*

Contra Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.1. comp 8. num.64. cum ſeqq.* exiſtimantem teſtes legitimos, idoneos, & omni exceptione maiores requiri.

122. Teſtes etiam dolo, & ad aliud vocatos ſufficere, reſoluunt Sanch. *d. lib.3. diſp.39. num.10.* Gaſpar Hurtado *de matrim. diſput.5. diffic.15. num.50.* vbi idem dicit ſi aſſiſtant matrimonio à caſu. Ego ipſe *d.alleg.32.n.139.in fine, & d.cap.21.n.80.*

Teſtes etiam vi detentos & coactos ſufficere, 123.
dummodo intelligant conſenſus contrahentium, & aduertant quod agitur, tenent Ceuall. *d.q.604. num.81.* Sanch. *d.diſput.39.n.9.* Ægid. de Coninck *d.quæſt.27. n.44.* Guttier. *de matrim. cap.69. n.13.* Cened. *d. lib.1. quæſt.30. num.108. ad fin.* Bonac. *d.quæſt.2. puncto 8. n.45.* Gaſp. Hurtado *d. diffic.15. num.50.* Ego ipſe *d. alleg.32. n.139. in med. & d. cap.21. n.80.*

Rogatos non deſiderari teſtes, aduertunt Greg. 124.
Lop. *l.1.verb.ſin teſtigos, tit.3.part.4.* Henriq. *d.c.3. §.9.* Sanch. *d.lib.3. diſp.41. num.7.* Cald. Pereyra *de empt. & vendit.cap.6.num.22.* Guttier. *de matrim. cap.55.in fine,* Poſſeuin. *d.c.10. num.12.verſ.quæres,* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap.15. §.10.* Bonacin. *d. quæſt.2. puncto 8. n.44.* Ego ipſe *dicta allegat.32. num.139. in princip. & d. cap.21. n.80. in fine.*

‡ *Eos S. Synodus ad ſic contrahendum omnino in-* 125.
habiles reddit.] Contrahentes abſque Parocho, & aliis teſtibus eſſe inhabiles ad ſic contrahendum, non tamen manere inhabiles ad poſtea validè contrahendum inter ſe, vel cum aliis, quia id quod habetur in præcitatis verbis non eſt pœna, ſed effectus, aut actus legis irritantis, tenent Perez *l. 1. ad fin. §. vlterius dubitatur, tit.1. lib.5. ord. pag.40.* Anton. Cuch. *lib.5. inſtit. maior. tit.11. numero 89.* Matienz. *ad rub. tit.1.gloſſ.1.n.40. lib.5.noua recop.* Salzed. *d.cap.76.verſ.quartò.* Menoch. *de præſumpt. lib.3.præſ.1.num.101.* Guttier. *de iuramen. confirm. part.1.cap.51.num.22. cum ſeqq. & de matrim. c.61. num.2. & cap.75. n.4.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1. cap.221. n.2. & quæſt.regul. tom.3. q.54. art.6. verſ. primum,* Sanch. *d.lib.3.diſp.46.* Rebello *d. quæſt.8. ſect.8.n.9.* Franc. Molin *d.lib.2. d. diſſer.11. n.158.* Bonacin. *d. q.2 puncto 8. num.47.* Gaſpar Hurtado *de matrimon. diſp.5. diffic.16. n.52. in princip.* Rota *deciſ.173.n.22.* apud Farin. *in 1. collect.nouiſſ.* aliàs *part.4.diuerſ.*

Potuiſſe Concilium in præſenti perſonas, etſi 126.
laicas, ratione tamen Sacramenti ſubiectas, inhabilitare, & contractum matrimonij ex cauſa irritare, & impedimentum nouum inducere, probant Azor. *inſtit. moral. part.2 lib.5.c.2. q.2.* late Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.1.comp.19.n.117.* vbi aduertit quòd licèt ſola inhabilitatio ſufficere videretur, & ſuperflua ea verba, quæ ſequuntur, *& huiuſmodi contractus irritos,* &c. non tamen ſic, quia diuerſis reſpectibus prolata diuerſos patiunt effectus, priora verba perſonas, poſteriora contractus reſpiciunt, vt nihil ſuperfluum eſſe cenſeatur.

ω *Et huiuſmodi contractus irritos,* &c.] Matrimo- 127.
nia clandeſtina, non verò ſponſalia irritare aſſerunt Nauarr. *in man. cap.25.num.134.* Salzed *dicto cap.76. verſ. nonò illud,* Perez *l.1. verſ. ſecundò circa prædicta dubitatur, tit.1. lib.5. ordin.* Spin. *d.gloſſ.15. princ.num.84.* Segura Daualos *d. part.2.cap.15.n.1. & 4.* Vega *in ſumma part.1.cap.34.caſu 20.verſ.nota quo ſi ſolamente,* Petr. de Ledeſma *de matrimon. q.45. art.5. verſ. ſecundum punctum, dub.4.* Valent. *tom.4. diſput.10. puncto 5. cauſa;* Emman. Sà *in aphoriſm. verb. ſponſalia, num.1.* Guttier. *Canon. lib.1.cap.18. num.10. & de matrimon.cap.4.* Ceuall. *d. quæſt.604. n.124.* Henriq. *d. lib.11. cap.5. §.8.* Sanch. *d.lib.1. diſput.12.* Armendar. *d.lib.1. de matrimon. num.44. & 45.* Cened. *d. lib.1. quæſt.21. num.9. & quæſt.30. num.20. cum ſeqq.* Gaſpar Hurtado *de matrimon. diſput.1. diffic.16.* Franc. Molin. *d. diſſer.11. n.159.* Bonacin. *de matrimon. q.2. punct.7. n.11.* Ego ipſe *d.alleg.32.n.141.*

Vnde ſponſalia clandeſtinè contrahentes non 128.
peccare,

peceare tenent Sanch. *lib. 1. diſput. 13. n. 2.* Ægid. de Coninck *tom. 2. diſp. 21. dub. 2. n. 10.* Guttier. *d. cap. 4. n. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 142.*

Contra Syluestr. *in ſumma verb. matrimon. 6. q. 7.* Chamcrot. *de matrim. c. 2. dub. 9.* exiſtimantes illos peccare.

129. Contrahentes verò matrimonium ſine Parocho & teſtibus peccare mortaliter, quia inualidè contrahunt, & faciunt irritum Sacramentum contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui, affirmant Sanch. *d. lib. 3 diſp. 5.* Guttier. *de matrim cap. 56. n. 4.* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſp. 30. dub. 2. n. 18.* Bonacin. *de matrimon. q. 2. puncto 6. n. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 32. num. 140.*

130. Matrimonium contractum abſque præſentia Parochi, ſeu alterius Sacerdotis, de ipſius Parochi, ſeu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus in vim ſponſaliorum non reſolui, itavt contrahentes iudicialiter cogi poſſint ad denuo contrahendum, ſeruata forma huius text. tradunt Nauarr. *conſil. 1. n. 3. ſub tit. de ſponſ. in 1. edit. & conſ. 3. num. 3. ſub tit. de clandeſt. deſponſ. in 2. edit.* Azeued. *l. 1. num. 23. 33. & 36. tit. 1. lib. 5. noua recopil.* Spin. *dict. gloſſ. 15. princip. num. 78.* Salzed. *d. cap. 76. addit. 2. verſ. vado pariter*, Fr. Emman. *in ſumma tom. 1 cap. 210. num. 1.* Ceuall. *d. quæſt. 604. n. 79.* Petr. de Ledeſma *de matrimon. q. 45. art. 5. puncto 2. poſt dub. 4. concluſ. 1. & in ſumma p. 1. de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrimon. *cap. 7. concl. 6. dub. 2.* Armend. *d. lib. 1. de matrim. n. 26.* Galet. *in margarita caſuum conſciem. verb. matrimonium, pag. 163. colum. 1.* Sanch. *lib. 1. diſput. 2.* Guttier. *de iuramont. confirmat. p. 1. cap. 51. à n. 28. & de matrim. cap. 11.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. decif. 250. in 1. edit.* aliàs *reſol. 219. per tot. in 2. edit.* Sayr. *in floribus decif. ſub tit. de ſponſal. decif. 1.* Bonac. *d. q. 2 punct. 8. n. 48.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 143. cum ſeqq.* Gaſp. Hurtado *de matr. diſp. 6. diffic. 2. n. 6.*

Contra Veracruz *in append. ad ſpeculum, dub. 9. verb. ſecunda propoſitio, pag. 42.* Ortiz. *in ſumma c. 16. de matrim. in fine.* Barthol. de Ledeſma *de matrim. dub. 18.* Ioan. Petr. Bimi. *conſil. 62. n. 34. lib. 1.* Henr. *in ſumma lib. 11. cap. 5. §. 4.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 9. num. 37.* Veg. *in ſumma lib. 4. caſu 264. & lib. 6. caſu 120.* Rebello *de obligat. iuſtitia, lib. 2. quæſt 9. n. 3.* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſput. 21. à num. 40.* & præcipuè *n. 47.* Cald. Pereyra *de empt. cap. 3. num. 10. in fine*, exiſtimantes matrimonium clandeſtinum habere vim ſponſaliorum, & obligare ad iterum publicè contrahendum.

131. Sponſalia ſubſequuta copula coram Parocho, & teſtibus non tranſire in matrimonium ſtante hoc decreto, reſoluunt Petr. de Ledeſma *de matrim quæſt. 46. art. 2. dub. 2.* Sanch. *dict. lib. 3. diſp. 40. num. 7. & lib. 5. diſput. 8. n. 26.* Guttier. *de matrim. cap. 40. num. 13. & cap. 81. num. 11* Baſil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 26. §. 3. verſ. antequam.* Ægid. de Coninck *d. diſput. 22. dub. 7. numero 57. ad fin.* Bonacin. *d. quæſt. 2. puncto 1. num. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 32. num. 148.*

132. Matrimonium nullum ex publica cauſa noua indigere præſentia Parochi ad illud contrahendum, & non valere dicere fuiſſe ratificatum per copulam ſubſequutam, aſſerit Aldan. *in compendio canon. decif. lib. 1. tit. 8. n. 22.* atteſtans deciſum *in Balneoregien. 8. Iunij 1619.* vbi addit dici notorium, & reputari publicam cauſam ſi conſtet ex libro baptizatorum aliquem ex contrahentibus tempore matrimonij non eſſe legitimæ ætatis.

133. Matrimonium contractum à filia propter metum mortis à matre illatum, eſſe inualidum, etiamſi poſt obitum matris per ſeptennium eum viro permanſerit, & filios ſuſceperit, tradunt Steph. *decif. 900.* Gregor. XV. *decif. 395.* Aldan. *d. lib. 1. tit. 8. num. 24.* vbi refert deciſum *in Romana 15. Septembris 1629.*

Matrimonium celebratum ſub honeſta conditione de futuro, vt validè fiat, neceſſariò eſſe conditionem adimplendam coram Parocho, & teſtibus, celebratum verò ſub conditione de præſenti, vel de præterito, requirere conditionem adimpleri coram Parocho & teſtibus, vel vt parochus, & teſtes cognoſcant conditionem de præſenti, vel de futuro eſſe adimpletam, reſoluunt Petr. de Ledeſm. *de matrim. q. 47. art. 5. dub. 7. concl. 3.* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſp. 27. dub. 1. n. 15. & dub. 2. n. 33.* Guttier. *de matrim. c. 31. n. 7.* Bonac. *d. c. 2. punct. 10. n. 12.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 156.* contra Sanch. *lib. 5. diſp. 8. n. 28.* 134.

Matrimonium coram Parocho, & teſtibus contractum, hac conditione, *ſi mulier eſt legitima*, ſubſequuta copula non eſſe validum ſi poſtea conſtiterit mulierem eſſe illegitimam, reſoluit Aldan. *d. tit. 8. numero 29.* vt atteſtatur ita deciſum *de anno 1620.* 135.

Ad reualidandum matrimonium publicè, & plenè probabile nullum, quamuis coram Parocho, & aliis teſtibus celebratum, neceſſarium eſſe illud iterum coram Parocho, & aliis teſtibus celebrare, reſoluit Gaſpar Hurtado *de matrim. diſp. 3. diffic. 11. num. 40.*

Matrimonium celebratum coram Parocho, & teſtibus, quando fuit nullum occultè ob defectum conſenſus occultum, aut ob impedimentum aliquod occultum, non eſſe neceſſarium ad reualidationem illius quod iterum coram Parocho, & aliis teſtibus celebretur, reſoluunt Nauar. *in man. cap. 22. n. 7.* Petr. de Ledeſma *quæſt. 45. art. 5. concl. 2. ante vltim. dub.* Sanch. *lib. 2. diſput. 37.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. n. 183. ad finem*, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 6. num. 83. cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſp. 24. numero 83.* Franc. Molin. *d. different. 11. n. 160.* Bonacin. *d. q. 1. puncto 9. n. 10.* Henriq. *d. lib. 11. cap. 3. §. 6.* Gaſpar Hurtado *dict. diſput. 5. difficult. 11. n. 41.* Ego ipſe *d. cap. 21. n. 83. & 84.* 136.

Contra Palar. *in diſt. 17. quæſt. 1.* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 18.* Barthol. de Ledeſma *de matrim. dub. 17.* Baſil. Pont. *de Sacrament. matrimon. lib. 5. cap. 6.* exiſtimantes celebrantem matrimonium publicè iuxta formam huius decreti, ſubſiſtente aliquo impedimento occulto, eo ſublato cogi denuo eandem formam obſeruare.

Vnde obtenta diſpenſatione non teneri iterum coram Parocho & teſtibus contrahere, qui iam ſemel coram eiſdem contraxere, inualidè tamen, propter defectum conſenſus vtriuſque contrahentis, vel propter metum vtrique incuſſum, vel cum impedimento dirimenti, teneor Nauarr. *in man. cap. 22. n. 70.* Henriq. *d. lib. 11. cap. 3 §. 2.* Fr. Emman. *in ſumma tom. 1. cap. 208. n. 7.* Franc. Sylu. *in addit. ad 3. p. S. Thomæ, q. 45. art. 2. q. 2. concluſ. 4.* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſp. 24. dub. 10. n. 83.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. decif. 246. in 1. edit.* Sanch. *lib. 2. diſput. 32. n. 13.* Valer. Reginald. *dict. lib. 31 num. 183. ad fin.* Guttier. *de matrimon. cap. 46. num. 15.* Bonacin. *d. quæſt. 2. puncto 9. num. 4.* Rebel. *d. p. 2. lib. 2. q. 9. numero 5. & ſeq.* Poſſeuin. *de officio curati, cap. 10. n. 25.* Anton Diana *reſol. moral. p. 2. tract. 1. miſcel reſolut. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 167. & d. cap. 2. n. 82.* 137.

Contra

Contra Spin. d. gloſſ. 15. princ. n. 62. Gutier. de matrim. cap. 76. n. 32. Cened. ad Decretal. collect. 58. num. 4. & canon. quæſt. lib. 1. q. 30. n. 11. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 8. q. 120. num. 3. & q. 122. n. 3. Baſil. Pont. de Sacramento matrim. lib. 5. cap. 6. n. 5. Zambran. in deciſ. caſuum conſcient. tempore mortis, cap. 3. dub. 2. exiſtimantes inualide contrahentes ob defectum conſenſus, vel cum impedimento dirimenti, obtenta diſpenſatione teneri iterum conſentire ante Parochum, & teſtes.

138. Expreſſionem, & ratificationem conſenſus non eſſe neceſſariò faciendam coram Parocho, & teſtibus, vt matrimonium infidelium fiat Sacramentum, reſoluunt Nauarr. conſ. 4. in fine, ſub tit. de pactis in antiq. aliàs conſil. 2. in fine, ſub tit. de conuerſ. infidel. in nouis, Fr. Emman. in ſum. tom. 1. c. 230. n. 1. Sanch. lib. 2. diſp. 9. num. 1. Rebello d. lib. 2. q. 6. n. 5. Gutier. de matrimon. cap. 42. num. 6. Bonacin. d. q. 1. puncto 1. n. 6. Ego ipſe d. alleg. 32. n. 158. & d. cap. 21. num. 85.

139. Præſentiam Parochi & teſtium requiri vt matrimonium celebratum per procuratorem ſit validum, tenent Henriq. d. lib. 11. cap. 2. §. 6. Sanch. lib. 2. diſp. 12. num. 3. & lib. 3. diſput. 8. num. 24. Ægid. de Coninck d. diſp. 24. dub. 9. num. 78. Gutier. de matrim. cap. 45. Bonacin. d. q. 2. puncto 5. num. 5. Vgolin. d. cap. 15. §. 10. num. 4. ver. qua. Ego ipſe d. alleg. 32. n. 159. Andr. Victorel. in notis ad Poſſeuin d. cap. 10. n. 46. vbi dicit quòd vt procurator validum matrimonium alieno nomine contrahat, quatuor requiruntur conditiones. Prima vt ſpeciale mandatum habeat ad matrimonium contrahendum. Secunda vt mandatum ſit ad ineundum matrimonium cum certa perſona. Tertia vt procurator id muneris per ſe obeat, non enim ſubſtituere poteſt niſi mandatum expreſsè hoc explicet. Quarta vt dum conſenſum præbet, facultas reuocata non ſit.

140. Data etiam vrgente neceſſitate minimè poſſe matrimonium abſque Parochi præſentia, vel aliàs non ſeruata forma Concilij, celebrari, quia abſolutè in hoc decreto irritatur matrimonium abſque Parocho, reſoluunt Sarment. lib. 1. ſelect. cap. 6. n. 7. Nauarr. conſ. 44. de ſponſal. aliàs conſ. 6. de clandeſt. deſponſ. Segura Daualos d. part. 2. cap. 15. num. 44. Henriq. d. lib. 11. cap. 3. §. 1. & 8. Gutier. de matrim. cap. 61. numero 4. cum ſeqq. Sanch. lib. 3. diſput. 17. Ægid. de Coninck d. diſput. 27. dub. 1. Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſt. tom. 2. tract. 11. c. 7. quæſt. 14. reſolut. 3. Baſil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 6. Gaſpar Hurtado in ſimili tract. diſp. 5. difficultat. 3. Rota deciſ. 646. num. 1. part. 1. diuerſ. & in Vicentina matrimonij 11. Martij 1624. coram R. Seleucien.

Contra Veracruz in append. ad ſpeculum coniug. dub. 4. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. c. 86. num. 4. verſ. 2. Vega in ſumma lib. 3. caſu 361. exiſtimantes validè fieri matrimonium abſque Parocho dum fiat coram aliis teſtibus, quando abſque graui incommodo, ſiue in articulo mortis, ſiue extra nequit matrimonium omitti, aut differri, & parochus nequit haberi.

141. 66 Inſuper Parochum, vel alium Sacerdotem, &c.] Parochum, vel alium Sacerdotem qui cum minori teſtium numero quàm duorum matrimonio clandeſtino interfuerit, eſſe grauiter arbitrio Ordinarij puniendum, ex his verbis colligit Sanch. d. lib. 3. diſp. 48. n. 2. in fine. & Gaſpar Hurtado de matrimon. diſp. 5. diffic. 17. n. 54. verſ. deinde.

142. Pœnam ſuſpenſionis triennalis ab officio (non tamen ipſo facto) impoſitam Parocho, vel alij Sacerdoti aſſiſtenti matrimonio clandeſtino ſine aliis teſtibus, de qua in cap. vltim. §. fin. de clandeſt. deſponſat. non eſſe ſublatam per hoc decretum, ſed præterea licere Ordinario in illum alia Pœna arbitraria animaduertere ad eius temeritatem, & præſumptionem coërcendam, tradunt Verac. in appendice ad ſpeculum dub. 11. in fine, Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 23. n. 16. Salzed. d. cap. 76. verſ. octauo non eſt obliuioni, Petr. de Ledeſma in ſumma part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. matrim. cap. 6. concl. 4. dub. 16. Fr. Emman. etiam in ſumma tom. 1. cap. 221. num. 4. Ægid. de Coninck dict. diſp. 27. n. 84. Franc. Molin. d. lib. 2. different. 11. num. 147. cum ſeqq. Mar. Alter. de cenſur. tom. 2. diſp. 11. de ſuſpenſ. cap. 5. in princip. Ego ipſe d. alleg. 32. num. 162. & d. cap. 21. num. 106.

Contra Matienſ. l. 1. gloſſ. 7. num. 1. in fine, tit. 1. lib. 5. noua recopil. Sanch. dict. lib. 3. diſp. 48. num. 4. Gaſpar Hurtado d. diſput. 5. diffic. 17. n. 55. exiſtimantes ceſſare hodie dictam ſuſpenſionem triennalem per pœnam arbitrariam impoſitam in hoc decreto.

Si proprius Parochus, vel alius Sacerdos Regularis, aut ſæcularis de eius licentia interſit matrimonio valido, clandeſtino tamen ob denunciationum omiſſionem, cùm Tridentinum in hoc nullam ſtatuat pœnam, ſtandum eſſe pœnæ d. c. vlt. ac proinde ſuſpendendum eſſe triennio, reſoluunt Henriq. d. lib. 11. cap. 5. §. 6. Maiol. d. lib. 3. c. 15. n. 17. & 18. Sanch. d. lib. 3. diſp. 48. n. 5. 143.

Parochum ob licentiam conceſſam alij Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio clandeſtino, tantùm incurrere prædictam triennalem ſuſpenſionem, de qua in dict. cap. vltim. quia Concilium ſuſpendit Parochum, vel alium Sacerdotem coniungentem, & non exprimit dantem licentiam, mandantem, vel conſulentem, affirmant Sanch. d. lib. 3. diſput. 49. Mar. Alter. d. cap. 5. verſ. ſecunda principalis quæſtio. Ego ipſe d. alleg. 32. n. 163. 144.

Suſpenſum ab officio, qui interfuit matrimonio clandeſtino, non eſſe ſuſpenſum à beneficio, quia d. cap. vltim. ſolùm mandat ſuſpendendum eſſe ab officio, tenent Sanch. d. lib. 3. diſput. 51. Mar. Alter. d. cap. 5. verſ. quartò dubitatur. Ego ipſe d. alleg. 32. num. 165. 145.

Epiſcopum in huiuſmodi triennali ſuſpenſione diſpenſare non poſſe, reſoluunt Cou. de ſponſal. p. 2. cap. 6. in princ. num. 14. Henriq. in ſumm. lib. 13. c. 39. §. 3. Sanch. d. lib. 3. diſp. 52. Mar. Alter. d. cap. 5. verſ. quinto. Ego ipſe d. alleg. 32. n. 166. 146.

Nec virtute Concilij ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. id Epiſcopo permiſſum eſſe aſſerunt Sanch. d. diſp. 52. n. 4. Mar. Alter. d. cap. 5. prope finem. Ego ipſe dicta alleg. 32. n. 176. ex ea ratione, quia hæc ſuſpenſio non incurritur ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis cognitione præmiſſa de delicto: vnde ſupponitur delictum deductum ad forum contentioſum.

68 Necnon ipſos contrahentes, &c.] Vide Gaſpar. Hurtado de matrim. diſput. 5. diffic. 16. num. 52. vbi etiam addit per cap. fin. de clandeſt. deſponſ. contrahentes clandeſtinè abſque teſtibus, & forſan etiam abſque proprio Sacerdote, vbi Tridentinum non viget, puniendos eſſe pœna arbitraria, & eorum prolem eſſe illegitimam quando contrahunt in gradu prohibito, quamuis ignoranter: & num. 15. ſubdit quòd in aliquibus diœceſibus contrahentes abſque Parocho, & aliis teſtibus excommunicantur ipſo facto excommunicatione ſynodali, & quòd in Hiſpania per l. 1. tit. 1. lib. 5. noua recop. mulctantur pœna priuationis omnium bonorum, & exilij ab ea, & quòd poſſint à parentibus exhæredari. 147.

148. *yy Præterea eadem S.Synodus hortatur vt coniuges ante benedictionem, &c.*] Vide Rebel. *d. p.2. lib 2. q.7. n.2.* Franc. Leou. *in theſauro fori Eccleſiaſt.p.2. cap.9.num.48. verſ. nam licet*, Ægid.de Coninck *d. tom.2. diſp.27.à num.71.* Baſil. Pont.*de impediment. matrim. c.26. §.2.condit.4. verſ. ex quibus*, meipſum *d alleg.32 n.179.*

149. Vnde peccatum mortale non eſſe matrimonium conſummare ante Eccleſiæ benedictionem ſublato ſcandalo, & contemptu legis Eccleſiaſticæ, maximè ſi probabile ſit incontinentiæ periculum,reſoluunt Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.2. cap.3. n.21.* Coo. *de ſponſal. part.2.cap.7.n.2.* Viuald. *in candel. aureo part.1.* vbi de matrim. *num.267.* Ludou.Lop. *in inſtruct. conſcient. part.2. de matrim. verſ. deinde diſceptari ſolet*, Perez *l.1. verſ. quæri poteſt, tit.1.lib.5. ord.* Marienſ. *ad rub.tit.1.gloſſ.1.n.98.lib.5.nouæ recop.* Petr. de Ledeſina *de matr. q.45. art.5. punct 3. dub.1. & in ſumm.part.1. de Sacramem.* vbi de Sacrament. matrim. *c.6.concl.7.prope fin.*Spin. *d gl.15. princ. num.18.* Henriq. *d.lib.11.cap.5.§.7.in fine,& cap.7.§.3.& cap.16. §.3.* Cened.*ad Decretal.collect. 49. num.3. & pract.ac canonic. quæſt.lib.1. q.30.prope fin.* Rebell.*d.part.2. lib.2. quæſt.7. n.2.* Ægid. de Coninck *d. tom.2. diſput.27. num.71. cum ſeqq.*Baſil. Pont. *de impediment. matrim.cap.26. §.2.verſ.ex quibus*, Sanch.d.*lib.3. diſput.12.* Guttier.*de matrim. cap.47. num.3. & cap.106. num.13.* Bonacin. *eod. tract. quæſt.4.puncto 6.num.1. in fine,& n.4. verſ.rogabis quartò.*Ego ipſe *d.alleg.32.n.181. & d.cap.21. num.96.*

150. *δδ Siue ſique benedictionem*, &c.] Benedictionem nuptialem omnino omittere eſſe tantum peccatum veniale, quia eſt ſacramentale quoddam, quod non apparet magni momenti, neque valde congruens progreſſui matrimonij, tenent Sanch. *d lib.3.diſput.82.num.6.* Gaſpar Hurtadu *de matrim. diſp.5.diffic.23. n.83.*

Contra Ochagau. *tract.5.q.5.*& alios exiſtimantes eſſe mortale.

151. Benedictionem coniugalem non poſſe niſi inter Miſſarum ſolemnia fieri, reſoluit Aldan. *d. tit.8. num.31.* vbi aſſerit deciſum *in Piſauren. 13. Iulij* 1630.

152. Contrahentes ſecundas nuptias, & in prioribus benedictionem accipientes, non teneri, nec poſſe in ſecundo matrimonio recipere benedictiones, quamuis vnus ex coniugatis tantùm ſecundò nubat, & fortè primum eius matrimonium fuerit inualidum, reſoluunt Nauarr. *in man. cap.21. n.83.* Perez *l.1.verſ.eſt alia pœna,tit.1.lib.5.ordin.* Mozz. *de contract. tit. de matrim.cap.de naturalib. matrim. num.10.* Menoch *de arbitr caſu 417. num.2.* Cened. *ad Decretal. collect.49. n.1.* Ægid. de Coninck *d. diſp.27.dub.8.num.72.* Guttier. *d.cap 106.n.14. cum ſeqq.*Sanch. *lib.7.diſput.82.num.15.*Rebell.*d.part.2. lib.3. quæſt.20. num.2.* Bonacin. *d. q.4. puncto 6. num.4.* Gaſpar Hurtado *d. diffic.23. n.84.* ex ea ratione, quia benedictiones huiuſmodi non reſpiciunt nuptias, ſed perſonas.

153. Conſuetudini legitimæ diœceſum circa ſecundas nuptias benedicendas ſtandum eſſe aſſerunt Poſſeuin. *de officio Curati,cap.10.n.48.* Gaſpar Hurtado *d. diffic.23. num.74. in fine*, & illam generaliter obtinere vt poſſit benedictio ſolemniter fieri ſi fœmina nondum fuiſſet benedicta, obſeruaor Cou.*de ſponſalibus part.2.cap.8.§.11.n.2.* Greg.*l.2. verb.no deuenſer velados, tit.11. p.4.* Mat.Antonin. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap.59.* Mar. Alter.*de cenſ.tom.2. diſp.11.de ſuſpenſ c.4.verſ.tertiò dubitatur*, Aloyſ. Ricc, *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ.313.in fine, in 2.edit.*Ego ipſe *d.alleg.32.n.184*, ſed Sanch. *lib.7.diſp.82.n.23.* aliter ſentit.

Benedicendos eſſe ſponſum & ſponſam ſi contractis ſponſalibus per verba de futuro antequam coram Parocho, & teſtibus matrimonium contraxerint,inuicem ſe cognouerint,tenet Aldan.*d.tit.8. num.40.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 2. Octobris* 1593.

154. *εε A proprio Parocho.*]Sufficere Parochum vtriuſvis contrahentis, reſoluunt Cened. *ad Decretal. collect.71.n.8.* Sanch. *lib.7.diſp.82.n.4.* Armendar. *d. l.1. de matrim. n.52.*Guttier.*de matrim. cap.106. num.8. & 9.* Bonacin.*d.q.4.puncto 6. n.5.* Ego ipſe *d.alleg.32.n.185.*

Contra Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.2. cap.3. n.21.* Caualcan. *part.2.deciſ.12. à n.21.* Ceuall. *d. q.604. num.148.* exiſtimantes non eſſe integrum vtriuſvis contrahentis Parocho benedictiones huiuſmodi impartiri,ſed id eſſe Parochi mulieris.

155. Parochum proprium debere recipere eleemoſynam occaſione benedictionis, & non alium, tenui *d. cap 21. num.99.* vbi dixi ita fuiſſe deciſum à S. Congr. Rit. *in Acherontina 25. Ianuarij 1602.*

156. *ζζ Niſi ab ipſo Parocho, vel Ordinario licentiam*, &c.] Epiſcopos, & ſimiles iuriſdictionem ordinariam habentes in ſuis diœceſibus, necnon & eorum vicarios generales poſſe licentiam concedere impartiendi benedictiones nuptiales ſuis ſubditis, reſoluit Guttier. *de matrim.cap.96.n.7.*

157. *ηη Quod ſi quis Parochus*, &c.] Sacerdotem,tam ſæcularem, quàm Regularem, coniungentem in matrimonium, vel benedicentem ſubditos alterius Parochiæ abſque licentia proprij Parochi, vel Ordinarij, remanere ſuſpenſum ab officio donec ab Ordinario Parochi obtineat abſolutionem, reſoluunt Henriq. *in ſum.lib.13. q.38. §.2.in fine,lit.E, & cap.39.§.3. litt,C,* Fr.Emman. *quæſt.regul. tom.3. quæſt.2.art.1.* Portel. *in dub. regular. verb. matrimonium,num.1.*Hieron.Roderic. *in compendio q.Regul. reſol.93. num.6.* Soar. *tom.5. diſp.31. ſect.1. num.18.* Sanch. *d. lib.3. diſp.52. num.4.* Bonacin. *de cenſur. diſp.3. q.6.puncto 5. n.19.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. de cenſur.* vbi de ſuſpenſ. *diffic.13. n.40. verſ. nono, & de matrimon. diſp.5. diffic.17. num.57. & diffic..cap.23.in fine.*Ego ipſe *d.alleg.32.num.86.cum ſeqq.*

158. *θθ Siue Regularis.*] Sacerdotes Regulares matrimonia miniſtrantes, ſiue ſolemnizantes, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali,vltra ſuſpenſionem, quam ipſo iure incurrunt per hoc decretum, ipſo facto excommunicatos eſſe excommunicatione Sedi Apoſtol. reſeruata, de qua *in Clem.1. de priuileg.* tenent Nauarr. *conſ.1. n.7. de pœnis in antiq. & conſ.10.de conſtit.in nouis*, Maiol. *de irregul. lib.3. cap.25. n.12. verſ. clandeſtinum*, Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſc.cap.15. §.12. num.8.* Sanch. *d.lib.3.diſp.48.num.8. & 9.* Molfeſ. *d. tract.4. cap.8. n.66.* Mar. Alter. *de cenſur. tom.2. diſp.11. cap.4. verſ. ſed quæres*, Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.1. quæſt.48. art.2.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. regul. reſol.93. num.6.* Ego ipſe *d.alleg.32.num.192.& d.cap.21.n.105.*

Contra Henriq. *in ſumm. lib.13. cap.38. §.2. in commento, littera E*, Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.12. ſect.4.n.13.*Sayr.*in ſimili tr.lib.4.cap.15.n.10.*Bonac. *eod.tract.diſp.3. q.6.puncto 5.n.19. in fine, & de matrimon.q.4.puncto 6. n.3.* Baſil.Pont. *de impediment. matrim. c.26. §.2.verſ. ex quibus,condit.10.& §.6.in princ.* exiſtimantes Religioſum benedicendo abſque præfata licentia, præter ſuſpenſionem non incurrere excommunicationem latam *in d. Clem.1.*

ιι Auſint

159. *u Auſus fuerit.*] Ergo quamlibet ignorantiam etiam craſſam excuſare à ſuſpenſione, dummodo non ſit ita craſſa vt ſit ingens temeritas, reſoluunt Sanch. *d.lib.3.diſput.48.n.7.* Gutier. *de matrimon. c.75.n.16.*

160. *xx Tandin ſuſpenſus maneat.*]Ergo ipſo iure, quia ſunt verba præſentis temporis, quæ latam ſententiam important, vt per Franc.Molin. *d.differ.11.n.150.* quem refero *d.c.21.n.108.*

161. Hanc ſuſpenſionis pœnam nedum ad officium, ſed etiam ab beneficium extendi poſſe, reſoluunt Franc.Molin. *d.differ.11. num.149.* Hurtado *de cenſur. tractat. de ſuſpenſ. diffi.ult. 13. num. 40. verſ. nono.*

λλ Quandin ab Ordinario.] Ergo etiam ab eius vicario, vt per Sanch. *d.lib.3.diſp.52.n.4.* Mar.Alter. *de cenſur.tom.2.diſp.11.de ſuſpenſ.c.5.in fine.*

162. *μμ Habeat Parochus librum*, &c. Parochum teneri habere librum in quo coniuges, teſtes, locum contractus, diem, menſem, & annum deſcribat, per hoc decretum aduertunt Fuſc. *de viſitat.lib.2.cap.3. num.26.* Nauarr. *in man.cap.62. n.79. verſ. quinto,* Azeued. *lib.8.num.2.tit.1.lib.5.nona recep.* Ceuall. *d. quæſt 604.n.138.* Henriq. *d. lib.11.c.7.§.4.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1.alleg.72.n.106.* Poſſeuin. *de officio Curati c.6. n.44. & c.12.n.42.* Homobon. de Bonis *de humana vita ſtatibus p.1.c.14.in fine,* Nicol.Genoa *de priuata ſcriptura lib.5.q 6.* Molfeſ. *in ſumm.Theolog.moral. tract.4.c.8. num.68.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.c.653.num.63. & ſeq.* Baſil. Pont. *de impediment.matrim.c.26. §.2.verſ. ex quibus, condit.9.* Ægid.de Coninck *d. tom.2. diſp.27. num 74.* Rebell. *d p.2.lib.2.quæſt.7.n.6.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Parochi c.7.n.6.* vbi *n.9.* poſui formulam obſeruandam à Parochis in deſcribendis matrimoniis in libris ad id deputatis.

163. Et addit obligari Parochum ſub mortali propter finem neceſſarium vitandi lites, tenent Sanch. *d. lib.3. diſput.15. n.22.* Valer. Reginald. *d.lib.31. n.241.verſ.vlt.* Gutier. *de matrim. c.60. n.9.* Nald. *in ſumm.verb.Parochus,n.20.* Baſil.Pont. *loco proximè citato*, Poſſeuin. *d.c.12.n.44.* Ego ipſe *d. alleg. 32.n.147. & d.c.7.n.8.*

164. Vnde ex partita deſumpta ab hoc libro, etiam mortuis teſtibus, & Parocho ſcribente abſque aliis probationibus plenè probari matrimonium, concludunt Caualcan. *deciſ.12.ſub n.22. verſ. & liber Parochi,p.2.* Maſcard. *de probat. concluſ.672.n.18. cum ſeqq.* Menoch. *conſ.199.num.3.* Lancel.Gallia *conſ.15. num.3.* Sanch. *d.lib.3. diſp.15. num.22.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. compar.9. à n.35.* Mar.Antonin. *var.reſolut.lib.1.reſol.fin.caſu 33.verſ. nihilominus*, Aloyſ.Ricc. *deciſ. Curia Archiepiſc. Neapol. part.4. deciſ.238. n.6.* Giurba *ad conſuetud. Meſſanenſes c.1.gloſſ.1.p.1.n.19.* Rot. *deciſ.750.n.1. p.1.diuerſ. & deciſ.340.p.2.etiam diuerſ.* D. Noguerol. *alleg.23.n.104.*

165. Vt fides deſumpta ex hoc libro in iudicio probet, neceſſariò faciendam cum formali tranſcriptione partitæ de verbo ad verbum ſicut iacet, aduertunt Bellarmin. *in annot.ad Greg.XV. deciſ.359. num.9.* Ferentil. *in annot.ad Buratium dec.11. n.5.* Rota *in Toletana capella 18. Maij 1615. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Æſina bonorum 17. Maij 1617. coram bona mem. Andrea.*

166. *νν Sua peccata diligenter confiteantur.*] Contrahentes igitur matrimonium cum peccato mortali, indignè recipere Sacramentum, ac proinde peccatum mortale incurrere, reſoluunt Fr. Emman. & Sanch. citati à Gutier. *de matrim. c.83. num.13.* & à Bonacio. *in ſimili tract. quæſt.4.puncto 6. num.1: verſ.ſexto*, quibus adde Fernand. *in examine Theologia moralis,p.3.c.18.§.1.n.8.*

Eos tamen non committere duo peccata mortalia, vnum quatenus recipiunt Sacramentum, alterum verò quatenus adminiſtrat, ſed ſolùm quatenus recipiunt, tenent Sayr. *de Sacrament. in genere l.2.c.7.quæſ.1.art.5.* Sanch. *lib.2.diſput.6. num.4.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.1. q.3. punct.2. §.2. num.10.* Nec aliud incurrere peccatum quatenus videntur præceptum Concilij in præſenti confeſſionem præcipientis violare, quia conſilium, & non præceptum quoad hoc continet decretum in præſenti, tradunt Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.2.c.9. num.49.* Baſil. Pont. *de impediment. matrimon.cap.16.§.2.verſ.ex quibus, condit.1.* Ego ipſe *d.alleg.32.num.172.*

Non licere abſolutè, & per longum tempus, aut vbi ſponſi inſtarent, detinere matrimonium, donec contrahentes orationem ſaltem Angelicam, & Dominicam, Symbolúmque fidei, præcepta Decalogi & Eccleſiæ, ac ſeptem peccata capitalia didicerint, expedire tamen ſimiliter, & abſque violentia ad breue tempus impedire, tradunt Sanchez *d. lib.5. diſput.15.ſub num.19.* Campan. *in diuerſor. iuris Canonic. rubric.11. c.14. num.7.* Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.638. in 1. edit.* aliàs *reſolut.576. in 2. edit.* Ego ipſe *d.allegat.32. numero 173.* 167.

Contra Barthol. à Ledeſma *de matrim. dub.11.* Veg. *lib.3.ſumm. caſu 211.* exiſtimantes impediri poſſe ob dictam cauſam ne matrimonium contrahatur, niſi contrahentes præ ſenio, aut ingenij ruditatis tarditate prorſus incapaces ſint.

ξξ Si qua prouincia, &c.] Antiquas conſuetudines laudabiles, quæ in contrahendis matrimoniis obſeruari ſolitæ ſunt, decretum in præſenti non tollere, aſſerit Franc.Molin. *d.lib.2.differ.11.n.151.* 168. Laudabiles autem conſuetudines illas dici, quæ canonicis decretis non aduerſantur, tradunt de hoc decreto loquentes Cened. *ad Decret.collect.58.n.6.* & Franc. Molin. *d. differ.11. n.151. & 156.* ſubdit quandoque laudabilem dici conſuetudinem, quæ iuri communi aduerſatur, cùm ex temporum mutatione mutari quoque ſæpe & ſtatuta, & conſuetudines etiam iuri contrarias expediat, *cap. fin. de conſang. & affin.*

οο In ſingulis ſuarum diœceſum Parochialibus, &c.] 169. Ratione ſpeciali fit in hoc Decreto præceptum publicationis in ſingulis Parochialibus Eccleſiis, cùm aliàs ſufficiat cæteras leges & Principum conſtitutiones in Curia publicari, etiamſi reuocatoriæ fuerint aliarum legum, & conſtitutionum, vt aduertit Anguian. *de legib. lib.4. controuerſ.1. n.27. cum ſeqq.*

ππ Et huiuſmodi decretum in vnaquaque Parochia, &c.] Neceſſario requiri in Parochiis publicari hoc decretum ad hoc vt robur ſuum accipiat, nec publicationem in diœceſana Synodo factam æquipollere, deciſum refert Armendar. *in addit.ad recop.legum Nauarra, lib.4.tit.15.lib.1.de matrimon. n.62.* Et rationem reddit Baſil. Pont. *de impedim. matrimon.cap.26. §.2. verſ.4.* dicens hoc non naſci ex eo quòd lex ad ſui obligationem exigat vt acceptetur à populo, ſed ex ſpeciali diſpoſitione Eccleſiæ in hoc caſu, quæ hanc legem obligare noluit, niſi poſt promulgationem in ſingulis Parochiis factam, trigintaque à publicatione diebus elapſis.

Ad matrimonium igitur contrahendum coram Parocho, & teſtibus obligari eos, apud quos promulgatum eſt Concilium Tridentin. & receptum, 170.

qua

qua publicatione nondum facta nullam obligationem arctare habitatores, nec ignorantes ligare, prout in quibuſdam Galliæ & Poloniæ partibus, tradunt Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1. de Sacram.* vbi de ſacram. matrim. *cap. 6. concl. 4. dub. 5.* Ceuall. *d. q. 603. num. 143.* Nauarr. *conſ. 8. n. 1. ſub tit. de clandeſt. deſponſ.* Henriq. *d. lib. 11. cap. 33. §. 8.* Galet. *in margarit. caſuum conſcient. verb. matrimonium, pag. 163. col. 2.* Sanchez *d. lib. 3. diſp. 18. n. 1.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moral. tr. 4. c. 9. num. 19.* Rebell. *d. l. 2. quæſt. 7. ſect. 3.* Guttier. *de matrim. cap. 61. num. 12.* Baſil. Pont. *d. §. 2. verſ. quartò.*

171. Vnde illos, qui ſunt incolæ vnius loci, in quo promulgatum, & acceptatum eſt Concilium, ſi aliò migrent, vbi non eſt acceptatum, poſſe ibi validè contrahere, ſeruata, quoad fieri poſſit, antiqua lege eccleſiaſtica, ſiue illac tranſeant, ſiue domicilium ibidem collocauerint, aſſerunt Petr. Ledeſm. *de matrim. quæſt. 45. art. 4. puncto 3.* Henriq. *d. lib. 11. cap. 8. §. 8.* Sanch. *d. lib. 3. diſp. 18. num. 28.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 176.* Baſil. Pont. *d. c. 26. §. 2. verſ. hinc etiam fit eos, & de matrimon. l. 5. cap. 9.* Rebell. *d. p. 1. lib. 2. quæſt. 7. n. 15.* Ægid. de Coninck *d. diſput. 27. dub. 1. num. 14.* Guttier. *d. cap. 61. n. 12.* Bonacin. *d. quæſt. 2. puncto 8. n. 1.* Molfeſ. *d. tract. 4. cap. 9. num. 21.* Filliuc. *d. tract. 10. cap. 6. num. 200.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 11. c. 7. quæſ. 17. reſolut. 3. verſ. ſecundo*, Gaſpar Hurtado *de matrimon. diſput. 5. diffic. 4. in princip.* Aldan. *in compendio canon. decr. lib. 1. tit. 8. num. 40.* vbi id verum credit, ſi receſſus à loco habitationis fuiſſet factus ad euitanda impedimenta, putà inimicitias, & obſtacula parentum, ſecus ſi receſſus fuit factus per fraudem, quia aderat impedimentum: & refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die 7. Februarij 1602.* cuius memini *de officio & poteſt. Parochi, c. 21. n. 92.*

172. Hinc etiam matrimonium non eſſe legitimum, ſi contrahatur inter ſe conferentes ad locum in quo Concilium non eſt promulgatum, ſub animo ſine Parocho & teſtibus contrahendi, reſoluit Aldan. *d. tit. 8. n. 41* aſſerens deciſum *in Colonien. 5. Septembris 1626. & in Antuerpien. 16. Decembris 1628.* quarum memini *d. cap. 21. n. 93.*

Incolam illius loci, in quo non eſt acceptatum Concilium Trid. teneri matrimonium contrahere coram Parocho & teſtibus, ſi diuertat ad locum, in quo eſt receptum, tenent Petr. de Ledeſma *d. q. 45. puncto 3. ad fin.* Sanchez *d. lib. 3. diſput. 18. num. 26.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. n. 176.* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſp. 27. dub. 1. ad fin.* Molfeſ. *d. tract. 4. cap. 9. n. 20* Bonacin. *d. puncto 7. num. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 155. & d. cap. 21. n. 94.* 173.

Epiſcopum non poſſe matrimonia inualidare per ſua decreta ſynodalia, quæ clandeſtinè, & ſine Parocho, & teſtibus contracta eſſent, ſi ibi non eſt promulgatum Concilium Trid. itaut matrimonia etiam poſt huiuſmodi decretorum publicationem aliter contracta, ſi nullum obſtet legitimum impedimentum, valida ac firma ſint, reſoluit Aldan. *d. tit. 8. n. 43.* aſſerens quòd ideo coniuges, qui aliàs inter ſe validè matrimonia contraxerunt, illiſque poſtea per Epiſcopum tanquam contra formam ſui decreti nullis declaratis ſeparati fuerunt, ac inſimul habitare deſierunt, omnino cogendi ſunt, vt in dictis matrimoniis contractis permaneant, atque vnà ſimul tanquam veri coniuges cohabitent: ij verò qui primis matrimoniis alias validè, & publicè contractis & conſummatis, ab Epiſcopo vigore dictorum decretorum nullis declaratis, ſecundò contraxerunt, ſimiliter ad priora redire, ac in illis permanere cogendi ſunt, & huiuſmodi ſecunda matrimonia poſt publicationem & conſummationem priorum contracta, nullo modo, etiam prætextu cuiuſvis grauis, & eminentis ſcandali tolerari poſſunt, ac debent; & in fine teſtatur ita fuiſſe deciſum *in Ruſſ. 18. Nouembris, & 2. Decembris 1628.* 174.

pp Poſt triginta dies, &c.] Ab hoc tempore obligare quoad annullationem matrimonij etiam ignorantes, poſt Medin. Henriq. & Petr. de Ledeſma, reſoluunt Sanchez *d. lib. 3. diſp. 17. num. 10. ad finem.* Guttier. *de matrim. cap. 61. n. 11.* 175.

Vnde ea matrimonia irrita in præſenti declarari, quæ poſt triginta dies à die publicationis huius decreti in Parochia factæ clandeſtinè contrahentur, refert deciſum Armend. *d. l. 1. de matrim. n. 61.*

Cognatio ſpiritualis orta ex Baptiſmo, aut Confirmatione, inter quas perſonas contrahatur.

CAPVT. II.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *De cognatione ſpirituali Pius V.*
3. *Patrini duo ad ſummum vnus vir, vnaque fœmina adhibentur in Baptiſmo.*
4. *Cognatio contrahitur cum omnibus, ſi plures duobus deſignatis ſuſcipiant baptizatum de Baptiſmo.*
5. *Deſignare, & admittere in Baptiſmo plures quàm vnum, & vnam, eſt peccatum mort.*
6. *Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt duo viri, vel duæ fœminæ ſimul ſuſcipiant.*
7. *Patrinos adhibere non eſt de eſſentia ſacramenti Baptiſmi.*
8. *Patrini in Baptiſmo debent eſſe baptizati, & in Confirmatione confirmati.*
9. *Hæreticus ſuſcipiendo, vel baptizando cognationem contrahit.*
10. *Excommunicati, interdicti, & criminoſi non poſſunt eſſe patrini.*
11. *Mutus homo, & muta mulier prohibentur eſſe patrini.*
12. *Abbates, Monachi, & Religioſi, ſaltem clauſtrales, prohibentur eſſe patrini.*
13. *Pueri cuiuſcunque ætatis poſſunt eſſe ſuſceptores legitimi, & contrahunt cognationem ſuſcipiendo, modo habeant vſum rationis.*
14. *Patrini poſſunt eſſe minores baptizato.*
15. *Cognatio ſpiritualis oritur ex Baptiſmo non ſolemni priuatim facto.*
16. *Baptizans laicus in extremo neceſſitatis articulo contrahit cognationem ſpiritualem.*
17. *Cognationem nullam contrahit tenens in Eccleſia vbi ſeruata fuerunt neceſſitate verè domi baptizatum.*
18. *Matrimonium liberè, & licitè contrahi poteſt inter perſonas in hoc decreto nominatim expreſſas.*
19. *Cognatio ſpiritualis non contrahitur inter ipſoſmet patrinos.*
20. *Cognatio ſpiritualis à viro contracta non transfunditur in uxorem, vel è contra.*
21. *Vir, & vxor ſuſcipientes alienum puerum in Baptiſmo, non peccant.*

22. *Patrinus poteſt matrimonium contrahere cum ea, cum qua ſimul alienum filium ſuſcepit.*
23. *Matrimonium contractum ſine diſpenſatione inter filium ſuſcipientis, & baptizatum valet.*
24. *Cognatio ſpiritualis non contrahitur inter infidelem baptizantem, & fidelem baptizatum.*
25. *Cognationem aliquam non contrahit fideles baptizans, aut ſuſcipiens filium infidelium cum parentibus infidelibus.*
26. *Procurator non ſibi, ſed mandanti contrahit cognationem ſpiritualem.*
27. *Cognatio ſpiritualis contrahitur inter ſuſcipientem in Baptiſmo, ac parentes carnales, licèt illegitimos ſuſcepti.*
28. *Parochus debet habere librum in quo deſcribat omnes qui in Eccleſia ſua baptizantur.*
29. *Baptiſmus, & ætas probatur ex partita extracta per Parochum à libro Baptiſmi.*
30. *Origo etiam probatur.*
31. *Compatres duo, vel commatres, ſi in libro Baptiſmi ſint deſcripti, ratione incertitudinis prohibentur inter ſe contrahere.*
32. *Cognationem contrahunt plures quàm duo ſuſcipientes in Baptiſmo, quorum nullus fuit deſignatus.*
33. *Cognationem contrahunt omnes deſignati à parentibus, vel ab aliis curam infantis habentibus, modo tangant ſimul.*
34. *Cognatio contrahitur cum eo quem vocauit Parochus caſu in Eccleſia ingrediente, non admittendo deſignatum à parentibus.*
35. *Contactus requiritur ad contrahendum cognationem ſpiritualem.*
36. *Cognatio ſpiritualis contrahitur in hoc caſu.*
37. *Cognationem ſpiritualem non contrahit mulier ex eo quod defert puerum baptizandum vſque ad ianuam Eccleſia.*
38. *Decreti huiuſmodi diſpoſitio militat in cognatione orta ex Confirmatione, ſicut militat in cognatione orta ex Baptiſmo.*
39. *Patrinus in Confirmatione debet eſſe alius ab eo, qui tenuit in Baptiſmo.*
40. *Vnus non poteſt in Confirmatione tenere vltra duos eadem die.*
41. *Catechiſmus ſublatus eſt per hoc decretum.*

a Cap. non plures, de confecr. diſt. 4. & c. quàuis, de cogn. ſpirit. in 6.
b Cap. ſuper quibus py ſtaciũ, & c fin. 30. q. 3. c 1. c. ſuper eo. & ferè per totum, de cogn ſpirit c 1. eod. tit. in 6.
c Cap. quàuis, de cogn. ſpirit. in 6.
d Conc. Magunt. c. 55. c. 1. 30. q. 1. c. 1. de cogn ſpirit. in 6.

DOcet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento incipiens, ſtatuit, *α vt vnus tantùm*, ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorum [a] Canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus, & vna baptizatum *β de Baptiſmo* ſuſcipiant: *γ inter quos, ac baptizatum ipſum*, & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum, *baptizatique patrem, ac matrem* tantùm [b] ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptiſmum conferendum accedat, *δ diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur*, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittant, *ζ & in libro eorum nomina deſcribat*, doceátque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeant. *η Quod ſi alij, vltra deſignatos*, baptizatum *θ tetigerint*, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant: [c] conſtitutionibus, in contrarium facientibus, non obſtantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniantur [d]. *ι Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione* contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiuſque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur: *κ omnibus inter alias perſonas* huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis.

1. VIde Galleg. *in ſpeciali tract. de cognatione ſpirituali*, Couarr. *de ſponſ. p. 2. c. 6. §. 4.* Nauarr. *in man. cap. 22. n. 37. & num.* 140. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. c. 85. n. 4.* Henriq. *in ſumm. lib. 12. cap. 11.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 226.* latè Iodoc. Coce. *in theſauro cathol. tom. 2. lib. 5. art. 13.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p. 1. de Sacram.* vbi de ſacr. matrim. *cap. 17. & de ſacram. Baptiſmi, cap. 13.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect.* 1224. Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p. 2. caſu* 16. Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 54.* Gutier. *in ſimili tr. c.* 100. Bonac. *eod. tract. q. 3. punct. 5. §. 2.* Gaſp. Hurtado *eodem tract. diſp.* 18. Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. cognatio*, Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 9. n. 61. cum ſeqq.* Fernand. *in examine Theolog. moralis, p. 3. cap. 2. §. 9. &* 10. Vgol. *de offic. & poteſtate Epiſc. cap. 15. §. 6. à n. 8. & c. 25. §. 1.* Rebello *de obligat. iuſt. p. 2. lib. 3. quæſt. 6.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 148. cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *de ſacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 32. n. 22. cum multis ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 4. tit. 15. l. 1. de matr. n. 73. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tr. 4. c. 10. n. 120. cum ſeqq.* Vincent. Filliuc. *in q. moralib. tom. 1. tract. 10. n.* 188. *cum ſeqq.* Aldan. *in compendio canon. deciſ. lib. 1. tit. 8. n. 50. cum ſeqq.* Scl. *in ſelectis canonicis, cap. 76.* Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp. 40. num. 10. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 15. n. 64. cum ſeqq.* meipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 2. alleg. 30. n. 32. cum ſeqq. & de officio & poteſt. Parochi, cap. 18. n. 21. cum ſeqq.*

De cognatione ſpirituali, & eius impedimentis emanauit conſtitutio Pij V. ſuper declaratione huius decreti incip. *Sanctiſſimus*, publicata die 20. *Auguſti* 1566. & alia eiuſdem Pontificis incip. *Cùm illius vicem, ſub dat. quarto Kal. Decembris* 1556. 2.

α Vt vnus tantùm, &c.] Vnum tantùm iuxta priſca Canonum ſtatuta adhiberi patrinum in Baptiſmo, vel ad ſummum duos, ſcilicet vnum virum, vnamque fœminam, vt voluit Concil. *in præſenti*, tenet Poſſeuin. *de officio Curati, c. 6. n. 33.* quem refero *d. alleg. 30. n. 40.* vbi *n. 43.* reſolui præcitata verba huius cap. eſſe intelligenda de Baptiſmi tantum patrino, ac proinde cùm ſit correctorium iuris antiqui *in cap. vlt. de cognat. ſpirituali in 6.* debere reſtringi, nec ampliari poſſe ad confirmationem, & ſic vltra terminos in quibus loquitur. 3.

Contra Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 2. c. 24. n. 11.* Sanch. *lib. 7. diſp. 57. n. 9.* exiſtimantes Concilium in præſenti idem omnino voluiſſe quoad omnia ſtatuere in patrino confirmationis, & totum *d. cap.* per illud reſtringi.

Si

4. Si tamen plores duobus deſignati ſuſcipiant baptizatum de Baptiſmo, cum omnibus cognationem contrahi, tradunt Sayr. *in floreb. deciſ. ſub tit. de cognat. ſpirit. deciſ.*4. Vgulin. *de officio & poteſt. Epiſcopi, cap.*25.§.1.*n.*5. Ego ipſe *d. alleg.*30. *n.*45. refert deciſum Armendar. *d.l.*1.*de matrim.num.*82. Gaſpar Hurtado *d.diſp.*18. *diffic.*4.*n.*15.

8. Si matrimonium ea intentione contrahatur ab habentibus impedimentum dirimens, vt faciliùs Papa diſpenſet, in tali caſu eſſe faciendam in impetratione diſpenſationis mentionem, tum de matrimonio contracto, tum de animo, quo initum eſt, tradunt Couarr. *de ſponſ. p.2. c.6. §.10. n.14.* Philiarch. *d. c.14. in princip.* Anton. Cucch. *inſtit. maior. lib.5. tit.13. num.8.* Guttier. *lib.2. canon. c.15. n. pen.* Petr. de Ledeſm. *de matrim. q.56. art.8. dub.2. diffic.1. concl.1.* Sanch. *d. lib.8. diſput.25. n.12.* Garc. *d. p.8. cap.3. num.41.* Sanctarell. *d. q.54. num.1. & 2.* Nauarr. *in cap. ſi quando, de reſcript. except.5. num.5.* vbi ſic ait: *Non ſolùm oportet mentionem facere contracti malè matrimonij ſcienter, ſed etiam fraudis, qua grauiter peccando ſunt vſi, vt benignior in eos eſſet Rom. Pontifex, alioquin enim huiuſmodi diſpenſationes ipſo iure inutiles erunt, apud Deum quidem, qui omnia nouit, & in foro conſcientiæ ſimpliciter; apud homines autem tantum, ſi & in quantum ea fraus probari poteſt;* & *in man. c.22. n.86.* his verbis, *licèt olim faciliùs diſpenſabatur in impedimentis eorum qui iam etiam ſcienter contraxerunt, & conſummauerunt matrimonium, hodie tamen iure Conc. Trident. ſeſſ.24. c.5.* de Reformat. matrimon. *faciliùs diſpenſatur, & conſummatio illiciti matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad diſpenſandum, hodie retrahit.* Sic etiam Tolet. *lib.7. cap.22. n.3.* vbi ita ait, *Illi qui ſcienter contrahunt, & habent copulam, vt faciliùs impetrent diſpenſationem à Papa, debent narrare Pontifici ſe illa intentione habuiſſe copulam, & contraxiſſe, vt faciliùs cum eis diſpenſaretur, quo non narrato diſpenſatio nulla eſt.*

Impedimenta plura non connexa quando ſunt eiuſdem ſpeciei, & rationis, vt quando quis eſt conſanguineus alteri ex duplici parte, eſſe neceſſariò exprimenda, vt diſpenſatio ſit valida, tenent Sanch. *d. lib.8. diſp.24.* Ægid. de Coninck *d. diſp.33. dub.6.* Baſil. Pont *de matrim. lib.8. c.17. §.5.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. diſp.26. diffic.6. n.18.* contra Henriq. Petr. de Ledeſma, Vegam, Fr. Emman. & alios. 9.

δ Idque ex cauſa, &c.] Cauſas, quæ hodie in praxi verſantur in Romana Curia, pro quibus diſpenſationes in impedimentis matrimonij conceduntur, referunt Galleg. *de cognat. ſpirit. cap.22.* Henriq. *in ſum. lib.12. c.3. §.9.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1. cap.237.* Petr. de Ledeſma *etiam in ſumm. part.1. de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrimon. *cap.17. concl.5. cum ſeqq.* Sanch. *d. lib.8. diſp.19.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.196. cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. p.5. q.149. n.149.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom.1. diſput.33. num.45. cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4. tit.16. lib.1. de matrimon. num.110. cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.6. cap.3. num.42.* Gaſpar Hurtado *d. diſput.26. diffic.3.* 10.

Prima cauſa eſt, *Quòd cùm Oratrix dotem habeat minus competentem iuxta ſtatum ſui conditionem, cum qua virum ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit, inuenire queat, & dictus Orator intendat illam cum dicta minus competenti dote in vxorem ducere,* &c. quam referunt Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.2. c.81. in fine,* Fr. Emm. *dicto cap.237. concl.1. num.2.* Galleg. *d. cap.22. n.8.* Guttier. *canon. lib.2. cap.15. n.107.* Petr. de Ledeſm. *de matrimon. quæſt.56. art. fin. & in ſumm. part.1. de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrimon. *cap.27. concl.5.* Henriq. *d. lib.12. c.3. §.9. verſ. tertia,* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect.709. & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.260. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 227. n.8. in 2. edit.* Ægid. de Coninck *d. tom.2. diſp.33. n.47.* Campan. *d. n.41.* Gaſpar Hurtado *dicta diffic.3. n.21. verſ. tertia,* Valer. Reginald. *d. lib.31.* 11.

num.

*num.*194. vbi *num.*196. ſubdit cenſendam iuſtam cauſam diſpenſandi, cùm io defectu ipſo dotis inuenitur ratio pietatis.

12. Vtrùm fœmina in ordine ad hunc effectum poſſit dici pauper, & carere dote, quæ nihil quidem habet propriùm, habet tamen parentes, alióſve conſanguineos diuites? vide Couarr. *de ſponſalibus part.*2.*c.*6. §.9. *&* 10. Sanch. *d. lib.*8. *diſp.*19. *n.*19. *&* 20. Ægid. de Coninck *d. diſp.*33.*n.*48. vbi reſoluit non dici pauperem ſi illos poſſit cogere vt ſtatim dent dotem; dici tamen quando de facto conſtaret nullum non conſanguineum, qui ſit paris coonditionis cum ea fœmina, velle eam habere vxorem, eo quòd communiter ſibi perſuadeant parentes non daturos ſufficientem dotem.

13. Secunda, *Quod cùm dicta Oratrix in dicto loco propter illius anguſtiam virum ſibi non cõſanguineum vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit, inuenire nequeat*, &c. referunt Galleg. *d.c.*22. *n.*10. Henr. *d.* § 9. Vega *in ſumm. tom.*1.*c.*34.*caſu* 167. Fr. Emman. *d.c.*137.*n.*2.*verſ. la quarta.* Iacob. de Graff. *de arbitriis confeſſ.c.*43. Sanch. *d. lib.*8. *diſp.*19. *num.*12. Aloyſ Ricc. *d. reſol.*227. *num.*7. Ægid. de Coninck *d. diſp.*33.*n.*46. Valer. Reginald. *d. lib.*31. *num.*196. *verſ. ad tertiam*, vbi reſoluit requiri tantùm, vt intra oppidum proprium fœmina non inueniatur æqualis, cui nubat, reféertque ita deciſum fuiſſe, Gaſpar Hurtado *d. diffic.*3.*n.*11.*verſ. ſecunda.* Sanch. *d. diſp.*19 *num.*13. dicens *num.*15. non eſſe adſtringendam ad nubendum alicui vetulo, aut durioris, intolerabiliorisve ingenij.

14. Tertia, *Quòd cùm inter dictorum Oratorum parentes, conſanguineos, vel affines graues inimicitia ortæ iam ſint, & ad præſens vigeant, aliunde tamen quàm ex cauſa matrimonij inter Oratores contrahendi prouenientes, & ante illius tractatum exortum, & certum ſit quòd ſi Oratores prædicti inuicem matrimonialiter copularentur, inimicitia huiuſmodi omnino componerentur; pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt*, &c. referunt Sanch. *d. lib.*8.*diſp.*19.*n.*8. Val. Reg. *d. lib.*31.*n.*196. *verſ. ad ſecundam*, Gaſpar Hutt. *d. diffic.*3. *n.* 11. *verſ. prima.*

15. Quarta, *Quòd cùm inter dictos Oratores, ſeu eorum parentes lites ſuper rebus magni momenti ortæ iam ſint, & ad præſens vigeant, lites huiuſmodi omnino componantur*, &c. referunt Fr. Emm. *d.c.*137.*n.*2. *verſ. la ſegunda por ſe agabar vn gran pleito.* Ægid. de Coninck *d. diſp.*33.*n.*45. Sanch *d. lib.*8. *diſp.*19.*n.*8. vbi *n.*9. aſſerit, quòd ad hanc cauſam reducitur euitatio ſcandalorum inter cognatos, & *n.*11. dicit ſimiliter eſſe iuſtam diſpenſandi cauſam quando diſpenſatio eſt quaſi remedium neceſſarium ad obuiandum alicui magno delicto.

16. Quinta, *Quòd cum dictus locus ad littus maris ſitus continuis inuaſionibus piratarum, & fidei Orthodoxæ hoſtium expoſitus ſit, propterea externi homines non ita libenter, vt cum dicti loci habitatricibus contrahant, accedere velint, cupiunt*, &c. refert Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. matrimoniales diſpenſationes.*

17. Sexta, *Cùm autem Pater ſancte niſi matrimonium inter Oratores contrahatur, dicta Oratrix innupta, & diffamata remaneret, grauiaque exinde ſcandala paſſim veriſimiliter exoriri, ideo*, &c. refert Sanch. *d. lib.*8.*diſp.*19.*n.*9.

18. Septima, *Quod dicta Oratrix vigeſimumquartum annum excedens, hactenus virum paris conditionis, cui nubere poſſet, non inuenit*, &c. refert Quarant. *d. verb. matrimoniales diſpenſationes.*

19. Octaua. Conſeruatio diuitiarum in eadem cognatione, ne cauſa dotis detrahantur ad aliam cognationis familiam, quando eæ ampliſſimæ ſunt, referunt Galleg. *d. cap.*22. *n.*11. *cum ſequentibus*, Vega *tom.*1.*ſumma*, *c.*34. *caſu* 167. Fr. Emman. *d. cap.*137. *concl.*1. *in fine*, Ægid. de Coninck *dicta diſput.*33. *num.*49. Valer. Reginald. *dicto lib.*31. *num.*197.

Nona. Excellentia meritorum in Eccleſiam, ſiue diſpenſationem petentis, ſiue eius, cui petitur, referunt Galleg. *d. cap.*22. *num.*17. Sanch. *d. diſp.*19. *num.*32. Ægid. de Coninck *d. diſput.*33. *num.*49. *verſ.*5. Gaſpar Hurtado *dicta difficult.* 3. *num.*12. 20.

Decima. Proles habita ex conſanguinea, quando bona fide ſuſcepta eſt, referunt Petr. de Ledeſm. *de matrimon. quæſt.*56. *artic. vltim. ad fin.* Guttier. *canon. lib.*2. *cap.*15. *num.*107. Sanchez *d. diſp.*19. *num.*33. Ægid. de Coninck *d. diſp.*33. *num.*49. *verſ.*7. 21.

ε *Et gratis concedantur.*] Diſpenſationes matrimoniales gratis concedendas eſſe, & non licere Epiſcopo, vel eius Vicario pro eis quicquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali conſuetudine, nec ratione ſigilli, vel alicuius alterius rei, refert deciſum Garc. *de benefic. part.*8. *cap.* 1. *num.*77. *ad* 6. aduertens decretum illud, quod ſolet poni in litteris diſpenſationum matrimonialium, vt nihil muneris, ſeu præmij ſponte accipi poſſit pro illarum executione, ita intelligendum eſſe, vt neque Ordinarius ipſe, neque eius Vicarius quicquam pro mercede laboris, quem ea in re ſuſciperent, capere poſſent; notarij verò pro examine teſtium quartam aurei, ſeu ducati partem licitè accipere poſſunt. 22.

Habere locum in compoſitionibus, non in mercede, quæ pro Bullarum expeditione ſoluitur, refert deciſum Garc. *dict. parte* 8. *capit.* 1. *num.*100. 23.

Statutum concedens Epiſcopis, vt certum quid poſſint accipere in cauſis commiſſariis, non habere locum in diſpenſationibus matrimonialibus, etiamſi factum ſit in Synodo Prouinciali, notarium autem quartam partem vnius ducati accipere poſſe, refert deciſum Garc. *dict. parte* 8. *capit.* 1. *num.*104. 24.

Epiſcopum poſſe, ſed non cogi, concedere litteras dimiſſorias Ordinario inferiori pro examinandis teſtibus in exequutione diſpenſationis matrimonialis, poſſe autem cogere teſtes, vt ad ſe veniant, argument. *cap. ſtatutum*, §. *inſuper*, *de reſcript. in* 6. refert deciſum Garc. *dicta part.* 8. *cap.* 1. *num.*116. 25.

Diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario generali, ſi Sedes vacare contingat, non poſſe per Vicarium capitularem expediri, contra Sanchez *de matrimon. lib.*8. *diſp.*27. *num.*29. *cum ſequentibus*, tenet Aldan. *d. tit.*8. *n.*56. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 24. *Maij* 1621. 26.

ζ *In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes.*] Vide Henriq. *dicto lib.*12. *cap.*3.§.6. *in commento littera X*, Sanchez *d. lib.*8. *diſp* 19. *n.*5. Guttier. *de matrimon. cap.*128. *n.*14. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*1. *verb. diſpenſatio*, §.2. vbi refert ſe vidiſſe diſpenſare inter Barones, & titulatos Regni Neapolitani, Ægid. de Coninck *d. diſp.*33. *n.* 44. vbi dicit hunc Tridentini locum intelligendum eſſe de gradu conſanguinitatis, vel affinitatis ortæ ex legitimo matrimonio, quia in affinitate orta ex fornicatione, præſertim occulta, longe facilius diſpenſatur. 27.

Matri

Matrimonium inter raptorem, & raptam, an & quando irritum.

CAPVT VI.

1. *Doctores de materia huius text. agentes.*
2. *Raptus non factus cauſa contrahendi matrimonium cum rapta, ſed cauſa libidinis, minimè dirimit matrimonium.*
3. *Raptus, quo fœmina inuitis parentibus, ipſa tamen conſentiente rapitur, dirimit matrimonium.*
4. *Raptus quo fœmina corrupta, meretrix, vel inhoneſta rapitur, dirimit matrimonium.*
5. *Raptus, quo fœmina rapit virum, non dirimit matrimonium.*
6. *Raptus propria ſponſa ipſa inuita non dirimit matrimonium.*
7. *Raptus non dirimit matrimonium ſi ſolis importunis precibus, aut pretio conducta fœmina extrahatur.*
8. *Rapt. vt dicatur, requiritur traductio à loco ad locū.*
9. *Sponſalia celebrata inter raptorem & raptam inualida ſunt, dum rapta eſt in poteſtate raptoris.*
10. *Raptor ſi nubat fit infamis.*
11. *Raptor contrahens matrimonium cum rapta eſt omnino liberandus.*
12. *Raptores & fautores raptus dirimentis matrimonium excommunicantur ipſo iure.*
13. *Pœna infamia, incapacitatis ad dignitates, ac obligationem dotandi raptam, & priuationem gradus clericalis, quando raptor, aut fautor eſt clericus, non incurritur ante ſententiam iudicis.*
14. *Raptor ſiue matrimonium contrahat ſiue non, tenetur ad decenter dotandam raptam arbitrio iudicis.*

a Cap. fin. de rapt. vide Conc. Chalced. c.16. c. eos, & c. de puellis 36 q. 1. Concil. Chalcedon. c.27. Conc. VVormatien. cap. 27. Exod. 21. c. 6. de adult.

DEcernit ſancta Synodus, inter raptorem, & raptam *α quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, β nullum poſſe conſiſtere matrimonium.* a Quòd rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, *γ & nihilominus raptor ipſe, δ ac omnes illi conſilium*, auxilium & fauorem præbentes, *ε ſint ipſo iure excommunicati, ζ ac perpetuò infames*, omniúmque dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. *η Teneatur præterea raptor* mulierem raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

1. VIde Nauarr. *conſ.32. de ſponſal. in antiq.* aliàs *conſ.1. de raptor. in nouis, & conſ.3. num.7. de conſang. & affin. in antiq.* aliàs *conſ.4. de raptor. in nouis*, Perez *lib.2. verb. fuero deſpoſada, tit.15. lib.8. ordin.* Matienz. *in rub. tit.1. gloſſ.1. n.142. verſ. hodie verò, lib.5. noua recop.* Pegues. *deciſ.42. à princ.* Menoch. *de præſumpt. lib.3 præſ.1. n.201.* Ant. Theſaur. *deciſ.217. n.6.* Henriq. *in ſumm. lib.12. cap.14. §.4. & 5.* Baiard. ad Clar. §. *raptus, à n.35.* Caneer. *var. reſol lib.3. cap.11. num.12. cum ſeqq.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1. c.232.* Petr de Ledeſm. *etiam in ſumm. part.1. de Sacrament.* vbi de ſacrament. matrimon. *cap.26.* Farin. *in praxi crimin. q.145. n.121. & ſeq.* Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ. 96.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.2. verb. raptus*, Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tr.3. c.11. num.18. cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, part.3. cap.16 §.3. n.1.* Aloyſ Ricc. *in collect. deciſ. parte 4. collect. 911. & in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 342 p.4.* Cardin. Tuſch. *tom.6. verb. raptus, concluſ.5. & 6.* Vgol. *de officio Epiſcopi cap.8 §.3. n 2.* Sanch. *de matrim. lib 7. diſp.13.* Leſſ. *de iuſtit. lib.4. cap 3. dub.9. n.68. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de impediment. matrim cap.39.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. compar.10. num.31. cum multis ſeqq.* Rebello *de obligat. iuſtitiæ part.2. lib.3. q.11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 22 à n.28. cum ſeqq. & lib 31. à num.164.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom.2. diſp.31. à num.46.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit.15. l.1. de matrim. pag.198.* Guttier. *de matrim. c.86.* Bonacin. *eodem tract. q.4. punct.18. & de excomm. in partic. extra Bullam, diſp.1. q.2. puncto 9.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. diſp.23. diffic.3.* meipſum *in collect. ad cap. vltim. de raptoribus.*

2. Circa hoc decretum de multis dubitant Doctores. Primò an raptus non factus cauſâ contrahendi matrimonium cum rapta, ſed cauſâ libidinis, dirimat matrimonium? Negant Salzed. ad Bernard. *in pract. c.81. littera A, verſ. clericus, in nouiſſ. edit.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1. cap.212. num.7.* Vega *tom.2. ſumm. c.34. caſu 137. notab.1.* Sanch. *lib.7. diſp.13. n.4.* Leſſ. *d. cap.3. dub.9. num.70.* Molfeſ. *d. tract.4. c.11. n.30.* Valer. Reginald. *d. lib.31. n.165. verſ. primum*, Guttier. *d. c.86. n.8.* Gaſpar Hurtad. *d. diſp.23. diffic.3. verſ. quartò*, quia Tridentinum hoc impedimento, & reliquis pœnis tantùm intendit punire eum, qui lædit libertatem ad matrimonium, vt ſic puniendo impediat dictam læſionem; qui autem fœminam rapuit non ad contrahendum matrimonium, violauit libertatem ad illud, neque ad illud coëgit.

Contra Emman. Sà *in aphoriſm. verb. matrimon. n.9.* Ochag. *tract.3 q.44.* Bonacin. *d. q.4. punct.18. n.3.* exiſtimantes non ſolùm illum eſſe raptorem qui abduxit fœminam cauſa contrahendi, ſed etiam qui abduxit tantùm cauſa explendæ libidinis. & conſequenter ſubiacere pœnis conſtitutis in hoc decreto.

Secundò an raptus, quo fœmina inuitis parentibus, ipſa tamen conſentiente rapitur, dirimat matrimonium? affirmant Salzed. *d. c.81. verſ. clericus*, Henriq. *d. cap.14. §.4.* Veg. *d. caſu 157. notab.1.* Card. Tuſc. *d. tom.6. verb. raptus, concl.5. n.4.* Zerol. *in praxi Epiſcopali p.2. verb. raptus, §.1.* Fr. Emman. *d. c.232. n.1.* Petr. de Ledeſm. *d. c.26. concl.1. dub.1.* Rebello *d. q.11. n.6.* Guttier. *d. c.86. n.17.* Bonacin. *d. puncto 18. n.5.* 3.

Contra Sanch. *lib.7. diſput.13. num.13.* Leſſ. *d. c.3. dub.9. num.70.* Valer. Reginald. *d. lib.22 n.31. & d. lib.31. n.165. verſ. quinto*, Ægid. de Coninck *d. diſput.31. n.48.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.342. n.5. p.5.* Gaſpar Hurtado *d. diſput.23. diffic.3. verſ. ſecundò*, exiſtimantes raptum, quem fœmina inuitis parentibus, ipſa tamen conſentiente, rapitur, dirimere matrimonium.

Tertiò an raptus, quo fœmina corrupta, meretrix, vel inhoneſta rapitur, dirimat matrimonium? affirmant Sanch. *d. lib.7. diſput.13. n.14.* Valer. Reginald. *d. lib.31. n.165. verſ. ſextum eſt*, Bonacin. *d. puncto 8. n.7.* 4.

Quartò an raptus, quo fœmina rapit virum, dirimat matrimonium? Negant Farin. *in praxi* 5.

crimin.

crimin.p.5.q.145.n. 40 Sanch. *d. diſp.* 13.*n.*16. Rebello *d.q.*11.*n.*6. Baſil. Pont. *de impedim. matrim c.* 39. *verſ. circa*, Molſ.*d. tract.*4.*c.*11.*n.*19. Petr.de Ledeſm.*d c.*26.*concl.*2 *dub.*5. Valer. Regin *d.lib.*31.*n.*165 .*verſ. ſeptimum eſt*, Bonac. *d. puncto* 18. *n.* 7. Aloyſ. Ricc.*d.decis* 342.*n* 5.*p.*4. Gaſp. Hurtado *d. diſp.* 23. *diffic.*3.*n.*12. *in princ.* quia hoc decretum loquens de raptore, vtpote odioſum, & pœnale, non eſt extendendum ad raptricem.

Contra Henr.*d c.*14. §. 4.*verſ.ſi fortè fœmina robuſta*.Fr. Emm.*d c* 232.*n.*4.*verſ.lo quinto*.Veg. *tom.*2.*ſum.c.*34. *caſu* 157.*notab* 5.Gutier. *de matrim.c* 88.*n.*6. exiſtimantes raptum quo fœmina rapit virum,dirimere matrimonium.

6. Quintò,an raptus propriæ ſponſæ ipſa inuita dirimat matrimonium? Negat Henriq. *d. c.* 14. §.4. Fr. Emm.*d. cap.* 232 .*n.*4.Farin.*d.quæſt.*145. *n.*86.*verſ.* 87.Ioſeph Seſſe *Aragon. dec.*96.*n.* 4. Rebello *d.q* 11.*n.*5.Leſſi. *d. n.*70. *verſ tertium*, Mar.Anton.Genuenſ.*in pract. Eccleſ.q.*691.Molfeſ.*d.c.*11.*n.*33.Ego ipſe *in collect. ad c. pen. n.* 4. *de raptorib.*

Contra Sanch. *d. lib.*7. *diſp.* 13.*n.*15.& Gaſp. Hurt. *d. diſp.* 23.*diffic.* 3.*verſ.tertiò*, exiſtimantes comprehendi ſub hoc decreto raptum quo ſponſus rapit propriam ſponſam.

7. Sextò an raptus dirimat matrimonium ſi ſolis importunis precibus,aut pretio cōducta fœmina extrahatur? Negat Gutier. *d. c.*86.*n.*15, Bonac. *d. punct.*8 *n.*5.*in fine*, & *n.*6.*in fine*, Sanchez *d. lib.*7. *diſp.*13.*n.*11. declarantes, dummodo illæ preces tales nō eſſent vt violētiæ æquiparentur.

8. *a Quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit.*] Requiri traductionem de loco ad locum, vt raptus dicatur, affirmant Nau. *conſ.* 1. *n.vnico ſub tit. de raptor.* F. Emm. *d c.*232.*n.*2.San. *d. lib.*7. *diſp.*13 *n.*7.Ægid.de Coninck *d. tom.*2. *diſp.* 31. *n.*48.*verſ vt autem*,Bonac *d.punct* 8.*n.*6.vbi *n* 8. poſt Gutier M[illegible] C[illegible] Tuſch.Sanch. & alios, quos citat,aſſerit quòd raptus non committitur ab eo,qui virginem repertam in domo patris,vel in alia domo, non educit de ea domo, ſed illam ibi opprimit,aut trahit de vno cubiculo in aliud, vt ibi illam commodiùs violet, idémque dicendum aſſerit ſi virginem in agro repertam inde trahat per aliquos paſſus vt abutatur,ſecus ſi inde deducat in aliquam domum extra illum agrum,aut in alium locum.

9. *ß Nullum poſſe conſiſtere matrimonium*] Inualida etiam eſſe ſponſalia celebrata inter raptorem, & raptam, dum rapta eſt in poteſtate raptoris, etiam ſi liberè conſentiat, tenent Fr. Emm. *d. c.* 232 *n.*3.Vega *d.caſu* 157. *notab.* 3.Sanch. *d.diſp.* 53. *n.* 17. Gutier. *de matr.c.*86. *n.* 24. Bonac. *d. punct* 18.*n.*10.*verſ. tertia.*

10. *γ Et nihilominus raptor ipſe*,&c.] Raptorem ſi nubat fieri infamem, reſoluunt Sanc. *d. lib.* 7. *diſp.*13.*n.*1.*verſ.ab hac autem infamia pœna*, Leſſ. *d.c.*3.*n.*69 Farin.*d q.*145.*n.*14.& *n.* 102.

Contra Henr.*d.c.*14.§.4. *verſ. ſi ducat*,Fr. Emman.*d.c.*232.*n.*4.*verſ.lo ſexto*, Petr.de Ledeſma *d. c.* 16. *dub. fin.*exiſtimantes minimè fieri infamem,quia alias rapta cogeretur nubere infami.

Raptorem contrahentem matrimonium cum rapta eſſe omnino liberandum,affirmant Marſil. *conſil.*63. Cæpol.*conſ.*57.Boſſi. *in pract.crim. tit. de raptorib.mul.n.*17.Ant.Gom. *l.* 80. *Tauri,n.* 7. *cum ſeqq.*Balard.ad Clar.§. *raptus n.* 36. Decian. *in tract. crim. lib.*8.*c.*13.*n.*48.*ad fin.*Cancer. *var. lib.*3.*c.*11.*n.*19.& 20. 11.

Contra Andr. Antiq. Neapolitanarum conſtit. gloſſatorem *in conſt.Capitalem*, qui ſuo conſilio Hiſpaniarum olim Regem raptorem,qui raptam duxerat,ad mortem condemnaſſe refert,ſequitur Matth. de Affl.&. *in conſtit. ſiquis rapere,quæſt.*6. Carer.*in pract.crim.*§.*circa tertium,n.* 14. Afflict. *ſuper conſt. p.* 1. *rub.* 19. *n.*15.Iarè Franc.Mol. *de ritu nupt. lib.*1 .*compt.*10.*n.* 40. *cum multis ſeqq.* exiſtimantes raptorem pœna mortis puniendum, quamvis raptam in vxorem ducat.

δ Ac omnes illi conſilium, &c.] Vide Sanch. *d. lib.*7.*diſp.*13. *n.* 3. & 4. Bonac. *d. punct.*18.*n.*9. *verſ.prima* Far.*d.q* 145.*n.*21. & 37. vbi reſoluit quòd raptui opem ferentes,ſcienter tamen & doloſe, capitali ſupplicio ſubiiciuntur,licèt quoad alias pœnas & præſertim amiſſionem honorum tantummodo, qui in actu rapinæ auxilium præſtiterunt,non autem alij,illas incurrant.

ε Sint ipſo iure excommunicati,&c] Vide Farin. *d.q.*145.*n.*21. Sanch.*d. lib.*7.*diſp.*13.*in princ.*vbi dicitur huiuſmodi excommunicationem non eſſe de reſervatis Pontifici, Bonac. *d. punct.*18.*n.*9.*in fine*,qui idem aſſerit,Gaſp.Hurt.*d.diſp.* 23. *diffic.* 3.*n.*15.vbi addit ſtatim abſque alia declaratione excommunicatos manere,etiam ſi poſtea ducant raptam,Valer. Reginald. *d. lib.*22.*n.* 31. *verſ. de excommunicatione*, vbi dicit illam eſſe latæ ſententiæ,& nemini reſervatam. Machado *en el perfecto Confeſſor,lib.*1.*p.*3.*tr.*4.*docum.*4.*n.*3. 12.

ζ Ac perpetuò infames,&c.] Pœnam infamiæ,& incapacitatis ad dignitates,ac obligationem dotandi raptam,ſiue eam ducant,ſiue non,& priuationem gradus clericalis,quando raptor,aut fautor eſt clericus,non incurri ante ſententiam iudicis,tenent Nau.*in extr. Greg. XIII. de datis pro iuſtitia,vel gratia notab.* 31. *n.* 44 Mol. *de iuſtit. tr.*2. *diſp.*96.*verſ. quod attinet ad pœnam*, Sanch. *d. diſp* 13.*n.*1.*poſt princ.*Ægid.de Coninck. *d. to.* 2. *diſp.* 31. *dub* 4.*n.*48.Gaſp.Hurt.*d.diſp.*23. *diffic.* 3.*n.*15.*propè fin.* 13.

η Teneatur prætereà raptor,&c.] Raptorem ſiue matrimonium contrahat, ſiue non teneri ad decenter dotandam raptam arbitrio iudicis, aſſerunt Henriq. *d. c.* 14.§.5.Far.*d.q.*145.*n.*57. Bonac.*d.punct.*18.*n.*10.*verſ.ſecunda*, Sanch. *d.diſp.* 53.*n.*3.& 4. vbi *n.*1.*verſ. teneri raptorem*, reſoluit quòd in ſententia iudicis conſtituentis hanc dotem,attendenda maximè eſt raptoris, & raptæ qualitas perſonarum, Valer. Reginald. *d. n.* 31. *verſ. de dotatione*, vbi ait quòd requiritur ſententia iudicis,vt eam teneatur dotare. 14.

Caput VII.

Quomodo vagi homines admittantur ad Matrimonium.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Vagabundi qui dicantur.*
3. *Peregrinorum matrimoniū non eſt nullum ob omiſſionem illorum,quæ deſcripta ſunt in hoc decreto.*
4. *Parochus, qui vagos non præmiſſa debita diligentia, & licentia Ordinarij, matrimonio coniunxerit, peccat mortaliter, matrimonium tamen valet.*

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

a De iis, & c. 25. Conc. Agathen.

α MVlti ſunt,[a] qui vagãtur & incertas habẽt ſedes, & vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, aliã & plerũque plures, illa viuente, diuerſis in locis ducunt, cui morbo cupiens ſancta Synodus occurrere, omnes ad quos ſpectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vacantiũ ad matrimoniũ facilè recipiant; β magiſtratus etiã ſæculares hortatur, vt eos ſeuerè coërceant. Parochis autem præcipit, ne illorum matrimoniis interſint, γ niſi priùs diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

1. VIde Perez 1. *in princ. tit.* 14. *lib.* 8. *ord.* Henr. *in ſum. lib.* 11. *c.* 3 §. 3. Fr. Emm. *in ſum. to.* 2. *c.* 219. *n.* 3. Petr. de Ledeſm. *etiam in ſum. p.* 1. *de Sacr.* vbi de ſacr. matrim. *c.* 7. *concl.* 4. *dub.* 3. Zer. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. matrim. verſ.* 6. & *p.* 2. *verb. Paroch pag. mihi* 81. Saneb. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 25. *n.* 8. *cum multis ſeqq.* Gotier. *in ſimili tr. c.* 65. Bonac. *eod. tract. q.* 2. *punct.* 8. *n.* 6. Baſil. Pont. *etiam eodem tr. lib.* 5. *c.* 14. Cened. *pract.* & *canon. q. lib.* 1. *q.* 39. *n.* 66. *cum ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacram. & cenſuris tom.* 2. *diſp* 27. *n.* 20. Rebello *de oblig. iuſtit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 8. *n.* 3. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 239. metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 32. *à n.* 72. & *de officio & poteſt. Parochi c.* 21. *à n.* 89.

2. α *Multi ſunt qui vagãtur, & incertas*, &c.] Vagabundos illos propriè dici, qui nullum certum domicilium habent, vel qui priſtinum domicilium omnino deſerentes amiſerunt, & iter agunt, aut nauigant animo acquirendi nouum, tenent Hent. *d.* §. 3. Ægid. de Coninck *de Sacr. to.* 1. *q.* 8. *n.* 6. & *to.* 2 *q.* 27. *n.* 20. Cened. *d. q.* 30. *n.* 69. & 70. Sanch. *d. diſp.* 2 c. *à n.* 1. vbi *n.* 8. *verſ intellige*, dicit hoc decretum loqui de iis, qui vagantur, & incertas habent ſedes, D. Barboſ. *in l. hæres abſens*, §. *proinde in art. de foro delicti*, *n.* 14. & *ſeq. ff. de iud.* Vgol. *de officio Epiſc. c.* 39. § 3. *n.* 1. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *n.* 64. Gutier. *d. c.* 65. *n.* 9. Ego ipſe *d. alleg.* 32. *n.* 75.

Et procedere, quamvis vnus contrahentium ſit notus & incola, ac propriam habeat ſedem, ſubditusque ſit Parochi, affirmant Cened. *d. q.* 30. *n.* 68 *verſ. circa hanc*, Gut. *d c.* 65. *n.* 8. Baſil. Pont. *de imped. matr. c.* 26. §. 5. *verſ. alienigena*. Sel. *in ſelectis can. c.* 45. *n.* 10. vbi ſubdit quòd vagus ducens vxorẽ in aliquo loco vbi eſt verè domiciliũ mulieris, poteſt contrahere in alio loco vbi voluerit, cùm omnes poſſint eſſe Parochi vagi quãuis adſit Parochus mulieris, quia tunc eſt etiam verè Parochus vagi alius in alio loco vbi repertus vagus, & refert deciſũ *ſub die* 28. *Aug.* 1621.

Et habere locum etiam in illis, qui alibi habentes domicilium habitant ac contrahunt in loco vbi ignoti ſunt, reſoluit Ægid. de Coninck *d. diſp.* 27. *n.* 20. *verſ. nota ſecundò*, vbi *in verſ. nota tertiò*, dicit hoc decretum eſſe intelligendum de iis qui communiter dicuntur vagi, non autem de iis, qui domicilium transferunt, notique ſunt in illis locis, de quo etiam Gutier. *dict. c.* 65. *n.* 9. Sel. *d. c.* 45. *n.* 11. atteſtatur deciſum *ſub die* 21. *Martij* 1602. Vide Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. p.* 4. *reſ.* 324. reſoluit bannitum quoad hunc effectum non dici vagabundum, refero Ego ipſe *dict. c.* 21. *n.* 89. *in fine*.

Et deniq; procedere in iis, qui ne corã proprio Paroch. cõtrahãt, aliò ſecedũt nõ habitaturi, nec mãſuri, reſoluũt Sanc. *d. diſp.* 23. *n.* 13. & 14. & *diſp.* 25. *n.* 15. *in fin.* Gut. *d. c.* 65. *n.* 11. Bon. *d. punct.* 8. *n.* 4. Ego ipſe *d. all.* 32. *n.* 77. & *d. c.* 21. *n.* 89 *in fine*.

β *Magiſtratus etiam ſæculares hortatur*, &c.] Refert etiam ad vagabundos, qui prima vxore relicta pleromque plures illa viuente ducunt, exiſtimat Sel. *d. c.* 45. *n.* 12. vbi teſtatur, ſic deciſũ *ſub die* 12. *Ianu.* 1620. Et affirmant quòd ſi laici præuenirent in captura huiuſmodi capientiũ plures vxores, offic. S. Inquiſitionis ſolet recipere de manu dictorum laicorum iſtos reos, & interrogari quid ſentiant de fide, ſi catholicè circa hoc reſpondeant, remittuntur puniendi ab eiſdem laicis.

3. γ *Niſi prius diligentem inquiſitionem*, &c.] Peregrinorum matrimonium non eſſe nullum ob omiſſionem illorum, quæ deſcripta ſunt in hoc decreto, refert deciſum Sel. *d. c.* 45. *n.* 14.

4. Parochum, qui vagos non præmiſſa debita diligentia, licẽtia Ordinarij, matrimonio cõiunxerit, peccare mortaliter; matrimoniũ tamen valere, reſoluunt Veracruz *in appendice ad q quomodo qui vagantur admittendi ſint ad matr. verſ. quamvis ſic fiat*, Hen. *d. c.* 3 §. 3. San. *d. diſp* 25. *n.* 16. & 17. Cen. *d. q.* 3. *n.* 68 *in princ.* Gut. *d. c.* 65 *n.* 15. & *c.* 67. *n.* 3. Baſil. Pont. *d.* §. 5. *in fine* & *d. tr. de matr. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 8. Molf. *in ſum Theol. mor. tr.* 4. *c.* 6. *n.* 5. Chapeauille *de adminiſt. matr. in neceſſitate*, *q.* 14. Filliuc. *in q. moral. tract.* 10. *c.* 6. *q.* 5. *n.* 212. Homob. de Bonis *de exam. Eccl. tr.* 11. *c.* 20. *q.* 23. *reſ.* 1. & 2. Ego ipſe *d. all.* 32. *n.* 74. & *d. c.* 21. *n.* 89.

Concubinarij quomodo ab Ordinarijs puniendi.

CAPVT VIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Adulterij in crimine poteſt procedi ex officio.*
3. *Monitio trina diſtinctis temporibus facienda eſt concubinarijs.*
4. *Epiſcopus poteſt in prima monitione pœna pecuniaria concubinarium punire.*
5. *Concubinatus crimen eſt mixti fori.*
6. *Brachium ſæculare ſi iudex ſæcularis neget non poteſt ad id cogi ſub pœna excommunicationis.*

a Infrà ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat. Conc. Rom. ſub Nic. I. in fine Cõc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 9. de ref. curiæ, & aliorum, verſ. concubinarij. b Conc. Tol. I. c. 17. c. is, qui 4 diſt.

GRaue peccatũ eſt, homines ſolutos cõcubinas habere, grauiſſimũ verò, & in huius magni Sacramẽti ſingularẽ contẽptũ admiſſum,[a] vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere eas quãdoque domi etiã cũ vxoribus, alere, & retinere. Quare, vt huic tanto malo ſãcta Synodus opportunis remediis prouideat, ſtatuit huiuſmodi cõcubinatos, tã ſolutos quàm vxoratos cuiuſcũq; ſtatus, dignitatis & cõditionis exiſtãt, ſi poſtquã ab Ordinario, α etiã ex officio, β ter admoniti ea de re fuerint, cõcubinas non eiecerint, ſéq; ab earũ cõſuetudine nõ ſeiunxerint, [b] excommuni

h excõmunicatione feriendos eſſe: à qua non abſoluãtur, donec reipſa admonitioni factæ paruerint. y *Quod ſi in concubinatu per annum* cenſuris neglectis, permanſerint: contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. δ *Mulieres* ε *ſiue coniugatæ*, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinariis publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ι *ab Ordinarijs locorum*, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœceſim, ſi id eiſdẽ Ordinariis videbitur, ζ *inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari*, eiiciantur, η *alijs pœnis contra adulteros*, concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentibus.

ε Conc. Arelatenſ. 2. c. 3. c. fraternitatis, 34 diſt. c. ſi cõcubinæ de ſent. excomm. c. 2. in fin. de cohabit. cler. & mulier.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 82. *lit. A. verſ. laicus verò*, Baiat. ad Clat. § *fin. q.* 37. *n.* 13. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 76. *n.* 3. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Concubinarij*, §. 2. Bobad. *in ſua politica, lib.* 2. *c.* 17. *n.* 53. Petr. de Ledeſma *in ſum. part.* 2. *tract.* 27. *c.* 18. *concl.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 377. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 319. *in* 2. *edit.* Valent. *conſ.* 131. *n.* 20. *tom.* 2. Auguſtin. *de legibus lib.* 3. *controu.* 30. *n.* 9. *cum ſeqq & n.* 24. *& controu.* 31. *n.* 31. Farin. *in praxi crimin. q.* 138. *n.* 76. *cum ſeq.* latè Cald. Pereira *de manu Regia p.* 2. *c.* 34. *& c.* 56. *n.* 13. *cum ſeqq.* Ioſeph. Vela *de poteſt. Epiſcop. circa punienda & inquirenda crimina p.* 1. *n.* 59. *cum ſeqq.* Armen. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 5. *tit.* 3. *l. vnic. de adulter. n.* 9. *&* 10. Thom. Velaſc. *alleg. iuris, tom.* 1. *alleg.* 34. *à n.* 8. Sayr. *in claui Regia, lib.* 8. *c.* 2. *n.* 9. *cum ſeqq.* Vgol. *de offic. Epiſcopi, c.* 8. §. 3. *n.* 1. Ordin. Regia Luſit. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 13.

2. α *Etiã ex officio.*] In crimine adulterij poſſe procedi ex officio, tenet Far. *in pra. cr. p.* 5. *q.* 141. *n.* 40.

3. β *Ter admoniti.*] Ergo cùm crimen hoc concubinatus in laicis ſolùm ad correctionẽ deferatur ad iudicium Eccleſiæ, & quoad illud tantùm ſit mixti fori, debent præcedere tres monitiones, ex quibus vera contumacia eliciatur non reſipiſcentis à peccato, quæ monitiones debent eſſe diſtinctæ, & ſeparatæ, Auend. *de exequen. mandat. p.* 1. *c.* 12. *n.* 14. Gabr. Pereira *de Manu Regia p.* 2. *c.* 34. *n.* 12. *verſ. in ſecunda autem parte.*

Trinam monitionem tunc neceſſariã eſſe inter concubinarios, quando in eos vult ferri ſententiã excõmunicationis, ſi verò pœnis pecuniariis, vel aliis mulctari eos velit iudex, non requiri iſtã ſolemnitatem, refert deciſum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 5. *tit.* 3. *l. vnica, de adult. n* 10. ſacræ Congr. deciſionẽ refert Gabr. Pereira *d p.* 2. *c.* 34. *n.* 11. *in fine, verſ. quare, pag.* 95. ibi. Ad quartum reſpondetur trinam monitionem tunc tantùm eſſe neceſſariã, cùm ad excommunicationẽ contra concubinarios proceditur: quòd ſi aliis pœnis à iure communi, vel à Synodo ſtatutis Epiſcopus afficere velit huiuſmodi delinquentes, vtiq; trinam monitionem minimè requiri, Hieron. Card. Matth. & latè me citato in hoc loco reſoluit Ioſeph. Vela *de poteſtate Epiſcoporũ circa punienda, & inquirenda crimina p.* 1. *n.* 64. vbi citat Nau. *conſil.* 8. *n.* 1. *de offic. Ordin.* & Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 2. *verb concubinarij*, aſſerentes iudicem Eccleſiaſticum poſſe procedere contra concubinarios, & concubinas aliis viis, & aliis pœnis quàm quæ ſtatuuntur in hoc decreto.

4. Vnde poſſe Epiſcopum in prima admonitione pœna pecuniaria cõcubinarium punire, reſoluit Thom. Valaſc. *d. alleg.* 34. *n.* 11. vbi *n.* 12. refert ita fuiſſe iudicatum Portugaliæ in ſupremo Regij Palatij Senatu, cùm hoc altercaretur inter Officialẽ Epiſcopi Portugalen. & iudicẽ Regiæ Coronæ Senatus eiuſdem ciuitatis. Idem tenet Gabr. Pereira *d. p.* 2. *c.* 34. *n.* 16. dum ait concubinarium poſſe puniri pœna pecuniaria ante trinam monitionem, quia Conciliũ ſolùm poſuit illum ordinem quoad excommunicationem ferendam pro contumacia in illo crimine, & per hoc non abſtulit alias pœnas contra adulteros, & cõcubinarios inflictas. Ita nouiſſimè reſoluit Ioſeph. Vela *d. p.* 1. *n.* 64. vbi atteſtatur ſic etiam fuiſſe iudicatum eo iudice in Hiſpalenſi, & Granatenſi Senatu.

Contra Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 319. *n.* 3. *verſ. iis accidit*, exiſtimantem Epiſcopum non poſſe ad impoſitionem pœnæ pecuniariæ procedere, niſi ſeruata forma procedendi contra concubinarios indicta in hoc decreto.

y *Quod ſi in concubinatu per annum*, &c.] Procedere in illis, qui per annũ cum diuerſis concubinis ſe carnaliter habuerunt, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in dec. curiæ Archiep. Neapol. dec.* 55. *p.* 4. vbi citat Nouar. *ſing.* 53. *p.* 4. Gabr. Pereira *d. p.* 2. *c.* 34. *n.* 16. dum ait concubinarium poſt trinam monitionem excommunicari poſſe, etiam ſi concubinatus ſit cum diuerſis, quia intentio præcipientis non eſt tantùm vt caueat à tali fœmina, ſed vt caueat à tali delicto, in quo ille contumax eſt, & incorrigibilis perſeuerat, & *n.* 21. dicit ſic declaraſſe Eminentiſſimos Card. & *d. n.* 16. *in med.* aduertit monitiones, de quibus in hoc decreto, debere eſſe diſtinctas cum temporibus interuallo, quo redigantur in ſcriptis, ex quibus conſtet eas præceſſiſſe, & ſubdit Conciliũ nõ admittere generales monitiones in diebus feſtiuis, ſed ſpeciales.

δ *Mulieres ſiue coniugatæ ſiue ſolutæ*, &c.] De pœnis mulieribus concubinis à locorum Ordinariis infligendis, vide Decian. *tr. crim. lib.* 6. *c.* 21. *n.* 38. Far. *in praxi crim. q.* 138. *n.* 77. Salzed. *vbi ſuprà, verſ. nec etiam mulieres coniugatæ*, Ioſ. Vela *d p.* 1 *n.* 62. Gab. Perer. *d. p.* 2. *c.* 34. *n.* 1. *& ſeqq.* Sayr. *in claui Regia, lib.* 8. *c.* 2 *n.* 14. Bobad. *in ſua politica, lib.* 2. *c.* 17. *n.* 53. *verſ. y por vn decreto del ſanto Concilio.*

ι *Ab Ordinarijs locorum*, &c.] concubinatus crimen eſſe mixti fori, affirmant Ordin. Regia Luſit. *lib.* 2. *t.* 9 *in princ.* vbi parẽs meus, Greg. Lop. *l.* 58. *verb. eſtos, tit.* 6. *p.* 1. Auend. *ad c.* 26. *præ. n.* 2 *p.* 2. Azeued. *l.* 4. *n.* 4. *tit.* 1. *l.* 4. *noua recop.* Suar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prel.* 2. *n.* 31. *in fine*, Far. *in praxi cr. q.* 8. *n.* 131. Azor. *inſt. mor. p.* 2. *l.* 3. *c.* 53. *q* 2. *verſ. dubia*, Bob. *d. c.* 17. *n.* 53. Th. Valaſc. *d. t. alleg.* 34. *n.* 4. Valenz. *d conſ.* 131. *n.* 5. Ioſ. Vela *d. p.* 1. *n.* 61. Fr. Mich. Agia *de exhib. auxil. pag.* 65. nouiſſimè Mendez de Caſtr. *in praxi Luſit. p.* 2. *l.* 2. *c.* 4. *n.* 20. 51

Vtrùm autem hoc crimen concubinatus ſemel punitum per viam correctionis ab Eccleſiaſtico præuentionẽ inducat, vt à ſæculari nequeat deinde puniri, vel è conuerſo; itavt eo caſu quo quis ab Eccleſia monetur, poſſit excipere ſe à ſæculari iam captum & condemnatum fuiſſe? Vide Gabr. Pereira *d. p.* 2. *c.* 34. *n.* 22. vbi reſoluit quòd licèt in aliis caſibus mixti fori nõ cõdignè punitus in vno iudicio poſſit in alio iterum puniri, quia crimen in vtroq; foro ad punitionem defertur, nihilominus quia concubinatus crimen in vtroq; iudicio differt ab aliis ſpecialiter quoad cognitionẽ, cùm in ſæculari procedatur ad illius punitionem,

nem,ne ſcilicet crimina maueant impunita,& ne quis audeat licentiorè viuere; in Eccleſiaſticis verò Tribunalibus ad correctionem proceditur, ratione ſpiritualis finis, vt a peccato exeat concubinarius; ideo punitus à ſæculari, poterit iterum puniri ab Eccleſiaſtico iudice, & vniuerſali.

6. ζ *Conuocato, ſi opus fuerit, brachio ſeculari.*] Si iudex ſæcularis neget, an poſſit ad id cogi ſub pœna excommunicationis? Affirmant Menoch. *de arbitr. caſu* 452. Bellac. *tom. 1. comm. opin. lib.* 3. *tit*...*n.* 118. *pag.* 367. Ludou. Rodolph. *de brachio ſeculari n.* 45. Farin. *in praxi crimin. q.* 197. *n.* 8. *& q.* 138. *n.* 79. Fr. Em. *quæſt. regul. tom.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 14. Mart. *de iuriſd. p.* 1. *c.* 52. *n.* 1. niſi alias conſtaret de manifeſta iniuſtitia, ſeu nullitate ſententiæ, vel proceſſus iudicis Eccleſiaſtici, quo caſu ſæcularis (etiam ſi delictum eſſet merè Eccleſiaſticum) poſſet ſaltem auxilium ſuum iuſtè denegare. Ita Cauale. *de Brachio Regio p.* 4. *n.* 260. *verſ. ſed ſi notoriè*, Paulad. *rerum quotid. lib.* 1. *c. fin. p.* 2. §. 2. *n.* 7. Bobadil. *in ſua politica lib.* 2. *c.* 17. *n.* 172. *verſ. Pero eſto entiendo io, & n.* 176. Bernard. Grauæ. *ad practicam Cameræ Imp. concl.* 15. *in princ. n.* 6. *cum ſeq.* Mic. Aggia *de exhibendis auxil. fundam.* 27. *concl.* 8. *in* 1, 2, *& 7. caſu*, Iacob. Cancer. *var. reſ. lib.* 2. *c.* 15. *à n.* 33. cum aliis citatis, à Ioſeph. Vela *d. tr. p.* 2. *n.* 46. Et niſi à ſententia iudicis Eccleſiaſtici auxilium requirentis fuerit appellatum, vel ſupplicatũ, aut de nullitate dictum, alióve quocumque modo eius proceſſus per partem legitimè impugnatus, nam & tunc ſæcularis ſaltẽ denegare auxilium poterit: ita Nau. *c. cùm contingat, de reſcript. remed.* 1. *n.* 7. *aliàs* 8. *verſ. quartò, reſpondeo*, Bobad. *d. c.* 17. *n.* 176. *poſt princ.* Aggia *d. concl.* 8. *in* 3. 4. *&* 8. *caſu*. Cancer. *d. c.* 15. *n.* 14. *& lib.* 3. *c.* 19. *n.* 45. *cum ſeqq.* Salgado *de protect. Regia p.* 1. *c.* 1. *prel.* 3. *n.* 93. *&* 94. vbi id dicit procedere eo caſu, quo apertè conſtaret cauſam eſſe appellabilem, vel alio modo retractabilem, latè Ioſeph. Vela *d. loco à n.* 47. vbi *n.* 54. cum multis, quos refert, aut quòd ſi alioqui friuola & fruſtratoria ſit appellatio, poterit ea ſpreta Eccleſiaſticus cenſuris compellere ſæcularem, vt ſibi auxilium impartiatur, & atteſtatur ita nuper eo iudice cenſuiſſe Granatenſem Curiam.

η *Aliis pœnis contra adulteros, &c.*] Alias pœnas à Iure communi, vel ſtatutis ſynodalibus contra concubinarios inflictas nõ tolli per hoc decretũ, nec alium modũ procedendi contra eoſdem, niſi velit Ordinarius eos excommunicare, quia tunc formam huius decreti eſſe obſeruandam refert decisum Armendar. *d. l. vnica de adulter. n.* 9.

Cogentes ad Matrimonia contrahenda quales, & quomodo puniantur.

Capvt IX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Excommunicatio in hoc decreto comminata eos ſolùm afficit, qui temporale dominium, & iuriſdictionem in foro externo habent.*
3. *Parochus non incurrit hanc excommunicationem.*
4. *Neque Rex, Regina, Imperator, aut Imperatrix.*
5. *Neque Epiſcopus.*
6. *Neque pater.*
7. *Pœna anathematis eſt pœna excommun. maioris.*
8. *Intelligitur de coactione iniuſta.*
9. *Matrimonia contrahere impedientes in hac excommunicatione non includuntur.*

ITa plerumque temporalium dominorum, ac magiſtratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, vt viros, & mulieres, ſub eorum iuriſdictione degentes maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis adigant cum iis matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi domini, vel magiſtratus illi preſcripſerint.[a] Quare, cum maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci, à quibus iura expectantur: α *præcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcunque gradus*, dignitatis & conditionis exiſtant, β *ſub anathematis pœna*, [b] *quam ipſo facto incurrant*, ne quovismodo directè vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios γ *cogant*, quo minus liberè matrimonia contrahant.

a Cap. cum locum, c. requiſiuit, & c. Gemma de ſpon.
b Conc. Pariſienſ. 1. c. 6. c. nullius 36. q. 2.

1. VIde Henriq. *in ſuo lib.* 11. *c.* 6. §. 6. *lit. G.* Gut. *canon. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 32. latè Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *diſp.* 27. *& lib.* 4. *diſp.* 22. *à n.* 8. Molin. *de iuſtit. tr.* 2. *diſp.* 176. *verſ. ad ſecundam partem*, Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 10. *n.* 19. Baſil. Pont. *de impediment. matrim. c.* 29. §. 12. *verſ. ex dictis*, Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tr.* 4. *c.* 7. *n.* 13 *cum ſeqq.* Rebello *de obligation. iuſtitiæ, lib.* 3. *q.* 9. *n.* 1. Bonac. *de matrim. q.* 3. *puncto* 8. *n.* 34. *& de excommunicat. in particular. extra Bullam, diſp.* 2. *q.* 2 *puncto* 6. Gutier. *de matrim. c.* 79. *à n.* 8. Gaſp. Hurtado *eodem tract. diſp.* 6. *difficultate* 7. *cum ſeqq.* Machado *en el perfetto Confeſſor lib.* 1. *p.* 5. *tract.* 4 *docum.* 4. *n.* 4. Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 22. *n.* 9. Bonacina *de excomm. in particul. extra Bullam diſp.* 2. *q.* 2. *puncto* 6. *n.* 5.

Contra Soar. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 7. *n.* 6. *verſ. quarta*, Filliuc. *tract.* 14. *c.* 6. *quæſ.* 4. *n.* 86. exiſtimantes iſtam excommunicationem vniuerſalem eſſe, & omnes comprehendere.

2. α *Præcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcumque gradus, &c.*] Excommunicationem in hoc decreto comminatam eos ſolùm afficere, qui temporale dominium, & iuriſdictionem in foro externo habent, quia Concilium de his tantummodo loquitur, reſoluunt Molin. *d. diſp.* 176. *verſ. ad ſecundam partem*, Fr. Emm. *in ſum. p.* 1. *c.* 232. *n.* 7.

Vnde parochum non incurrere hanc excõmunicationẽ, quia iuriſdictione caret in foro externo, reſoluunt Bonac. *d. diſp.* 2. *quæſt. punct.* 6. *n.* 5. *verſ. tertio*, Gaſp. Hurt. *d. diſp.* 6. *diffic.* 8. *in fine.* 3.

Item neque Regem, Reginam, Imperatorem, & Imperatricem, quia iſtæ perſonæ videntur ſpeciali nota dignæ, tum quia Papa dum intendit hos ligare, ſolet eos exprimere, reſoluunt Sanch. *d. diſp.* 22. *n.* 10. Bonac. *d. puncto* 6. *num.* 7. Gaſpar Hurtado *d. diffic.* 8. *in fine.* 4.

Neque Epiſcopum, qui non eſt dominus temporalis, cogentem aliquem ad matrimonium, in iſtam excommunicationem incidere, reſoluunt Bonacina *d. puncto* 6. *num.* 6. Gaſpar Hurtado *citato loco*, contra plures. 5.

Neque

6. Neque patrem cogentem iniuſtè filium, vel filiam ad matrimonium huic cenſuræ ſubiici affirmant Ægid. de Coninck *de Sac. to. 2. diſp. 28. dub. 5.* Bonac. *d. punct. 6. n. 5. verſ. ſecundo,* poſt Henr. & Sanch. Gaſpar Hurtado, *d. diffic. 8. n. 19.*

Contra Ludou. Lop. *in inſtruct. p. 1. c. 44. verſ. ſi aliquis,* Albornoz *de arte contractuum, lib. 4. tit. 1.* Matt. *de iuriſd. p. 4. caſu 71. n. 23.* exiſtimantes hoc decretum intelligi de parentibus, & aliis quibuſcumque impedientibus matrimonium.

7. *β Sub anathematis pœna quam ipſo facto incurrant.*] Hanc pœnam anathematis eſſe pœnam excommunicationis maioris, aſſerunt Nau. *in man. c. 27. n. 150.* Lud. Lop. *loco proximè citato,* Henr. *d. c. 6. §. 6.* Sanch. *d. lib. 4. diſp. 22. n. 8.* Gaſp. Hurt. *diſp. 6. diffic. 7. n. 27.*

Contra Verac. *in append. ad Specul. p. 2. art. 6.* exiſtimantem non eſſe pœnam excommunicationis maioris, ſed maledictionis ſolemnis.

8. *γ Cogant.*] Idem eſſe ac per vim & iniuriam inducere, quia intelligitur de coactione iniuſta, & mortaliter peccaminoſa, tenent Soar. *de cenſur. diſp. 23. ſect. 7. n. 6. verſ. quarta,* Filliuc. *tract. 14. c. 6. quaeſ. 4. n. 86.* Gaſp. Hurt. *d. diffic. 7. verſ. ſecundo,* Bonac. *d. diſp. 2. q. 2. punct. 6. n. 2.* vbi ſubdit ideo excommunicationem incurrere, qui graue malum alicui minatur, niſi matrimonium contrahat, & qui tenuit alicui debitum magni momenti ſoluere, eo quòd nolit matrimonium contrahere, quia dicuntur ſaltem indirectè cogere ad matrimonium.

In hac tamen excommunicatione non includi illos, qui impediunt matrimonium contrahere, 9.
quia hic non eſt ſermo de prohibentibus, ſed de cogentibus, reſoluunt Henr. *d. lib. 11. c. 6. §. 5. in commento,* Nau. *in man. c. 27. n. 160.* Menoch. *conſ. 64. n. 61.* Mol. *d. diſp. 176. verſ. ad ſecundam partem,* Baſil. Pont. *d. §. 12. verſ. ex dictis,* Ægid. de Coninck *d. tom. 2. diſp. 28. dub. 5. n. 48.* Bonac. *de matrim. q. 3. puncto 8. n. 34. verſ. ſecundo, & q. 4. puncto 17. n. 26. verſ. neque obſtat primò, & de excomm. in partic. extra Bullam, diſp. 2. q. 2. punct. 6. n. 3.* Gaſp. Hurtado *d. diffic. 7. num. 20. verſ. ſecundo, in fine.*

De Temporibus, quibus Benedictiones nuptiales non ſunt faciendæ.

Capvt X.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Tempus Aduentus, & Quadrageſima quando incipiat.*
3. *Matrimonium non dirimitur ſi celebretur temporibus prohibitis, peccant tamen celebrantes.*
4. *Et arbitraria pœna puniuntur.*
5. *Matrimonium conſummare quod erat iam contractum, his temporibus non prohibetur.*
6. *Matrimonium de licentia Ord. poteſt his temporibus prohibitis ſine ſolemnitate celebrari.*

a *Ab aduentu Domini* noſtri Ieſu ª Chriſti vſque in diem Epiphaniæ, & feria quarta Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè, antiquas ſolemniũ nuptiarum prohibitiones β *diligenter ab omnibus obſeruari* ſancta Synodus præcipit: in aliis verò tẽporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit: quas Epiſcopi, vt ea, qua decet, modeſtiâ, & honeſtate fiant, curabunt: ſãcta enim res eſt matrimoniũ, & ſanctè tractandũ.

a Concil. Laodic. c. 52. Conc. Saleguſtad. c. 3. c. non oportet cum tribus ſeqq. 33. q. 4. c. Capellanus de fer.

1. Vide Matienſ. *in rubric. tit. 1. n. 147. lib. 5. nouæ recopilat.* Henr. *in ſum. lib. 11. c. 16. §. 2.* Cened. *ad Decret. collect. 22.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. p. 1. de Sacram.* vbi de ſacram. matrimon. *c. 10. concl. 8. dub. 1. verſ. tertero,* Fernand. *in examine Theolog. moralis p. 3. c. 17. §. 2. n. 9. & 10.* Molfeſ. *in ſum. Theologia moralis, tract. 4. c. 11. n. 10. cum ſeqq.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſp. 7.* Bonac. *eod. tract. quaeſt. 3. punct. 14. n. 4.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. diſp. 5. diffic. 24. à n. 83.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 188.* Poſſeu. *de officio Curati c. 10. n. 25. verſ. quæritur,* metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 32. n. 193. cum ſeqq. & de officio, & poteſt. Parochi c. 21. à n. 11.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. p. 4. reſol. 557. cum ſeqq.*

2. *a Ab aduentu Domini,* &c.] Tempus Aduentus in hac prohibitione incipere à primis veſperis Sabbati præcedentis, in feria autẽ quarta Cinerũ à media nocte illius feriæ, tenent Sanch. *d. lib. 7. diſp. 7. n. 3.* Molf. *d. tract. 4. c. 11. n. 11.*

Contra Cauale. *p. 2. dec. 12 de contr.* quæ eſt in ordine 58. *n. 19.* exiſtimantem incipere tempus Aduentus in hac prohibitione à media nocte, quæ eſt initium diei primæ Dominicæ aduentus, vbi conſuetudo aliud non expoſuerit.

3. *β Diligenter obſeruari,* &c. Contrarium facientes peccare mortaliter, ob id tamen non dirimi matrimonium, reſoluunt Mar. *d. gloſſ. 2. n. 147.* Cened. *d. coll. 22. n. 2.* Sanch *d. diſp. 7. à n. 5.* Aloyſ. Barboſ. Collect. in Concil. Trid. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 8. n. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 196.* refert deciſum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. n. 10.*

Pœna graui plectendum eſſe qui aduersùs hoc 4.
præceptum illo vetito tempore fecerit, arbitraria tamen, cùm nulla in iure præſcripta ſit, reſoluunt Caiet. *repet. c. ad limina 30 q. 1. §. 4. n. 550.* Fr. Emman. *in ſum. to. 1. c. 241. n. 4.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 7. n. 4* vbi *n. 7.* tenet non prohiberi eo tempore ſponſalia de futuro, & *num. 8.* reſoluit denuntiationes matrimonio præmittendas, poſſe tunc fieri, de quibus omnibus nouiſſimè Aloyſ. Ric. *in d. praxi rerum fori Eccl. p. 4. reſ. 558. cũ ſeqq.*

Conſummare matrimonium antea contra-
ctum his temporibus prohibitum non eſſe, cùm 5.
iura loquantur de contractione, tenent Nau. *in man. c. 22. n. 71.* Sanch. *d. diſp. 7. n. 10.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. diſp. 30. dub. 3. ad fin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 179.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 195.*

Matrimonium de licentia Ordinarij poſſe his 6.
temporibus prohibitis ſine ſolemnitate celebrari, reſoluunt, deciſúmq; referũt Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. matrim. pag. 163. collect. 1.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccl. p. 2. c. 9. num. 57.* Sanch. *d. diſp. 7. n. 12.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. n. 188* Ægid. de Coninch. *d. diſp. 30. dub. 3. n. 36.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 8. per tot. p. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 194.*

Digitized by Google

DE REFORMATIONE.

De iuſta, ac ſaluberrima Electione Prelatorum, ac Cardinalium habenda.

CAPVT I.

1. *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2. *Gregorius XIV. quoad Prelatorum electionem renouauit, & in multis ampliauit huius cap. ordinationem.*
3. *Miſſa de ſpiritu ſancto præmittenda eſt pro forma, & validitate electionis.*
4. *Electio promouendorum ad Epiſcopat. fieri debet ſub peccato mort. de digniore, & vtiliore Eccl.*
5. *Profeſſionem fidei emittunt promiſſi de Monaſterijs, Conuentibus, Domibus, &c.*
6. *Ea omnia & ſingula, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus conſtituta ſunt, in creatione S. R. E. Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda ſunt.*
7. *Ætas ad Cardinalatum eadem requiritur, quæ deſideratur ad Epiſcopatum.*
8. *Legitimati per ſubſequens matrimonium non admittuntur ad Cardinalitiam dignitatem.*

a Supr. de refor. ſeſſ. 6. c. 2. & 3. & ſeſſ. 22. c. 2.

SI in quibuſlibet Eccleſię gradibus prouidenter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterum: multo magis elaborandum eſt, vt in electione eius qui ſupra omnes gradus cõſtituitur non erretur: nam totius familiæ Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi, quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde, etſi aliàs [a] ſancta Synodus de promouendis ad cathedrales, & ſuperiores Eccleſias nonnulla vtiliter decreuit: hoc tamen munus huiuſmodi eſſe cenſet, vt, ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquam ſatis cautum de eo videri poſſit. Itaque ſtatuit, cum primum Eccleſia vacauerit, *ſupplicationes, ac preces* publicè, priuatimque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem & diœceſim inducantur: quibus Clericus, populúſque bonum à Deo Paſtorem valeat impetrare. Omnes verò, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcumque iis, quacumque ratione, à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in iis pro præſenti temporum ratione innouando hortatur, & monet vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant: *eóſque alienis peccatis communicantes* mortaliter peccare, *niſi quos digniores* & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus prædictos ſciant, [b] quæ iuxta ſacros Canones, Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam verò in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui, idoneóque bonorum, & doctorum virorum teſtimonio, non vniformis ratio vbique ex nationum populorum ac morum varietate poteſt adhiberi: mandat ſancta Synodus, vt in prouinciali Synodo per Metropolitanum habenda, præſcribatur quibuſque locis, & prouinciis propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma, Sanctiſſimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis vtilis, atque opportuna eſſe videbitur: ita tamen, vt, cum deinde hoc examen, ſeu inquiſitio de perſona promouenda perfecta fuerit, [c] ea in inſtrumentum publicum redacta cum toto teſtimonio, *ac profeſſione fidei ab eo facta*, quamprimum ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem omnino tranſmittatur: vt ipſe Summus Pontifex, plena totius negotij, ac perſonarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, ſi idonei per examen, ſeu per inquiſitionem factam reperti fuerint, Eccleſiis poſſit vtilius prouidere; *omnes verò inquiſitiones*, informationes, teſtimonia, ac probationes, quæcumque de promouendis qualitatibus, Eccleſiæ ſtatu à quibuſcumque, etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Conſiſtorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipſa Cardinalis relatoris & trium Cardinalium ſubſcriptione roboretur: in qua ipſi ſinguli quatuor Cardinales affirment, ſe adhibita accurata diligentia, inueniſſe promouendos qualitatibus à iure, & ab hac [d] ſancta Synodo requiſitis, præditos ac certo exiſtimare ſub periculo ſalutis æternæ idoneos eſſe, qui Eccleſiis præficiantur: ita vt relatione in vno Conſiſtorio facta quo maturius interea de ipſa inquiſitione cognoſci poſſit, in aliud Conſiſtorium iudicium differatur, niſi aliud Beatiſſimo Pontifici videbitur expedire. *Ea vero omnia & ſingula*, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina & cæteris qualitatibus alias in eadem Synodo conſtituta ſunt; decernit eadem etiam in creatione

b Cap. cum in cunctis, & c. cum nobis olim, de elect. & Concil. Lateran. ſub Leone X. de reform. Curiæ in princ. ſeſſ. 9. cum alleg. ſuprà ſeſſ. 22. de reform. c. 2. c S.D.N. Pius IV. in Bulla ſuper forma iuramenti Profeſſoris fidei.

d In dictis locis.

ſanctæ

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda, quos ſanctiſſimus Romanus Pontifex ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos reperierit, aſſumet. Poſtremò eadem ſancta Synodus, tot grauiſſimis Eccleſiæ incommodis commota non poteſt non commemorare, nihil magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium, quàm vt Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſolicitudinem vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio debet, eam hìc potiſſimum impendat, vt lectiſſimos tantum ſibi Cardinales aſciſcat, & bonos maximè atque idoneos Paſtores ſingulis Eccleſiis præficiat, idque eo magis, quod ouium Chriſti ſanguinem, quæ ex malo negligentium & ſui officij immemorum Paſtorum [a] regimine peribunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus de manibus eius ſit requiſiturus.

[a] Ezech. 3. & 18. Act. 20. ſupr. ſeſſ. 6. de reformat. c. 1.

1. Vide Ludouic. Maretan. *in clypeo militantis Eccleſiæ lib. 3. c. 19. cum ſeqq.* Nau. *in tract. de orat. miſc. 33. cum ſeqq. & miſc. 42.* Mand. *de ſignatura gratiæ in princ. verb. prouiſiones*, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. c. 2. à princ.* Bellet. *diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 4. n. 33.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 36. tract. 3. n. 163.* Campan. *in diuerſ. iuris Can. rub. 5. c. 4. n. 5. cum ſeqq.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 8.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 2. q. 37. & 38.* nouiſſimè Stephan. VVeymis *ad conſt. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 1. num. 7. & 8. pag. 20.* met ipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 1. tit. 1. cap. 4. à numer. 4. & part. 2. alleg. 1.* latè *in meo tract. de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 9. de Epiſcopis, & eorum elect. & ſuprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 22. etiam de reform. c. 2.*

2. Huius cap. ordinationem quoad Prælatorum electionem renouauit, & in multis ampliauit Gregorius XIV. *in eius conſt.* incip. *Onus Apoſtol. ſub dat. Romæ 1. May* 1591. quam refert Quarant. *in ſum. Bullary verb. electio*, Piaſec. *in praxi Epiſc. in proœm. de elect. n. 2. pag. 10.* Et emanauit inſtructio particularis circa conficiendos proceſſus inquiſitionis ſuper qualitatibus eorum qui promouendi ſunt ad regimina Cathedralium, aut aliarum ſuperiorum Eccleſiarum iuſſu S. D. N. Vrbani VIII. edita, quam tranſcripſi *d. cap. 9. de Epiſc. & eorum elect. in fine.*

3. α *Supplicationes, ac preces*, &c. Vide Stephanum VVeymis *citato loco n. 7.* Vnde pro forma, & validitate electionis præmittendam eſſe Miſſam de Spiritu Sancto, obſeruant citati per me *in collect. ad cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſ. n. 53.* quibus adde F. Emman. *quæſt. Reg. tom. 2. quæſt. 52. art. 1. verſ. & ſic videmus*, Caſtellin. *de elect. c. 3. num. 2. verſ. octauo*, Fr. Sigiſm. à Bononia *in ſimili tract. dub. 19.*

β *Eoſque alienis peccatis communicantes*, &c.] Vide S. Leonem Papam *Epiſt. 85.* relata *in c. miramur 61. diſt.* 161. *Quid eſt communicare peccatis alienis niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari*, &c. refert Capatam. *en el deſcurſo de la obligacion de los Prelados par. 2. concluſ. a. num. 2.*

4. γ *Niſi quos digniores*, &c.] Electionem promouendorum ad Epiſcopatus fieri debere ſub peccato mort. de digniore & vtiliore Eccleſiæ, per eos omnes ad quos quacunque ratione id ſpectat, aut alioquin in hoc operam ſuam præſtant, tenent Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. eligere pag. 95. col. 2.* citati à Fr. Sigiſm. à Bononia *d. tr. de elect. dub. 33.* Capatam. *en el deſcurſo de la obligacion de los Prelados p. 2. concl. 1. per tot.*

5. δ *Ac profeſſione Fidei ab eo facta*, &c.] Hanc præſentis decreti diſpoſitionẽ Pij IV. *in ſua conſt. 114.* incip. *Iniunctum, ſub dat. Idib. Nou.* 1564. extendit ad quoſcunque, qui de monaſteriis, Conuentibus, domibus, & aliis quibuſcunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine, vel titulo prouidentur, & licèt Hieron. à Sorbo *in comp. priuil. Mendicant. verb. profeſſio fidei*, cui ſuffragari videtur Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 5.* dicat in vſu non eſſe, tamen contrarium probant Nauarr. *conſ. 2. de ſumm. Trinit.* F. Emman. *q. regul. 2. quæſt. 79. ar. 1.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 1. c. 13. n. 5.* Petr. de Ledeſm. *in ſumm. tom. 2. tract. 1. c. 4. in fine*, vbi quamvis referat quandam Religionum conſuetudinem non faciendi huiuſmodi profeſſionem, eam tamen improbat.

ε *Omnes verò inquiſitiones*, &c.] Vide Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. q. 5. n. 10. cum ſeqq. & q. 6. n. 4.* vbi ſubdit idem tenendum in beneficiis conſiſtorialibus, cum in eis vigeat eadem ratio.

ζ *Ea verò omnia, & ſingula*, &c.] Vide Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 6.* Campan. *d. c. 4. num. 5. & rub. 7. c. 6. n. 47.* Salzed. ad Bernard. *c. 25. littera A. in fine*, Fran. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 2. n. 12.* met ipſum *de iure Eccleſ. lib. 1. c. 4. de Cardin. S. R. E. verſ. qui autem, & verſ. de qualitatibus.* Demum omnia circa ætatem, natalia, ſcientiam, vitam, & mores requiſita in eo, qui eſt Cardinalitia dignitate decorandus, ſtatuit Sixtus V. *conſt. ſua* incip. *Poſtquam verus, ſub dat. tertio non. Decembris* 1595. 6.

Ætatem igitur ad Cardinalatum requiſitam illam eſſe, quæ requiritur ad Epiſcopatum, videlicet triginta annorum, reſoluunt Hoied. *de incompatib. benef. part. 1 cap. 24. n. 27.* Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 30.* Paleoth. *de conſult. ſacri Palatij p. 4. q. 1. verſ. quoad ætatem*, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 5. quæſt. 14.* Campan. *d. rub. 7. cap. 6. n. 47.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ. 10. dub. 11. n. 15. & ſeq.* Squillante *de priuil. cleric. c. 4. ſub n. 77.* Nouarr. *in ſingul. Canonic. concl. 19.* niſi quòd ex d. conſt. Sixt. V. in §. 6. in Diaconum Cardinalem aſſumi poteſt ſaltem qui in vigeſimo ſecundo ſuæ ætatis anno fuerit conſtitutus; qua etiam conſtitutione attenta, ita ad hanc Cardinalitiam dignitatem deſiderantur ij, qui habent legitimos natales, & ex legitimo nati ſunt matrimonio, vt 7.
nec etiam legitimati per ſubſequens matrimonium veniant admittendi, ſicut referunt Henriquez *in ſumm. lib. 11 c. 20. §. 2.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 10. num 13. & 14.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſciplina cler. §. 3. n. 22.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 128. in fine*, quos refero *in collect. ad cap. tanta, num. 25. qui filij ſint legitimi.* 8.

Digitized by Google

Concilia Prouincialia quolibet triennio fiant per ipſum Metropolitanum, aut, eo impedito, Coëpiſcopum antiquiorem. Ad ea conueniant quicunque de iure, vel de conſuetudine intereſſe debent. Synodi diœceſanæ quotannis celebrentur, &c.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Concilia Prouincialia non obligant extra Prouinciam.*
3. *Epiſcopi tenentur ad obſeruantiam decretorum Concilij Prouincialis.*
4. *Capituli Metropolitani Sede vacante ceſſat poteſtas celebrandi Concilium Prouinciale ac ſuffraganeos conuocandi.*
5. *Concilium Prouinciale quolibet triennio celebrandum.*
6. *Concilio Prouinciali intereſſe poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus, quamuis nondum conſecratus.*
7. *Ordinarij habentes iuriſdictionem Epiſcopalem ad Concil. Prouinciale vocari debent.*
8. *Abbates habentes populum & territorium proprium, ac iuriſdictionem Epiſcopalem, vocari debent ad Concil. Prouinciale ſicut Epiſcopi Comprouinciales.*
   Habent vocem deciſiuam. ibid.
9. *Abbas non poteſt Synodum celebrare niſi habeat prouinciam.*
10. *Abbas populum non habens, etiam quòd exemptus non ſit, non tenetur accedere ad Synodum diœceſanam.*
11. *Capitulum Cathedralis Sede vacante tempore celebrationis Concil. Prouincialis debet ad illud de neceſſitate vocari.*
12. *Vocem conſultiuam in Concil. Prouincialibus dumtaxat habent Abbates Commendatarij, & Capitulorum deputati.*
13. *Præcedentia in Concil. Prouincialibus.*
14. *Præcedentia Capitulo Valuan. & non Sulmonen. debetur tam in Synodo, quàm in congregationibus, &c.*
15. *Suffraganei ad Metropolitanum extra Concilij comprouincialis celebrationem accedere non tenentur.*
16. *Electio Metropolitani ſemel facta ab Epiſcopo exempto vt ad eius Synodum Prouincialem conueniat, non poteſt poſtea mutari.*
17. *Synodus diœceſana ſæpius in anno celebrari poteſt vbi neceſſitas poſtularet.*
18. *Epiſcopus non celebrans Synodum quotannis incurrit pœnas à iure ſtatutas.*
19. *Epiſcopi ſi iuſto aliquo impedimento detineantur quominus Synodum congregent, poſſunt illam per alios congregare.*
20. *Epiſcopus nondum conſecratus, ſi Bullas expeditas poteſt Synodum conuocare.*
21. *Vicarius generalis abſque ſpeciali mandato non poteſt Synodum celebrare.*
22. *Capitulum Sede vacante per Vicarium capitularem poteſt Synodum congregare.*
23. *Exempti omnes, qui aliàs ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubduntur, ad eam accedere tenentur.*
24. *Abbates exempti, qui Synodo intereſſe debent, quo amictu, & ornamento vti debeant.*
25. *Regulares, qui ſubduntur Capitulis generalibus, non poſſunt cogi ab Epiſcopo ad intereſſendum Synodo.*
26. *Sacerdotes omnes animarum curam habentes ad Synodum diœceſanam venire debent.*
27. *Abbas Monachus non tenetur intereſſe Synodo diœceſanæ ſi deſeruire faciat, per vicarium ſæcularem cura animarum imminente ſua Eccleſia.*
28. *Rectores Parochialium nullius diœceſis tenentur accedere ad Synodum illius Epiſcopi, qui tanquam vicinior poteſt eos viſitare.*
29. *Votum deciſiuum in Synodo diœceſana habet ſolus Epiſcopus.*
30. *Pœna eorum qui impedimento Canonico ceſſante non venerunt ad Concilium.*
31. *Epiſcopus in Synodo diœceſana poteſt conſtitutiones facere abſque conſenſu, & approbatione cleri.*
32. *Epiſcopus non tenetur ſequi conſilium Capituli in condendis ſtatutis in Synodo.*
33. *Epiſcopus non tenetur ciuitati exhibere conſtitutiones ſynodales.*
34. *Synodum Rom. mittere non tenetur Epiſcopus.*
35. *Clericos, & laicos Epiſcopo ſubiectos, ligant decreta Synodi diœceſanæ.*

PRouincialia Concilia, ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controuerſiis componendis,[a] aliiſque ex ſacris canonibus permiſſis renouentur, α *Quare Metropolitani* per ſe ipſos, ſeu illis legitimè impeditis, Coëpiſcopus antiquior intra annum ad minus à fine præſentis Concilij, & deinde [b] quolibet ſaltem triennio poſt octauam Paſchæ Reſurrectionis Domini Ieſu Chriſti, ſeu alio commodiori tempore pro more prouinciæ non prætermittat Synodũ in prouincia ſua cogere, β *quo Epiſcopi omnes*, & alij, qui de iure, vel conſuetudine intereſſe debent exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet, conuenire omnino teneantur: γ *Nec Epiſcopi comprouinciales* prætextu cuiuſlibet conſuetudinis ad Metropolitanam Eccleſiam in poſterum accedere inuiti compellantur. Itidem Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubiiciuntur, δ *aliquem vicinum Metropolitanum* ſemel eligant, in cuius Synodo prouinciali cum aliis intereſſe debeant, ε *& quæ ibi ordinata fuerint*, obſeruent, ac obſeruari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, priuilegia ſalua, atque integra maneant.[c] ζ *Synodi quoque diœceſanæ* quotannis celebrentur, η *ad quas exempti etiam omnes*, qui aliàs ceſſante exemptione, intereſſe deberent, θ *nec capitulis generalibus ſubduntur*, accedere teneantur, ι *ratione tamen Parochialium*, aut aliarum ſæcularium

a Cap. propter Eccleſiaſticas cum ſeq. 18. diſt. c. ſicut olim de accuſat. Concil. Aurelian. 3. c. 3.
b Conc. Lat. ſub Leone 10. ſeſſ. 10. in 2. Later. ſub Innoc. 1. exigebatur vt ſingulis Metropolitanus annis viſitaret, cap. 6.
c Conc. Tarracon.

ſæcularium Eccleſiarum, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerũt quicunque illi ſint, Synodu intereſſe. z *Quod ſi in his tam Metropolitani*, quàm Epiſcopi, & alij ſupraſcripti negligentes fuerint, pœnas, ſacris d canonibus ſancitas, incurrant.

d Diſt. 18. fere per totũ Conc. Aur. 5. c 18. Conc. Tarracon. cap. 7.

1. VIde Archiep. Bonon. *p. 3. c. 234. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Concilium*, Piaſec. *in ſimili praxi p. 2. cap. 2. pag.* 109. Fr. Emmân. *q. regul. tom. 4. q. 46. art. 2. cum ſeqq.* Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Concilium Prouinciale*, Azor. *inſt. moral. p. 2. lib. 3. cap.* 47. Galganet. *de iure publico l. 3. tit.* 120. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. c. 9. à n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in coll. dec. coll.* 1153. Eraſm. à Cochier *de iuriſd. Ordinarij in exemptos p. 2 q. 45. n.* 32. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. n. 69. verſ. quartum*, Vgolin. *de officio Epiſcopi c.* 48. Trullench. *in Decalog. lib. 4. cap. 1. dub. 1. num* 4. nouiſſimè Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 3. quaſt. 11. num.* 77. metipſum *in ſimili tract. part. 3. alleg.* 93. Et de Synodo Epiſcopi ſpeciales tractatus edidère Henric. Bottæus, Michaël Thomaſius, & Ioannes Anton. Maſſobrius.

2. Concilia Prouincialia non obligant extra prouinciam, & extra illam non faciunt legem, & per approbationem quæ fit à S. Congregatione Concilij, non intelliguntur confirmata auctoritate Apoſt. ſed tantùm permiſſa, refert deciſum Sel. *in ſelectis Canonicis c. 25. n.* 3.

3. Epiſcopi tenentur ad obſeruantiam decretorum Concilij Prouincialis, non obſtante lapſu decennij, quo non fuerunt obſeruata, refert deciſum Garc. *de benefic. p. 5. c. 4. n.* 103.

a *Quare Metropolitani*, &c.] Vide Zerol. *d. verb. Concilium*, §. 7. Azor. *d. c. 47. q. 5.*

4. Ceſſare hodie poteſtatem Capituli Metropolitani Sede vacante celebrandi Concilium Prouinciale, ac Suffraganeos conuocandi, aſſerit Quarant. *d verb. Concilium Prouinciale ante n.* 3. quod ante hoc decretum potuiſſe reſoluunt Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vac. p. 1. q. 7. ſub n. 3.* & Bottæ. *de Synodo Epiſc. p. 1. n.* 43.

5. Quolibet ſaltem triennio. Vide Zerol. *d. verb. Concilium* §. 2. Azor. *d. c. 47. q. 6.*

6. β *Quo Epiſcopi omnes, & alij, qui de iure*, &c.] Epiſcopum nondum conſecratum, ſi ſit electus, & confirmatus, ac poſſeſſionem Epiſcopatus adeptus, poſſe intereſſe Concilio, ac proinde de neceſſitate ad illud eſſe vocandum, reſoluit Proſp. de Auguſtino *in addit ad Quarant. in ſum. Bullarij d verb. Concilium poſt q. 6.*

7. Ordinarios habentes iuriſdictionem Epiſcopalem ad Concilium Prouinciale vocari debere, tenent Azor. *d. c. 47. quæſt.* 2. Proſp. de Auguſtino *citato loco.*

8. Abbates habentes populum, & territorium proprium, iuriſdictionémque Epiſcopalem exercentes intra ambitum ipſius Prouinciæ ad Concilium Prouinciale vocari debere, ſicut Epiſcopos comprouinciales, dicit Proſp. de Auguſt. *d. verb. Concilium poſt q.* 3. aduertens cum Alphonſ. Aluàr. Guerrero *in ſpeculo iuris Pont. c. 51. §. 2. fol.* 208. huiuſmodi Abbates tanquam locorum ordinarios in Conc. Prouinciali habere vocem deciſiuam, & ampliat quòd teneantur ad Concil. Prouinciale accedere, etiam ſi ab eorum ſententiis immediatè ad Sedem Apoſt. & non ad Archiepiſcopum appelletur, vide Aloyſ. Ricc. *in dec. curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec. 151. n. 4.*

9. Abbatem non poſſe Synodum celebrare, niſi habeat Prouinciam, firmat Sel. *dict. c. 25. n. 4.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 17. Auguſt.* 1626.

Abbas populum non habens, etiam quòd exemptus non ſit, non tenetur accedere ad Synodum diœceſanam, niſi aliqua cauſa rationabilis adeſſet, vel conſuetudo inualuiſſet, vt accederet, gloſſ. & Abb. *in c. ſuper his, de maior. & obed.* refert deciſum Sel. *d. c. 25. n. 5.* 10.

Capitulum Cathedralis Sede vacante tempore celebrationis Concilij Prouincialis debere ad illud de neceſſitate vocari, & poſſe comparere per vicarium generalem cum ſpeciali mandato dandi vocem deciſiuam, docet Proſp. de Auguſt. *in addit. verb. Concilium Prouinciale, poſt q. 4.* vbi etiam refert deciſum, Capitula collegiatarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad Concilium Prouinciale eſſe vocanda, quod etiam teſtatur Sel. *d. c. 25. n. 6.* vbi refert ita fuiſſe deciſum *ſub die 19. Decembris* 1596. & Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 2. n. 2.* 11.

Vocem conſultiuam in Prouincialibus Conciliis dumtaxat habent Abbates Commendatarij, & Capitulorum deputati; procuratores verò Epiſcoporum poſſunt, ſi Concilio Prouinciali placuerit, & deciſiuam habere, refert deciſum Piaſec. *d. p. 2. c. 2. n. 3. ad 5.* 12.

In Conciliis Prouincialibus præferendi ſunt Canonici Eccleſiarum Cathedralium quando capitulariter incedunt, Abbates benedicti, & qui vſum Mitræ habent, præcedunt Commendatariis, poſt hos locum obtinent Dignitates, poſtea collocandi ſunt procuratores, refert deciſum Piaſec. *d. p. 2. c. 2. n. 3. ad 3.* 13.

Præcedentia Capitulo Valu. & non Sulmonen. debetur tam in Synodo, quàm in congregationibus, proceſſionibus, aliiſque ſimilibus actibus, ita Sel. *d cap. 25. n. 7.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Valuen. 16. Aprilis* 1576. *& 4. Aprilis* 1601. *& 20. Martij* 1621. 14.

De ordine in ſedendo vide Quarant. *d. verb. Conc. Prouinciale q.* 22. vbi additio, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 9. n.* 4. vbi dicit quod in ſeſſionibus primò Archiepiſcopi, ſecundò Epiſcopi, quilibet ſecundùm tempus ordinationis ſuæ, tertiò Capitulum Cathedralis collegialiter incedens, vel ſedens, quartò Abbates habentes priuilegium Mitræ, & Baculi, quintò procuratores Epiſcoporum abſentium, ſextò procuratores Abbatum abſentium, ſeptimò Collegiatæ, octauò Plebani, ſiue Archipresbyteri, nonò Parochi ſedere, ſubſcribere, & alias prærogatiuas habere debent.

γ *Nec Epiſcopi Comprouinciales*, &c.] Suffraganeos ad Metropolitanum extra Concilij Comprouincialis celebrationem accedere non teneri, refert deciſum Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. ſuffraganei pag. mihi.* 318. 15.

δ *Aliquem vicinum Metropolitanum*, &c.] Electionem Metropolitani ſemel factam ab Epiſcopo exempto vt ad eius Synodum Prouincialem conueniat, non poſſe poſtea mutari, ſed ſemper in futurum ad illam accedere teneri, eiuſque electionem ligare ſucceſſores referunt deciſum Quarant. *dicto verb. Concilium Prouinciale, n. 2. q. 1. in fine*, Galer. *in margar. caſuum conſcientiæ, verb Epiſc. p. 100. col. 2.* Gauant. *in enchirid. Epiſc. verb. Concilium Prouinciale, n. 6.* 16.

e Et

Et quæ ibi ordinata fuerint, &c.] De modo ſtatuendo, & pronuntiando, vide Quarant *d. ver. Concilium Prouinciale, q.27. cum ſeqq.*

17. *Synodi quoque diœceſanæ quotannis celebrentur*, &c.] Epiſcopus quilibet in ſua diœceſi ſemel in anno Synodum conuocare debet. Ita Seball. Medices *de leg. p.1. q.14.* Fr. Em. *q. Reg. t.3. q.47 fol.* 227. Mutte *in examine Theolog. moral. p.4. c.7. §.1.* Alzed. *de præcellentia Epiſc. dign. p.2. c.1. n.25.* Vbi verò neceſſitas poſtularet, ſæpiùs in anno celebrari poſſe per *c. de Concil.* 18. *diſt.* tenet Vgol. *de officio Epiſcop. c.48. numero* 3. quem refero Ego ipſe *in ſimili tract. p.3. alleg.93. num.2. in fine.*

18. Epiſcopum non celebrantem Synodum quotannis incurrere pœnas à iure ſtatutas, dicit Sel. *d. c.25. n.30.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum 26. *Iunij* 1621. Et quòd omittens celebrare ſine cauſa venit ſuſpendendus ab executione officij, tradit Gauant. *in enchirid. Epiſc. verb. Synodus diœceſana, num.* 5. vbi refert ita fuiſſe deciſum *ſub die* 27. *Martij* 1590.

19. Epiſcopi ſi iuſto aliquo impedimento detineantur quo minus Synodum congregent, poſſe illam per alios congregari, cum hoc decretum indeterminatè loquatur, nec mandet ſpeciatim Epiſcopis, vt ipſimet Synodum congregent, reſoluit Piaſec. *d. p.2. cap.2. n.1.* & refert deciſum Vgolin. *d. c. 48. n.3.*

20. Epiſcopum nondum conſecratum, ſi Bullas expediuit, poſſe Synodum conuocare, tradunt Maſſobr. *de Synodo Epiſc. c.2. dub.1. n.9.* Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana, n.1.*

21. Vicarium generalem abſque ſpeciali mandato non poſſe Synodum celebrare, reſoluunt Henric. Bottæ. *in tract. de Synodo Epiſc. p.2. num.2.* Rebuff. *in praxi tit. de forma vicariatus, num.* 151. Sbroz. *de officio Vicarij lib.2. q.46. num.1.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.3. c.45. queſt.5.* Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana, num.3.* Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. part.3. alleg. 54. num.* 103. Sel. *d. c.25. num.* 31. atteſtans ita fuiſſe reſolutum 11. *Auguſti* 1618.

22. Capitulum Sede vacante per vicarium capitularem poſſe Synodum congregare, aſſerit deciſum Garc. *de benefic. p.9. c.2. n.8.* quem refert Gauant. *d verb. Synodus diœceſana, n.2.*

23. *Ad quas exempti etiam omnes*, &c.] Exemptos omnes, qui aliàs ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, ad eam accedere teneri, per hunc text. tradunt Vgol. *d. c.48. §.2. n.1.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ord. in exemptos, p.4. q.19.* Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana, num.11.* Ego ipſe *d. p.3. alleg.93. n.8.*

24. Abbates exempti, qui intereſſe debent Synodo, quo amictu, & ornamento vti debeant, vide Boër. *de auctor. magni conſilij, p.1. n.13.* Alzed. *de præcellent. Epiſc. dign. part.2. c.1. num.31. & 32.* Tamburin. *de iure Abbatum, tom.1. diſp.19. q.5. in fine.* Et quando Abbas teneatur accedere ad Synodum? Vide Bottæ. *de Synodo ex n.4.* Seraph. *dec.10.* Tamburin. *d. tom.1. diſp.24. q.4.* Mich. Ferrum *de præcedent. Eccleſiaſt. q.1. n.2.*

25. *Nec capitulis generalibus ſubduntur.*] Regulares, qui ſubduntur capitulis generalibus, non poſſe cogi ab Epiſcopo ad intereſſendum Synodo, niſi tantum in caſu expreſſo in hoc cap. refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l. de Relig. n.54.*

26. *Ratione tamen Parochialium*, &c.] Omnes Sacerdotes animarum curam habentes ad diœceſanam Synodum venire debere, tenet Franc. Leo *d. cap.9. n.13.* Vgolin. *d. cap.48. §.1. num.1.* vbi dicit locum habere non ſolum vbi ſæculares clerici ſunt, verùm etiam vbi Monachi vel Regulares, Piaſec. *d. c.2. n.2.* Ego ipſe *d. alleg.93. num.5.* Laurent. de Peirinis *in expoſ. conſt.2. Iulij II. pro ſuo Ordine Minimorum, n.64. tom.1.* Alzedo *d. p.2. c.1. num.28.* Aſcan. Tamburin. *d. tom.1. diſp.29. q.5. num.4.*

27. Synodo diœceſanæ intereſſe non tenetur Abbas Monachus, cuius Eccleſiæ, vel monaſterio imminet cura animarũ, ſi illi deſeruire faciat per vicarium ſæcularem ab Epiſcopo approbatum, quia ſufficit mittere dictum vicariũ, cùm curam per ipſum exerceat, ita refert Sel. *d. c.25. n.32.*

28. Rectores Parochialium nullius diœceſis teneri accedere ad Synodum illius Epiſcopi, qui tanquam vicinior poteſt eos viſitare, refert deciſum Franc. Leo *d. c.9. n.13.* & reſoluunt Piaſec. *d. c.2. num.2. verſ. & non ſolum*, Vgol. *d. §.1. verſ. quarto*, Sel. *d. c.25. n.33.* vbi idem ait de clericis Abbatis nullius diœceſis. Laurent. de Peirinis *citato loco n.65.* Tamburin. *d. q.5. n.4.*

Sayr. verò *in floribus dec. ſub tit. de offic. iud. ordin. dec.11.* ex doctrina Nauar. *conſ.11. eod tit. in antiq.* aliàs *conſ.12. de maior. & obed. in nouis*, ſic ait: Rectores Parochialium, quæ in nullius diœceſi ſunt, quamvis ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia proximior eſt, viſitari poſſint, ad Synodum tamen diœceſanam illius Epiſcopi accedere non tenentur, cùm lex ſuperis, quatenus id commodè fieri poteſt, ſine præiudicio tertij intelligenda ſit, præſertim cùm aliud ſit ius viſitandi, & aliud ius vocandi ad Synodum, adeò vt ex conceſſione illius non inferatur conceſſio huius, à ſeparatis enim non fit illatio. Vnde & Archiepiſcopus licèt Eccleſias ſui ſuffraganei poſt viſitationem ſuæ propriæ diœceſis viſitare poſſit, earum tamen Doctores ad Synodum ſuam particularem vocare non poteſt, neque enim verba Concilij aptantur vocationi ad Synodum, & diſpoſitio non includit eos, quibus verba ſua non aptantur. Hactenus Sayr. *citato loco.*

29. Votum deciſiuum in Synodo diœceſana habet ſolùm Epiſc. Canonici autẽ illud non habent in Synodo, niſi in caſibus à iure expreſſis, vel ex priuilegio, aut cõſuetudine, & tunc computantur pro vno voto tantùm, ſcil. Capituli: Ita Sel. *d. c.25. n.34.* vbi refert deciſum *ſub die* 13. *Ianu.* 1594.

30. *Quod ſi in his tam Metropolitani*, &c.] De pœna eorum, qui impedimento canonico ceſſante non venerunt ad Concilium, vide Iacob. *de Conc. lib.1. art.5. in princ. pag.111. cum ſeqq.* Quarant. *d. verb. Concilium Prouinciale, q.18.*

31. Epiſcopum in Synodo diœceſana poſſe conſtitutiones facere abſque conſenſu, & approbatione Cleri, illúmque debere exquirere conſilium Capituli, licèt illud ſequi non teneatur, niſi in quibuſdam caſibus à iure expreſſis, refert deciſum Armendar. *in add. ad recop. legum Nauarræ, lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, num.65.* & Piaſec. *in praxi Epiſc. p.2. c.1. n.8.*

32. Epiſcopum non teneri ſequi conſilium Capituli in condendis ſtatutis in Synodo, niſi in caſibus à iure expreſſis, tradit Sel. *d. c.25. n.38.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 6. *Iunij* 1627.

33. Epiſcopum non teneri ciuitati exhibere conſtitutiones Synodales priuſquam imprimantur, & poſtquam publicatæ fuerint, tunc ciuitatẽ reclamare & aggrauia proponere poſſe, tenent Sel.

d. cap.

d.c.25.n.39. vbi refert ſic decidiſſe S. Cong. Epiſc. & Reg. *in ciuitatis Caſtelli* 14. *Apr.* 1615. *ad* 15.

34. Nec teneri Epiſcopum Synodum Rom. mittere, aſſerunt Piaſec. *d.p.2.c.2.n.12.* Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana n.67.*

35. Clericos, & laicos Epiſcopo ſubiectos ligare decreta Synodi diœceſanæ, reſoluunt Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi c.4. dub.77. & 78.* Gauant. *d.verb. Synodus diœceſana n 65.*

De ſtatutis in Synodo diœceſana ab Epiſcopo faciendis, vide Piaſec. *d.c.2.n.6.* metipſum *d.p.3. alleg. 93.n.29. cum ſeqq.*

Viſitationem ſuæ Diœceſis faciant Epiſcopi, & alij Superiores, eámque abſoluant intra biennium, necnon caueant ab inutilibus ſumptibus, exceptis procurationibus, & victualibus.

Capvt III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Viſitatio generalis ſpectat ad Epiſcopum.*
3. *Vicarius generalis non habet ius viſitandi niſi ſpecialiter ei committat Epiſcopus.*
4. *Poteſtas Epiſcopis conceſſa viſitandi Eccleſias Epiſcopatui ſubiectas tranſit in Capitulum Sede vacante.*
5. *Capitulum Sede vacante poteſt diœceſim viſitare poſt lapſum anni à die vltima viſitationis per Epiſcopum facta.*
6. *Capitulum poteſt viſitare omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus.*
7. *Monialium cœnobia exempta viſitare non poteſt Capitulum Sede vac.*
8. *Capitulum Sede vacante quando poſſit diœceſim viſitare.*
9. *Archidiaconi, Decani, Archipresbyteri, & alij inferiores viſitandi ius habent ſi id longa conſuetudine præſcripſerint.*
10. *Epiſcopus poteſt præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam.*
11. *Edicta proponere non licet Epiſcopo viſitationem aggrediendi, quibus ſubditi iubeantur crimina detegere.*
12. *Epiſcopo non licet ad detegenda viſitatorum peccata per edicta publica monere homines ſub excommunicationis pœna ad reuelandum.*
13. *Iuramentum à viſitatis non debet Epiſcopus exigere in viſitatione.*
14. *Capitulum ſuperſtite adhuc Epiſcopo ex præſcriptione, vel priuilegio viſitandi ius habere poteſt.*
15. *Epiſcopus licet poſſit iterum viſitare Eccleſias viſitatas ab inferioribus, non poteſt iterum punire punitos ab eis.*
16. *Viſitare non licet Epiſcopis Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium.*
17. *Viſitantes non debent inutilibus ſumptibus viſitatos grauare, exceptis tantum victualibus, &c.*
18. *Epiſcopus non poteſt quicquam ab eis, qui viſitantur pro decretis, &c. accipere.*
19. *Epiſcopus re ipſa non viſitans nihil procurationis cauſa exigere poteſt.*
20. *Epiſcopus exiens per villas, & oppida, vt ſacramentum Confirmationis tantum conferat, à nemine eſt procurandus.*
21. *Epiſcopus, aut alius viſitator non poteſt procurationem accipere ab hoſpitalibus, & aliis locis leproſorum, &c.*
22. *Procurationem à pauperibus clericis exigere non debet Epiſcopus.*
23. *Procuratio non debetur Epiſcopo viſitanti Eccleſias Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana.*
24. *Procuratio ſoluenda eſt Epiſcopo viſitanti beneficium a Cardinale poſſeſſum.*
25. *Notarius quando à viſitatis aliquid accipere valeat.*
26. *Munera qualiacunque non poteſt Epiſcopus à viſitatis ratione viſitationis etiam comeſtibilia vt ſecum aſportet, accipere.*
27. *Victualia accipere poteſt Epiſcopus viſitans.*
28. *Victualium appellatione quid veniat.*
29. *Victualia debent eſſe moderata.*
30. *Equorum vectura non veniunt nomine victualium.*
31. *Procuratio nulla debetur Epiſcopo viſitanti clerum ciuitatis vbi ſita eſt Cathedra.*
32. *Epiſcopus viſitans vna die duas Parochias, vnam tantum procurationem habet.*
33. *Procurationem pecunia redimere liberum eſt viſitatis.*
34. *Viſitator non poteſt in pecunia taxare id, quod per victum ſibi neceſſarium contingebat.*
35. *Vbi fuerit conſuetudo vt nec victualia, nec quicquam à viſitatoribus accipiatur, illa ſeruanda eſt.*
36. *Conſuetudo circa exactionem in viſitatione ex relictis piis eſt ſeruanda.*
37. *Epiſcopus, & quiſquam ſuorum nihil muneris accipere poteſt ab Eccleſiis in viſitatione præter procurationem.*
38. *Cathedraticum non cenſetur ſublatum ſub hac prohibitione.*
39. *Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue eorum vicarij in Parochialibus Regioni vnitis non tenentur ad ſolutionem Cathedratici.*
40. *Viſitator ratione officij ſui aliquid malè accipiens ipſo iure ſuſpenſionem incurrit.*
41. *Tempus præfixum ad viſitanda limina Apoſtolorum incipit à die publicationis conſtitut. Sixti V.*
42. *Presbyter diœceſanus non exiſtens de Capitulo Cathedralis, non admittitur ad viſitanda limina.*
43. *Nec manens in curia.*
44. *Coadiutus Epiſcopus, & non coadiutor tenetur viſitare limina Apoſtolorum.*
45. *Regularis nullus etiam Epiſcopi commenſalis admittitur ad viſitanda limina.*

¹ P*Atriarchæ*, ª Primates, Metropolitani, β *& Epiſcopi propriam diœceſim* per ſe ipſos aut ſi legitimè impediti fuerint γ *per ſuum generalem Vicariũ*, Viſitatorem, ſi quotannis totam, propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ª Conc. Tolet.4.c.35.

tem; ita tamen, vt tota biennio per ſe, vel Viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. *d A Metropolitanis verò*, etiã poſt plenè viſitatam propriam diœceſim, non viſitentur cathedrales Eccleſiæ, neque diœceſes ſuorum comprouincialium, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio prouinciali. *ε Archidiaconi autem, Decani* & alij inferiores in iis Eccleſiis, vbi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueuerunt, debeant quidem *ζ aſſumpto notario*, de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſeipſos tantum ibidem viſitare. *η Viſitatores etiam, à Capitulo* deputandi, vbi Capitulum ius viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur, *θ ſed non ideo Epiſcopus*, vel, eo impedito, eius Viſitator eaſdem Eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur, cui ipſi Archidiaconi, vel alij inferiores viſitationis factæ infra menſem rationẽ reddere, & depoſitiones teſtiũ, ac integra acta ei exhibere tenẽãtur, non obſtãtibus quacumq; conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & priuilegiis quibuſcunque. Viſitationũ autem omnium iſtarum [b] præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamque doctrinam, expulſis hæreſibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionẽ, pacem, innocentiamque accendere, cætera prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ vt facilius feliciúſque ſuccedãt, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, vt paterna charitate, Chriſtianóque zelo omnes amplectantur, ideoque modeſto contenti equitatu famulatúque ſtudeant quam celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem [c] ipſam abſoluere: *ι Interimque caueant*, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſive ſint, *κ néve ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis* cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, *λ nec munus quodcumque ſit*, etiam qualitercunque offeratur, accipiantur, non obſtãte quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, *μ exceptis tamen victualibus*, quæ ſibi ac ſuis frugaliter, moderatéque *ν pro temporis tantùm neceſſitate*, & non vltra, erunt miniſtranda. *ξ Sit tamen in optione eorum*, qui viſitantur, ſi malint ſoluere, id quod erat ab ipſis ante ſolui, certa pecunia taxata, cõſuetum, an verò prædicta victualia ſubminiſtrare, ſaluo item iure conuentionum antiquarum cum monaſteriis, aliiſve piis locis, aut Eccleſiis non Parochialibus inito, quod illæſum permaneat. *ο In iis verò locis ſeu prouinciis*, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſeruetur. *π Quod ſi quiſquam*, quod abſit, aliquid amplius in ſupradictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, *ρ is præter dupli reſtitutionem*, intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis iuxta Conſtitutionem Concilij generalis Lugdunenſis, quæ incipit, [d] Exigit, *σ necnon & aliis pœnis* in Synodo Prouinciali, arbitrio Synodi, abſque vlla ſpe veniæ, mulctetur. *τ Patroni verò* in iis, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, *υ & fabricarum redditus* in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent.

b Cap. 1. §. ſane de cenſib. in 6. Honorantum, 85. diſt.

c Conc. Bracaren c. 2. Conc. Tiron. verſ. ſtatuimus et an ne Epiſcopi, & ſtudendum & cap. inter cætera 10 q. 3 &c. cum Apoſtolus, de cenſib.

d Sexti decret. lib. 3. de cenſibus tit. 20. cap. 2.

1. Vide Archiep. Bononien. *p. 4. ſub tit. de viſitat. p. 141. cum ſeqq.* Cuch. *inſt maior. tit. de viſitatione per Prælatos facienda*, Sbroz *de offic. vicarij, lib. 2. q. 120.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. dec. 612. in 1. edit alias reſol. 536 in 2. edit.* Azor. *inſt. moral. part. 2. lib. 3. c. 40. à princ.* Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Prælat. c. 34. & 35.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. n. 69. verſ. quintum*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. viſitatio*, Piaſec. *in ſimili praxi, p. 2. cap. 3.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarr. lib. 1. tit 6 de viſit.* Vgol. *de officio Epiſcopi, c. 49.* Galganet. *de iure publico, lib. 5. tit. 121.* Ald. *in compendio Can. reſol. lib. 2. tit. 16. à num. 3.* nouiſſime Steph. Vveyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſt. 17. pag. 183. cum ſeqq.* vbi dicit innouari *c. exigit de cenſibus lib. 16.* per decretum Concilij in præſenti & vnum ac alterum multipliciter declarat, Trull. *in Decalog. lib. 4. c. 1. dub. 6. n. 4.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 21.*

α Patriarcha.] De Patriarchis in genere, & de eorum præcedentis poteſtate, & privilegiis, egi latè *d. tr. de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 1. tit. 3. c. 1. & de iure Eccleſiaſt. lib. 1. c. 6.*

β Et Epiſcopi propriam diœceſim, &c.] Viſitationem generalem ſpectare ad Epiſcopum cenſuit Rot *dec. 160. num. 2. p. 1. recent.* & notat Stephan. VVeyms *d. conſt. 17. n. 1. pag. 190.* id procedere, etiamſi in ipſa fundatione viſitandi facultas alicui alteri inferiori Prælato fuerit conceſſa, quia inde non intelligitur adempta ſua poteſtas ex diſpoſitione Concilij ipſi competens, ſed facienda eſt interpretatio vt cumulatiuè cenſeatur Epiſcopo data poteſtas, non priuatiuè. 2.

γ Per ſuum generalem Vicarium, &c.] Vicarium generalem hoc ius viſitandi non habere, niſi ſpecialiter ei committat Epiſcop. reſoluunt Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma vicariatus, n. 100. & 101.* Sbroz. *de vicar. Epiſc. lib. 2. q. 102. n. 2.* Paul. Fuſc. *de viſit. lib. 1. c. 2. n. 18.* Azor. *inſt. mor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 4.* Vgol. *de poteſt. Epiſc. c. 4. §. 7 verſ. tertiò nec viſitare*, Narb. *de appel. à Vicario ad Epiſc. p. 1. num. 224.* Ego ipſe *d. alleg. 73. n. 28.* 3.

Poteſtatem

4. Poteſtatem Epiſcopis conceſſam viſitandi Eccleſias Epiſcopatui ſubiectas tranſire in Capitulum Sede vacante, tenent Quaranant. *in ſum. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. quibus ſic prælibatis.* Azor. *d. lib. 3. c. 37. quæſt.* 14. Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccl. dec.* 609. *in 1. edit.* aliàs *reſ.* 533. *in 2. edit.* vbi aſſerit procedere etiam quando Sedes Epiſcopalis quaſi vacat, veluti Epiſcopo ab hoſtibus, vel pagano capto, refero Ego ipſe *d. alleg. 73. n. 24. & 25.* Lotter. *de re benefic. l. 2. q. 2. n. 44.* Marcel. Vulp. *in praxi iud. c. 44. n. 11.* Rot. *dec. 346. n. 2.* Apud Farin. *p. 1. recentior. & deciſ. 166. n. 2. p. 1. recentiſſim. in poſthum.*

5. Capitulum Sede vacante poſt lapſum anni à die vltimæ viſitationis per Epiſcopum factæ poteſt viſitare diœceſim tempore triennij non expectato, licèt dicatur Epiſcopum conſueuiſſe viſitare ſingulis trienniis, vt per Aldan. *d. t. 16. n. 5.* vbi atteſtatur deciſum *in Pampilonen. 3. Febr. 1629. & 10. Decemb. eiuſdem anni.*

6. Capitulum poteſt viſitare omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus, idem Aldan. *d. tit. 16. n. 6.* atteſtans ita fuiſſe reſolutum *in Pampilonen. 13. Aprilis* 1620.

7. Non poſſe tamen viſitare Monialium cœnobia exempta, quæ alioquin poteſt Epiſcopus viſitare vti delegatus Sedis Apoſt. reſoluunt Azor. *d. c. 37. q. 5.* Nic. Garc. *de benef. p. 5. c. 7. n. 45.* Franc. Leo *d. p. 1. c. 10. num. 8. verſ. decimo.* Marcel. Vulp. *d. praxi c. 44. n. 11.* optime Mol. *d. tr. 5. diſp. 11. n. 8.*

8. Capitulum Sede vacante tunc demom poteſt diœceſim viſitare, quando lapſus eſt annus, à poſtrema Antiſtitis viſitatione, nec de proximo Eccleſia eſt de Paſtore prouidenda; in ipſa verò viſitatione circa famulatum, equitatum, & alia, forma huius cap. eſt præcisè obſeruanda, Aldan. *d. tit. 16. n. 7.* vbi refert ita fuiſſe reſolutum *in Limen. 10. May* 1629.

δ A Metropolitanis verò, &c.] Metropolitani an & quando diœceſes ſuorum Comprouincialium Epiſcoporum viſitare poſſint? Vide Steph. VVeyms *d. conſt. 17. n. 7. pag.* 191.

9. *ε Archidiaconi autem, Decani*, &c.] Archidiaconos, Decanus, Archipresbyteros, & alios inferiores viſitandi ius habere ſi id longa conſuetudine præſcripſerint, tenent Felician. Comen. *in man. viſitat. lib. 1. tit. 3. verſ. Archidiaconi*, Paul. Fuſc. *d. c. 2. n. 14.* Azor. *d. c. 40. q. 7. 8. & 9.* Sbroz. *d. q. 120. n. 10.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 24. n. 23.* Ego ipſe *d. alleg. 73. n. 22.* Steph. VVeyms *d. conſtit. 17. n. 21 pag.* 190.

10. Et poſſe ipſum Epiſcopum præſtituere terminũ Archidiacono ad viſitationẽ expediendã, & præſcribere comitatum, & equitatum ne oneri ſit Eccleſiis, quas viſitauerit, refert deciſũ Piaſ. *d. c. 3. n. 62. pag. 213.* citatus per me *d. alleg. 74. n. 30.*

11. Edicta proponere non licet Epiſcopo viſitationi aggredienti, quibus ſubditi iubeantur crimina detegere, multóque minus propoſita pœna excommunicationis, vt per Sel. *in ſelect. canon. c. 31. n. 10.* vbi refert deciſum *ſub die 1. Ianu.* 1601.

12. *ζ Aſſumpto notario de conſenſu Epiſc.*] Locum non habere in Abbate ſæculari refert deciſum Arm. *d. tit. 6. de viſitat. n.* 109.

Inquiſitio, quæ præparatoria vocatur, quãdo fit in viſitatione, non licet Epiſcopo ad detegenda viſitatorum peccata per edicta poblica monere homines ſub excommunicationis pœna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentum à viſitatis, refert deciſum Piaſ. *p. 1. c. 3. n. 60.*

13. Iuramentum à viſitatis non debet Epiſcopus exigere in viſitatione, neque procedere ad capturam, neque mandare quod detur copia teſtium, refert deciſum Aldan. *d. tit. 16. n. 7.*

14. *η Viſitatores etiam à Capitulo*, &c.] Capitulum ſuperſtite adhuc Epiſcop. ex præſcriptione, vel priuilegio viſitandi ius habere poſſe, tradit Azor. *d. c. 40. q. 8.* quem refero *d. alleg. 73. n. 26.* D. Felician. de Vega *in relect. ad c. cum contingat, de foro compet. n. 14.* Et tunc viſitatores à Capitulo deputatos debere eſſe ab Ordinario approbatos, probat hoc decretum, quod locum habere etiam vbi ſoli Capitulo abſque Epiſcopo competit ius viſitandi, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, n. 110.* Steph. VVeyms *d. loco n. 4.*

15. *θ Sed non ideo Epiſcopus*, &c.] Licèt Epiſcopus poſſit iterũ viſitare Eccleſias viſitatas ab inferioribus, vt text. habet non poſſe tamen iterum punire punitos ab eis, neque ab illis abſolutos cogere ad innocentiam ſuam demonſtrandam, refert deciſum Arm. *d. l. 7. de Epiſcopis n.* 111.

16. Viſitare non licet Epiſcop. in vim conſtitutionis Greg. XV. de exemptorum priuilegiis Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium, nec loca vbi in eiſdem Eccleſiis aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſæcularium audiuntur, ita Aldan. *tit. 16. n. 8.* vbi dicit reſolutum *de anno* 1623.

17. *ι Interimque caueant*, &c.] Vide Nau. *conſil. 1. in vtraque edit. & conſ. 11. in antiq.* aliàs *conſ. 12. in nouis, de cenſib.* Sayr. *in floribus dec. ſub cod. tit. dec. 1. & 11.* Zerol. *d. verb. viſitatio, §. 1.* Steph. Grat. *diſcep. forenſ. c. 5... n. 16. cum ſeqq.* Vgol. *de offic. Epiſc. c. 49. §. 3.*

18. Non poſſe Epiſc. quicquam ab eis, qui viſitantur pro decretis, & ordinationibus ſpectantibus ad viſitationem pro rogitu, ſeu ſcriptura, laboreve ſuo percipere, refert deciſum Arm. *t. 6. n.* 116.

19. *κ Néve ipſi, aut quiſquam ſuorum quicquam procurationis*, &c.] Epiſc. re ipſa non viſitantem nihil procurationis cauſa exigere poſſe, refert deciſum Arm. *d. tit. 6. de viſit n.* 117. Et non poſſe viſitatores nec quenquam ſuorum ab his, qui viſitantur, pro decretis, & ordinationibus ad viſitationem ſpectantibus, pro ſcriptura ſcilicet illorum nec pro labore aliquid recipere, per hunc text. tenet Narbona *l. 33. gloſſ. vnica, n. 9. t. 25. lib. 4. Recop.* vbi *n. 9.* dicit quod cùm Conciliũ in præſenti non loquatur expreſsè de notariis, circa eos non videtur illud decretum obſeruandum imò potiùs ſubdit notarios nullũ ſalariũ habẽtes pro labore ſcripturarũ actorũ decretorum, non ſecus ac pro litteris ordinatorũ aliquid recipere poſſe pro ſcripturis, ſiue inſtrumentis in viſitatione confectis, & citat Socin *de viſit. limit. 11. q. 4. n. 34. verſ. & hoc verum,* Annib Roc. *in tr. de viſit. ſuper ver. gratis. ver. quæro an Notarius, pag. 217. & verb. miniſtriſq. familiaribus tuis, verſ. quæro an miniſtr. p. 308. col. 2.*

20. Epiſcopum exeuntem per villas; & oppida, vt Sacramentum Confirmationis tantùm conferat, à nemine eſſe procurandum, refert deciſum Arm. *d. tit. 6. de Viſit. n. 123.* & reſoluit Paul. Solod. *in praxi de Viſit. p. 1. c. 5. in med.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 73. n. 53.*

21. Epiſcopum, aut alium viſitatorem non poſſe procurationem accipere ab hoſpitalibus, & aliis locis leproſorum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum, nec ab Eccleſia paupere, ſed debere gratis viſitare, referunt deciſum Marc. Ant. Genuenſ. *d. cap. 35. n. 9. verſ. nono,* Zer. *in praxi Epiſc.*

p. 2. *verb. viſitatio*, §. 2. *dub.* 7. Piaſ. *in ſimili praxi p.* 2. *c.* 3. *in fine*, Fr. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 16. *à n.* 41. Bellet. *diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 11. *n.* 10. Ego ipſe *d. alleg.* 73. *num.* 50.

22. Epiſcopum à pauperibus clericis procurationem exigere non debere, tradunt Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 22. *n.* 6. Bellet. *d.* §. 11. *n.* 8. Ego ipſe *d. all.* 73. *n.* 51. *&* 52. me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 11. *c.* 12. *quæſt.* 17. *reſol.* 2.

23. Procuratio non debetur Epiſcopo viſitanti Eccleſias Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana à vicariis earundem Eccleſiarum, vt per Aldan. *d. tit.* 16. *n.* 9. vbi atte-
☞ ſtatur ita fuiſſe deciſum *in Auguſt.* 54. *Dec.* 1630.

24. Procuratio ſoluenda eſt Epiſcopo viſitanti beneficium à Cardinale poſſeſſum, quia eſt onus reale ſuper beneficio, non perſonale ſuper perſona Cardinalis, Aldan. *d. tit.* 16. *n.* 10. vbi refert ſic
☞ fuiſſe reſolutum *in Neritonen.* 13. *Sept.* 1631.

25. Notatus quando a viſitatis aliquid accipere valeat, vide Nau. *conſ.* 1. *de cenſib. in vtraque edit.* Zer. *d. verb. viſitatio*, §. 6. *dub.* 4. Piaſ. *d. c.* 3. *num.* 63. *verſ. neque Cancellarius*, Ego ipſe *d. alleg.* 73. *n.* 42.

26. λ *Nec munus quodcunque ſic*, &c.] Munera qualiacunque non poſſe Epiſcopum à viſitatis ratione viſitationis, etiam comeſtabilia, vt ſecum aſportet, accipere, tenent Piaſec. *d. c.* 3. *n.* 73. Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 35. *n.* 7. vbi *num.* 6. aduertit quòd nec fragmenta notabilia ad domum portare poteſt pro erogando pauperibus, ſed teneri illis diſtribuere, qui ſunt in illo loco, quem viſitat, & *n.* 5. dicit quòd Epiſcopus etiam finita viſitatione dum diſcedit à locis viſitatis, recipere non poteſt munera.

27. μ *Exceptis tamen victualibus*, &c.] Vide Zer. *in praxi Epiſc. p.* 2. *verb. viſitatio*, §. 6. Piaſec. *d. c.* 3. *à n.* 62. Bellet. *d. tit. de clerico debitore*, §. 11. *à princ.* metipſum *d. alleg.* 73. *à n.* 57. latè Steph. VVeyms *d. conſtit.* 17. *n.* 22. *pag.* 197.

28. Victualium expenſarum appellatione comprehendi illas, quæ conſiſtunt in victu, non autem illas, quæ concernunt alia neceſſaria perſonæ, dicit Zer. *d.* §. 6. *dub.* 1. quem refero *d. n.* 57. Steph. VVeyms *d. conſt.* 17. *n.* 24. *pag.* 198.

29. Debere eſſe moderata ſecundùm facultatem Eccleſiæ, non autem indebitè grauandum clericum per plura iura reſoluit Bellet. *d.* §. 11. *n.* 6. ad illum tantùm diem, quo viſitat Epiſcopus pro ipſo, & ſuo moderato comitatu, tradit Piaſec. *d. c.* 3. *n.* 64. *in princ.*

30. Equorum autem vecturas non venire nomine victualium, ac proinde illas præſtandas non eſſe, docent Zer. *d.* §. 6. *dub.* 3. Piaſec. *d. c.* 3. *n.* 63. *in fine*, Marc. Anton. Genuenſ. *d. c.* 35. *n.* 9. *in fine*, *&* 10. Bellet. *d.* §. 15. *n.* 4. niſi viſitator eſſet Prælatus à ſummo Pont. delegatus, tunc ei deberi mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum tranſire commode poſſit, per gloſſ. *verb. ſi voluerint, in Clem.* 2. *de cenſib.* tenet Azor. *d. c.* 42. *quæſt.* 8. quem refero *d. alleg.* 73. *n. vlt.*

31. ν *Pro temporis tantùm neceſſitate*, &c. Vnde Epiſcopo viſitanti Clerum ciuitatis, vbi ſita eſt Cathedra, procurationem nullam deberi, colligunt Marc. Ant. Genuenſ. *d. c.* 35. *n.* 9. Piaſ. *d. c.* 3. *n.* 65. Ego ipſe *d. alleg.* 75. *num.* 46.

Contra Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 22. *n.* 9. Azor. *d. c.* 42. *q.* 4. Bellet. *d.* §. 11. *n.* 2. *&* 3. exiſtimantes etiam hoc caſu procurationem deberi.

32. Hinc etiam ſi Epiſc. vna die duas Parochias viſitaret, vnam tantùm procurationem habere, reſoluit Zer. *d.* §. 6. *dub.* 6. cùm non poſſit duplicia victualia eadem die conſumere, & Tridentina Synodus vult ipſum frugali ac moderata procuratione eſſe contentum, vt per Steph. VVeyms *d. conſtit.* 17. *n.* 25. *pag.* 198. quo fit (addit ipſe ex *c.* 1. §. *procurationes, de cenſib. l.* 6.) vt ſi ſecus faciant viſitatores, vel exigẽdo duas procurationes ab vno vel duobus locis eadem die viſitatis, vel etiã procraſtinando ſuam viſitationẽ eo fine vt duplicatas procurationes lucrentur, malè verſentur, & ad acceptorum reſtitutionẽ teneantur, ipſum Deum habituri vltorẽ; & *n.* 26. tenet quòd ſi poſtquam inferiores viſitauerint, procurationeſque receperint, & Epiſcopus velit per ſe etiã denuo viſitare, aliã nouam procurationẽ licitè poterit recipere, vt impenſi laboris merces ſequatur operantem, & commodum cedat illi, qui fert incommodum.

ξ *Sit tamen in optione eorum*, &c.] Liberum eſſe viſitatis, ſi velint, pecunia redimere procurationẽ, & tunc viſitationem teneri recipere in ſpecie, qua fuerit oblata, reſoluit Piaſec. *d. c.* 3. *n.* 64. *in fine.* 33.

Viſitatorem tamen non poſſe pecunia taxare id, quod per victum ſibi neceſſarium contingebat, dicit Zer. *d. verb. viſitatio*, §. 6. *dub.* 2 quem refero *d. alleg.* 73. *n.* 55. *&* 56. 34.

ο *In iis verò locis, ſeu prouinciis*, &c.] Vide Sbroz. *de vicario Epiſc. lib.* 2. *q.* 113. *n.* 3. Vgol. *de officio Epiſcopi c.* 49. §. 4. *n.* 3. *verſ. tertio.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 57. *n.* 19. Piaſec. *d. c.* 3. *num.* 65. vbi dicit quòd licet de iure communi procuratio præſcribi non poſſit, ex text. *in c. cum ex officij, de præſcript.* hodie tamen ex noua diſpoſitione huius decreti præſcribitur, nec peti poteſt vbi illam non dandi viget conſuetudo, refero Ego ipſe *d. alleg.* 73. *num.* 48. 35.

Ex conſuetudine poſſe Epiſcopum exigere veluti trigeſimam, ex relictis piis ratione viſitationis teſtamentorum, ſecus verò ſi in teſtamento nullum eſſet relictum pium, exceptis tamen victualibus, quæ debentur ab iis, qui conſueuerint procurationem præſtare, quod quandoque contingit à Communitatibus locorum refert deciſum Armend. *d. lib.* 6. *de viſit. num.* 118. 36.

Extante conſuetudine vt Epiſcopo diœceſim viſitante à laicis ei victualia miniſtrentur, vicario autem viſitante ab Eccleſiar. Rectoribus, ſeruandam eſſe ſi laici ſpõte perſeuerent in iſta conſuetudine, refert deciſum Arm. *d. tit.* 6. *de viſit. n.* 119. vbi *n.* 121. pariter reſolutum atteſtatur ſeruandam eſſe conſuetudinem ſi adeſſet vt Communitates procurarent Epiſcopum viſitantem quandiu ipſæ voluerint, quòd ſi recuſarent ipſas cogendas non eſſe, refero Ego ipſe *d. alleg.* 73. *n.* 53.

π *Quod ſi quiſquam*, &c.] In viſitatione præter procurationem ab Eccleſiis non ſolùm Epiſcopum, ſed quenquam ſuorum nihil muneris accipere poſſe ſub pœna maledictionis, & interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac reſtituendi duplum infra menſem, & poſt menſem, non obſtante remiſſione partium, ex hoc decreto colligunt Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 64. *n.* 6. *& tit.* 4. *q.* 22. Azor. *d. lib.* 3. *c.* 42. *quæſt.* 9. Marc. Ant. Genuenſ. *in man. Paſtorum c.* 35. *n.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 73. *n.* 44. 37.

Sub hac prohibitione non cenſeri ſublatum Cathedraticum, quod ſingulis annis exigi ſolet ab Ordinario, tam in viſitatione, quàm extra, atteſtatur reſolutum Armendar. *d. tit.* 6. *de viſitat. n.* 115. quem refero *d. alleg.* 73. *n.* 44. *in fine*, Steph. VVeyms *d. conſtit.* 17. *n.* 21. 38.

Abſolutionem Cathedratici, Synodatici, ſeu charitatiui ſubſidij, non tenentur, neque cõpelli 39.

poſſunt

poſſunt Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue commi vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, vt per Aldan. *tit.* 16. *n.* 11. atteſtantem ſic fuiſſe deciſum *in Auguſtana* 4. *Decembris* 1620.

Populus vbi non poteſt victum ſuo Curato ſubminiſtrare, Ordinarius ea obſeruare debet, quæ habentur in hoc decreto, refert deciſum Garc. *de benef. part.* 3. *c.* 2. *n.* 179.

40. *p Is præter dupli reſtitutionem*, &c.] Viſitatorem, ratione officij ſui aliquid malè accipientem ipſo iure ſuſpenſionem incurrere, ab ea tamen abſolui poſſe, dummodo intra menſem ſimplum, ſiue tantum, quantum via concuſſionis recepit, reſtituat, conſuluit Nau. *conſ.* 11 *in antiq.* alias *conſ.* 2. *in nouis, de cenſib.* Sayr. *ſub eod. tit. deciſ.* 11.

41. *q Necnon & aliis pœnis*, &c.] Vide Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *in princip. n.* 91.

Tempus præfixum ad viſitanda limina Apoſtolorum incipere à die publicationis conſtitutionis Sixti V. tenet Aldan. *d. tit.* 16. *n.* 30. referens ita fuiſſe deciſum *in Burgen.* 12. *Auguſt* 1628.

42. Nec ad huiuſmodi viſitationem admittendum eſſe Presbyterum diœceſanum non exiſtentem de Capitulo Cathedralis, neque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, tradit idem Aldan *d. tit.* 16. *n.* 31. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *in Elboren.* 4. *Decembris* 1627.

43. Nec per manentem in curia viſitationem huiuſmodi faciendam eſſe, vel concedi ſolere vt fiat, dicit idem Aldan. *d. tit.* 16. *n.* 32. vbi aſſerit ita deciſum *in Foglinen.* 11. *Iuly* 1626.

Coadiutum Epiſcopum, & non coadiutorem teneri viſitare limina Apoſtolorum, tradit Sel. *in ſelectis canon. c.* 28. *n.* 17. vbi ait fuiſſe reſolutum *ſub die* 4. *Auguſti* 1619. 44.

Regularem nullum, etiam Epiſcopi familiarem, & commenſalem nullo modo acceptandum ad viſitanda limina pro ſuo Epiſcopo, etiam ſi alium non inueniſſe diceret, & iſte iam eſſet in Vrbe, reſoluit Sel. *d. c.* ... *n.* 19. referens ſic fuiſſe deciſum *in Viſen.* 13. *Nouemb.* 1627. ſubditque S. Congr. Conc. *ſub die* 9. *May* 1626. gratiam feciſſe Epiſcopo Canarien. vt limina Apoſtolorum viſitare poſſit per Sacerdotem Regularem ab illis partibus tranſmiſſum, & bene informatum, ſtante quòd propter itineris longitudinem milliarium 17. m. & ob pericula in quæ incurrunt aliàs tranſmiſſi Sacerdotes ſæculares, qui à Turcis captiui facti fuerunt, nullus inuenitur, qui mitti velit, vt ex fide publica conſtitit. 45.

r Patroni verò, &c.] De hac deciſione Steph. VVeyms *d. conſt.* 17. *n.* 34. Stephan. Dalnin. *de poteſt. Epiſt. c.* 15. *fol.* 45. *verſo.*

u Et fabricarum redditus, &c.] Aduertit Steph. VVeyms *d. conſt.* 17. *in fine pag.* 102. quòd ſi diſtributio ſeu applicatio redditum harum fabricarum, quæ ſunt iuriſpatronatus, arbitrio & diſpoſitioni Epiſcopi committuntur, id multo magis locum habebit in reliquis fabricis, quæ non ſunt de iure patr. vt earundem etiam prouentus pro voluntate Epiſcopi ad Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſſitatem diſtribui & impendi debeant.

Prædicationis munus frequenter obeundum; à Parochianis Eccleſia Parochialis adeunda eſt ad audiendum verbum Dei; nullus contradicente Epiſcopo prædicare præſumat in Eccleſiis etiam Regularium, &c.

Caput IV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Prædicationis munus Epiſcoporum præcipuum eſt.*
3. *Epiſcopus poteſt prædicare in quacunque Eccleſia etiam Regulari ſuæ diœceſis.*
4. *Epiſcopo prædicanti per ſeipſum in ſua Eccleſia non licet etiam prætextu paupertatis prætendere ſibi præſtari ſolitam eleemoſynam.*
5. *Epiſcopus ipſemet quando prædicat, ſilere debent alij prædicatores.*
6. *Parochi ſi per ſe velint munus prædicationis obire, non debent impediri.*
7. *Prædicare nullus poteſt etiam à Parocho inuitatus ſine licentia Epiſcopi.*
8. *Parochus debet licentiam concedere approbatis ab Ordinario prædicandi in ſua parochia.*
9. *Parochus poteſt dare licentiam viro docto etiam Regulari vt bis, vel ter concionetur in ſua Eccleſia ſine Epiſcopi approbatione.*
10. *Prædicatoris electio pertinet ad Epiſcopum.*
11. *Prædicatori conſuetas eleemoſynas ſoluere tenetur Vniuerſitas.*
12. *Epiſcopus proprio ſumptu conducere debet prædicatorem dum eſt dubium quorum ſumptu ſit conducendus pro Quadrageſima.*
13. *Correctores ciuitatum facere poſſunt etiam renitente Vicario generali, vt ſaltem omnibus diebus Dominicis, & ſolemnibus feſtis populo prædicetur.*
14. *Prædicandi præceptum non obligat ad vigilias.*
15. *Parochiæ ſuæ intereſſe tenetur vnuſquiſque pro audienda prædicatione ſi id cõmode fieri poteſt.*
16. *Parochus admonere debet populum vt diebus Dominicis, & feſtis maioribus frequentet ſuas parochias.*
17. *Ordinarius non poteſt mulctis, & pœnis cogere populum ire ad audiendam ſacram Concionem & Miſſam in Eccleſia parochiali.*
18. *Nullus ſæcularis, ſiue Regularis etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat.*
19. *Regulares non poſſunt adhortationes ad populum etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum habere non petita prius benedictione ab Abbate.*
20. *Ordinarij poſſunt quo tempore concionandi licentiam dabunt Regularibus, exigere ab illis fidei profeſſionem.*
21. *Regulares abſque licentia Epiſcopi prædicantes in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt ab Epiſcopo puniri poſſunt.*
22. *Epiſcopus poteſt interdicere Regulari, ne prædicet etiam non reddita cauſa.*
23. *Prædicare licet Regularibus in Eccleſiis ſui Ordinis Epiſcopi benedictione petita, licèt non obtenta.*
24. *Pueros in ſingulis parochiis ſaltem Dominicis & feſtiuis diebus fidei rudimenta docere debent parochi.*
25. *Abſoluendus non eſt ille, qui vel ob negligentiam vel ob verecundiam Pater noſter, Aue Maria, Credo, addiſcere non curat.*
26. *Ordinarius non poteſt mulctis & pœnis etiam in caſu notabilis negligentiæ cogere pueros ad diſcendam doctrinam Chriſtianam.*

a Conc. Carthag. 4. c. 20. Cōc. Rhem. c. 14. c. Epiſcopus nullam rei. 88. diſt.
b Sup. ſeſſ. 5. de reformat. c. 2. Concil. Arelatenſ. 4. c. 10. Concil. Lateran. ſub Innocen III. c. 10. c. inter cætera, de offic. ordin. Concil. Moguntc. c. 25. c. 4. Carthag. c. 14.

a PRadicationis munus, a quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens ſancta Synodus quo frequentiùs poſſit ad fidelium ſalutē exerceri, canones alias ſuper hoc editos, ſub fel. rec. b Paulo III. aptius præſentium temporum vſui accomodando mandat, vt in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus aſſument, *β in alijs autem Eccleſijs per Parochos, γ ſiue iis impeditis*, per alios ab Epiſcopo *δ impenſis eorum, qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent*, deputandos in ciuitate, aut in quacunque parte diœceſis, cenſebunt expedire, *ε ſaltem omnibus Dominicis* & ſolemnibus diebus feſtis: *ζ tempore autem ieiuniorum*, Quadrageſimæ, & Aduentus Domini quotidie, vel ſaltē tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras Scripturas, diuinamque legem enuntient: & aliàs, quotieſcunque id opportunè fieri poſſe iudicauerint: Moneatque Epiſcopus populum diligenter, *η teneri vnumquemque Parochiæ ſuæ* intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt ad audiendum verbum Dei. *θ Nullus autem ſæcularis, ſiue regularis*, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, *ι contradicente Epiſcopo κ prædicare præſumat. λ Iidem etiam ſaltem Dominicis*, & aliis feſtiuis diebus pueros in ſingulis parochiis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, doceri curabunt, & ſi opus ſit, etiā per cenſuras Eccleſiaſticas compellent: non obſtantibus priuilegiis, & conſuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere ſub eodem Paulo III. decreta fuerunt, ſuum robur obtineant.

1. VIde Henriq. *in ſum. lib. 7. c. 28. §. 8.* Archiep. Bonon. *p. 2. pag. 33. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 8. verb. Prædicatio*, Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. prædicator.* Marc. Ant. Genuenſ. *in man. Paſtorum, c. 32.* Fr. Leon. *in theſauro fori Eccl. p. 1. c. 8. à princ.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 50. art. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 190.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. num. 69. verſ. tertium eſt, lib. 18. num. 118. cum ſeqq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 30. l. 3 de prædicatorib. S. Scripturæ, n. 3. cum ſeq.* Portel. *in dubiis Regularib. verb. Prædicatores*, Hier. Roderic. *in compendio quæſt. Regul. reſ. 112.* Gauan. *in enchirid. Epiſcop verb. concio ſacra*, nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſt. 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſtit. 5. pag. 40. cum ſeqq.* Trullench. *in Decalog. l. 3. cap. 1. dub. 4. n. 9. & 10.* meipſum *de offic. & poteſt Epiſcopi, p. 3. alleg. 76. & de offic. & poteſt. Parochi, c. 14.* & ſuprà *ſeſſ. 5. de reform. c. 2.*

2. *α Prædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt*] De hoc citantur Doctores ſuprà *ſeſſ. 5. de reform. cap. 2.* Ex commiſſione tamen Sedis Apoſt. vel etiam ex proprio inſtituto poſſe idipſum Religioſis conuenire, tenet Hieronym. Roderic. *d. reſol. 112. n. 1.* ſubdens proprium actum Fratr. Prædicatorum, & aliorum Religioſorum non eſſe prædicare, ſed ſubuenire Epiſcopis in prædicationis miniſterio, quibus non incumbit prædicare niſi miniſterialiter, & citat Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 31. art. 4 ad. 2. arg.* Stephan. Gratian. *diſcept. for. reſ. c. 393. à n. 9.* ac alios.

3. Vnde poſſe Epiſcopum prædicare in quacunque Eccleſia, etiam Regulari ſuæ diœceſis, nec ab vllo poſſe prohiberi, tenet Gauan. *d. verb. concio ſacra, n. 1.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum per S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *ſub die 17. Ianuarij* 1584.

4. Epiſcopo prædicanti per ſe ipſum in ſua Eccleſia ſi cùm ex proprio munere ad id teneatur, minimè licèt, etiam prætextu paupertatis, prætendere ſibi præſtari eleemoſynam ſolitam dari Prædicatoribus electis ab Vniuerſitate, ita refert deciſum Gauant. *d. verb. concio ſacra, n. 2.* Sel. *in ſelect. canon. c. 23. n. 18.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *in Veſtana* 20. *Martij* 1621.

5. Quando ipſemet Epiſcopus prædicat, ſilere debent alij Concionatores, illiſque poterit inhibere, vt eo tempore à prædicatione ſe abſtineant, ſecundùm Sel. *d. c. 23. n. 19.* vbi refert ita fuiſſe deciſum *in Biſuntina* 2. *Martij* 1619.

β In aliis autem Eccleſiis per Parochos, &c.] Parochos ſi per ſe velint munus prædicationis obire, debere non impediri, refero deciſum Ego ipſe *de officio & poteſt Parochi, c. 14. n. 5.* 6.

γ Siue iis impeditis per alios ab Epiſcopo.] Nullum igitur etiam a Parocho inuitatum prædicare poſſe ſine licentia Epiſcopi declarauit Clemens VIII. teſte Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccl. enarrat. lib. 3. tit. de Parochis, n. 3.* quem refero *d. c. 15. n. 8.* Et adeò ad Epiſcopum ſpectat hanc licentiam concedere, vt Abbates, qui non ſunt nullius, non poſſint dare licentiam Regularibus concionandi in aliis quàm ſuorum Ordinum Eccleſiis, cùm hoc ſpectet ad Epiſcopum intra cuius diœceſis fines exiſtunt. Ita à S. Congr. deciſum fuiſſe refert Rota apud Tambor. *in fine, tom. 3. de iure Abbatum deciſ. 45. 46. & 47.* vbi etiam latè fuit tractatum, an & quando Abbates dicantur nullius, vel eſſe in diœceſi? 7.

Debet enim Parochus licentiam concedere approbatis ab Ordinario prædicandi in ſua Parochia, vt aſſerit deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcien. verb. Parochus 3.* quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 76. n. 25.* 8.

Parochum, ſeu Curatum poſſe dare licentiam viro docto, & noto etiam Regulari, vt bis, vel ter concionetur in ſua Eccleſia ſine Epiſcopi approbatione, reſoluunt Nauarr. *in man. c. 25. n. 141.* Vgolin. *de officio Epiſcop. c. 41. §. 1. num. 3.* Hieron. Roder. *d. reſol. 112. art. 4.* Ego ipſe *d. c. 14. n. 8. in fine*, Berti. Lucenſ. *in praxi crim. Regul. c. 34. de Viſitat. Eccleſ. Parochialis n. 1. verſ. Regulares.* 9.

δ Impenſis eorum, qui eos præſtare, vel tenentur, vel ſolent.] Prædicatoris electio pertinet ad Epiſcopum, & electo ab illo tenetur Vniuerſitas eleemoſynam dare, quam hactenus præſtare conſueuit. In Cathedrali verò ſi Epiſcopus prætendat communitatem quoque teneri præſtare eleemoſinam, ad ipſum incumbet onus probandi immemorabilem, Sel. *d. c. 23. n. 22.* vbi atteſtatur reſolutum *in Sutrina* 10. *Martij* 1618. & 10. *Iulij* 1627. 10.

Prædicatori conſuetas eleemoſynas ſoluere tenetur Vniuerſitas, nec illi licet eas ad certam paruam quantitatem reducere. Sel. *vbi ſuprà*, atteſtans ita deciſum *in Viterbien. ciuitatis Vetulæ de menſe Septembris* 1620. 11.

Dum eſt dubium quorum ſumptu ſit conducendus Concionator pro Quadrageſima, debere Epiſcopum interim proprio ſumptu conducere illum, referunt deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1.* 12.

verb.

verb. prædicatio, §. 7. Aloyſ. Ricc. *in coll. dec. coll.* 1776. *& in praxi fori Eccl. dec.* 546. *in* 1. *edit.* alias *reſol.* 488. *in* 2. *edit.* Gaiet. *in margarita caſuum conſcient. verb. eleemoſyna* 1. Vgol. *d. c.* 42. *in princ.*

13. *ſ Saltem omnibus Dominicis*, &c.] Correctores ciuitatum facere poſſe etiã retinente vicario generali, vt ſaltem omnibus diebus Dominicis, & ſolemnib. feſtis populo prædicetur, tradunt Fr. Em. *q. reg. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 19. Bobad. *in ſua politica lib.* 2. *c.* 18. *n.* 194. *lit. K.* Hier. Roderic. *d. reſol.* 152. *n.* 29. Ego ipſe *d. alleg.* 76. *n.* 32.

14. *ζ Tempore autem ieiuniorum*, &c.] Referri tantùm ad tempus Quadrageſimæ, & Aduentus, non autem ad vigilias, in quibus prædicandi præceptum non eſt, dicit deciſum Arm. *in addit. ad recop. legum Nauarr. d. l.* 3. *de prædicatoribus S. Scripturæ*, *n.* 28. *&* 29. *vbi n.* 31. aſſerit etiam deciſum per hoc decretum relinqui arbitrio Epiſcoporum an tempore Quadrageſimæ, & Aduentus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus illis tribus diebus prædicetur, refero Ego ipſe *d. alleg.* 76. *n.* 30. nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſt.* 5. *n.* 15. *pag.* 48. dicit decretum hoc non eſſe intelligendum de omni tempore ieiunij, nec etiam de Aduentu, cùm hodie Aduentus nõ dicatur propriè tempus ieiunij, ſed duntaxat de tempore ieiunij Quadrageſimalis, eóq; ſine admittendum non eſſe punctum inter particulam *ieiuniorum*, & particulam *Quadrageſimæ*, ſed vtramque coniungendam abſque diſtinctione, ita vt tempus Quadrageſimæ intelligatur, quod eſt propriè tempus ieiuniorum, non etiam quodlibet aliud tempus ieiunij.

15. *n Teneri vnumquemque parochiæ ſuæ*, &c.] Pro audienda prædicatione teneri vnumquemq; Parochiæ ſuæ intereſſe, ſi id commodè fieri poteſt, per hoc decretum tradunt Zer. *d. verb. prædicatio*, §. 4. Soar. *de Religione*, *to.* 1. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 6. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 3. *q.* 7. *& lib.* 12. *c.* 2. *q.* 1. *ver. deinde*, Ego ipſe *d. all.* 76. *n.* 34. *d. c.* 14. *n.* 11. Steph. VVeyms *d. loco n.* 16. At diuerſimodè omnes, hac de re agentes loquuntur, nam Fr. Em. *q. Reg. to.* 1. *q.* 43. *art.* 7. id intelligit quando in monaſterijs non prædicatur. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 3. *quæſ.* 7. aliter de ſacris Concionibus, vel de Euangelio, quod in diuino Miſſæ officio recitatur, vel cantatur, intelligit P. Suar. *ad* 3. *p. D. Tho. diſp.* 88. *ſec.* 2. ita ait: Illa obligatio ſi in rigore ſumatur, pro obligatione præcepti, non eſt abſoluta, ſed ſuppoſita commoditate (vt Concilium loquitur) & doctrinæ neceſſitate, ſine qua præceptum affirmatiuum non ſolet obligare, quando lex ipſa tempus non determinat, &c. Verùm Theoph. *Parochor. p.* 1. *art.* 4. *cum ſeqq.* multis probare intendit, audire verbum Dei in Parochia præceptum eſſe, & id deſumit ex verb. *teneri*, hîc poſito, ſed demùm concludit quòd hodie vſus obſeruat vt quiſq; extra Parochiam ſuam concionem audire valeat. Addit idem Suar. *de Relig.* 2. *lib.* 2. *de dieb. feſtis c.* 16. *n.* 10. Conc. non loqui de obligatione, quæ deſcendat ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex lege charitatis, qua quis tenetur habere curam animæ ſuæ, non ſolùm adhibendo media ſimpliciter neceſſaria, ſed etiam vtilia, quale ſæpe eſt concionem audire, & ita illa obligatio non pertinet ad præceptum aliquod Eccleſiæ.

16. Et Parochum admonere debere populum vt diebus Dominicis, & feſtis maioribus frequenter ſuas Parochias, excommunicandum tamen non eſſe ſi monitio non paruerit, teſtatur deciſum Armend. *d. l.* 3. *de prædicatorib. S. Scripturæ*, *n.* 35. quem refero *d. c.* 14. *n.* 12. Steph. VVeyms *d. loco n.* 16. & alij, quorum meminit Theophyl. *Paroch. p.* 2. *art.* 17. Ego ipſe *d. tract. de Parocho, p.* 1. *c.* 14. *n.* 12.

Nec etiam Ordinarium poſſe mulctis, & pœnis cogere populum ire ad audiendam ſacram Concionem, & Miſſam in Eccleſia Parochiali, referunt deciſum Zer. *p.* 2. *verb. Parochia p. mihi* 82. Hier. Roder. *in comp. q. Reg. reſ.* 112. *n.* 11. *in fine.* Steph. VVeyms *d. conſt.* 5 *in fine.* 17.

θ Nullus autem ſecularis, ſiue Regular. &c.] Vide Henr. *in ſum. lib.* 7. *c.* 28. §. 8. Zerol. *d. verb. prædicatio*, §. 3. Fr. Emm. *q. regul. tom.* 3. *q.* 32. *art.* 5. Aloyſ. Ricc. *in dec. curia Archiep. Neapol. deciſ.* 219. *n.* 5. *p.* 2. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 50. *art.* 3. *concl.* 1. vbi de intellectu. 18.

Regulares non poſſunt adhortationes ad populum etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum habere, non petita priùs benedictione ab Abbate, vel eo contradicente quatenus ſit nullius, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopal. habeat. Verùm ſi Regulares contrafecerint, non ab Abbate, ſed à ſuis ſuperioribus Regularibus ſunt puniendi, ita Sel. *d. c.* 23. *num.* 27. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in nullius & prouinciæ Rauennat.* 15. *Septembris* 1629. 19.

ι Contradicente Epiſcopo.] Quamuis in hoc c. ſolùm nominetur Epiſc. non autem alij Prælati, tamen poſſunt Ordinarij, quo tempore concionandi licentiam dabunt Regularibus, exigere ab illis fidei profeſſionem, ſi ita ipſis expedire videbitur; ita Sel. *loco proximè citato*, referens quoque deciſum *in d. nullius prouinciæ Rauennaten.* 20.

κ Prædicare præſumat.] Regulares abſq; licentia Epiſcopi prædicantes in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, à ſuis ſuperioribus Regularibus non verò ab Epiſcop. puniendos eſſe, referunt deciſum Portel. *in dub. reg. verb. Prædicatores, n.* 1. Hier Roder. *d. reſ.* 112. *n.* 3. 21.

Sed nouiſſimè Gregorius XV. *in ſua Conſt.* incip. *Inſcrutabili ſub dat. Nonis February* 1622. contrarium ſtatuit his verbis: *Ac demum habeat Epiſcopus tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem corrigendi ac puniendi quoſcunque exemptos tam ſeculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſ. quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccl. ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerit.*

Poſſe Epiſc. interdicere Regulari, ne prædicet virtute huius decreti, etiam non reddita cauſa, reſoluunt, deciſúmque referunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccl. p.* 1. *c.* 8. *n.* 9. Piaſ. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *n.* 41. *verſ. ſi item*, Ego ipſe *d. all.* 76. *n.* 28. 22.

S. D. N. Vrbanus VIII. per ſuas litt. in forma Breuis directas Eminentiſſimo D. meo Cardinali de Sandoual. Epiſcopo Gienn. *ſub dat.* 30. *Ianu.* 1629. hac de re ita reſcripſit: *Ad hæc quòd in eiſdem præinſertis litt. dicitur, Regulares non poſſe verbum Dei prædicare ſine Epiſcopi licentia, id locum ſibi vendicare in iis tantùm Eccl. quæ ſui Ordinis non ſunt, cum in aliis Eccleſiis ſui Ordinis ſufficiat Epiſc. benedictio petita, licet non obtenta, ita tamen vt ſi Epiſcopus non modo benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verùm etiam Regul. prohibuerit quominus prædicent, tunc illo contradicente in ſuis quidem Ord. Eccl. liceat illis prædicare, quemadmodum S. Trid. Conc. decret. ſalubriter eſt cautum. Quòd ſi Reg. ſiue in confeſſionibus audiendis, ſiue in prædicando aduerſus ea, quæ ſuperius declarauimus, quoquomodo deliquerit, in vim earundem* 23.

prainſertarum litterarum ab Epiſcopo Gienn. coërceri, & puniri poſſint etiā cenſuris Eccleſiaſticis, &c.

24. λ *Idem etiam ſaltem Dominicis*, &c.] Vide Archiep. Bonon. *p. 2. ſub tit. de doctrina Chriſtiana pag. 9. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. doctrina Chriſtiana*, Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. ad finem, in tract. de la Doctrina Chriſtiana.* Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcien. p. 3. caſu 27. verſ. tandem*, Poſſeuin. *de officio Curati cap. 4. de doctrina Chriſtiana*, Fuſc. *de viſitat. lib. 1. c. 4. n. 17. & lib. 2. c. 3. n. 12.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 1. deciſ. 22. n. 2. in fine*, in qua deciſione refert fuiſſe ſuſpenſum ab officio ſuæ curæ quendam Parochum per ſex menſes, eo quòd rudimenta Fidei ſuos Parochianos non docebat, met-ipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 76. n. 37. cum ſeqq & de officio & poteſtate Parochi, c. 15.* Ad huius præclari inſtituti maiorem obſeruationem emanauit conſtitutio Pij V. incip. *Ex debito paſtoralis officij, ſub die 6. Octob.* 1572. quam refert Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. n. 19.* & Ego ipſe *d. c. 15. n. 8.*

25. Abſoluendum non eſſe illum, qui vel ob negligentiam, vel ob verecundiam Pater noſter, Aue Maria, Credo, & decem præcepta addiſcere non curat, reſoluit Lud. Beia *loco proximè citato*, ſubdens quòd poſtquam ſic ignorans pro viribus elaborat, vt hæc memoriæ tradat, & nec verbū vnum retinere poteſt, dummodo tamen credat ſingulos articulos quando ſibi proponuntur à miniſtris Eccleſiæ, & ſciat de illis, ac de præceptis Decalogi reſpondere quando interrogatur, & deprecetur Deum, intendens ſaltem virtualiter ad ea, quæ in oratione Pater noſter continentur, abſolui tūc poterit; ſi enim articulorum fidei, diuinorúmque præceptorum, & orationis Dominicæ ſubſtantiam rudis intelligat, ſatis eſt, etiamſi verba non percipiat, vt ex Lop. Emm. Sà, & Valent. tradit Andr. Victorel. *in notis ad Poſſeuin. de officio curati c. 4. verſ. ſi articulorum*, & reſoluunt Azor. *inſt. moral p. 1. lib. 8. c. 7. quæſt. 5.* Filliuc. *in q. moralib. tom. 2. tr. 22. c. 2. n. 37.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 3. num. 19.* Bonacina *de legib. diſp. 3. q. 6. puncto 2. n. 14.* Soar. *de fide, diſp. 13. ſect. 5. n. 8.* Ego ipſe *d. c. 15. n. 5.* Trullench. *in expoſ. Decalogi lib. 1. c. 1. dub. 4.*

Ordinarium non poſſe mulctis, & pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad diſcendam doctrinam Chriſtianam, etiamſi hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & aliis locis extra ciuitatem, refert deciſum Zerol. *d. ver. Doctrina Chriſtiana §. 3.* ſubdens Conc. in præſenti, ibi, *etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent*, loqui de compulſione illorum, quorum intereſt eam docere, & non de compulſione puerorum, ſeu parentum ipſorum. Sed verum eſſe dicere his noſtris temporibus (prout in Hiſpania vſu receptum eſt) poſſe Præſulem cenſuris compellere ſubditos, vt doctrinam Chriſtianam diſcant, & Parochos, vt eam doceant, aduertunt Perez *ad l. 1. verſ. aliud etiam, tit. 1. lib. 1. ord. pag. 19.* Fr. Em. *in ſum. to. 1. c. 88. n. 3.* Camp. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. c. 14. n. 8.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec.* 300. Ego ipſe *d. all. 76. n.* 38. & me citato *illo loco* Homob. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 11. c. 12. quæſt. 27. reſol. 2. quæſtionis.* Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 1. diffic. 4. n. 6.* Filliuc. *in quæſt. moral. tr. 22. c. 2. n. 54.* Trullench. *in expoſit. Decalogi lib. 1. c. 1. dub. 3. n. 22. in fine, & dub. 4. n. 8. & 9.* 26.

Cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos à ſolo Papa cognoſcantur, & terminentur; aliquando tamen cauſæ diſquiſitionem Metropolitanis committit, qui ſolam facti inſtructionem facient, & ad ſanctiſſimum mittent; minores criminales cognoſcantur à ſolo Concilio Prouinciali.

Caput V.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Cauſæ graues, & grauiores quæ dicantur.*
3. *Cauſa hæreſis in Epiſcopo reſeruatur Papæ.*
4. *Epiſcopi heretici non poſſunt ab Inquiſitoribus fidei puniri.*
5. *Papa ſolum poteſt deponere Epiſcopos.*
6. *Suffraganeus Epiſcopus titularis, qui obtinet dignitatem in Cathedrali, ſubeſt cum aliis Canonicis viſitationi ſui Epiſcopi.*
7. *Cauſæ ciuiles, & criminales minores Epiſcoporum in Conc. tantùm Prouinciali cognoſci & terminari poſſunt.*
8. *Conc. Prouinciale non poteſt formare proceſſum in cauſis criminalib. grauioribus contra Epiſc.*

CAuſæ criminales [a] α *grauiores* contra Epiſcopos, β *etiam hæreſis*, quod abſit, quæ depoſitione, aut priuatione dignæ ſunt, γ *ab ipſo tantùm ſummo Romano Pontifice* cognoſcantur, & terminentur. Quòd ſi eiuſmodi cauſa, quæ neceſſariò extra Romanam Curiam ſit committenda: nemini prorſus ea committatur, niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis à Beatiſſimo Papa eligendis. Hæc verò commiſſio & ſpecialis ſit, & manu ipſius ſanctiſſimi Pontificis ſignata, nec vnquam plus his tribuat, quàm vt ſolam facti inſtructionem ſumant, proceſſumque conficiant, quem ſtatim ad Romanum Pontificem tranſmittant: [b] reſeruata eidem Sanctiſſimo ſententia definitiua. Cætera aliàs ſub fel. rec. Iul. III. ſuper his decreta, nec non & conſtitutio ſub Innocentio III. in Concilio generali, quæ incipit, Qualiter & quando: quam ſancta Synodus in præſenti innouat, ab omnibus obſeruetur. δ *Minores verò* criminales cauſæ Epiſcoporum in Concilio tantùm Prouinciali cognoſcantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale.

a Vide Cōc. Sardic. c. 3. c. ad abolendā. & c. excōmunicamus, §. dānati verò de hæret. & c. quo iure 8. diſt.

b Suprà ſeſſ. 13. de refor. cap. 6. 7. & 8. et: de ac. cuſ. c. 2. Lateran. c. 8. & Decr. lib. 5. tit. 1. c. 24.

1. VIde Archiep. Bononien. *p. 4. pag. 268. cum ſeq.* Nau. *conſ. 1. in antiq.* aliàs *conſ. 2. in nouis, de foro comp.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. dec. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 55. §. 2.* Salzed. ad Bern. *in pract. c. 124. lit. A*, Sbroz. *de officio vicarij lib. 2. q. 59. num. 1. & 2.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 1.*

lib. 1. *q.* 10. *n.* 40. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 169. *n.* 15. Vgol. *de officio Epiſcop. c.* 2. §. 2. *num.* 4. *verſ. vndecimo*, Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 10. *à num.* 5. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiepiſc. Neapolit. p.* 4. *deciſ.* 142. *& in praxi rerum fori Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 490. *cum ſeqq.* Nouar. *in ſingul. Canon. conc.* 90. nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas. conſt.* 20. *pag.* 231. *cum ſeqq.* vbi dicit innouari *c. qualiter & quando, de acc.* per decretum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter declarat Anguian. *de legib. lib.* 2. *contron.* 26. *n.* 20. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 112. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 41. *n.* 5. vbi dicit hoc decretum intelligendum eſſe de Epiſcopis reſidentibus, qui etiam ex cauſa atrociſſimæ hæreſis, aut læſæ maieſtatis minimè citari poſſunt ad perſonaliter comparendum per quoſcunque iudices ordinarios, vel delegatos, etiam S.R.E. Cardinales niſi expreſſa ac ſpeciali commiſſione manu Papæ ſignata, quod etiam tradit Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ord. in exemptos p.* 1. *q.* 41.

2. *α Grauiores,*] Quæ autem dicantur cauſæ graues & grauiores, vide Lælí. Iordan. *in tr. de Epiſcopor. cauſis maioribus, & rerum capitalium ad Papam deferendis, c.* 1. *&* 2. Menoch. *de arbit. caſu* 166.

3. *β Etiam hereſis.*] Cauſam hæreſis in Epiſcopo reſeruari Papæ per hunc. text. tenent Penia *in direct. Inquiſit. p.* 3. *commento* 77. Fr. Emm. *q. reg. to.* 2. *q.* 81. *art.* 1. *verſ. aduertendum tamen.* Et procedere, quamvis Epiſcopus ſit titularis, obſeruat Molin. *de iuſt. diſp.* 28. *num.* 19. & Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *de Confeſſoribus ſollicitantibus mulieres in Confeſſione q.* 12. *n.* 7. *in princ.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.* 28. *n.* 19. Trull. *in Decalog. lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 18. *n.* 78.

4. Epiſcopos hæreticos non poſſe ab Inquiſitoribus Fidei puniri tradunt Nau. *conſ.* 1. *c.* 5. *de foro comp.* Villadieg. *de heret. q.* 7. *num.* 15. Simanch. *de cathol. cap.* 25. *n.* 7. Locat. *in opere iudic. verb. Epiſcopus*, Rojas *ſing.* 55. *n.* 2. Penia *d. p.* 3. *commento* 76. Henriq. *d.* §. 2. *littera P.* Mol. *d. diſp.* 28. *n.* 19. Farin. *de hereſi q.* 186. *num.* 113. Ego ipſe *d. alleg.* 112. *n.* 14. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *d. q.* 12. *n.* 6. vbi *n.* 11. id ipſum procedere aſſerit in Epiſcopis electis & confirmatis, licèt nondum conſecratis, per ea quæ Mol. *d. diſp.* 28. *n.* 19. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 2. *n.* 11. Ioan. San. *d. diſp.* 28. *n.* 35. Trull. *d. dub.* 18. *n.* 78.

5. *γ Ab ipſo tamen Romano Pont.* &c.] Poſſe ſolum Papam deponere Epiſcopos aſſerit Gonz. *dicta gloſſ.* 41. *n.* 21. quem refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 50. *n.* 11.

6. Suffraganeum Epiſcopum titularem, qui obtinet Præpoſituram in Cathedrali, ſubeſſe cum aliis Canonicis viſitationi ſui Epiſcopi, reſoluit Sel. *in ſelect. canon. c.* 19. *n.* 3. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Florentina* 24. *Iuly* 1632.

7. *δ Minores verò*, &c.] Ciuiles, vel criminales minores Epiſcoporum cauſas in Concilio tantùm Prouinciali cognoſci, & terminari poſſe, vel à deputatis per illud, vt reſoluit Steph. VVeyms *d. loco n.* 7. & deciſum refert Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarr. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcop. n.* 80. vbi etiam dicit prædictas minores cauſas criminales poſſe in Conciliis Prouincialibus tractari, non exiſtentibus duodecim Epiſcopis, quia prædicta Concilia ex minori numero Epiſcoporum vt plurimum conſtant, refero Ego ipſe *d. alleg.* 112. *n.* 15. & me non citato in illo loco tranſcripſerunt Nouar. *in ſingul. Canon. concl.* 90. *num.* 5. *& q. forenſ. q.* 37. *n.* 9. *& ſeq. tom.* 1. Aloyſ. Ricc. *in praxi p.* 4. *reſol.* 492.

8. Vnde Concilium Prouinciale non poſſe formare proceſſum in cauſis criminalibus grauioribus contra Epiſcopum ad effectum tranſmittendi illum ad Sanctiſſimum, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *reſol.* 491. *& in dec. Curia Archiepiſc. Neapolit. p.* 4. *dec.* 142. *n.* 5.

De Diſpenſatione Irregularitatum & Abſolutione Caſuum ab Epiſcopo faciendis.

Capvt VI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopi ſubditos habentes etiam electi & confirmati, quamvis non conſecrati, diſpenſant vigore huius decreti.*
3. *Epiſcopi illarum regionum, in quibus Concil. Trid. adhuc receptum non eſt, non poſſunt vti facultate conceſſa in hoc decreto.*
4. *Capitulum Sede vacante habet facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſa Epiſc. in hoc c.*
5. *Archiepiſcopus dum actu viſitat habet facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc decreto.*
6. *Archiepiſcopus in actu viſitationis diſpenſare poteſt cum ipſiſmet Epiſcopis ſuffraganeis.*
7. *Abbates & alij Prælati inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam etiam nullius diœceſis non gaudent facultate abſoluendi, & diſpenſandi in hoc c. conceſſa.*
8. *Superiores etiam Conuentuales Religionum exemptarum erga Religioſos ſibi ſubditos gaudent facultate diſpenſandi & abſoluendi in hoc c. Epiſcopis conceſſa.*
9. *Diſpenſare quis valeat cum Epiſc. ſi eueniat caſus, vt ipſemet incidat in aliquod delictorum ſuper quibus poteſt cum ſibi ſubditis diſpenſare. Diſpenſare poteſt Epiſcopus. ibid.*
10. *In irregularitate, quæ contrahitur ex reiteratione Baptiſmi occulta.*
11. *In irregularitate contracta ab eo, qui duos ſacros Ordines, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcepit.*
12. *In irregularitate occulta proueniente ab adminiſtratione in Ordinibus malè ſuſceptis.*
13. *In Irregularitate, quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat.*
14. *In ſuſpenſione & irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem Ordines ſuſcepit.*
15. *In ſuſpenſione contracta ab eo, qui Ordines ſuſcepit dum vinculo cenſuræ obſtrictus eſſet.*
16. *In ſuſpenſione contracta à coniugato ſuſcipiente Ordinem ſacrum.*
17. *In ſuſpenſione contracta ab eo, qui furtinè Ordines ſuſcepit.*
18. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in ſuſpenſione occulta, quam quis contraxit recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſoriis.*

19. *Et in ſuſpenſione à diuinis, quam incurrunt Religioſi admittentes fœminas ſi ſit occulta.*
20. *Et cum eo qui per ſaltum promotus ad Ordines celebrauit.*
21. *Et cum eo, qui Ordines minores ſuſcepit ab Epiſcopo, qui renuntiauit.*
22. *Et cum ſimoniaco occulto.*
23. *Abſoluere à cenſuris incurſis propter ingreſſum ad monaſterium Monialium non poteſt Epiſcopus ſi delictum ſit occultum.*
24. *Epiſcopus non poteſt vigore huius decreti diſpenſare ſuper irregularitate aliunde quam ex delicto proueniente.*
25. *Occultum delictum quod dicatur.*
26. *Occultum in hoc propoſito dicitur quod non eſt notorium apud omnes etiam ſi poſſit probari per aliquos teſtes.*
27. *Epiſcopus poteſt diſpenſare etiam ſi actus ſit materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum.*
28. *Occultum delictum dicitur quod alicubi, vbi ſcilicet commiſſum eſt, publicum ſit, at in eo loco, in quo abſolutio petitur, ſit occultum.*
29. *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate proueniente ab excommunicato celebrante quando excommunicatio eſt occulta, licèt celebratio ſit manifeſta.*
30. *Homicidium voluntarium in hoc decreto dicitur, quod eſt illicitum contra quintum præceptum Decalogi, intentum, & volitum in ſe.*
31. *Diſpenſare poteſt Epiſc. in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, licitè tamen.*
32. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum homicida occulto, qui cum aliter euadere non poſſet, aggreſſorem occidit.*
33. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate ex homicidio caſuali proueniente.*
34. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum eo qui hominem occidit non intendens occidere.*
35. *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum mandante baculo vulnerari, eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarius percuſſerit, & occiderit.*
36. *Diſpenſare poteſt Epiſc. cum irregulari facto ex mutilatione membri etiam voluntaria.*
37. *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in irregularitate, vel ſuſpenſione proueniente ex delicto ad forum contentioſum deducto.*
38. *Niſi ſit finitum iudicium per ſententiam abſolutoriam,*
39. *Etiam ſi mediis deprauatis obtinuerit abſolutionem ab intecto crimine.*
40. *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum, & iam finito iudicio punitum.*
41. *Delictum quando dicatur deductum ad forum contentioſum.*
42. *Caſus occulti qui ſint.*
43. *Subditi qui dicantur ad hunc effectum.*
44. *Epiſcopus exercere poteſt diſpenſandi poteſtatem in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus erga ſubditos ſuos extra diœceſim.*
45. *Epiſcopi an poſſint committere aliis poteſtatem diſpenſandi & abſoluendi ſibi conceſſam in hoc cap.*
46. *Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt exercere hanc poteſtatem diſpenſandi & abſoluendi Epiſcopo conceſſam in hoc cap. ſine ſpeciali commiſſione.*
47. *Forum conſcientiæ pro foro ſacramentali Pœnitentiæ.*
48. *Epiſcopi poſſunt, & non eorum vicarij, abſoluere in foro conſcientiæ ab hæreſi occulta impoſita ſalutari pœnitentia.*
49. *Hæretici occulti per accidens in excommunicationem, & alias cenſuras, ſeu pœnas per Eccleſ. aduerſus hæreticos latas incidunt.*
50. *Hæretici purè mentales poſſunt abſolui à quolibet Confeſſario.*
51. *Hæretici omninò occulti, & purè mentales excommunicationem non incurrunt.*
52. *Facultas conceſſa Epiſcopis per hoc decretum abſoluendi ab hæreſi occulta, & non deducta ad forum contentioſum eſt eiſdem adempta per proceſſum Bullæ in Cœna Domini.*
53. *Epiſcopi hodie in vim huius decreti non poſſunt abſoluere hæreticos occultos in foro conſcientiæ etiam vigore Bull. Cruciatæ, aut Iubilæi.*
54. *Poteſtas diſpenſandi in irregularitate ex occulta hæreſi proueniente cenſetur adempta Epiſcopis per Bullam in Cœna Domini.*
55. *Vicarij Epiſcoporum non poſſunt abſoluere in foro conſcientiæ ab hæreſi occulta.*
56. *Vicario competunt quæ Ordinario conceduntur niſi excludatur.*

a Vide ſeſſ. 14. c. 7. cap. minor, & c. contumaces 10. diſt. c. ex ga 1. q. 1. c. at ſi clerici, de iud. & c. nuper, de ſent. excom.
b De quibus ſub Alexandro in Conc. Lateranen. p. 24. conſt. cies.

Liceat α *Epiſcopis* [a] β *in irregularitatibus omnibus*, & ſuſpenſionibus, γ *ex delicto* δ *occulto* prouenientibus, excepta ea quæ oritur ε *ex homicidio voluntario*, & exceptis aliis deductis ζ *ad forum contentioſum* diſpenſare, η *& in quibuſcunque caſibus occultis*, [b] etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes, θ *quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua* per ſeipſos κ *aut Vicarium*, *ad id ſpecialiter* deputandum, λ *in foro conſcientiæ* gratias abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. μ *Idem & in hæreſis crimine* in eodem foro conſcientiæ, eis tantùm, ν *non eorum Vicariis*, ſit permiſſum.

1. Vide Nau. *conſ.* 15. *de ſent. excomm. in antiq.* aliàs *conſ.* 11. *de priuil. in nouis*, Henriq. *in ſum. lib.* 7. *c.* 13. §. 2. *litt. V. & lib.* 14 *c.* 18. *cum ſeq.* Iac. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 4. *c.* 27. *à n.* 28. *& tom.* 2. *conſiliorum ſub tit. de homic. conſ.* 2. *n.* 14. *cum ſeqq.* Vgol. *de irregul. c.* 33. §. 1. *cum ſeqq. & c.* 16. *& de officio Epiſcopi c.* 57. §. 2. *cum ſeq.* Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 7. Sayr. *in ſimili tract. lib.* 7. *cap.* 7. *& in floribus dec. ſub tit. de ſentent. excomm. dec.* 16. Fernan. *in examine Theologiæ moralis p.* 3. *cap.* 9. §. 16. *num.* 7. *&* 8. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 37. *n. cum ſeqq & diſput.* 40. *num.* 17. *& lib.* 3. *diſput.* 23. *num* 12. *& lib.* 8. *diſput.* 2. *à num.* 10. & latè *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. Mat. Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſput.* 8. *de ſuſpenſ. cap.* 3. Bonac. *eod. tract. diſp.* 7. *q.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 5. *à num.* 1. *& lib.* 30. *tract.* 2. *tit.* 3. *à n.* 92. Ægid. de Coninck. *de Sacrament. & cenſur. tom.* 2. *diſp.* 18. *dub.* 14. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 11. *n.* 12. *cum ſeqq. & part.* 11. *cap.* 10. *n.* 132. *cum ſeqq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verb. irregularitas, different.* 7. Arm. *in addit. ad recop. legum Nauarr. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de irreg. num.* 6. *cum ſeqq.* Nou. *in ſingul. Canon. concl.* 2. *&* 3. Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta præc.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *num* 23. *cum ſeqq.* Maur. de Alzed. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 6. *de diſpenſ. irregul. per tot.* Portel. *in dubiis Regularibus verb. diſpenſare numero* 8. *cum ſeqq.* Villalob.

Villalob. p. 1. ſumm. tract. 21. difficult. 9. Hier. Roderic. in compendio q. regul. reſol. 52. n. 13. cum ſeqq. Philibert. Marchin. de Sacrament. Ordinis tr. 1. p. 9 per tot. latè Ioan. Angel. Boſſ. de triplici Iubilæi priuilegio ſect. 1. caſu 10. §. 1. cum ſeqq. Trull. in expoſ. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 6. & in Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 4. D. Felician. de Vega Archiepiſ. Mexican. ad cap. at ſi clerici, §. de adulterijs n. 150. cum ſeqq. de iudic. latè Steph. Daluin. de poteſt. Epiſc. & Abbatum c. 26. & ſeq. Barth. à S. Fauſto de Iubil. extraord. lib. 4. q. 105. cum ſeq. metipſum de officio & poteſt. Epiſcopi p. 2. all. 39. & 40. ex quo loci me non citato multa tranſcripſit Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 4. deciſ. 117. vbi eſt inſerta quædam allegatio Nouarij Iuriſconſulti Lucani.

2. a Epiſcopis.] Subditos habentibus, etiam electis, & confirmatis, quamvis non conſecratis, vt per Cened. ad Sextum collect. 4. n. 3. Soar. tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. num. 7. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 2. num. 11. Gutier. eod. tr. cap. 49. à num. 16. Mar. Alter. d. tom. 2. diſp. 8. de ſuſpenſ. cap 3. verſ. tertiò notandum, Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſ. 136. Alezed. d. p. 2. c. 6. n. 39. Filliuc. tom. 1. tract. 20 c. 10 n. 270. Floron. de caſibus reſeru. p. 1. c. 4. §. 7. n. 9. Boſſi. d. ſect. 1. caſu 10. n. 201. Trull. in expoſit. Decalogi lib. 1. cap. 3. dub. 4. n. 2. & in Decalogum lib 1. cap. 3. dub. 4. num. 2.

3. Epiſcopos illarum regionum, in quibus Concilium Trid. adhuc receptum non eſt, non poſſe vti facultate conceſſa in hoc cap. referunt deciſum Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccl. dec. 532. in 1. edit. aliàs reſ. 445. n. 3. in 2. edit. Garc. d. p. 7. c. 11. n. 23. Arm. d. l. 7. de irregul. n. 11. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. c. 11. n. 2. Mar. Alter. d. c. 3. concl. 4. verſ. primò animaduertendum eſt, Alzed. d. c. 6. n. 29. Bonac. d. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 1. n. 2. Vgol. de officio Epiſcopi cap. 57. §. 2. ad fin. Filliuc. d. tract. 20. cap. 10. n. 269. Gauant. d. verb. abſolutio n. 6. Boſſi. d. caſu 10. n. 202. Steph. Daluin. de poteſt. Epiſc. c. 26. num. 19. in princ. Trull. loco proximè citato, Ego ipſe d. alleg. 39. num. 3.

4. Capitulum Sede vacante habere facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc cap. reſoluunt Henr. in ſum. lib. 6. cap. 16. §. 1. & lib. 14. c. 20. §. 1. Soar. tom. 4. de pœnitent. diſp. 30. ſect. 2. num. 4. Cened. d. collect. 4. num. 3. Fr. Emm. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 61. art. 9. Ludou. Beia reſponſ. caſuum conſcient. p. 4. caſu 37. verſ. tandem nullus, Sayr. in claui Regia lib. 6. c. 11. n. 84. Aloyſ. Ricc. in coll. dec. p. 3. coll. 721. verſ. tertiò dubitatur, & in praxi rerum fori Eccl. dec. 533. in 1. edit. aliàs reſolut. 466. in 2. edit. & in praxi aurea reſol. 118. n. 5. Piaſec. in praxi Epiſc. part. 2. c. 1. num. 16. pag. 106. Sanch. de matrimon. lib. 8. diſput. 2. n. 10. Garc. d. p. 7. c. 11. num. 21. & p. 5. cap. 7. num. 41. Nouar. d concluſ. 2. num 3. Duar. in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. quæſt. 11. num. 16. & 17. Floron. de caſibus reſeruat. p. 1. c 4. §. 7. n. 9. Gauant. in man. Epiſc. verb. Capitulum Sede vacante, n. 48. Diana mor. reſol. p. 4. tract. 4. reſ. 211. verſ. notandum eſt. Boſſ. d. caſu 10. n. 207. Marcel. Vulpe in praxi iud. fori Eccl. c. 44. num. 9. nouiſſimè D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. ad c. at ſi clerici, §. de adulterijs, n. 52. de iud. Steph. Daluin. d. tr. de poteſt. Epiſc. c. 27. n. 1. Ego ipſe d. alleg. 39. n. 16. Sel. in ſelect. canon. c. 49. n. 3. vbi aſſerit olim de hoc fuiſſe multum dubitatum, & ſub die 20. Iunij 1602. eſſe concluſum Pontificem eſſe conſulendum.

Contra Mat. Alter. d. c. 3. verſ. ex eodem, & Bonacin. de cenſur. diſp. 7. quæſt. 5. puncto 1. num. 6. Trull. in Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 4. num. 2. in fine, exiſtimantes Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopis in facultate, quæ illis competit vigore huius decreti.

Archiepiſcopum dum actu viſitat diœceſes ſuffraganeorum in eis facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc decreto habere erga ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, tradunt Henr. in ſum lib. 14. c. 18. §. 3. Soar. to. 4. de pœnit. diſp. 3. ſect. 2. n. 8. Sayr. in claui Regia, lib. 6. c. 11. n. 79. Auila de cenſur. p. 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 10. concl. 3. & p. 7. diſp. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam concl. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 11. n 6. & lib. 4. c. 38. n. 13. & 14. Bonac. de cenſur. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. n. 7. verſ. tertiò, Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. iuriſdictio, differ. 4. n. 1. Alzedo d. p. 2. c. 6. n. 40. Marchin. d. tract. 1. p. 9 diffic. 1. num. 8. Boſſi. dict. caſu 10. num. 215. Trullench. in Decalog. lib 1. cap. 3. dub. 4. n. 4. Ego ipſe d. alleg. 39. num. 19. 5.

Et non ſolùm in ipſo actu viſitationis diſpenſare poſſe cum ſubditis Epiſcoporum ſuffraganeorum, ſed etiam cum ipſiſmet Epiſcopis ſuffraganeis, contra Soar. reſoluunt Henr. d. c. 18. n. 4. Auila p. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 5. Bon. de cenſ. diſput. 7. quæſt 5. puncto 1. n. 2. in fine, Boſſi. d. caſu 10. num. 216. vbi n. 217. ſubdit quòd immo quocunque tempore, & ſic extra viſitationem poterit Archiepiſcopus vti dicta facultate diſpenſandi & abſoluendi circa ſuos Epiſcopos ſuffraganeos, ſicut poteſt circa ſubditos ſuæ propriæ diœceſis, & citat poſt alios Sayr. d. c. 11. n. 79. Floron. de caſibus reſeru. p. 1. c 4. §. 7. n. 14. Trull. d. dub 4. n 4. 6.

Contra Angl. *in florib. theolog. p* 1. *tit. de Confeſſ. q.* 4. *art.* 1. *diffic.* 6. Llamas *in methodo Curat. p.* 3. *c.* 1. §. *vlt. in fine,* Vela *de pœnis delictor. c.* 14. *verſ. iure verò Canonico,* Bann. 2. 2. *q.* 11. *art* 4. *dub.* 2. *poſt* 2. *concl. argum.* 3. *verſ. & ſi quis obiiciat,* & ibi Arag. *art.* 3 *verſ. ſed dubium eſt quiſuam poſſit.* Emman. Sà *in aphor. verb. Epiſcopus n.* 37. Fr. Emman. *in ſumm. to.* 1. *c.* 131. *n.* 3. *& in explic. Bullæ Cruciatæ* §. 9. *n.* 70. *& q. regul. to.* 1. *q* 20. *art.* 10 Vegam *in ſum. tom.* 2. *c.* 125 *caſu* 11. Nugn. *in addit. ad* 3. *p. q.* 8. *art.* 1. *dub.* 10. *ad fin* Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 2 *verb. abſolutio* §. 8 *&* 18. *& verb. hæret.* §. 4. Anton. Gom. *in Bullam Cruciatæ clauſ.* 10. *n.* 44. *in fine,* Henriquez *in ſumm. lib.* 6. *c.* 14. §. 7. *lit. M, & c.* 16. §. 1. *& lib.* 13 *c.* 27. §. 5. *lit. Q,* Cordub. *q* 8 *puncto* 1. Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 13. *ad fin* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.* 2. *tract.* 1. *c.* 6. *poſt concluſ.* 20. *diffic* 7. Puttel. *in addit. ad dubia regul. verb. Epiſcopus n.* 1. Fernandez *in examine Theolog. moral. p* 4. *c.* 7. §. 1. *num.* 5. Fagundez *d. præc.* 2. *lib.* 8. *q.* 8 *n.* 82. Nouar. *in ſingul. iuris Canic conc.* 3. Anton. à Souſa *in ſuis aphoriſm. lib.* 3. *c* 4. *n.* 5. Granado *in.* 2. 2. *S. Thomæ controuerſ.* 1. *tract.* 15. *diſp.* 15. *ſect* 2. *n.* 8. *cum ſeqq.* Sanct. *in ſelect. diſp.* 50 *n.* 32. Boſſi. *de Iubilæ ſect.* 1. *caſu* 10. §. 2. *n.* 10. exiſtimantes Epiſcopum poſſe etiam hodie abſoluere ab hæreſi occulta, & occultos, hæreticos, quia Bulla in Cœna Domini non derogauit huic decreto.

53. Vnde non poſſe Epiſcopos hodie in vim huius decreti abſoluere hæreticos occultos in foro conſcientiæ, etiam vigore Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi, quamvis in illis dicatur quòd poſſit abſolui à caſibus comprehenſis in Bulla Cœnæ, niſi ſpecialiter dicatur quòd poſſit abſolui ab hæreſi, aſſerunt Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 15. Nau. *d. c.* 17. *n.* 275. Roias *de hæret. p.* 2. *aſſert.* 39. *n.* 321. *& de priuileg. Inquiſ. n.* 416. Simanc. *de cathol. inſt. tit.* 3. *n.* 2. Henriq. *in ſum. lib.* 8 *de pœnit. c.* 16. *n.* 2. Gutier. *d. c.* 13 *n.* 18. Vgolin *de cenſuris tab.* 1. *c.* 13. §. 4. *n.* 10. Auila *in ſimili tr p.* 2. *diſp.* 1. *dub.* 7. *concl.* 2. Soar. *tom.* 5. *diſp* 7. *ſect.* 5. *num* 12. *& de fide diſp.* 21. *ſect.* 4. *num.* 21. Caſtro Palao *in ſimili tract. de fide tract.* 4. *diſp.* 4. *puncto* 3. §. 4. *n.* 2. Trullench. *in expoſ. Decalogi lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 5. *n.* 2. *& in expoſit. Bullæ Cruc lib.* 1. §. 7. *c.* 2. *dub.* 7. *n.* 9. Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 9. *c* 1. *diffic.* 9 *n.* 13. *cum ſeqq.* Ludon. à Cruce *in expoſit. Cruciatæ diſp.* 1. *c.* 3. *dub.* 3. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæſ.* 12. *& c.* 19 *q* 2. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 7. *art.* 4. Ceuall. *commun contra communes quæſt.* 82. *n.* 67. Sanch. *d cap.* 11. *num.* 7. Fernandez *d. p.* 3. *c.* 8. §. 11. *n.* 1. Anton. Ricciul. *d. c.* 14. *n.* 17.

Contra Sot *in* 4. *diſt.* 22. *q* 2. *art.* 2. *poſt concl.* 5. *in primo caſu Cœnæ in fine,* Cordub. *d. q.* 8. *in fine,* Zerol. *in praxi Epiſc p* 1. *verb. abſolut.* §. 5. *& p.* 2. *eod. verb.* §. 4. Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract.* 7. *c.* 21. *n.* 62. Filliuc. *in quæſt. moral. tom.* 1. *tract.* 8. *c.* 10. *quæſ.* 9. *num.* 265. Steph Fagundez *d. præc.* 2. *lib* 8. *c.* 8. *n.* 58. Leon. *de Iubil. p.* 2. *n.* 41. Greg. Polach. *in Bull. Urban. VIII. ſect.* 41. *n.* 61. Sanctarel. *de Iubil. cap.* 7. *dub.* 1. Boſſi *eod tract. ſect.* 1. *caſu* 8. *n.* 2. *&* 3. exiſtimantes ſufficere ſi Bulla Cruciatæ, aut iubilæi concedatur quòd poſſit abſolui à caſibus in Bulla Cœnæ comprehenſis.

Vtrùm autem ſicut per Bullam in Cœna Do- 54.
mini derogatum eſt huic cap. in ea parte, in qua concedit Epiſcopis facultatem abſoluendi ab hæreſi occulta, ita ſit derogatum in illa parte in qua concedit eiſdem poteſtatem diſpenſandi in irregularitate ex eadem occulta hæreſi prouenienre? Affirmant per text *in c. cùm illorum* 32. §. *primos, de ſent. excomm.* Soar. *to.* 5. *de cenſ. diſp.* 43. *ſect.* 1. *n* 15. Anton. Ricciul. *d. lib* 5. *c.* 16. *n.* 5. vbi *n.* 8. cum Maiol. Nauarr. Soar. Sanchez, & aliis extendit hanc affirmatiuam ſententiam, vt multò magis procedat ſi agatur de diſpenſatione quoad vſum Sacerdotij in alterius miniſterio, nam cùm hæc ſit res grauiſſima, Pontifici reſeruari atteſtatur.

Negant Vgolin. *de irregul. c.* 36. *in princ. n.* 5. Henriquez *in ſumma lib.* 4. *cap.* 5. §. 2. Viualdus *in candelabro aureo, part.* 2. *de irregularitate, n.* 70. *&* 89. *in* 2. *editione.* Sanchez *in præcepta Decalogi tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 17. D. Felician. de Vega *ad cap. at ſi clerici,* §. *de adulteriis, num.* 178.

γ *Non eorum Vicariis.*] Vide Fr. Emman. *in ex-* 55.
plic. Bullæ Cruciatæ, fol. 116. *& in add. p.* 2. *fol.* 124. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Vicarius, verſ. primum dubium, & p.* 2. *verb. hæret. verſ.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 40. *n.* 17. *& in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 22. *cum ſeqq.* Gutier. *de matrim. c.* 49. *n.* 18. *&* 22. Narbona *l.* 59. *gloſſ.* 1 *n.* 57. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil.* Steph. de Almin. *d. c.* 28. *verſ. ad tertiam q. fol.* 178. *verſo,* vbi intelligit de Vicariis generalibus.

Vicario poteſtatem datam videri in præſenti, 56.
ſi hic excluſus non eſſet, aſſerunt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 83. *num.* 12. Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ.* 13. *num.* 8. *&* 9. *p.* 2. Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ordinarij in exemptos, p.* 1. *q.* 1. *n.* 10. Gutier. *de matrimon. c.* 56. *n.* 11. Narbona *de appell. à vicario ad Epiſcopum, p.* 1. *n.* 153.

Sacramenta

Sacramenta adminiſtrentur, eorúmque vis frequenter explicetur lingua vernacula, Miſſæ quoque Myſterium Populo diligenter inculcetur explicatione eius, quod agitur.

Capvt VII.

1. *Parochi vim & vſum Sacramentorum plebibus ſuis pro ſuſcipientium captu explicare debent.*
2. *Parochi debent plebibus ſuis inter Miſſarum ſolemnia frequenter, maximè diebus feſtiuis exponere ea, quæ in Miſſa leguntur.*
3. *Parochus feſtis diebus inter Miſſarum ſolemnia concionem ad populum habere debet.*

VT fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta maiori cũ reuerentia, atque animi deuotione accedat: præcipit Sancta Synodus Epiſcopis omnibus, vt non ſolùm, cùm hæc per ſe ipſos erunt populo adminiſtranda, prius illorum vim & vſum pro ſuſcipientium captu explicent, ſed etiam idem à ſingulis Parochis piè, prudentérq; etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudeant, iuxta formam à ſancta Synodo in Catecheſi, ſingulis Sacramentis præſcribendam, quã Epiſcopi, in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: *a necnon vt* [a] *inter Miſſarum ſolemnia*, aut diuinorum celebrationem ſacra eloquia, & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtiuis, vel ſolemnibus explanent, eadémque in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant. a Suprà ſeſſ. 2. de ſacriſ. Miſſ. c. 8.

1. PArochos Sacramentorum vim & vſum plebibus ſuis pro ſuſcipientium captu explicare debere diximus *in tr. de officio, & poteſt. Parochi c. 17. n. 1.* Ioan. Sanci, *in ſelectis diſp. 47. n. 11.*

2. *a Necnon vt inter Miſſarũ ſolemnia*, &c.] Parochos debere plebibus ſibi commiſſis inter Miſſarum celebrationẽ frequenter, maximè diebus feſtiuis, exponere ea, quæ in Miſſa leguntur, atque inter cætera ſanctiſſimi Sacrificij myſterium aliquod declarare, & inſuper vim, atq; vſum Sacramentorum iuxta formam Catechiſmi Romani etiam lingua vernacula explanare, meminimus *d. tract. de officio, & poteſt. Parochi c. 16. n. 1.*

Et quòd Parochus feſtis diebus inter Miſſarum ſolemnia concionem ad populum habere debeat, tradunt Vgolin. *de officio Epiſc. c. 16. §. 3. n. 1. & 2.* Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. n. 16.* Fr. Ioan. Gonzal. *en el tratado del perfetto Chriſtiano fol. 219. verſo*, vbi meminit huius cap. latè Theophyl. *Parochor. p. 1. art. 3. cum ſeqq.* Et vide citatos ſuprà *hac eadem ſeſſ. c. 4. ſuper verb. idem etiam ſaltem Dominicis.* 3.

Pœnitentia publica, publicè peccantibus iniungenda, niſi Epiſcopi arbitrio aliter fuerit viſum. Pœnitentiarij in ſingulis Cathedralibus inſtituendi.

Capvt VIII.

1. *Pœnitentia publica publicè peccantibus iniungenda eſt.*
2. *Ordinari poteſt quis poſt publicam pœnitentiam peractam.*
3. *Pœnitentiarius in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, vbi id commodè fieri poteſt, inſtituendus.*
4. *Pœnitentiarij inſtitutio in Cathedralibus tantùm facienda.*
5. *Præbenda officio Pœnitentiarij vnienda debet eſſe integra & Canonicalis.*
6. *Portio, quæ fit in Eccleſia, in præbendam pœnitentialem erigi non poteſt.*
7. *Canonicatum, & præbendam vacantem in menſe Sedi Apoſtolicæ reſeruato non comprehendit vnio facta vigore Concilij officio Pœnitentiarij de præbenda proximè vacatura.*
8. *Pœnitentiario primam præbendam aſſignare non eſt in optione Epiſcopi.*
9. *Præbenda poſt Concilium primò vacans, ſi non fuit in pœnitentialem erecta, poteſt optari.*
10. *Canonicatus pœnitentialis non poteſt optari: nec Pœnitentiarius poteſt aliam præbendã optare.*
11. *Pœnitentiarij officij inſtitutio, & electio perſonæ ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinet.*
12. *Electio perſonæ Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum tunc pertinet quando præbenda non vacat in menſe Apoſtol. vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio.*
13. *Capitulum non poteſt ſe intromittere in electione Pœnitentiarij, licèt ad ipſum collatio ſpectet.*
14. *Pœnitentiarij electio, & collatio Sede Epiſcopali vacante neque ad Capitulum, neque ad futurum Epiſc. ſed ad Sedem Apoſt. pertinet.*
15. *Collatio præbendæ vnitæ officio Pœnitentiarij ab eis fieri debet, ad quos antea ſpectabat.*
16. *Pœnitentiarius deputari debet, qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in S. Theologia, vel iure Canonico.*
17. *Gradus Doctoratus non ſufficit ad Pœnitentiarij officium non facta profeſſione fidei, aut contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptas.*
18. *Pœnitentiarius Canonicus debet eſſe conſtitutus in ætate 40. annorum, ſeu alias, quando aptior pro loci qualitate non reperitur.*
19. *Anni 40. requiſiti in Pœnitentiario debent eſſe completi.*
20. *Ætatis 40. annorum defectus in Pœnitentiario non obſtat, vbi aliàs aptior pro loci qualitate non reperitur.*
21. *Pœnitentiarius inſtitutus eo ipſo habet à iure, & à Concilio facultatem audiendi Confeſſiones pœnitentium illius diœceſis.*

Barboſ. Collect. in Concil Trid.

22. *Pœnitentiario quilibet poteſt ſua peccata confiteri, & ſatisfacit præcepto c. omnis vtriuſque ſexus.*

23. *Pœnitentiarius ſemper paratus exiſtere debet ad audiendas confeſſiones.*

24. *Pœnitentiarius in manu virgam, ſeu bachetam ſicut in vrbe non poteſt retinere.*

25. *Abſoluere non poteſt Pœnitentiarius à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauit.*

26. *Pœnitentiarius non poteſt caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos alteri ſubdelegare.*

27. *Pœnitentiarius non poteſt ſuam auctoritatem ſubdelegare.*

28. *Pœnitentiarius pro præſente in choro habendus eſt dum audit confeſſiones in Eccleſia.*

29. *Pœnitentiarius dum audit confeſſiones, cenſetur etiam præſens proceſſionibus, & exequiis defunctorum.*

30. *Ac etiam orationibus.*

31. *Pœnitentiarius præſens in choro non cenſetur, ſi confeſſiones extra Eccl. etiā infirmorum audiat.*

32. *Pœnitentiarius antequam præbenda, quæ ſuo officio fuit vnita vacet, non habet locum nec in Capitulo, nec in choro.*

33. *Pœnitentiarius non tenetur ad maiorem reſidentiam, quàm alij Canonici.*

a 1. Tim. 5. c. ſed illud, 45. diſt. cap. ſi peccauerit verbi. ergo 2. q. 1.
b c. pœnitentes, & c. in capite, cum ſeq. 50. diſt.

APoſtolus monet,[a] α *publicè peccantes palam eſſe corripiendos.* Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen cōmiſſum fuerit, vnde alios ſcandalo offenſos, commotóſque fuiſſe non ſit dubitandum, huic cōdignam pro modo culpæ pœnitentiam[b] publicè iniungi oportet, vt quos exēplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam reuocet vitam. Epiſcopus tamen publicè hoc pœnitētię genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis iudicatur expedire. β *In omnibus etiam* * *cathedralibus Eccleſiis*, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis, γ *cum vnione præbendæ*, δ *proximè vacaturæ*, ε *ab Epiſcopo inſtituatur*, ζ *qui Magiſter ſit*, *vel Doctor*, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, η *& annorum quadraginta*. θ *ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur.* ι *qui dum confeſſiones in Eccleſia audiet*, κ *interim præſens in choro cenſeatur.*

1. VIde Medin. *tract. 2. de pænit. q. 40. verſ. alia eſt pœnitentia*, Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 23. lit. B.* Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. pænit. p. 5.* Vgolin. *de officio Epiſcopi c. 44.* Ægid. de Coninck *de Sacram. tom. 2. diſp. 10. n. 75.* Bellet. *diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 13. de publicis pænitentibus non ordin.*

2. α *Publicè peccantes palam eſſe corripiendos.*] Vide Nauar. *in man. c. 8. n. 10.* Ægid de Coninck *d. diſp. 10. n. 74.* Hortado *de Sacram. tract. de Pœnit. diſp. 14. diffic. 9. ſtatim in princ*, vbi contra Nau. tenet Confeſſarium poſſe imponere pœnitentiam publicam, & addit ſermonem eſſe in præſenti decreto de impoſitione pœnitentiæ in foro ſacramentali, & non in foro exteriori. Poſt publicam pœnitentiam peractam poſſe quem promoueri, notant Maiol. *de irregul. lib. . c. . poſt n. 2. verſ. licet*, Mar. Alter. *de cenſur. tom. . diſp. 16. de ſuſpenſ. c. 1. verſ. quartus caſus.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 43. n. 7.*

3. β *In omnibus etiam Cathedralibus, &c.*] Vide Paul. Fuſc. *de viſit. lib. 1. c. 19.* Salaz. de Mendoça Canonicum Pœnitentiarium S. Eccleſiæ Toletanæ *in libell. de inſtitutione Canonicatus Pœnitentiariæ in eadem Eccleſia*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 34. n. 78. cum multis ſeqq.* Vgolin. *de officio Epiſc. c. 33.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Pœnitentiarius*, Aloyſ. Rice. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 555. in 1. edit. aliàs reſ. 4-7. in 2. edit.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 4. n. 130. cum multis ſeq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 7. c. . n. 27.* Nouar. *in ſingularib iuris . an. conc 17.* nouiſſimè Steph. VVeyans *in conſt. 24. ex iure antiq. deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſt. 11. n. 23. pag. 102.* Boſſ. *in diſ cept. moral. diſcept. 1. num 51. cum ſeqq.* Ceual. *commun. tom. 4. q. . n. 486. cum ſeqq.* met. ipſum *de officio, & poteſt. Epiſ. p. 2 alleg. 55. & in tract. de Canonicis c. 26. per totum.* Circa Pœnitentiarij Canonicatus præbendas in Regnis Caſtel. & Legionis exiſtentes, nouiſſimè Greg. XV. *in ſua conſtit.* incip. *Suprema diſpoſitionis, ſub dat. Nonis Nouembris* 1622. cuius conſtitutionis ſummam retuli *d. c. 26. n. 24.*

* *Cathedralibus Eccleſiis.*] Hoc decretum intelligi tantùm in Cathedralibus, & in aliis Eccleſiis collegiaris locū non habere, referūt deciſum Sel. *in ſelectis Can. c. 21. n. 3.* & Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 113.* 4.

γ *Cum vnione præbendæ.*] Præbendam officio Pœnitentiarij voiendam integram ac canonicalem debere eſſe, referunt deciſum Garc. *in addit. ad d. p. 5 c. 4. n. 127.* Sel. *d. c. 21. n. 5.* atteſtans ſic deciſum *in Colimbrien. 31. Martij* 1602. cuius memini *d. c. 26. num. 2.* 5.

Porrò, quæ ſi in Eccleſia in præbendam pœnitentialem erigi non poteſt, ſed præbenda canonicalis; at ſi non eſſent præbendæ, ſed fructus omnes in diſtributiones quotidianas conſiſterēt, tunc diſtributiones habebuntur pro præbenda, ita refert deciſum Garc *d. p. 5. c. 4. n. 127.* 6.

δ *Proximè vacaturæ.*] Canonicatum & præbendam vacantem in menſe Sedi Apoſt. reſeruato, non cōprehendit vnio facta vigore Concilij officio Pœnitētiarij de pręb͏enda proximè vacatura, quia Conc. in hoc decreto non exprimit de Canonicatibus etiam reſeruatis Sedi Apoſt. & quando voluit eos comprehendere, expreſsè dixit, vt patet in ſeminario *ſeſſ. 23. c. 18. de refor.* ac in ſimplici vniēdo Cathedrali pauperi *c. 15. ſeſſ. 24.* ideo, hoc decretum non comprehēdit Canonicatum, & præbendam vacantes in menſe reſeruato, quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, quemadmodum aliis in locis facit, ita referunt deciſum Azeued. *conſ. 7. n. 31. & 32. & conſ. 14. n. 14. & 15.* Salaz. de Mendoça *in d. libello, §. 2.* Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. n. 127.* 7.

Pœnitentiario primam præbendam aſſignare non eſt in optione Epiſcopi, licèt ratione curæ animarum videatur magis neceſſarius, ſed pro Theologo, propter verba Conc. *ſeſſ. 5. c. 1. de reform.* verùm ſi magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt priùs de Pœnitentiario prouideatur, habenda eſt confirmatio à Sed. Apoſt. ad omnem difficultatem tollendam, ita Sel. *d. c. 21. n. 5.* vbi refert deciſum *in Ciuitatis Caſtella 17. Nouembris* 1629. 8.

Præbenda poſt Concil. primò vacans ſi non fuit in Pœnitentialem erecta, poteſt optari, ſed ſi ante 9.

ante optionem Epiſcopus erexit, erectio præualet, etiam ſi poſtea optaretur, ita refert deciſum Garc. *d.p.5.c.4.num.129.*

10. Canonicatum pœnitentialem non poſſe optari, neque Pœnitentiarium poſſe aliam præbendam optare cùm videatur ad eam electa induſtria perſonæ, reſoluunt Nau. *conc.22.de præb.in antiq.* aliàs *conſil. 15. ſub tit. de rebus Eccl. non alienand. in nouis*, Sayt *in floribus dec. ſub tit. de præb. dec. 22.* Galer. *in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus pag. 29. col. 1.* Gonz. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 34. num. 78. & 79.* Moner. *de optim. canonic. c. 3. quæſt. 5. n. 129.* Garc. *d.p.5.c.4. à n.132.* vbi *n.134.* pariter refert deciſum Pœnitentiarium nec retento, nec dimiſſo officio poſſe optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuò vnitus vnus Canonicatus, & certa præbenda, refero Ego ipſe *de canon. c.26.n.23.*

11. *o Ab Epiſcopo instituatur.*] Pœnitentiarij officij inſtitutionem, & electionem perſonæ ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinere, reſoluunt Nauarr. *conſil. vnic. in fine, in Sede vac.* Zer. *in praxi Epiſc. part. 1. verb. Pœnitentiarius, §. 3.* Flamin. Pariſ. *de confident. q. 45. n. 17.* Garc. *d.p.5.c.4. num. 138.* Vgolin. *de officio Epiſc. c. 33. n. 2.* Mantic. *dec. 56.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. dec. 555. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 477. num. 1. in 2. edit.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſc. num. 52.* Ceuall. *d. tom. 4. q. 897. num. 488.*

12. Electionem perſonæ Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum tunc pertinere, quando præbenda non vacat in menſe Apoſtol. vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio, tunc enim ad Papam pertinere ratione reſeruationis, reſoluunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 2. num. 84.* Ceuall. *comm. contra comm. q. 897. n. 488.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. allegat. 55. num. 13. & de Canon. c. 26. num. 4.*

13. Capitulum non poſſe ſe intromittere in electione Pœnitentiarij, licet ad ipſum collatio ſpectet quamvis Epiſcopus ſit abſens, ſed ipſum Epiſcopum abſentem poſſe, vbi fuerit, eligere Pœnitentiarium, refert deciſum Garc. *in addit. ad d.p.5.c.4.n.143.*

14. Pœnitentiarij electionem & collationem Sede Epiſcopali vacante neque ad Capitulum, neque ad futurum Epiſcopum, ſed ad Sedem Apoſt. pertinere, refert deciſum Garc. *in addit. ad d.p.5.c.4. n.150.* quem cito *d.c.26.n.5.*

15. Collationem præbendæ vnitæ officio Pœnitentiarij ab eis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, referunt deciſum addition. ad Nau. *d. conſil. vnic. in Sede vacant.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. § 2. n. 84.* Garc. *d.p.5.c.4.n.138.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 477. n. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 55. num. 11.* vbi *n. 12.* cum Garc. *in addit. ad d.c.4. n. 143.* reſoluo idem in præſentatione, quod in collatione eſſe dicendum, dummodo præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo.

16. *ζ Qui Magiſter ſit, vel Doctor,* &c.] Pœnitentiarium deputari debere, qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in ſacra Theolog. vel iure Canonico, ex hoc decreto colligit Aloyſ. Ric. *in praxi fori Eccleſiaſt. reſ. 497.* Squillante *de priuil. cleric. c. 4. n. 69. & 108.* Garc. *de benef. p. 7. c. 4. n. 32. & c. 7. n. 49.* vbi *n. 50.* ſubdit ad beneficia, ſeu dignitates requirentia gradum, ſufficere eum habere etiam ſine ſcientia competenti, itaut adeptio, ſeu impetratio talis beneficij, ſeu dignitatis in foro Eccleſiæ iudiciali rata, & firma ſit, quod etiam tenet Azor. *inſt. mor. p. 2. l. 6. c. 5. q. 1.* Sed ego ipſe *d. tract. de canon. c. 26. n. 9.* refero *ſub die 20. Martij 1623.* fuiſſe deciſum, officium Pœnitentiariæ non eſſe conferendum Doctori, quem dicebatur eſſe valdè ignarum.

17. Ad Pœnitentiarij officium non ſufficere gradum, non facta profeſſione fidei, iuxta conſt. Pij IV. aut contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptum, tenet Nicol. Garc. *d.c.7.n.51.* quem refero *d. alleg. 55. n. 6.*

18. *n Et annorum quadraginta*, &c.] Pœnitentiarium Canon. debere eſſe conſtitutum in ætate quadraginta annorum, ſeu aliàs, quando aptior pro loci qualitate non reperitur, tradunt Gut. *canon. lib. 1. c. 20. n. 40.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tr. 3. n. 164. in fine*, Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 6. n. 27.* Garc. *d.p.7.c.4.n.32. & 33.* Nouar. *in ſingul. canon. concl. 17.* Ego ipſe *d. alleg. 55. n. 7. & d.c.26.n.10.*

19. Et huiuſmodi quadraginta annos debere eſſe completos tenent Garc. *d.c. 4.n.35.* Nou. *d. concl. 17. n. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 55. n. 9.*

Contra Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 6. c. 5. q. 6. in fine*, exiſtimantem ſufficere inchoatos.

20. *ϑ Seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*] Defectum ætatis quadraginta annorum in Pœnitentiario non obſtare vbi aliàs aptior pro loci qualitate reperiri non poteſt, & ſufficere quòd non reperiatur in ciuitate, aut etiam diœceſi, perſona apta cum dictis qualitatibus, nec eſſe quærendam extra diœceſim, argument. *c. nullus 61. diſt. & c. ſacrorum, 63. diſt.* reſoluunt Salaz. de Mendoça *in d. libello de inſtitutione Canonicatus Pœnitentiariæ, §. 3.* Squillante *de priuil. clericor. c. 4. n. 70.* Nouar. *d. concl. 17. num. 4.* Garc. *d.c.4. n. 33.* vbi *n. 34.* tenet quòd ſi in diœceſi non reperiatur talis perſona apta, & Epiſcopus velit eum eligere extra diœceſim, non poterit eligere niſi habentem dictas qualitates, ſi talis ibi reperiri poteſt commodè.

21. *ι Qui dum Confeſſiones in Eccl. audiet.*] Pœnitentiarium inſtitutum eo ipſo habere à iure, & à Concilio facultatem audiendi Confeſſiones pœnitentium illius diœceſis, & iuriſdictionem ad abſoluendum à peccatis, & eſſe veluti Parochum totius diœceſis nec requiri nouam licentiam Ordinarij, tradunt Nau. *conſ. 20. de Pœnit. in nouis.* Læl. Zech. *de republ. Eccleſ. c. 24. de Capitulo, & Canon. ſub n. 16.* Salaz. de Mendoça *in d. libello, §. 5.* Vgol. *de officio Epiſc. c. 33. n. 2. & 3.* Aloyſ. Ricc. *reſol. 477. n. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 55. n. 19. & d. c. 26. n. 12.*

22. Quemlibet poſſe Pœnitentiario ſua peccata confiteri, & ſatisfacere præcepto, *c. omnis vtriuſque ſexus, de Pœnit. & remiſſ.* reſoluunt Aloyſ. Ricc. *loco proximè citato*, Garc. *d.p.5.c.4. n. 113.* Ego ipſe *d. alleg. 55. n. 20. & d.c.26.n.13.*

23. Pœnitentiarium ſemper paratum exiſtere debere ad audiendas Confeſſiones, miniméque poſſe pœnitentes recuſare & ſi recuſauerit, ab Epiſcopo puniri & priuari poſſe, tenent Salaz. de Mendoça *in d. libello, §. 5.* Garc. *d.p.5.c.4.n.118.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 477. n. 6.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 6. n. 27.* Ego ipſe *d. all. 55. n. 26. & d.c.26.n.14.*

24. Et teneri horis opportunis, loco, & ſede Epiſcopi, ad quem hoc pertinet arbitrarium, peccata confiteri volentibus ſui copiam facere, in manu tamen virgam, ſeu bachettam, ſicut in Vrbe, non retinere, præcipuè in locis, vbi non eſt in vſu, deciſum atteſtantur Vgolin. *d. c. 33. num. 6.* Garc.

d.p.5.c.4.n.117. Ego ipſe *d.alleg.55.n.28.& 29.& d.c.26.n.15.*

25. Abſoluere non poſſe Pœnitentiarium à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit auctoritatem, reſoluunt Nau. *conſ.20.ſub tit. de pœnis. & remiſſ. in nouis,* deeſt in ant. Sayr. *in floribus dec. ſub eod. tit. dec.44.* Henr. *conſ.62.n.7.& ſeqq.* Vgol. *d.c.35.n.3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum Eccl. dec.571. in 1. edit. alias reſol.492.n.2. in 2. edit. & in praxi aurea, reſol.179. in fine,* Garc *d.p.5.c.4.n.115.* Gauant. *in manuali verb. Pœnitentiarius n.22.* Rota *in Neapolitana Pœnitentiariæ 5. Iunij 1637. coram R.P.D. Merlino.* Ego ipſe *d. all.55.n.23.& d.c.26.n.16.*

26. Contra Chapeauil. *de caſibus reſeru. c. 3. q.1. differ. 2.* Mendoz. *in d.libello, §.5.* Piaſec. *in praxi Epiſc p.2.c.1.n.16.* exiſtimantes ipſum Pœnitentiarium ſi ſuæ præbendæ fuerit annexum Pœnitentiariæ officium, poſſe abſoluere abſque alia facultate ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis.

27. Non poſſe caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos alteri ſubdelegare, niſi habuerit expreſſam ad hoc Epiſcopi poteſtatem, tenent Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. iuriſdictio differ.2.n.3.* Garc. *in addit. ad d.p.5.c.4.n.111.* quem refero *d.alleg.55.n.24.*

28. Nec ſuam auctoritatem poſſe delegare reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſ.179.* Ioan. Valer *vbi ſupra,* Boſſ. *in diſcept. mor. diſcept.1 num.57.* Ego ipſe *d.alleg.55.n.22 & d.c.26.n.18* vbi refero ita cenſuiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in Regien. 2. Octobris 1584.*

a *Interim præſens in choro cenſeatur.*] Pœnitentiarium pro præſente in choro habendum eſſe dum audit confeſſiones in Eccleſia, ſiue in Confeſſionario, ſiue extrà, non tamen pro tempore, quo reſidet in Confeſſionario, nec audit confeſſiones, aliis in choro diuina celebrantibus, nec ita ſi dixerit Miſſam, aut ſi priuatim Officium dicat, etiam vt opportuniùs confeſſiones audiat, cenſendum eſſe præſentem in choro, aſſerunt Salaz. de Mendoça *in d. libello, §.6.* Moo. *de diſtrib. quotid.p.2.q.11.n.64. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *d. reſ. 477.n.6.& in dec. curiæ Archiep. Neap.p.4.dec.115.* Vgol. *d.c.32.n.5.* Camp. *d.n.27.* Garc. *d.p.5.c.4.n.124.& ſeqq.* Ego ipſe *d.alleg.55.n.30.& d.c.26.num.20.*

Pœnitentiarius non ſolùm cenſetur præſens in choro quando Confeſſiones audit, ſed etiam cenſetur præſens proceſſionibus, & exequiis defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipſe audit Confeſſiones, ſed non ſufficit quòd ſit in Confeſſionario, niſi realiter ipſe Confeſſiones audiat, refert deciſum Garc. *d.p.5.c.4.n.125.* 29.

Pœnitentiarius, dum Confeſſiones audit in Eccleſia cenſetur præſens & proceſſionibus, & orationibus, refert deciſum idem Garc. *in addit. ad d.p.5.c.4.n.125.* 30.

Pœnitentiarium præſentem in choro non cenſeri ſi confeſſiones extra Eccleſiam etiam infirmorum audiat, reſoluit Garc. *in addit. ad d. p.5. c.4. n.125. in fine,* quem refero *d.all.55.n.32.* 31.

Pœnitentiarium, antequam præbenda, quæ ſuo officio fuit vnita, vacet, non habere locum nec in Capitulo, nec in choro, nec poſſe diſtributiones quotidianas percipere, ſed poſtquam vacauerit, & eam adeptus fuerit, debere ſedere in loco ſui canonicatus, atteſtatur reſolutum Garc. *in addit. ad d.p.5.c.4.n.131.* vbi etiam pariter deciſum aſſerit Pœnitentiarium ab Epiſcopo ad præſcriptum Concilij inſtitutum, & deputatum cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, teneri officium exercere, & inſeruire Pœnitentiariæ, ac Parochialem, quam obtinet, dimittere etiam ante vacationem præbendæ. 32.

Ad maiorem reſidentiam quàm alios Canonicos non teneri Pœnitentiarios, dummodo non abſint tempore, quo frequentiùs pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadrageſimæ, Aduentus, Quatuor Temporum, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B. Virginis, Natiuitatis Domini, & omnium Sanctorum, referunt deciſum Salaz. de Mendoça *in d. libello, §.7.* Vgol. *d.c.33.n.6.* Garc. *d.p.5.c.4.n.122.* Garc. *d.all.55.n.33.& d.c.26.n.19.* 33.

Eccleſiæ ſæculares, quæ nullius ſunt Diœceſis, ab Epiſcopo viciniori viſitentur, aut alio qui hic ponitur modo.

CAPVT IX.

1. *Eccleſiæ ſæculares nullius diœceſis quantumcunque exemptæ, & Sedi Apoſt. immediatè ſubiectæ, earumque Prælatus ſæcularis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens poſſunt ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitari.*
2. *Viſitationem viciniores Epiſcopi non poſſunt effugere Eccleſiæ ſæculares nullius diœceſis.*
3. *Locus nullius diœceſis ſi ſit in alqua diœceſi viſitatio ſpectat ad Ordinarium in cuius diœceſi eſt locus nullius.*
4. *Vicinior Epiſcop. poteſt viſitare beneſ. ſæcularia, & clericos ſæculares Abbatiæ nullius diœceſis.*
5. *Collegiati nullius diœceſis viſitari debent a viciniori Epiſcopo.*
6. *Epiſcopus legitimè impeditus poteſt ex facultate ſibi tradita in hoc decreto Eccleſias, quæ nullius ſunt diœceſis per ſuum Vicar. generalẽ viſitare.*
7. *Vicarius Capituli Sede vacante non gaudet hac facultate.*
8. *Epiſcopus proximior, qui poteſt viſitare Eccleſiam Parochialem nullius diœceſis, habet facultatem emendandi, corrigendi & puniendi.*

QVæ aliàs ſub fel. rec. Paulo III. a & nuper ſub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibẽda ab Ordinariis diligentia in beneficiorum, α *etiam exemptorum, viſitatione* conſtituta ſunt, eadem etiam in iis Eccleſiis ſæcularibus obſeruentur, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur, β *vt ab Epiſcopo,* cuius cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo qui ſemel in Concilio prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato γ *viſitentur,* δ *non obſtantibus priuilegiis* ε *& conſuetudinibus* quibuſcunque, etiam immemorabilibus.

a Suprà ſeſſ. 9. de refor. c.4. & ſeſſ. 7. de reformat. c.8. & ſeſſ. 21. de refor. cap.8.

Vide

1. VIde Nauar. *conſ.* 11. *de offic. ord. in antiq.* aliàs *conſ.* 12. *de maiorit. & obed. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de officio ordin. deciſ.* 11. *in princip.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. viſitatio*, §. 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 40. *prope fin.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1153. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *c.* 2. *num.* 74. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. §. 2. *n.* 13. Rotam *deciſ.* 501. *p.* 2. *recent.* & apud Tambur. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 67. *per tot.* vbi dicit quòd vicinior præſumitur Epiſcopus loco nullius contra quem cauſa committitur, *& deciſ.* 68. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 74. *à num.* 5.

2. Et nullo modo huiuſmodi ſæculares Eccleſias nullius diœceſis poſſe effugere viſitationem viciniotis Epiſcopi, cenſuit Rot. *deciſ.* 396. *part.* 1. *recent.*

3. Si verò locus nullius diœceſis ſit in aliqua diœceſi, viſitationem ſpectare ad Ordinarium, in cuius diœceſi eſt locus nullius, refert deciſum eadem Rot. *deciſ.* 501. *numer.* 5. *part.* 2. *recent.*

4. Vicinior Epiſcopus poteſt viſitare beneficia ſæcularia, & clericos ſæculares Abbatiæ nullius diœceſis, ipſoſque culpabiles repertos corrigere, & dicitur vicinior Epiſcopus tantùm ille, cuius cathedralis Eccleſia ſit Abbatiæ proximior, non autem locus dictæ Abbatiæ ſubiectus, ita Sel. *in ſelect. canon. c.* 37. *n.* 10. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 2. *Auguſti* 1596.

α *Etiam exemptorum viſitatione.*] Vide Franc. Leon. *d. p.* 2. *cap.* 16. *n.* 28. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 3.

5. Colligatas nullius diœceſis viſitari debere à viciniori Epiſcopo, teſtatur reſolutum Zerol. *d. verb. viſitatio*, §. 11.

β *Vt ab Epiſcopo*, &c.] Epiſcopum legitimè impeditum poſſe ex facultate ſibi tradita in hoc decreto, Eccleſias, quæ nullius ſunt diœceſis, per ſuum Vicarium generalem viſitare, tenent Sel. *d. c.* 37. *n.* 1. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 17. *Ianuary* 1585. 6.

Sed huiuſmodi poteſtatem non tranſire in Vicarium à Capitulo Sede vacante conſtitutum, traduot Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 1. *c.* 10. *n.* 8. *verſ.* 10. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 118. *num.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 74. *n.* 8. 7.

Neque in Prælatum viciniorem habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt per Flores de Mena *var. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 24. 8.

γ *Viſitentur.*] Epiſcopum proximiorem habentem facultatem viſitandi Eccleſiam Parochialem nullius diœceſis habere etiam facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quàm in membra ex quavis cauſa, aſſerit deciſum Franc. Leo *d. p.* 2. *c.* 2. *n.* 74. *in fine*, quem refero *d. alleg.* 74. *num* 7.

δ *Non obſtantibus priuilegiis*, &c.] Vide Rot. apud Tambutin. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 67 *n.* 5. vbi dicit hæc verba comprehendere quaſcunque perſonas quantumvis priuilegiatas, *& deciſ.* 68. reſoluit quòd Ordinario non eſt inhibendum in exercitio iuris viſitandi omnes Eccleſias ſuæ diœceſis quantumvis exemptas, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis conceſſis ante Concilium Tridentinum.

ε *Et conſuetudinibus*, &c.] Præcedentibus ſcilicet, & non futuris, iuxta reſoluta per Anguian, *de legibus lib.* 2. *controu.* 20. *n.* 21. & 22.

Subditi Epiſcoporum nulla appellatione ſuſpendere poſſunt executionem Viſitationis.

CAPVT X.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopus in viſitatione quando poſſit procedere appellatione remota.*
3. *Epiſcopus in viſitatione reformato proceſſu & ſeruatis ſeruandis procedens admittit appellationem.*
4. *Appellatio datur ſi Epiſcop. in viſitatione procedat in exemptos contra eorum priuilegia.*
5. *Epiſcopi quibus conceditur facultas vt procedant etiam tanquam Sedis Apoſt. delegati, an in dubio cenſeantur procedere vt delegati.*
6. *Epiſcopus non tenetur viſitationem concludere intra certum, & determinatum tempus.*
7. *Epiſcopus poteſt præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam.*
8. *Appellatio ſuſpenſiua tantùm, & non deuolutiua tollitur, vbi Epiſcopus viſitat non compilato proceſſu.*
9. *Appellatio ſi interponatur in viſitatione ab Epiſcopo ſuffraganeo etiam tanquam Sedis Apoſt. delegato debet interponi ad Metropolitanum ſolum quoad effectum deuolutiuum.*
10. *Epiſcopus quando ex Conc. Trident. procedit, vti Sedis Apoſt. delegatus in cauſis, quæ ſub eius iuriſdictione non comprehenduntur, non poteſt ab eo niſi ad Sedem Apoſt. appellari.*
11. *Epiſcopus in viſitatione non poteſt recuſari tanquam ſuſpectus.*

EPiſcopi, vt aptius, quem regunt, populum poſſint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, ius & poteſtatem habeant, α *etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati*, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta canonum ſanctiones, β *quæ illis ex prudentia ſua* pro ſubditorum emendatione ac diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur. [a] Nec in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, γ *aut vlla inhibitio*, δ *appellatio*, ε *ſeu querela*, etiam ad Sedem Apoſtolicam, interpoſita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquomodo impediat, aut ſuſpendat.

a Supra ſeſſ. 22. de refor. cap. 1. & ſeſſ. 25. de refor. cap. 2.

1. VIde Lancellot. *de atten. & innouan. appell. pend. limit.* 18. *in princ. n.* 6. Ruginell. *de appell.* § 2. *c.* 3. *n.* 6. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *p.* 5. *cap. vnico n.* 14. Gabr. Perart *in ſpeculo viſit. ſecul. cap.*

cap.27.n.62. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p.2. lib.2.c.3.n.32.* Curt.Philip. *p.1.c.7.n.10.* Marcheſan. *de commiſſ. p. 1. de commiſſione appellationum extra Curiam Rom. c.6.n.78.* Fr.Emman. *quæſt.reg. tom.2. quæſt.6.art.2.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.2. c.2.n. 77.* Armend. *in addit. ad recop.legum Nauarræ lib.1. tit.6. de viſitat. num.104. cum ſeqq.* Thom.Valaſc. *allegat. iuris tom. 1. allegat.70.n.5. cum ſeqq.* Sayr. *in claui Regia lib.8.c.2. num.13.* Piaſec. *in praxi Epiſc p.2.c.3.n.61.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 7.* Salgado *de poteſt. Regia tom.1.part.2.cap. 10. n. 26.* Steph.VVeyms *ad conſt. 24. ex iure antiquo deſumptas & per Concil. Trident.innouatas, conſtit. 17.num.14.* Gabr.Pereira *de manu Regia part. 1.c.7. à princ.* latè ſuprà *ſeſſ.13. de reformat. c. 1.n.5. cum ſeqq.* Ex quorum dictis colligitur,

2\. Epiſcopum in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, omni & quacunque appellatione, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſt. interpoſita remota, quæ executionem nullo modo impedire, aut ſuſpendere valet, poſſe procedere, punire, & exequi, dummodo procedat ſine proceſſu & ſine ſcriptis, etiam carcerando, & carceratos detinendo; tunc enim ſi carcerati appellauerint, poſſe iudicem appellationis cognoſcere de prætenſo exceſſu in corrigendo, interim tamen non impediri, aut ſuſpendi executionem eorum, quæ ab Ordinario ſunt decreta, de quo ſuprà *ſeſſ.14.de reform.c.1.n.5.*

3\. Vnde Epiſcopo formato proceſſu, & ſeruatis ſeruandis procedente non habere locum huius decreti diſpoſitionem, refert deciſum Franc. Leo *d.n. 77.* tunc enim appellationem quoad vtrumque effectum admitti dixi ſuprà *ſeſſ.13.de reform. c.1.poſt n.7.*

4\. Dari tamen appellationem, ſi Epiſcopus in viſitatione procedat in exemptos, ſeu aliàs priuilegiatos contra eorum priuilegia, reſoluunt Marcheſ.*d.n.*78. Aloyſ.Ricc.*d. reſol.7.num.3. verſ.verum,* Ego ipſe *d.alleg.*73.*n.*34. & citati ſuprà *ſeſſ. 13.de reform.c.1. n.5 .in fine.*

5\. *α Etiam tanquam Sedis Apoſt. delegati.*] An in dubio procedere cenſeantur vt delegati? Vide Nau.*conſ.52.n.8. de ſentent. excomm. in antiq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2.præſ.17. n.4.* Maſcard.*de probat.concl.945.n.15.* Cened.*ad Decretal.coll.157. num.1.* metipſum *de officio, & poteſt.Epiſc.p.3.alleg. 92.n.10.cum ſeqq.*

6\. *β Qua illis ex prudentia ſua,* &c.] Epiſcopum non teneri viſitationem concludere intra certum, & determinatum tempus, neque ad hoc Conc. vllum præſcripſiſſe, ſed reliquiſſe arbitrio Epiſcopi, illudque debere eſſe diſcretum, & moderatum, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. dec.717. in 1. edit.* aliàs *reſ.608.n.2. in 2. edit.* Arm. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.1.tit. 18.l.7. de Epiſcopis n.113.* Ego ipſe *dicta alleg.73.num.39.*

7\. Poſſe tamen ipſum Epiſcop. præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam, & præſcribere comitatum, & equitatum, ne oneri ſit Eccleſiis, quas viſitauerit, aſſerit reſolutum Piaſ. *in praxi Epiſc. p. 2.c. 3.* vbi de viſitatione quorundam exemptorum *num. 62.pag.213.* quem refero Ego ipſe *d. alleg.73.n.39.*

γ Aut vlla inhibitio, &c.] Intelligit Salzed. ad Bernard. *in pract. Canon. c. 79. littera B. verſ. eſt tamen circa ſuperiora,* vt hoc Decretum procedat quãdo iudex ſuperior non iuſtificata appellatione nec viſis actis proceſſus inferiorem inhibere contendit; ſed ſi poſtquam appellatio iuſtificata fuerit ex proceſſu iam ad tribunal appellationis delatæ inhibitio conceſſa fuerit, erit obtemperanda; nec poterit inferior iudex ad ſuæ ſententiæ executionem procedere, aliter quidem Superiorum iudicum auctoritas & poteſtas non vulgarẽ iacturam pateretur, dareturque cauſa inferioribus iudicibus, vt pro libito iudicarent, & multis cauſis appellationis auxilium nihil proficeret, & alia multa incommoda ſequerentur, quæ prorſus aliena ſunt à mente ſancti Concilij. Hactenus Salzed.

8\. *δ Appellatio,*] Suſpenſiua ſcilicet, & non deuolutiua, vt per Villadieg. *in ſpeculo viſit.fol.35.n.31.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. Ordin.p 2.q.14.num.5.* Thom.Valaſc. *alleg. iuris tom.1.alleg.70. num.5. in fine,* contra Gonzal. Mendez de Cabedo *diuerſ. argum.lib 1.c.19. à n.8.* exiſtimantem in cauſa viſitationis effectum ſuſpenſiuum appellationis tolli ſolùm vbi agitur de correctione morum. Verùm hac in re optimè Narbona *l. 59. gloſſ. 1. n.148.tit.4.lib.2.Recop.* diſtinguit inter ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam, itaut in cauſis viſitationis à ſententia diffinitiua quoad effectum ſuſpenſiuum tantùm appellari prohibeatur, *ſupr.ſeſſ.22.c.1.de refor.* à ſententia autem interlocutoria in caſu viſitationis non ſolùm quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad effectum deuolutiuum appellatio interdicatur. & refert quòd propoſito dubio in ſacra Congr. An quod ſtatuitur decreto Conc. *ſeſſ. 13. c. 1.* ne in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Epiſc. ante definitiuam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine appelletur, ita intelligendum ſit vt nullatenus appellari, & cognoſci poſſit de grauamine huiuſmodi, vel potius quod citra præiudicium curſus cauſæ coram Epiſcop. poſſit Metropolit. cognoſcere de grauamine ante diffinitiuam, & ad effectum prædictum abſque vlla inhibitione mandare ſimpliciter quòd ſibi tranſmittatur copia proceſſus expenſis appellantis? Reſpondit non poſſe Metropolit. cognoſcere de grauamine ante diffinitiuam, nec mandare vt ſibi tranſmittatur copia proceſſus.

9\. Si in viſitatione appellari contigerit ab Epiſc. ſuffraganeo, etiam tanquam Sedis Apoſt. delegato, debere appellari ad Metropolit. quoad effectum deuolutiuum, non quoad ſuſpenſiuum, referunt deciſum Piaſ.*d.cap.3. num. 61.* Zer. *in praxi Epiſc.p.2.verb. viſitatio, §.3.* Aloyſ.Ricc.*in praxi aurea reſol. 449.n.2. prope fin.* Ego ipſe *dicta alleg. 73.n.35.& all.92.n.14.*

10\. Epiſcopus quando ex Conc. Trident. procedit vti Sedis Apoſt. delegatus in cauſis, quæ ſub eius iuriſdictione non comprehenduntur, non poteſt ab eo niſi ad Sedem Apoſt. appellari, neque ex hoc inferioribus iudicibus vllum fit præiudicium, refert deciſum Garc. *de benefic. p. 4. c. 5. num.12.*

11\. *ε Seu querela,* &c.] Non poſſe Epiſcopum in viſitatione recuſari tanquam ſuſpectum, dum tamen in ea proceſſum non compleat, & ſe intra viſitationis terminos contineat, ſicut etiam in præparatoria inquiſitione non poſſe vt ſuſpectum recuſari, neque probatione, vel allegatione ſuſpicionis impediri quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat, viſitatos afficiat, aſſerit deciſum Garc.*p.3. c.2.n.198.* Gabr. Pereira *de manu Regia part.1.c.7. n.18.* Salgado *de protect. Regia p. 2. c. 15.num.63.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana part. 2. lib. 2. cap.*

cap. 3. n. 35. vbi eum Gabr. Pereira citato loco, ſubdit viſitatorem poſſe tanquam ſuſpectum recuſari, quando ante viſitationem fuerat iam iudicatus ſuſpectus. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6 *l.* 5. §. 2. *n.* 7. & 8. vbi *num.* 34. ſeena dicit ſi in viſitando modum exceſſerit, refero Ego ipſe *d. allegat.* 6. *num.* 38. vbi ad literam tranſcripſi quoddam Breue Pauli V. fel. record. ſuper hoc tranſmiſſum Reuerendiſſimo Epiſcopo Portugalen. *ſub dat.* 29. *Octobris* 1610.

Epiſcoporum iuri nihil eſt derogatum ob honorarios Titulos, & Priuilegia particularia, niſi, &c.

CAPVT XI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Protonotarij an & quando exempti ſint à iuriſdictione Epiſcopi.*
3. *Protonotarius honorarius tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis fori priuilegio gaudet.*
4. *Referendarij de numero ſunt exempti.*
5. *Referendarij cedunt præcedentiam Auditori Confidentiarum.*
6. *Subcollectores ſpoliorum tam in officio, quàm poſt ab Ordinarij iuriſdictione exempti ſunt.*
7. *Subcollectores non poſſunt viſitari nec corrigi ab Epiſcopo.*
8. *Oblati priuilegio & exemptione quando gaudeant.*
9. *Capellani Regij exempti ſunt à iuriſdictione Ordinarij, ſi actu fuerint ſeruientes in Capellis Regis.*
10. *Fratres S. Ioannis Hieroſ. poſſunt dare dimiſſorias clericis inſeruientibus in eorum Eccleſiis.*
11. *Curam animarum exercentes etiam in Parochialibus Hieroſ. Religionis tenentur accedere ad Congregationes, quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſcientiæ diſſerendos habentur.*
12. *Eques Hieroſol. ſi incidat in excommunicationem canon.* ſi quis ſuadente, *poteſt Epiſcopus præcipere omnibus Parochis, & Sacerdotibus ne eum admittant intra Eccleſias ipſi Epiſcopo ſubiectas.*

QVoniam priuilegia, [a] & exemptiones quæ variis titulis pleriſque conceduntur, hodie perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare, & exemptis occaſione laxioris vitæ præbere dignoſcuntur, decernit ſancta Synodus, vt ſi quando iuſtis, grauibus, & ferè neceſſariis ſuadentibus cauſis, aliquos honorariis titulis *α Protonotariatus*, Acolytatus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut aliis huiuſmodi in Romana Curia, vel extrà inſignibus decorandos eſſe placuerit, *β necnon alios, cuicumque monaſterio oblatos*, vel quomodocumque addictos, aut ſub nomine ſeruientium militiis, ſeu monaſteriis, hoſpitalibus, collegiis, aut quocumque alio titulo aſſumi, nil ex iis priuilegiis detractū eſſe Ordinariis intelligantur, quo minus iis, quibus ea iam cōceſſa ſunt, vel in poſterum concedi cōtigerit, ipſis Ordinariis *γ tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis*, plenè in omnibus *δ & quo ad Capellanos Regios*, iuxta conſtitutionem Innoc. III. quæ incipit, [b] Cum Capella, ſubiecti exiſtant, *ε exceptis tamen iis*, qui prædictis locis, *ζ aut militiis actu ſeruiunt*, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, ſiue iis, qui legitimè, & ſecundùm regulam earundē militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat non obſtantibus priuilegiis quibuſcūque, *η etiam religionis ſancti Ioannis Hieroſolymitani*, & aliarum militiarum. Quæ verò priuilegia reſidentibus in Curia Romana, vigore [c] Eugenianæ Conſtitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent, *θ ea in iis, qui beneficia* Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, ſed Ordinarij iuriſdictioni ſubiecti permaneant, non obſtantibus quibuſcunque inhibitionibus.

[a] Suprà ſeſſ. 6. cap. 3.

[b] Cap. cum capella extra de priuileg. Decret. lib. 5. titul. 33. cap. 16.

[c] Cap. diuina de priuileg. in extr. cōm.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. & *c.* 11. *num.* 1. & *c.* 10. *n.* 16. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 5. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 2. *n.* 78. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 64. *art.* 4. & *q.* 108. *art.* 3. Aldrete *in allegat. pro omnimoda Religionum exemptione p.* 1. *c.* 6. *num.* 2. Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, p.* 1 *q.* 18. *n.* 8. nouiſſimè Steph. VVeyma *ad conſt.* 14. *ex antiquo iure deprompta, & per Conc. Trid. innouatas, conſtit.* 21. *pag.* 148. *cum ſeqq.* vbi innouari dicit *c. cum Capella, de priuileg.* per textum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter explicat latè Modern. *de ſupplicat. ad ſanctiſſim. p.* 1. *c.* 15. *à n.* 13.

2. *α Protonotariatus.*] An & quando Protonotarij exempti ſint à iuriſdictione Epiſcopi, vide Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, ſub tit. Protonotarij.* Ant. de Prætis *de iuriſdict. Epiſcopi c.* 8. Eraſm. à Cocbier *d. quæſt.* 18. metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *allegat.* 74. *num.* 30. *cum ſeqq.* Sel. *in ſelect. canonic. cap.* 71. *num.* 2. vbi aſſerit *in Papien.* 14. *Decembris* 1630. fuiſſe deciſum Protonotarium Apoſt. in ciuilibus eſſe exemptum quoad cauſas excedentes ſummam 25. ducatorum ex Bulla 8. Leonis X. quia Concilium in præſenti non derogat priuilegiis Protonotariorum, niſi in cauſis criminalibus.

Protonotarius honorarius tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis fori priuilegio gaudet etiamſi Eccleſiæ non inſeruiat, Sel. *d. c.* 71. *n.* 3. atteſtans ita deciſum *ſub die* 9. *Iulij* 1626. & quamvis non ſit adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, ex eodem Sel. *dicto loco*, vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Toletana* 27. *Martij* 1632. De Protonotariis titularibus aliqua dixi *in tract. de Canonicis c.* 5. *n.* 54. & *c.* 18. *n.* 34. & nouiſſimè *in canon. deciſionibus verb. Protonotarius.* 3.

Referendarios de numero eſſe exemptos dicit 4.

Zerol,

Digitized by Google

Zer. *in praxi Epiſc.p.2.verb. Referendarij*; ſubſunt tamen locorum Ordinarijs ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, vt per Aloyſ. Ricc. *in prax. aurea reſ.* 30. quem refero Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc.p.3.alleg.74.à n.30.*

5. Referendarios cedere præcedentiam Auditori Confidentiarum, tenent Sel.*d.c.71.n.*8.aſſereos ita decisum per S Congr.Rit.*ſub die 6.Decemb.*1621. Et illos extra Eccleſiam, præcedere debere Canonicis, & Dignitatibus, aſſerit idem Sel. *citato loco*, atteſtans ſic cenſuiſſe eandem S. Congr.*in Veronen.6.Iunij, & Iulij* 1626.

6. Subcollectores ſpoliorum tam in officio, quàm poſt ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, idque in vim Bullæ ſanctæ mem. Greg. XIII. reſoluit Sel. *d.c.71.n.*10. vbi refert ita cenſuiſſe S. Congr. Epiſc. & Reg. *in Egitanien.* 15.*Iuly* 1616.

7. Subcollectores igitur non poſſe viſitari, nec corrigi ab Epiſcopo, referunt deciſum Garc. *de benef.p.3.c.2.n.198. in* 18.*decl.* Arni.*in addit.ad recop.legum Nauarræ l.1.tit.6.de viſit.n.*80.

8. *β Necnon aliæ cuicunque Monaſt. oblatos*, &c.] Oblatos priuilegio, ac exemptione ita demum debere potiri ſi in forma iuris valida perpetuò irreuocabiliter, plenè, & cum effectu ſe ipſos, & bona ſua omnia, præſentia, & futura nulla prorſus, quamvis minima, eorum portione, neque in proprietatem, neque in vſumfructum ſibi reſeruata Religioni obtulerint & habitum aliqualiter mutauerint, refero deciſum Ego ipſe *in tract.de iure Eccl.lib.1.c.39 §.2.paulo poſt princ. in verſ. de oblatis*, vbi addo quòd ſi omnia prædicta ſimul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à ſæcularibus exactionibus frui poſſe.

γ Tanquam Apoſt.Sedis delegatis. Vnde ex facto dicitur Sacr.Congr.in quadam controuerſia Collegiatæ Eccl. S. Michaëlis Lucenſis reſpondiſſe, quòd licèt viſitari non poſſet Eccl. ratione fundationis, & donationis, vtpote exempta ab Epiſc. vt Ordinario, viſitari tamen poſſet ab eodem Epiſcopo tanquam Sedis Apoſt.delegato, vt refert Steph.VVeyms *d. conſt.21.n.*11.ſubdens eandem delegatorum Sedis Apoſt. poteſtatem adhuc attribuiſſe Tridentinam Synodum *ſeſſ. 6. de reform.c.3.& ſeſſ.14.de reform.c.4.* Epiſcopis Diœceſanis quoad ius viſitandi, corrigendi, & puniendi indifferenter omnes non obſtantibus quibuſcunque exemptionibus, & priuilegiis, quia per illa iuriſdictionem Epiſcopalem voluit impediri non poſſe, & idem Steph.VVeyms *citato loco n.*12. aduertit quòd quando Ordinarij delegatam iuriſdictionem exercere volunt contra exemptos, conſultò exprimunt in procedendo, cùm in dubio ſola ordinaria, non verò delegata iuriſdictione proceſſiſſe cenſeretur, & *n.* 13. affirmat eandem delegatam poteſtatem exercere non poſſe Vicarium generalem Epiſcopi vigore ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, neque Capitulum Cathedralis, Sede Epiſcopali vacante.

9. *δ Et quoad Capellanos Regios*, &c.] Vide Paul. Foſc.*de viſit.l.2.c.* 1.*n.*1. Zer. *in praxi Epiſc. p.2. verb.exempti*, latè Aloyſ. Ric.*in prax.p.4.reſ.*493. *cum ſeq.* Steph.VVeyms *d.conſt.21.n.*16.vbi dicit Capellanos Regios tunc demum vti poſſe exemptione ab ordinaria iuriſdictione, ſi actu fuerint ſeruientes in capellis Regiis, non etiam ſi extra illas degant. Eraſm.à Cochier.*d.p.1.q.32.n.9.* vbi ſubdit quòd iſti Capellani ratione beneficiorum, quæ alibi obtinent, ſubſunt Epiſcopo, & citat Mandoſ.*de ſignatura gratiæ, t. Exempt.in fine*, Zer. *in d.praxi Epiſc.p.1.verb. Exemptio,§.2.*

De exemptione per ſummos Pont. conceſſa Capellanis Regiæ Capellæ Vlixbonen. latè agit Cabed.*de patronatibus Regiæ Coronæ,c.43.per tot.*

ε Exceptis tamen iis, &c.] Vide F. Emman. *dicto t.2.q.62.art.14.& q.64.art.4.q.67.art.3.*

ζ Aut Militiis actu ſeruiunt.] Notat Steph. VVeyms *d. conſt.21.n.9.pag.255.* Ordin. Militarium priuilegiis & exemptionibus gaudere non poſſe niſi actu Militiæ, & in domibus illius, & ſub eius obedientia inſeruientes, & quod probauerint ſe in ea legitimam emiſiſſe profeſſionem, alioquin Ord. Diœceſani fundatam habebunt intentionem contra eos, & eorum clericos procedendi iuxta decreta Conc. Trid. *ſeſſ.6.c.3. & ſeſſ.14.c.4.* & hoc decreto, additque ex Zer. *in praxi Epiſc. p.1.verb.exemptio q.5.* quòd inſeruientes Religioni S.Ioan. Hieroſolymit. vel alteri ex Militaribus eius exemptionibus non gaudent, niſi habuerint qualitates, & circumſtantias ſequentes. Primam, vt re ipſa, atque actu reali ſeruiant Eccl. Ordinis Militaris exempti. Secundam, vt reſideant in domibus ſui Ordinis, & intra ſepta illarum. Tertiam, vt ſub obedientia Ordinis viuant. Quartam, vt profeſſionem feciſſe debeant ſecundùm regulam ipſarum Militiarum. Quintam, quòd de præmiſſis teneantur fidem facere; apud Ordinar. diœceſanum. Fr. S. Ioan. Hieroſolymitani non poſſe dare dimiſſorias clericis inſeruientibus in eorum Eccleſiis; ad eum finem vt poſſint ordinari, refert deciſum Sel. *d. c.71.n.15.* 10.

Curam animarum exercentes, etiam in Parochialibus Hieroſolymit. Religionis, teneri accedere ad Congr. quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſcientiæ diſſerendos habentur, reſoluit Sel.*d.c.71. n.57.* atteſtans ita fuiſ.dec.*ſub die 4. Martij* 1598. 11.

η Etiam Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, &c.] Vide Fr.Emm.*q.reg.tom.1.q.65.art.17.*

Eques Hieroſolymit. ſuum Parochum publicè alapa percuſſit, & citatus ab Ord. ſua priuilegia oppoſuit, in quo caſu refert deciſum Sel. *d.c. 71.n.20.* non poſſe Ordinar. exercere vllam iuriſdictionem, neque excommunicãdo, neque declarãdo excommunicatum, quia ex priuilegio exemptus eſt, vt in hoc decreto; tamen ex quo ipſe ob talem percuſſionem incidit in excommunicationem can. *ſi quis ſuadente diabolo*, poſſe Epiſcop. præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & aliis Sacerdotibus, ne eum admittant intra Eccleſias ipſi Epiſcopo ſubiectas. 12.

θ Ea in his qui beneficia, &c.] Reſpectu beneficiorum Ord. iuriſdictioni ſubſunt exempti, minimè inhibitione aliqua obſtante, Seraph. *deciſ.* 595.Modern. *de ſuppl. ad Sanct.p.2.c.15.n.14.*

De Ætate, & Qualitate ſuſcipiendorum in Eccleſiis Cathedralibus & Profeſſione Fidei, Officio, ac de Reſidentia.

CAPVT XII.

1. *Ætas 25. annorum inceptorum requiritur in eo, qui ad dignitatem, cui animarum cura ſubeſt, promoueri deſiderat.*

Ætas incipit à die natiuitatis. ibid.

2. Cura

2. *Cura iuriſdictionalis in dignitate facit vt ad illam requirantur 25. anni incepti.*
3. *Dignitas principalis in collegiata requirit ætatem 25. annorum inceptorum.*
4. *Archidiaconi, qui oculi dicuntur Epiſcopi, in omnibus Eccleſiis vbi fieri poteſt, eligendi qui ſint Magiſtri, &c.*
5. *Archidiaconi qui verè animarũ cura, & omni prorſus iuriſdictione carent, non tenẽtur eſſe Doctores.*
6. *Archidiaconi apud Hiſpanos nullam habent iuriſdictionem.*
7. *Scholaſtria conferenda eſt Doctori, vel Magiſtro aut Licentiato in Theologia, ſeu iure Canonico, aliàs prouiſio eſt nulla.*
8. *Decanus nullo Trid. decreto iubetur, vt neceſſariò ſit Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus.*
9. *Dignitas principalis in Eccleſia collegiata exempta non debet neceſſariò conferri Licentiato.*
10. *Dignitates in Cathedralibus, quibus nulla ineſt animarum cura, poſſunt habere minores 25. annis, dummodo non minores 22.*
11. *Canonici Regulares non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
12. *Coadiutus, & coadiutor poſſunt abeſſe tribus menſibus.*
13. *Anni viginti duo ad dignitates requiſiti debent eſſe completi.*
14. *Dignitates in Collegiata prouidentur habentibus ætatem requiſitam de iure communi.*
15. *Perſonatus habet quaſdam prærogatiuas in Eccleſia poſt exiſtentes in dignitate.*
16. *Doctores de profeſſione fidei emittenda agentes.*
17. *Forma profeſſionis fidei.*
18. *Profeſſionem fidei emittere tenentur promouendi ad Epiſcopatum.*
19. *Prælati Regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſſione ſuæ præfecturæ ad emittendam fidei profeſſionem tenentur.*
20. *Profeſſionem fidei emittere non tenetur prouiſus de Parochiali, quæ olim habuit Parochianos, ſed nunc habere deſiit.*
21. *Profeſſionem fidei emittere non tenentur qui non prouidentur de titulo Parochiali, ſed deputãtur in Parochiis ad exercendam curam animarum.*
22. *Terminus duorum menſium datus ad faciendam fidei profeſſionem non currit prouiſo, qui non accepit poſſeſſionem, quamvis per eum ſtet quominus illam adipiſcatur.*
23. *Poſſeſſio pacifica requiritur vt quis teneatur intra duos mẽſes poſt eam fidei profeſſionem emittere.*
24. *Profeſſionẽ fidei emittere tenetur eã facere debens, etiã poſt duos mẽſes ab adepta pacifica poſſeſſione.*
25. *Profeſſionem fidei facere coram vicario ſufficit etiam Epiſcopo non impedito.*
26. *Profeſſionẽ fidei ſe feciſſe probare tenetur prouiſus quando Ordinarius ſuper illã inquirit ex officio.*
27. *Profeſſionem fidei emittere tenentur prouiſi ſiue per obitum, ſiue per reſignationem, non tamen prouiſus de coadiutoria illa durante.*
28. *Profeſſionem facere tenentur prouiſi de Dignitatibus & Canonicatibus in Eccleſiis cathedralibus tam ſæcularibus, quàm Regularibus.*
29. *Et tam ſubiectis, quam exemptis.*
30. *Profeſſionem fidei facere non tenentur prouiſi de Dignitatib. & Canonicatib. in Eccl. collegiatis.*
31. *Profeſſio fidei poteſt fieri per procuratorem habentem ſpeciale mandatum.*
32. *Profeſſionem fidei non emittentes licèt non faciant fructus ſuos, bene tamen lucrantur diſtributiones quotidianas.*
33. *Niſi emolumẽta omnia conſiſterẽt in diſtributionib.* Barboſ. Collect. in Concil. Trid.
34. *Fructus decurſos poſt lapſum duorum menſium à die adepta pacifica poſſeſſionis non faciunt ſuos qui non emittunt fidei profeſſionem, bene tamen decurſos in ipſis duobus menſibus.*
35. *Fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem reſtituere non tenetur huiuſmodi prouiſus donec condemnetur.*
36. *Prouiſus ante factam fidei profeſſionem non poteſt haberi pro præſente à Capitulo.*
37. *Fructus amiſſi ob non factam fidei profeſſionem cui ſunt aſſignandi & applicandi.*
38. *Ordinarius non poteſt condonare fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem.*
39. *Profeſſionis effectum tantùm impedit quoad fructuum perceptionem.*
40. *Profeſſionem non emittentes non poſſunt quoad fructus retinendos ſe tueri reg. de annali.*
41. *Dignitas, aut Canonicus nullus debet fieri, niſi qui requiſito Ordine ſacro ſit initiatus, quem illa dignitas aut Canonicatus exigit, aut in tali ætate vt infra tempus ſtatutum initiari valeat.*
42. *Promotus ad dignitatem, præbendam, aut portionem debet in ea ætate conſtitutus eſſe vt infra annum poſſit ad Ordinem requiſitum promoueri.*
43. *Dignitatem, aut Canonicatum habentem Ordinem ſacrum accipientes ſine intentione illum aſſumendi an peccent mortaliter.*
44. *Ordinum annexio, & ſuſceptio non habet locum in collegiatis.*
45. *Ordo non eſt regulariter annexus Canonicatibus Cathedralium, ſed poteſt annexo ſtatuto, inſtitutione, vel conſuetudine fieri.*
46. *Canonicatus presbyteralis non dicitur etiam quòd habeat annexum onus Miſſarum.*
47. *Canonicus, qui eſt Sacerdos, non ob id impeditur quin poſſit præbendam ſubdiaconalem retinere.*
48. *Canonicatum obtinens in Cathedrali etiam ante factam ordinum diſtributionem debet eſſe conſtitutus in ea ætate vt intra annum ad ſubdiaconatum poſſit promoueri.*
49. *Canonicatus habens acceſſoriè, & in perpetuũ vnitam Parochialẽ, non aſſumit naturã Parochialis.*
50. *Ætas 14. annorum ſufficit ad Canonicatus collegiatarum Eccleſiarum.*
51. *Canonicatuum & portionum dimidia pars Presbyteri eſſe debent, cæteri Diaconi ac Subdiaconi.*
52. *Epiſcopus non poteſt cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes.*
53. *Dignitates omnes, & Canonicatuum dimidia pars in cathedralibus Eccleſiis & collegiatis inſignibus conferri debent Magiſtris, vel Doctoribus, &c. vbi id commodè fieri poteſt.*
54. *Collegiatæ inſignes quæ dicantur.*
55. *Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones in Cathedralibus, aut Collegiatis obtinentibus non licet vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe.*
56. *Statuti ex certa ſcientia, auctoritate Apoſt. confirmati vigore poteſt Canonicus ab Eccleſia quolibet anno vltra tres menſes abeſſe.*
57. *Statutum vt vna hora, vel duabus intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſiue præbendam, amiſſis diſtributionibus non valet.*
58. *Statutum quod intereſſentes vna hora in vno menſe ex nouem fructibus lucrentur amiſſis diſtributionibus nullum eſt, & tollendum.*
59. *Statutum quo ſeruitium 40. annorũ Eccleſiæ præſtitũ liberet beneficiariũ à reſidentia, validũ eſt.*
60. *Conſuetudo etiam immemorabilis, minimè excuſat à reſidentia.*

61. *Conſuetudine introduci non poteſt vt Canonici qui vna hebdomada interſunt diuinis officiis, poſſint lucrari diſtributiones ſequentis etiā hebdomadæ.*
62. *Conſuetudo valet vt quis in abſentia quotidianas lucretur diſtributiones, ſi ſciente, ac patiente, & tolerante Papa inducta fuerit.*
63. *Menſes tres, quibus poſſunt Canonici quolibet anno à ſuis Eccleſiis abeſſe, debent continere 90. dies, & poſſunt accipi non ſolum continui, ſed etiam interpolati.*
64. *Menſes tres poſſunt Canonici quolibet anno abeſſe ſi conſtitutiones Eccleſiæ ſeruitium totius anni requirunt.*
65. *Canonicus tribus menſibus abeſſe volens minimè tenetur petere, vel obtinere licentiam Epiſcopi.*
66. *Dignitates, & Canonici tenentur ad reſidentiam nouem menſium.*
67. *Statutum, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor menſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe ſi à Papa eſt confirmatum, non cenſebitur derogatum.*
68. *Indultum Papæ tributum vacationem duorum menſium Canonicis contra fundationem Eccleſiæ non intelligitur ſublatum per hoc decretum.*
69. *Abſentes à ſerui io Eccleſiæ quib. pœnis puniātur.*
70. *Pœnarum gradus in hoc decreto præſcripti neceſſario ſeruandi ſunt antequam deueniatur ad priuationem ob non reſidentiam.*
71. *Priuatio ob non reſidentiam facta non obſeruatis pœnarum gradibus in hoc decreto præſcriptis eſt nulla.*
72. *Canonicos ad diſcendum cantum Gregorianum cogere poteſt Epiſcopus.*
73. *Diſtributiones quotidianæ quare ſic dicantur.*
74. *Diſtributiones amittunt qui omnibus horis non interfuerint.*
75. *Canonicus abſens ex priuilegio Papæ percipit diſtributiones.*
76. *Inquiſitores contra hæreticam prauitatem.*
77. *Collector generalis Cameræ Apoſt. Subcollectores, Aduocati, & Procuratores fiſcales.*
78. *Archidiaconus, vel Canonicus viſitans Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ præbendæ.*
79. *Pœnitentiarius ſi dum recitantur diuina officia audiat in Eccleſia confeſſiones.*
80. *Theologus, ſeu obtinens præbendam theologalem diebus quibus legit.*
81. *Concilio generali nomine Capituli intereſſentes.*
82. *Concilio Prouinciali vel Synodali intereſſentes.*
83. *Animarum cura incumbentes imminenti ſuæ dignitati, vel Canonicatui.*
84. *Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel comitans Epiſcopum.*
85. *Obſes datus ab Eccleſia, ac etiam repreſſaliarum cauſa captus.*
86. *Abſens pro euidenti Eccleſiæ vtilitate.*
87. *Abſens à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione iurium ipſius Eccleſiæ.*
88. *Infirmus qui perſonaliter diuinis officiis intereſſe non poteſt.*
89. *Infirmus, quoad hunc effectum dicitur ille, qui ad Eccleſiam ſe conferre non poteſt.*
90. *Cæcus effectus.*
91. *Podagra laborans.*
92. *Medicinam ſumens.*
93. *Balnea petens, ſanitatis cauſa.*
94. *Lepra vel alio morbo contagioſo coactus à ciuitate diſcedere.*
95. *Infirmi diſtributiones quotidianas lucrātur, quamuis propria culpa in infirmitatem inciderint.*
96. *Infirmi diſtributiones lucrantur ſi illi dum erant ſani conſueuerant intereſſe diuinis officiis.*
97. *Piſtis ex cauſa à ſua Eccleſia abſens.*
98. *Senio ita confectus vt reſidere, & intereſſe diuinis non poſſit.*
99. *Abſens à choro, ac etiam à ciuitate ob metum ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c.*
100. *Timens redire ad patriam, vel in ea commorari, ob bellum ciuile, aut externum.*
101. *Detentus per vim ab aliquo vt propterea non poſſit in Eccleſia diuinis intereſſe officiis.*
102. *Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones.*
103. *Exulatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas.*
104. *Excommunicatus iniuſtè pariter non amittit diſtributiones quotidianas.*
*105. *Suſpenſus iniuſtè ab officio, vel beneficio.*
106. *Canonicus non eſt priuādus diſtributionibus quotidianis Eccleſia interdicta, aut polluta exiſtēte.*
107. *Priuato iniuſtè debentur fructus, & diſtributiones quotidianæ.*
108. *Diſtributiones amiſſas ob non reſidentiam non poteſt Epiſcopus aut Capitulum remittere, aut donare.*
109. *Canonicorum conſenſus non poteſt facere, vt qui non interfuit diuinis, habeat diſtributiones quotidianas.*
110. *Diſtributiones præteritas non poteſt remittere Epiſcopus, aut Capitulum, quamuis abſit omnis fraus & conuentio.*
111. *Canonici diuina per ſe, & non per ſubſtitutos adimplere debent.*
112. *Munera ſuæ dignitati, Canonicatui, aut Portioni incumbentia per ſe ipſum ſubire, & exercere quiſque debet.*
113. *Dignitas, & Canonicatus ſi ſint adinuicem, & æquè principaliter vnita, illa obtinens vtriuſque onera ſubire per ſe ipſum tenetur.*
114. *Dignitatem obtinens, cui vnita eſt Portio perpetuò, & acceſſoriò, non tenebitur ſeruire tanquam Portionarius.*
115. *Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtituto, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent.*
116. *Canonici aſſiſtere tenentur Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti in ciuitate tantum, licèt extra cathedralem Eccleſiam.*
117. *Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in cathedrali non tenentur Canonici aſſiſtere.*
118. *Canonici tenentur pſallere ſeu canere in choro cum aliis ſub onere, & obligatione reſtitutionis diſtributionum.*

CVm dignitates, in Eccleſiis præſertim cathedralibus, ad conſeruandā augendamque Eccleſiaſticā diſciplinam fuerint inſtitutæ, vt qui eas obtinerēt pietate præcellerent, aliiſque exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera, & officio iuuarent: merito, qui ad eas vocantur, tales eſſe debent qui ſuo muneri reſpondere poſſint. [a] *Nemo igitur deinceps* ad dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem xxv. ſuæ ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate, commendetur, iuxta Conſtitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranenſi promulgatam, quæ incipit,

a Seſſ. 21. cap. 2.

cipit, [b] Cum in cunctis. *Archidiaconi etiam* qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico. γ *Ad cæteras autem dignitates*, δ *vel perſonatus*, quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici alioquin idonei, ε *& viginti duobus annis non minores*, adſciſcantur. ζ *Prouiſi etiam de beneficiis* quibuſcunque η *curam animarum habentibus*, θ *teneantur à die adeptæ poſſeſſionis*, ι *ad minus intra duos menſes* [c], κ *in manibus ipſius Epiſcopi*, *vel eo impedito:* coram generali eius Vicario, ſeu Officiali, orthodoxæ ſuæ λ *fidei publicam facere profeſſionem*, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent. μ *Prouiſi autem* ν *de canonicatibus*, *& dignitatibus*, ξ *in Eccleſiis cathedralibus*, non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius Officiali, ſed etiam in Capitulo idem ο *facere teneantur*: alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſuprà, π *fructus non faciant ſuos* ρ, *nec illis poſſeſſio ſuffragetur* [d] σ *Neminem etiam deinceps* ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, τ *niſi qui eo Ordine ſacro* aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tẽpus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum, initiari valeat. υ *In omnibus verò Eccleſiis cathedralibus* φ *omnes canonicatus*, *ac portiones habeant annexum Ordinem* χ *Presbyterij*, ψ *Diaconatus*, *vel Subdiaconatus*; ω *Epiſcopus autem cum conſilio Capituli* deſignet, ac diſtribuat prout viderit expedire, αα *quibus quiſque Ordo ex ſacris* annexus in poſterum eſſe debeat, ββ *ita tamen, vt dimidia ſaltem pars* Presbyteri ſint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi: vbi verò conſuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes ſint Presbyteri, omnino obſeruetur. γγ *Hortatur etiam ſynodus*, vt in prouinciis vbi id commodè fieri poteſt, dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus Eccleſiis, δδ *& collegiatis inſignibus* conferantur tãtum Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. εε *Præterea obtinentibus* ζζ *in iiſdem Cathedralibus*, aut Collegiatis dignitates, ηη *Canonicatus*, *præbendas*, aut portiones, θθ *non* [e] *liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti*, ιι *aut conſuetudinis*, κκ *vltra tres menſes*, ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, λλ *ſaluis nihilominus* earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt: μμ *alioquin primo anno* priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, qua ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos, quòd ſi iterum eadẽ fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus quos eodẽ anno lucratus fuerit: creſcente verò contumacia, contra eos iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedatur. [f] νν *Diſtributiones verò*, ξξ *qui ſtatis horis interfuerint*, οο *recipiant*: ππ *reliqui* ρρ *quauis colluſione*, *aut remiſſione excluſa*, his careant, iuxta Bonifacij VIII. decretum quod incipit, Conſuetudinem, quod ſancta Synodus in vſum reuocat: non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus. [g] σσ *Omnes verò diuina per ſe*, *& non per ſubſtitutos*, compellantur obire officia: ττ *& Epiſcopo celebranti*, *aut alia pontificalia exercenti*, *adſiſtere*, & inſeruire, υυ *atque in choro*, *ad pſallendum* inſtituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuotéque laudare. φφ *Veſtitu inſuper decenti* tam in Eccleſia, quàm extra, aſſiduè vtantur: [h] ab illicitiſque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, luſibúſque abſtineant: atque ea morũ integritate polleant, vt merito Eccleſiæ Senatus dici poſſit. Cætera, quæ ad debitũ in diuinis officiis regimen ſpectant, déque congrua in his canendi, ſeu modulandi ratione, de certa lege in choro conueniendi, & permanendi: ſimulque de omnibus Eccleſiæ miniſtris, quæ neceſſaria erunt, & ſi qua huiuſmodi: Synodus prouincialis, pro cuiuſque prouinciæ vtilitate & moribus, certam cuique formulam præſcribet. Intereà verò Epiſcopus non minus, quàm cum duobus Canonicis, quorum vnus ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur poterit prouidere.

[b] Cap. cum in cunctis de elect. clem. 1. epiſt. 1. ad Iacobũ. Anacletus epi. 1. cap. diaconi, 93. diſt. & c. ad hæc de offic. Arch. lib. 1. decret. tit. 6. c. 7. àb Innoc. III. in 1. decr. tit. 23. c. ad hæc nos & alius c. 4. Toletan. c. 25 & 26. etiã ſic prouidebatur infr. in Bulla S. D. N. Pij IV. ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei.

[d] Cap. licèt can & c. cum ex eo de elect. in 6. ſuprà ſeſſ. 6. de reformat. c. 12.

[e] Suprà ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.

[f] Sexti decr. lib. 3. de cler. non reſid. c. 1. ſexti decret. lib. 3. de conſuet c. 1.

[g] Seſſ. 22. c. 4. c. licèt, & c. ex tuipan. dæ, §. qui verò de præbend. c. quia nonnulli, de cleric. non reſid.

[h] Conc. Turo. 3. c. 8 Conc. Agath. c. 55. quod incipit Epiſcop. cap. Epiſcopum 34 diſt. tot. tit. de vita & honeſt. cler. extrauag. in 6. & in clem.

De materia huius decreti latè egi *in meo tr. de Canonicis, & dignitatibus*, ex quo nonnulla hîc transſcribenda duxi ſuis locis aptè diſtribuẽda, & addo nouiſſimè Steph. VVeyms *ad cõſt. 24. ex antiquo Iure deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas conſt. 3. p. 23, cum ſeqq.* vbi innouatur *c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* per hoc decretum.

1. α *Nemo igitur deinceps*, &c.] Ad Dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, neminem promoueri poſſe, niſi qui ſaltem 25. ætatis ſuæ annum attigerit, ex hoc text. colligunt Camp. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 6. n. 12.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, reg. 10. dub. 11. n. 24.* ſecundùm Romanam impreſſ. Squillante *de priuil. cleric. c. 4. n. 72.* Nouar. *in ſingul. iuris canon. concl. 14.* Aldan. *in compendio canon. reſol. lib. 1. tit. 10. n. 15.* vbi refert Barboſ. Collect. in Concil. Trid. deciſum *in Cotronen. ſub die 4. Decemb. 1627.* ætatem incipere à die natiuitatis, non autem à die Baptiſmi, & ſufficere dictum 25. ætatis annum inceptum. Ego ipſe *in coll. ad c. cùm in cunctis, §. inferiora, n. 30. de elect. & in tract. de Canon. c. 13. n. 18.* & refert Sel. *ex d. Cotronen.* ætatem 25. annorum ad ſacerdotium neceſſariam requiri in dignitate Eccleſiæ cathedralis cui ſit diſtributio Miſſæ cantatæ per trinum infra hebdomadam, cùm habeat onus annexum, ac proinde teneatur per ſe adimplere, additque ex *vna nullius 18. Decembris 1627.* collationem de Eccl. vel dignitate, cui ſubeſt cura animarum vt valeat requiri quòd promouendus attingat vigeſimum quintum annum.

Comprehendere etiam illas dignitates, quæ ſunt capita illarum Eccleſiarum collegiatarum,

& quæ etiam eſſent exemptæ à iuriſdictione Ordinarij, & habent tantùm iuriſdictionem in Canonicos, & deſeruientes in illis Eccleſiis, refert deciſum Garc. *de beneſic.p.3.c.2.n.* 181.

2. Et hoc procedere, etiam ſi cura iuriſdictionalis ſit, tenent Nauar. *conſil.4.n.2.ſub tit.de ætate, & qualit.in vtraque edit.* Sayr. *in floribus dec.ſub illo tit. dec.*4. quos refero *d.tract.de Canon.c.*13.*n.*20.

3. Vnde ad Dignitatem principalem in Collegiata requiri ætatem 25. annorum inceptorum, cùm regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, reſoluit Nicol. Garc. *de beneſic.p.7.c.4.n.*65. quem refero *d. tract. de Canon. c.*13.*n.*21. vbi *n.*22. poſt Galet. & Campan. intelligo diſpoſitionem huius decreti procedere ſi principaliter cura ſubſit.

4. *ß Archidiaconi etiam,* &c.] Archidiaconos, qui oculi dicuntur Epiſcopi, in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poteſt, eligendos, qui ſint Magiſtri ſeu Doctores, aut licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ex hoc decreto colligunt Benius *de privileg. Iuriſconſult. p.* 2. *privileg.* 28. *n* 2. Gonz. *ad reg.8.Cancel.gloſſ.*4.*n.*68. Nicol. Garc. *de benef.p.*7.*c.*7.*n.*56. Campan. *in diverſor. iuris can. rub.* 7. *c.*6. *n.*41. Garganet. *de iure publico, lib.3.tit.*21.*num.*1. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſ.*238. *à n.*2. *& in deciſ.curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ.*248. *n.*4. *& deciſ.*305 *n.*11. *p.* 4. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 6. *cap.*7.*n.* 62. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tr.* 1.*c.*9. *quæſt.* 55. Nou. *in ſingul.Canon.concluſ.* 41. Sebaſt. *in relect.de Eccleſiaſt.Hierarchia,diſp.*12.§.1.*n.*9. Squillar. *de privileg.cleric.c.* 4. *n.* 109. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi,p.3.alleg.*60.*n.*60. *& in tract. de Canonicis, cap.*5.*n.*5.

5. De iis tantum Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iuriſdictionem, iuxta *tit. de officio Archid.* non autem de iis, qui verè animarum cura & omni prorſus iuriſdictione carent, intelligunt, deciſumque referunt Anaſt. Germon. *de indultis Cardin.*§. *quibuſvis, n.*4. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. dec.* 473. *in* 1.*edit.* aliàs *reſolut.* 497 *in* 2. *edit.* Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.*2. *c.* 5. *n.* 20. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, reg.*10.*dub.* 6. ſecundùm Roman. impreſſ. Nouar. *d.concl.*41.*n.*2. Nicol. Garc. *d.c.*7.*n.*41. vbi *num.* 40. refert pariter reſolutum huiuſmodi Archidiac. iuriſdictionem contentioſam habentes debere eſſe Doctores, promotos in publico gymnaſio, aliàs gradus eis non ſuffragari ex Bulla 62. Pij V. quod tradũt Maſſobr. *d.dub.*6.*n.*6. & Nouar. *vbi ſup.n.*4. Squillante *de privil.cleric.c.*4.*n.*113. ita vt Doctoratus ex privilegio ad huiuſmodi dignitatem nequaquam promoueri poſſit, ita Nouar. *quæſt.forenſ.lib.*1.*q.*143. & *vbi ſuprà n.*5. Squillante *d.c.*4.*n.*114. vbi *num.*115. poſt Menoch. *de arbitr.caſu* 425. *n.*42. & Aloyſ. Ricc. *p.* 4. *deciſ.*248. tenet quòd ſi ex Eccleſiæ conſuetudine, poteſtas & iuriſdictio, quæ competit Archidiacono, competeret Archipresbytero, ſimilem gradum Doctoratus deberet Archipresbyter aſſumere.

6. Sed iam hodie apud Hiſpanos ceſſare iſtam obligationem quòd ſint Doctores, aut Licentiati, cùm eorum iuriſdictio penè extincta ſit, obſeruant Nauar. *in man.c.*25.*n.*135. Vaſconcell. *in harmonia rubric. iuris can. ſub tit. de officio Archid. in princ* Nic. Garc. *dicto cap.*7. *à n.* 37. Sebaſt. Cæſ. *d.* §.1.*num.* 10. quos refero *d.tract.de Canon.c.*5.*n.*9. Angui. *de legib.lib.*1.*controu.*4.*n.*10. dum ait Concilium in præſenti de Archidiaconis mentionem faciens, non habere locum, neque procedere in Archidiaconis huius temporis, quippe qui non ſunt oculi Epiſcoporum.

Scholaſtriam conferendam eſſe Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, ſeu iure Canonico, aliàs prouiſionem eſſe nullam, probat hoc idem Conc. *ſup.ſeſſ.*13.*de reform.c.*18.*in fine,* vbi vide. 7.

Decanum nullum Trident. Conc. decreto iuberi, vt neceſſariò ſit Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, aſſerunt Nicol. Garc. *d.p.*7.*c.*7.*n.*43. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 238. *in fine, & in dec.curiæ Archiepiſ.Neap.p.*4.*deciſ.*248.*n.*5. Ego ipſe *de Canon. c.*7.*n.*8. *& de officio Epiſcopi d.alleg.*60.*n.*61. 8.

Prouincialem Dignitatem in Collegiata Eccl. exempta cui ordinaria iuriſdictio cum omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus competit, non debere neceſſariò conferri Licentiato, vel Doctori vt principalem dignitatem in Cathedrali, referunt deciſum Nic. Garc. *d.p.*7.*c.*7.*n.*33. Fr. Sigiſ. à Bononia *de elect. dub.* 63. *n.* 1. *verſ. quod autem,* Ego ipſe *de Canonicis,c.*11.*n.*4. 9.

γ Ad cæteras autem Dignitates, &c.] Ad dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus (Archidiaconatu tantùm excepto, qui oculus Epiſcopi dicitur) quibus nulla ineſt animarum cura, aut ex conſuetudine, ſtatuto, vel privilegio, adſciſci ſine dubio poſſe minores 25. annis dummodo non minores 22. per hunc text. tradunt Maſſob. *d.req.*10.*dub.*11.*n.*24. Nouar. *in ſingul. Canon. concl.* 11. Squillante *de privileg. cler. c.*4.*n.*74. quos refero *in tract.de Can.c.* 13. *n.*22. & alios citaui *de officio, & poteſt.Epiſcopi, p.*3.*alleg.*60.*n.*65. 10.

δ Vel perſonatus.] Habere quaſdam prærogatiuas in Eccleſia poſt exiſtentes in dignitate, putà locum honorabiliorem in choro, proceſſionibus, & Capitulis, tenet Petr. Greg. *p.* 1. *iuris canonici lib.*1.*tit.*27.*c.*2.*num.*6. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef.lib.*1.*q.*1.*n.*90. *&* 91. Fulu. Pacian. *de prob.lib.*2. *cap.*27.*n.*33. Filliuc. *in q. moral.tom.*3. *tract.*41.*c.*1. *n.*24. Maſſobr. *in prax. habendi concurſum, prælud.* 16. ſecundùm Romanam impreſſ. Monet. *de conſeruator.c.*5.*n.*85. & alij quos refero *de Canon.c.*4. *n.*19. 11.

ε Et viginti duobus annis non minores, &c.] Huiuſmodi viginti duos annos ad dignitates requiſitos debere eſſe completos, reſoluunt Nau. *conſil.*4. *de ætate, & qualit. in vtraque editione,* Sayr. *in floribus deciſ.ſub illo tit. dec.* 4. Mandoſ. *in tract. de ætate min.c.*5.*n.*10. Leſſ. *de iuſtitia,lib.*2.*c.*34.*n.*108. vbi dicit illam formulam, *vt non ſit minor viginti duobus annis,* inſinuare annos viginti duos debere eſſe completos, Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. c.*591.*n.*9. Nicol. Garc. *d. p.*7.*c.* 4. *n.* 70. Armend. *in addit.ad recop.legum Navarra, lib.* 1. *tit.*18.*c.*7. *de Epiſcopis, num.* 2. Squillante *d. cap.*4.*num* 75. Maſſobr. *d. requiſ.* 10. *dub.*13. Nouar. *d. concl.*15. *n.*2. Ego ipſe *d. alleg.*60.*n.*66. *& de Canonicis, c.*13. *num.*22. 12.

Contra Emm. Sà *in aphoriſm. verb. beneficium, n.*31. Zeròl. *in praxi Epiſc. p.*1. *verb. beneficia,* §.1. *verſ.ad dignitates,* Henriq. *in ſum.lib.*14.*c.*10.§.10. *in fine,* Azor. *inſtit.moral. p.*2.*l.*6.*c.*5.*quæſt.*3.*in fine,* exiſtimantes dictos viginti duos annos ſufficere inceptos, & non requiri completos.

Quoad alias verò Dignitates in Collegiatis Eccleſ. exiſtentes requiſita ætatis remanere in diſpoſitione Iuris communis, tenent deciſumque referunt Gonz. *ad regul.*8. *Can.gloſſ.*9.*n.* 92. Piaſ. *in praxi Epiſ. p.* 2. *c.*5. *n.* 25. *pag.*339. Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. dec.* 735. *in* 1. *edit.* 13.

aliàs

aliàs *reſolut. 512.n.3. in fine, in 2. edit.& in praxi aurea, reſol. 239.n.2.* Nouar. *d.concl.15.n.2.* Squillante *d.c.4.n.76.* Ego ipſe *de officio Epiſcopi, p. 3. allegat.60. num.67.& de Canon.c. 13. n 23.* vbi ex Fr. Emman, refero Chriſtophorum Velam Archiepiſcopum Burgenſem contuliſſe dignitatem Scholaſtriæ collegiatæ Eccleſiæ de Aquillar del Campo cuidam ſcholari qui noo habebat maiorem ætatem 17. annorum, & cùm litigaretur, ſuper hoc fuiſſe iudicatum collationem eſſe canonicam & iuridicam.

Contra Nicol. Garc. *d.p.7.c.4.n.59.& 62. cum ſeqq.* Armendar. *d.l.7.de Epiſcopis n. 2.* exiſtimantes deciſumque referentes prædictos 22. annos, qui deſiderantur ad dignitates in Cathedralibus, requiri etiam ad eas, quæ ſunt in Collegiatis.

De Profeſſione Fidei.

14. ζ *Promiſi etiam beneficiis, &c.*] De fidèi profeſſione facienda, & qui ex præcepto Concilij Trid. *in præſenti*, & conſtit. Pij V. ad eam emittendam reuocantur, & de pœnis eorum, qui illam facere negligunt, vide Nauar. *conſil. 1.2.3.& 4.de ſum. Trinit.in antiq.*aliàs *conſil.7. 9. 10. 11. & 12.de iureiuran.in nouis*, Sayr *in floribus deciſ. ſub d. tit.de ſum. Trinit. deciſ 1.2.3.& 4.* Flamin. Pariſ. *de reſignat.benef.lib.8.q.9.à n.121.& lib.10.q.9.* Quarant. *in ſum. Bullarij, verb.fidei profeſſio,* Petr. de Ledeſ. *in ſum.p. 2. tract. 1. c.4.concluſ. 10.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 2.verb.fidei profeſſio,* Piaſec. *in ſimili praxi p.1.c.5.n.26.* Archiep. Bonon. *p. 2. in princ.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.50.§.16.* Aloyſ.Ric. *in collect.deciſ.p. 3.collect. 579. & in deciſ. curia Archiepiſcop.Neapolit p.1.deciſ. 220.n.2.* Azor. *inſt.moral. p.2.lib.7.c. 2.* Nicol. Garc. *de benefic.p.3.c 3.* latè Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1.lib. 2.c. 5.* Filliuc. *tom. 3.tract. 41.c.6.n.5. cum ſeqq.* Nouar. *in ſingularib.canonic. concluſ.114.cum ſeqq.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent.lib.1.cap.13.cum tribus ſequentibus,* Viuian. *in praxi iuriſpatron. lib. 15. c. 3. ex n.23. in vlt.impreſſ.* Squillante *de oblig. cleric. p. 1.ex n. 86.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regular. reſol. 67.* Marcel. Vulpe *in praxi indic. fori Eccleſ. c.48.n.52. cum ſeqq.* Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex a e quo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt. 3.n. 22. pag.33* Trull. *in expoſ. Decalogi lib. 1.c.1. dub.8.* metipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi p.3.allegat. 61. & in tract.de Canonicis c.17.& in tract. de Parochis c.4.*

15. Formam autem dictæ profeſſionis faciendæ ordinauit Pius IV. *in eius conſt.* incip. *Iniunctum, ſub dat. Idib. Nouembris 1564.* quam referunt Archiep. Bononien. *d. part. 2. in princ.* Quarant. *in ſumm.Bullarij verb. fidei profeſ.* & Piaſec. *in praxi Epiſc.p.2 c.5.n.26.pag.540.* Lauor. *var.lucub.to.1. tit.4.c.16.n.41.*

16. Promouendos ad Epiſcopatus, profeſſionem fidei emittere teneri, ſtatuit Gregor. XIV. *in conſtit.*incip. *Onus Apoſtolicæ, ſub dat.15.Martij 1591.* prout referunt Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.1.§.3. n.1.* Nouar. *in ſingular.iuris Canon. concluſ.114.n.4.* Forma autem huius iuramenti traditur in Pontificali Romano Clementis VIII. iuſſu edito *pag. 79.* & à Franc. Leone *in theſauro fori Eccl. p. 2. c.10.n 15.*

17. Prælatos Regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſſione ſuæ præfecturæ ad emittendam fidei profeſſionem teneri ſtatuit Pius IV. *d. conſt.* incip. *Iniunctum*, & per eam ita docent Nauar. *conſ. 2. de ſum. Trinit. in antiq.* aliàs *conſ. 10. de iureiur.in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de ſumma Trinit.deciſ.2.* Fr. Emman. *quæſt.regul. tom.2. quæſt.72.art.1.* Petr. de Ledeſ. *in ſum. tom. 2 tract. 1. c.4.in fine,* Vgolin. *d. §. 16. n. 17.* Aloyſ.Ricc. *in deciſion.Curiæ Archiep. Neapol.deciſ. 83. n. 1. p. 4.* Nou. *d. concluſ. 114. num. 3. & 6.* Trull. *in Decalog.lib.1.c.1. dub.8. num.3.* Ant. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ. exiſtent. lib. 1. c. 13. n. 5.* Hieron. Roder. *in compendio quæſtionum Regular. reſolut. 67. num. 2.* vbi ſubdit Religioſum adeptum prælaturam ex ignorantia, & inaduertentia omittentem fidei profeſſionem non peccare, & immunem eſſe à pœnis præfatæ conſtit. Ego ipſe *d.allegat. 61.n.7.*

. Barboſ.Collect.in Concil. Trid.

Contra Hieron. à Sorbo Capucin. *in compendio priuileg.Mendicant. verb. profeſſio fidei,* quem ſequi videtur Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. l. 2. c. 5. n. 5.* exiſtimantem hanc profeſſionem fidei iam in vſu non eſſe.

Et contra Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 50. n.7.* dicentem poſſe excuſari dictos Prælatos Regulares profeſſionem non facientes in Religionibus in quibus ſolitum non eſt fieri.

η *Curam animarum habentibus &c.*] Intelligendum eſſe de actuali, non verò de habituali, reſoluit Ant. Ricciul. *d.lib. 1.c. 14.* vbi ſubdit prouiſum de parochiali, quæ olim habuit parochianos, ſed nunc habere deſiit, non teneri profeſſionem fidei emittere, & *c.15.* reſoluit prouiſum eo caſu non teneri emittere fidei profeſſionem ſi contingat parochialem habitu ad priorem ſtatum reuocari, videlicet quia parochiani redeunt ad habitandum, refero Ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi, c. 4.n.9.* 18.

Et non procedere in iis, qui non prouidentur de titulo parochiali, ſed deputantur in parochiis ad exercendum curam animarum, cuiuſmodi ſunt plures in Regnis Hiſpaniarum, tenet Ricciul. *d.lib.1.c.13.n.59.* vbi *n.61.* limitat, niſi eſſent deputati à laico, cui competit ius nominandi ad exercitium curæ. 19.

θ *Teneantur a die adeptæ poſſeſſionis*, &c. Ergo terminus duorum menſium datus ad faciendam fidei profeſſionem non currit prouiſo, qui non accepit poſſeſſionem, quamvis per eum ſtet quominus illam adipiſcatur, vt per Nicol. Garc. *d.c.3. n.32.* Ant. Ricciul. *d.lib.1.c.13. num. 50.* Ego ipſe *de officio Epiſcopi p. 3.alleg. 60.n. 25. & de canonicis c.17 n.17.* 20.

Addit Ricciul. *d.c.13. n. 62.* quòd ad effectum vt incipiant currere huiuſmodi duo menſes, non ſufficit fuiſſe adeptam poſſeſſionem, ſed requiritur poſſeſſio pacifica, & *n.63.* ſubdit poſſeſſionem dici pacificam ad iſtum effectum ſi ſit pacifica reſpectu curæ, in cuius exercitio non fuerit ſtatim turbatus de iure, vel de facto, ſed in eo ſteterit ſine turbatione per vnum, vel duos menſes ſine moleſtie, quamvis illa pacifica poſſeſſio deinde non duret continuè, nec ſit pacifica reſpectu omnium fructuum, ſeu maioris partis ipſorum. 21.

ι *Ad minus intra duos menſes.* Vide Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſp.8. q.3.n. 9.* metipſum *de Canonicis c.17.n.15.*

22. Sed cum hic terminus non apponatur ad finiendam obligationem, ſed ad remittendam pœnam, ideo facere debentem teneri etiam poſt illum profeſſionem huiuſmodi emittere, reſoluunt Fr. Emman. *in ſumm.tom.1.c.119.n.7.* Petr. de Ledeſma *d. cap.4.poſt 10. concl. differens. 3.* Nicol. Garc. *d.p.3. c.3.n.29.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ Curiæ Archiep.Neap.*

*p.1.deciſ.*220. *n.*4. Azot.*d.p.*1. *lib.*7.*c.*2 *q.* 5.Ricc. *d.lib.*1. *c.*13 *n.*...Squillante *de obligat. Cleric. p.*1. *num* 96. Iul.Lauor. *var.lucubrat.tom.*1.*tit.*4. *c.*22. *num.* 6. Tamburin. *d. q.*3.*n.* 9. Ego ipſe *de officio Episc part.*3. *alleg.*61. *num.* 22. *& de Canon.c.*17. *num.*16.

23. a *In manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito,* &c.] Sufficere tamen profeſſionem huiuſmodi facere coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito, tenent Nicol.Garc.*d p.*3.*c.*3.*n.*33. Filliuc. *in quaſt.moralib.tract.*41.*c.*6.*n.* 8. Squillante *d.p.*1. *n.*92 Ego ipſe *d. allegat.* 61. *& de Canonic. c.* 17. *n.* 3. aduertentes hæc verba text. ſolùm poni ad monitionem, & denotandum conuenientius eſſe eam facere coram ipſo Epiſcopo ceſſante impedimento.

24. λ *Fidei publicam facere profeſſionem.* Quam prouiſus ſe feciſſe tenetur probare quando Ordinarius ſuper illa inquirit ex officio, vt per Nicol. Garc. *d p.*3.*c.*3.*n.* 48. *cum ſeqq.* Ricciul. *d. c.* 13. *n.* 40. quos refero *de Canonicis c.*17. *n.*18. Emiſſa autem creditur ſi pars dicat illam feciſſe, dummodo collatio beneficij ſit decennalis, prout tenent Aloyſ.Ric.*in praxi fori Eccleſ.deciſ.*681. *in* 1. *edit.* alias *reſolut.* 580. *in* 2.*edit.* Campan.*in diuer. iuris Canon.rub.* 9.*c.*3. *à n.*24. Ego ipſe *d.alleg.*61. *n.*21 *& de Canon.d.c.*17.*n.*19.

25. μ *Promiſi autem,*&c.] Siue per obitum, ſiue per reſignationem, vt tenent Flamin.Pariſ.*de reſignat. benef. lib.*3. *quaſt.*9.*in princip.* Ricciul. *d.lib.*1.*c.*13. *num.* 17. ſiue Sede Epiſcopali vacante, ſecundùm Nicol. Garc. *d.p.*3.*c.*3. *num.* 24. Squillante *d p.*1. *num.*94. Ricciul. *d.lib.*1.*c.*13.*num.*15. Ego ipſe *d. allegat.*61.*n.*17. *&* 18. *& d. tract. de Canon. c.*17. *num.* 9. qui etiam aſſerunt hoc caſu non ſufficere facere huiuſmodi profeſſionem coram Capitulo, ſed coram eius vicario. Non tamen in prouiſo de coadiutoria illa durante locum habere aſſerunt, Nicol. Garc. *p.*4.*c.* 5. *num.*7. Ludou. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunct.q.*29.*n.*37. Ego ipſe *de Canonicis c.*17.*n.*12.

ν *De Canonicatibus, & Dignitatibus*, &c.] Non ſic de Portionariis, capellanis, & aliis beneficiis inferioribus, vt per Nicol. Garc. *par.*3.*c.* 3.*n.*13. Sanch.*in præcepta Decalogi tom.*1.*lib.*2.*c.*5. *ſub n.*1. Ricciul. *d.lib.*1. *c.*23.*num* 57. quos refero *d.c.*17. *num.*3.

26. ξ *In Eccleſiis Cathedralibus.* Tam ſæcularibus, quàm Regularibus, vt per Nicol.Garc.*d.p.*3.*c.*3. *n.*16. Ricciul. *d.lib.*1.*c.* 13. *n.* 13. quos refero Ego ipſe *d.tract.de Canonic.c.* 17.*n.*6.

27. Et tam ſubiectis, quàm exemptis, Nau.*conſ.*1. *de ſum. Trinit. in antiq* aliàs *conſ.* 9. *de iureiur. in nouis,* Sayr.*in floribus deciſ. ſub illo tit.de ſum.Trinit. deciſ* 1.*in fine,* Petr. de Ledeſma *in ſum.p.*2.*tract.*1. *c.*4.*diffic.*9 Nicol. Garc.*d.c.*3.*n.*21. Aloyſ.Ricc.*in collect. deciſ. col.* 579.*ampl.*1. Vgolin.*de offic.Epiſc. c.*50.§. 16. *n.*2 Sanch. *d.c.*5.*n.*2. Ricciul. *d. lib.*1. *c.*13.*num.* 14 Ego ipſe *d. alleg.* 61. *num.*5. *& tract. de Canonicis c.*17. *n.*7.

28. Non procedere igitur in Eccleſiis Collegiatis, tradunt Nicol. Garc. *d c.* .*n.*13. Ricciul. *d. lib.*1. *c.*1 .*n.*56. Squillante *d p.*1.*n.*89. Ego ipſe *d. alleg.* 61.*n.* 15. *& d.tract. de Canonicis c.*17. *n.*14. Trull. *d.dub.*8.*n.*2.

Contra Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. beneficium*, §. 5. *dicto* 4. & Vgolin. *d.*§.16. *n.* 3. exiſtimantes Dignitates Eccleſiarum Collegiatarum teneri fidei profeſſionem emittere.

29. ο *Facere teneantur.*] Per ſe ipſum, aut procuratorem cum ſpeciali mandato ab eo conſtitutum, vt aſſerunt Nau. *conſ.* 4.*ſub n.* 2. *de ſumma Trinitat.in antiq.* aliàs *conſ.*11. *de iureiur. in nouis,* Petr. de Ledeſ. *d. p.*2.*tract.*1.*c.*4. *poſt* 10.*concluſ. diffic.* 6. Zer. *in praxi Epiſ.p.*2. *verb. Fidei profeſſio,* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.*2. *c.*5. *n.* 7. Campan. *d.rub.*8.*c.*3.*n.*19. Ricciul.*d.lib.*1.*c.*13. *à n.*21. Viuian. *d.lib.* 15. *c.* 3. *n.*27. Nou.*in ſingular. can.ſing.*114. *n.*8. *in fine,* Tamburin.*de iure Abbatum tom.*1.*diſp.*8.*q.*3.*n.*11. Iul. Lauor. *var lucubrat. tom.*1. *tit.* 4.*c.* 22. *n.* 2. Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 532. *Buratti,num.*16. latè, & eleganter Maſſobr. *in tract.de Synodo diœceſana c.*4.*dub.*40. *per tot.* ſecundùm Romanam impreſſ. Ego ipſe *d. allegat.* 61. *n.*20.*& d.tr. de Canonicis c.*17.*n.*5. Rot.*in Varmien. Canonicatus* 13. *Iunij* 1608. *coram bona mem. Card. Sacrato,* vbi etiam fuit dictum ſpeciale maodatum ad hoc cenſeri datum non ſolùm quando datur expreſſum ad faciendam fidei profeſſionem, ſed etiam ex mandato ad capiendam poſſeſſionem Dignitatis, vel Canonicatus.

Contra addit.ad *d. conſ. Nauarri* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel* §.7.*proœm.n.*169. *verſ. ſimiliter,* Squillante *d. p.*1. *n.*91. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.*50.§.16.*n.*1. Trullench. *in Decalog lib.*1.*c.*1.*dub.* 8.*n.*6. Nicol.Garc.*d.p.* 3.*c.*3.*n.*75. Stephan. Gratian.*diſcept.forenſ.c.*166.*n.*22. nimis acriter Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub* 50.*n.*3. exiſtimantes abſque bono fundamento fidei profeſſionem debere fieri per ſemetipſum, adeò vt non ſufficiat fieri per procuratorem, quorum fundamentis latè, & eruditè reſpondet Maſſobr. *d.dub.*40.

30. π *Fructus non faciant ſuos.*] Sed bene diſtributiones quotidianas, quæ dantur ratione miniſterij, & ſeruitij perſonalis, vt per Azor.*d p.*2 *lib.*7. *c.*2.*quaſt.*3. Gonz.*ad reg.*8.*Cancel.*§.2. *proœm.n.*17. *in* 1.*edit.* aliàs §. 6. *proœm.n.*170. Aloyſ.Ric.*in collect.deciſ.p.* 5. *collect.*1451.*verſ.inſertur* 6.*& in deciſ.Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 112. *p.* 4. Galer. *in margarita caſuum conſcient.verb.profiteri* 2. Mon. *de diſtribut.quotid. p.*1. *q.* 6. *&* 7. Trull.*in Decalog. lib.*1.*c.*1.*dub.*8.*n.* 9. Vgolin.*d.*§. 16.*num.*5.*verſ. ſecundo.* Steph. Gratian *d.c.*166. *n.* 22. Nicol. Garc. *d.c.*3.*n.*60. Camp. *d. cap.* 3. *num.*18. Nou. *in ſing. Canon.concl.* 115. *n.*3. vbi *n.*5. ſubdit idem dicendum de anniuerſariis defunctorum, Ricc.*d.lib.*1. *c.*13. *n.* 51. meipſum *d. alleg.* 61.*n.* 30. Rot.*in d. Varmien. Canonicatus* 28. *Aprilis,* 13. *Iunij*, *&* 4. *Februarij* 1611.*coram bona mem.Card.Sacrato.*

31. Addit Ricciul. *in ſæpe citato c.* 13. *n.* 55. quòd quando beneficium, ſeu Canonicatus non haberet aliquos fructus, ſed emolumenta omnia conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, tunc vt pœna adiecta per Concil. in præſenti poſſit in aliquo verificari, debet intelligi de diſtributionibus, ita poſt Sanch. & Garc. teoet Trul. *d. dub.*8. *num.*10.

32. Intelligenda eſſe verba ſupradicta de fructibus decurſis poſt lapſum duorum menſium, non verò decurſis in ipſis duobus menſibus, concludit Nicol. Garc. *d.p.*3.*c.*3.*n.*31. quem refero *d.allegat.*61. *n.* 23. Et profeſſionem factam poſt terminum duorum menſium elapſum non proficere ad recuperandos fructus poſt dictum terminum amiſſos, ſed tantum ad quærendum futuros, reſoluunt Nauar. *conſil.* 4. *de ſumma Trinit.in antiq.* aliàs *conſil.*11 *n.* . *de iureiur.in nouis,* Flamin.Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.*10.*q.*9.*n.*12. *& ſeqq.* Nicol. Garc.*d.c.*3.*n.*30. Ricciul.*d.c.*13.*n.*39. Rot. *in Oneten.mercedis* 12.*Decembris* 1605.*coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, impreſſa poſt tract. Alexandri Monetæ *de diſtribut.quotidian.*

Non

33. Non teneri prouiſum vt ſuprà fructus amiſſos ob noo factam fidei profeſſionem reſtituere donec condemnetur, ſeu ſequatur ſenteotia declaratoria, aſſerunt Nau. *conſ.* 3. *n.* 1. *de ſumma Trinit. in antiq.* aliàs *conſ.* 12. *n.* 1. *de iureiur. in nouis,* Fr. Emman. *q. reg. tom.* 2. *q.* 72. *art.* 3. Sanch. *d. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 10. Caſtro Palao *tract.* 4. *de Fide diſp.* 1. *puncto* 19. *n.* 16. Trullench. *in decalog. lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 8. *n.* 8. Ego ipſe *d. alleg.* 61 *n.* 18. diceores hoc decretum eſſe pœnale, ac proinde etiamſi pœnam ipſo iure irroget, non obligare in foro conſcientiæ.

Cootra Azor. *d c.* 2. *quæſ.* 1. *in fine,* Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n* 45. Petr. de Ledeſm. *d. part.* 2. *tract.* 1 *c.* 4. *concl.* 10. *diffic.* 1. Vgolin. *d.* §. 16. *num.* 4. Ricciul. *d cap.* 13. *num.* 43. exiſtimantes intra dictos duos menſes fidei profeſſionem non emittentes ita fructus ſuos non facere, vt in conſcientia teneantur illos reſtituere, etiam non interueniente aliqua ſententia.

34. Neque ante factam Fidei profeſſionem prouiſum poſſe haberi pro præſente à Capitulo, traduo; Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *n.* 50. Rot. *in d Oueten. mercedis,* Ricciul. *d. lib* 1. *cap.* 16. *n.* 8. vbi *num* 9. declarat, niſi fortè hoc factum eſſet ex indultu Apoſt. noo ſolùm explicitè coocedendo vt poſſit percipere fructus ante factam fidei profeſſionem, ſed etiam implicitè, nempe ſi paulò poſt prouiſionem concedatur ſibi indultum de percipieodis fructibus in abſentia.

35. Cui autem ſint aſſignandi, & applicandi fructus amiſſi ob non factam Fidei profeſſionem, cùm id Concil. non determinet, dubitare ſolet? Sed eos eſſe impendeodos vel io vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ, ſicut fructus eorum, qui noo reſident, per *c.* 1. *verſ ſi quis autem, ſeſſ.* 23. *de reform.* aſſerunt Azor. *d. c.* 2. *quæſ.* 3. Vgol. *d.* §. 16. *n.* 4. *in fine,* Sanch. *d. c.* 5. *n.* 10. *ad fin.* & loquendo de Parochis firmant Læl. Zech. *de benef. & penſion. c.* 13. *n.* 4. *verſ. quod ſi Parochiales,* Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 4. Flamin. Pariſ. *d. lib.* 10 *q.* 9. *num.* 123, *&* 124. Trulleoch. *d. dub.* 8. *n.* 13. Nou. *d. concl.* 115. *num.* 9. Nicol. Garc. *d p.* 5. *c.* 4. *n.* 36, vbi *n.* 30 ſubdit quòd in dignitatibus habentibus fructus diſtinctos & ſeparatos à menſa Capitulari, videtur amiſſos ob non factam fidei profeſſionem eſſe reſtituendos, & applicandos fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij, per *cap.* 3. *ſeſſ.* 22. *de refor.* refero Ego ipſe *d alleg.* 61. *n.* 31. *& de Canon. c.* 17. *num.* 27.

36. Ordinarium non poſſe condonare fructus amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem, quia ille minimè poteſt remittere pœnam inflictam à Conc. niſi in caſibus ibi expreſsè permiſſis, reſoluunt Nau. *conc.* 3. *n.* 1. *de cleric. non reſid.* Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *n.* 53. Trullench. *d dub.* 8. *n.* 15. Ego ipſe *d. alleg.* 61. *n.* 32. *& de Canon. c.* 17. *n.* 28. Neque ante factam fidei profeſſionem prouiſum poſſe haberi pro præſeote à Capitulo, aſſerunt Nicol. Garc. *d c.* 3. *n.* 50. Rot *in Oueten. mercedis,* impreſſa *in fine,* Monet. *tract. de diſtrib. quotid.* Ricciul. *d. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 8. vbi *num.* 9. declarat, niſi fortè hoo factum eſſet ex indulto Apoſt. non ſolùm explicitè concedendo vt poſſit percipere fructus ante factam fidei profeſſionem, ſed etiam implicitè, nempe ſi paulo poſt prouiſionem concedatur ſibi indultum de percipiendis fructibus in abſentia.

37. ꝑ *Nec illis poſſeſſio ſuffragetur.*] Non tollere omnino poſſeſſionem, nec excludere prouiſos quoad titulum, & proprietatem, ſed impedire poſſeſſionis effectum, quoad fructuum perceptionem, tradunt Nau. *conſ.* 5. *in antiq.* aliàs 5. *in nouis, de verb. ſign. & conſ.* 7. *n.* 8. *de iureiurand.* Sayr. *in flor. dec. ſub illo tit. de verb. ſign dec.* 6. Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 122. Sanch. *d. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 10. Azor. *d c.* 2. *quæſ.* 3. Vgolin. *d.* §. 16. *num.* 4. Campan. *d. rubr.* 8. *cap.* 3. *n.* 17. Ricciul. *d lib.* 1. *c.* 16. *num.* 10. Ego ipſe *d. alleg.* 61. *num.* 26. *& de canon. cap.* 17. *n.* 30. Rot. *in Varmien. Canonicatus* 18. *Aprilis, &* 13. *Iunij* 1608. *&* 4. *Februar.* 1611. *coram Card. Sacrato,* vbi etiam fuit reſolutum poſſeſſionem eſſe manutenibilem, etiam poſt tempus præfixum ad faciendam profeſſionem; & ideo tales poſſeſſiones iuuari regula de triennali ad effectum ne poſſint moleſtari ſuper titulum, ſcribunt Flam. Pariſ. *de reſign. lib.* 10. *q. vltim. n.* 4. *& ſeq.* Sanch. *d. cap* 5. *num.* 9. & Ricciul. *d. c.* 16. *num.* 12.

Quoad fructus tamen retinendos regula de annali ſe tueri non poſſe nec longiſſimam poſſeſſionem illis prodeſſe quoad dictos fructus percipiendos, quandiu profeſſionem non emiſerint, deciſum aſſerunt Flam. Pariſ. *d. lib* 8. *q* 9. *n.* 122. Nicol. Garc. *d c* 3. *n.* 34. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 119. *num.* 7. Proſper. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſum. Bullarij, verb. benefic. poſſeſſio, lit. B. in fine,* Aloyſ. Ricc *in dec. Curia Archiep. Neap. dec.* 220. *n.* 11. *p.* 1. Anton. Ricciul. *d. c.* 16 *n.* 13. Ego ipſe *d. allg.* 61. *n.* 26. *& de Canonicis, cap.* 17. *num.* 19. 38.

Canonici, ſeu Dignitates an & quando & ſub qua pœna teneantur ſuſcipere Ordines annexos ſuis Canonicatibus, Dignitatibus, Præbendis, ſeu Portionibus.

112. Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Eccleſiis, præſertim cathedralibus cuiuſcunque qualitatis ſint, tenentur munera eiſdẽ Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus in decantatione Miſſę Euangelij, Epiſtolę & ſimiliũ functionum præſtatione incumbentia, & annexa per ſeipſos ſubire, & exercere. Quòd ſi aliquando aliquis legitimo impedimento detentus ea per ſe ipſum adimplere non poterit, tunc alios, eiuſdem tamen ord.& gradus, non autem inferioris, Dignitates nempe aliàs Dignitates, Canonici Canon.& portionarij reſpectiuè portionarios in ſua quiſque hebdomada, ne graduum & ord. prærogatiuæ confundantur, deputare debebunt, idque per Epiſcopum opportunis remediis, etiam huius decreti vigore prouidendum erit, ita deciſum refert Nic. Garc. *d.c.*2.*n.*496.

Si Dignitas, & Canonicat. ſint adinuicem, & æquè principaliter vnita, cùm ibi duo beneficia obtineantur, illa obtinens vtriuſq; onera ſubire per ſe ipſũ tenetur, ſecus verò ſi vnio facta ſit acceſſoriè, & non æquè principaliter; idem etiã dicendum eſt ſi facta ſit ad vitam obtinentiũ dumtaxat, quia per iſtam vnionem ad vitam non extinguitur titulus beneficij vniti, ita atteſtatur reſolutum idem Nic.Garc.*d.c.*2.*n.*506.*& ſeq.* 113.

Verùm ſi Portio vnita ſit Dignitati perpetuò, & acceſſoriè, & per viam incorporationis, tunc quia per iſtam vnionem Portio deſiit eſſe Portio, & eius titulus, & affictus extinctus fuit, ac effecta eſt vnum tantùm benefic. obtinens Dignitatem, cui ſic eſt vnita Portio, non tenebitur ſeruire tanquam Portionarius, nec ſubire onera aliàs competentia ratione Portionis, vt cenſuit Rot. *in Burgen ſeruitij Decanatus* 12. *Iunij* 1594. *coram Litta,* quam refert Nic. Garc. *d.c.*2.*n.*509. 114

Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtituto, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent, vt refert deciſum Nic. Garc. *d.c.*2.*n.*495. 115.

tt Et Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificialia exercenti aſſiſtere, &c.] In ciuitate tamen, licèt extra Cathedralem Eccl. non autem in diœceſi, vt per Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. Canonic. pen.* Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc. verb. aſſiſtentia,n.*2. quos refero *in tr.de Can.c.*33. *n.* 9. vbi *n.* 10. atteſtatur ſic fuiſſe deciſum in S. Congr. Rit. *ſub die 2. Auguſti* 1631. 116.

Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in Cathedrali non teneri Canonicos aſſiſtere, refert reſolutum Scip. de Rubeis *d. verb aſſiſtentia n.* 4. per me citatus *d. c* 33.*n.*12.*& n.*18. aſſero fuiſſe deciſum in vna Bracharen teneri Canonicos aſſiſtere Epiſcopo Suffraganeo, quando nomine proprij Epiſcopi functiones Epiſcopales exercet, & per tot. illud *c.* 33. plura de aſſiſtentia Canonicorum Epiſcopis facienda cumulaui. 117.

vv Atque in choro ad pſallendum, &c.] Teneri Canonic. ſub onere, & obligatione reſtitutionis diſtributionum pſallere, ſeu canere in choro cum aliis, & non ſatisfacere ſi ſolum aſſiſtant, & interſint Horis, & per Capellano, ſeu alios beneficiarios pſallant, ipſi verò vel ibi, vel domi priuatim recitent Horas, per hunc text. tradunt Nauar. *de Orat. c.* 10. *n.* 47. *& c.*11.*n.*41 *& miſcel* 79. Sandou. *de offic. diuino p.* 6.*c.* 6. Lud Lop *in inſtruct. conſcient p.*2. *c.*90. Læl. Zech. *de republ. Eccl.c* 24. *de Canon. ſub n.* 6. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 1.*c.* 51. *n.* 12.*& c.*52.*n.*22.*& c.*53 *num.*4.*&* 5. Fr. Emman. *in ſum.tom.*1.*cap.*145.*n.*5. Fernandez *in examine Theologia moralis p.* 4. *c.* 5. §. 12. *n.* 2. Soar *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib* 4. *c.* 12.*n.*8.*cum ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral.lib.*1.*quæſt.*62. *à n.*2. Azor. *inſtit. moral. p.*1 *lib.*10 *c.*11.*quæſ.* 11. Petr. de Ledeſma *p.* 2.*tract.* 9. *c.*4.*concl.*2 *diffic.*1. Leſſi. *de iuſtit.lib.* 2.*c.* 34. *num.*184. Squillante *de oblig. cleric. p.* 1. *à n.* 60. Paul. Laymann. *in ſumm. Theologia moralis lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 7. *num.*6 Oliuer. Bonart. *de obligat. horarum Canon. lib.* 3. *quæſt.*13. latè Sebaſt. Cæſar. *in relect de Eccleſiaſt. hierarch. diſp.* 12 §. 1. *n.*7.*cum ſeqq.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 10. *q.*3 *n.*4.*prope fin.* Vgolin. *de officio Epiſcopi.p.*1.*c.* 19. §.1. *n.* 4. Caſtro Palao *in opere morali tom.* 2. *diſp.* 3. *puncto* 4. *n.* 5. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 13. *n.* 14 Ego ipſe *de Canonic.c.*34.*n.*9.*cum ſeqq.* 118.

Contra

Contra Medin. *in inſtr. confeſſ. p. 1. c. 14. §. 11. ad fin.* Petr. Nauar. *de reſtit. lib. 2. cap. 2. ex n. 21.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. à n. 175.* Nicol. Garc. *de beneſ. p. 3. c. 2. n. 514.* Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. quæſt. 2. per tot.* latè Cened. *pract. & canon q. lib. 1. q. 2. à princip.* & præcipuè ex *num. 14.* Ioan. de la Cruz *in director. conſcient. præcepto 3. art 3. dub. 7. concl. 4.* Gauant. *in comment. ad rub. Miſſalis tom. 2. tr. 1. c. 5. n. 4.* Anton. Diana *moral. reſol. p. 2. tract. de horis canon. reſol 6. & p. 4 tr. 4 reſol. 217. in fine*, Sanch. *in opuſc. mor. tom 2. lib. 2. cap. 2. dub. 100. n. 2.* Caſtro Palao *tom. 2. diſp. 3. puncto 3. n. 5.* Trullench. *in Decalog. lib. 1. c. 8. dub. 7.* exiſtimantes non pſallentes diſtributiones ſuas facere, licèt non canant, ſed priuatim, vel voce ſubmiſſa recitent.

Niſi loquantur huiuſmodi Doctores eo caſu, quo in aliquibus Eccleſiis viget conſuetudo, aut ſtatutum vt Canon & beneficiarij choro ſatisfaciant intereſſendo & faciendo vt Capellani, & Cantores cantent, & pſallant, & reliqua exequantur munera, vt illi admittunt, & ex citatis pro prima ſententia non diſſentiunt, Petr. Nau. *d. c. 1. n. 217. & 221.* Azor. *d. q. 6.* Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 522.* Soar. *d. c. 12. n. 11. & 13.* Cened. *d q. 2. n. 12.* Leſſi. *d. c. 34. n. 185.* Squillante *d. p. 1. n. 61. in fine.* Oliuer. Bonart. *d. lib. 2 c. 23. n. 13.* Paul. Laymann. *d n. 6. verſ. dico ſecundò*, Anton. Diana *d. reſol. 6. in fine*, Sebaſt. Cæſar *d. §. 1. n. 11.* Barth. à S. Fauſto *de horis Canon. lib. 3. q. 14.* Marchin. *de ſacram. Ordinis p. 6 tract. 2. c. 9. diffic. 7.*

◆◆ *Veſtitu inſuper decenti*, &c.] Iubet clericos beneficiatos Eccleſiarum Cathedralium vti veſtitu decenti tam in Eccleſia, quàm extra illam, ad maiorem ſuæ dignitatis ſplendorem, refert Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſt. 8. n. 14. verſ. quod tamen, pag. 76. in fine.*

Monitiones S. Caroli Borromæi ad Canonicos.

Vos, qui in cathedrali Eccl. Dignitates obtinetis, Canonici item tum eiuſdem Eccleſiæ, tum reliquarum quarumuis Eccleſiar. collegiatarum, vel vrbanarum, vel diœceſanarum, quicumque ſuis in omni Canon. diſciplinæ officio, ita agite vt Canonicè ſemper Canonum legibus ad vitæ veſtræ inſtitutum pertinentibus, & conſtitutionum Prouincial. Diœceſanarúmque ratione congruenter viuatis; idque primò maximè ſtudete, vt in conſpectu Dei omnipotentis pro corde, & caſto corpore miniſtretis.

Tum ſinguli vos Ordinis dignitates, aut Canonicatui annexas functiones explete, Canonicaliſque muneris partes præſtate, omnes in choro ſtatis horis aſſiſtite, & ad Deum pro fidelibus pias religioſáſque fundite precationes.

Dum eo loco eſtis, memores eſtote adeſſe Chriſtum, Ieſum Dñm, cui ſeruite cum timore, & tremore.

Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes adeſtote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis ſtatu.

Attentè, ſtudiosè, ritè, piè religiosè diuinas laudes concelebrate, & pſallite Deo in conſpectu Angelorum, cantantes in cordibus veſtris Domino.

In choro nemo priuatim, nemo tacitè officium recitet, ſed omnes pariter quicunque adeſtis, ſenes cum iunioribus laudate nomen Domini in Pſalm. Hymn. & Cantic.

A quibuſcumque colloquiis, & à literarum, ac librorum lectionibus, atq; omni vagatione abſtinete.

Pro temporis autem, & offi in ratione ſedete, ſtate, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

Accurate demum omnia obſeruate, quæ eo de genere vobis præſcripta ſunt, ita veſtro exemplo aliis Sacerdotibus, Clericiſque, & rectè, riteque pſallendi, & ſanctè orandi & piè agendi animum addatis.

In pſalmorum autem, Canticorum & Hymnorum intelligentiam ſtudiosè incumbite, vt dum pſallitis pro ſenſuum ſanctiſſimorum, quos mente concepiſtis, ratione, vos ad omnes pietatis, deuotioniſque affectus excitetis.

Non ordinariè diſtributionum lucro adducti, ſed Dei charitate, Religioniſque cultu commoti, diuinis Officiis adeſtote, vt verè ex animóque Pſalmi verba illa concinatis: Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Dñe quoniam bonum eſt.

Diuinis Officiis abſolutis paululum omnes in choro piè orate, inde abeundi ſigno per Præfectum dato conſurgentes, quo ordine ad chorum acceſſiſtis, eodem in ſacriſtiam redite, vbi cappas, quæ illis induti eſtis, & ſuperpellicea ſine ſtrepitu vllo, & ſuſurratione deponite.

Canonicales veſtros conuentus ſtatis hebdomadæ diebus capitulariter habete.

Omnes qui debetis ad illos conuenite.

Inde ne diſcedite niſi miſſione à Capituli præfecto impetrata.

Singuli ordine & loco ſedete.

Sententiam modeſtè dicite, & ſuo quiſque loco non præpoſterè.

A verbis ſcurrilibus abſtinete.

In rebus conſultandis rixas, iurgia, & contumelias cauete.

In initio & fine vniuſcuiuſque Capituli ſtatas orationes dicito.

Priori loco tractanda proponite, quæ ad diuinum cultum, ad ſpiritualis vitæ progreſſum, ad Eccleſ. diſciplinam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Cætera hoc de genere toto ſeruate quæ Prouincialibus conſtitutionibus præſcripta ſunt.

Omnia in primis agite pace mutua, concordi voluntate, & charitate fraterna vos inuicem diligite, Canon enim eſtis, qui pro Collegij ratione ex antiquo inſtituto vna in collegiata Eccl. vnóque item in Canonicali domicilio collocati fuiſtis, ita vno pacis & charitatis fœdere, vnáque animorum conſenſione coniunctiſſimi, ſicut naſcentis Eccleſ. miniſtri, quorum erat cor vnum & anima vna, experiendo videte, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt, Quam bonum, & quàm iucundum ſit habitare fratres in vnum. Hactenus monitiones S. Caroli ad Canonicos.

Tabella Canonicis accommodata ad preces horarias deuotè concinendas.

Ante Horas.

Horarum canonicarum inſtitutio ad Dei laudem, & gratiarum actionem primùm omnium recolenda.

Quæ ſepteno Horarum numero myſticè deſignantur, breuiter cogitanda.

Rerum inanium cura, & omnium negotiorum ſollicitudo relinquenda.

Poſtulandum à Deo vt attentè, deuotè, ac ſtudiosè laudetur.

Frequens conſideratio Canon. vocationis vt vocibus modulatè compoſitis mens bene inſtructa reſpondeat.

Cordis munditia ſtudendum vt puris verborum laudibus diuina Maieſtas concelebretur.

Hierarchia Angelorum diuinas laudes cœlo proclamantium menti oculis proponenda.

Humili precatione Sanct. patrocinium implorandum, illius præſertim cuius Offic. recitare continget,

Nunquam Officium inchoandum niſi collectis cenſibus, ac praua mentis eleuatione ad Deum.

Cauendum a verbis inutilibus, riſu, iocis, eo maxime tempore, quo itur, vel paulo poſt eundum eſt in chorum.

In ipſis Horis.

Nouerit Canonicus ſe in ſortem Domini vt diuinis laudibus publico nomine vacet.

Angelici huius miniſterij Officio ſe inter Angelorum choros verſari contempletur.

Diuina præſentiam Maieſtatis pſallendo reuerenter adoret.

Attentionem in ſingulis verbis adhibeat, quā frequenter excitabit, Dei, quem alloquitur, recordatione.

Quæ diſtrahunt importuna cogitationes ſenſim, ac leniter repellendo contemnat.

Quoties mentem alio diuertiſſe aduerterit, toties eam ſtatim colligendo dirigat ad Deum.

Corpus modeſtè, ac decorè componat, oculos præſertim cuſtodiat, vt ſint debitæ attentionis miniſtri.

Si quod verbum dicere, vel reſpondere oportebit, id cito, ac breuiter expediat.

Quæ recitat, aut canit, ex libro ſibi parato, non ex memoria depromat.

Offerat Deo pro ſe ipſo attentionem, & deuotionem tot ſanctorum hominum in Canonicis precibus exoluendis.

Poſt Horas.

Deo gratias referat, quod acceſſum habuerit ad eius laudes, & colloquia.

Petat humiliter veniam errorum, quos in hac diuina functione commiſit.

Linguam velut inſtrumentum Deo dicatum cautè cuſtodiat.

Cordis affectiones ita componat vt externæ conſonent verborum modulationi.

Moribus, ac vita Deum perfectè laudare conetur.

Superfluis rerum curis ne implicetur vt moleſtos cogitationum tumultus euitet.

Quæ verba in pſalmodia ſibi magis fructuoſa guſtarit, ea diutiùs conſeruet.

Harmonia rerum creatarum ſyncero, ac fideli earum vſu omni tempore concinat.

Ad ſupernum Beatorum chorum aſpirent, qui in diuinis præconiis perpetuò exultant.

Myſteria Paſſionis Chriſti Domini, quibus horæ canonicæ reſpondent, memoria ſæpe retractet.

Hactenus tabella.

Cathedrales tenues Summus Pontif. vnit, aut acceſſione ex fructibus auget. Interea certo modo prouideatur Epiſcopo. Parochiales, ſed tenues Eccleſiæ ſunt augendæ. Penſionibus beneficia tenuia grauari minimè conuenit. Parochias ſuas ſingulas ſinguli parochiani frequentent.

Caput XIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Vnio alicuius partis fructuum parochialium eſt prohibita.*
3. *Parochialis Eccleſia vniri non poteſt Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canonicatuum.*
4. *Habet locum quando verè eſt Eccleſia Parochialis.*
5. *Parochiarum duarum poſſeſſor non eſt moleſtandus quando vni ſolum collata ſine diſpenſatione fuerunt per 40. annos.*
6. *Epiſcopus poteſt curam animarum toti Capitulo Cathedralis Eccleſiæ incumbentem transferre.*
7. *Parochia, quæ certos fines non habent non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
8. *Parochialium exiguitati quomodo prouidendum.*
9. *Parochiales monaſteriis non vniendæ.*
10. *Parochiales habitu tantum poſſunt monaſt. vniri.*
11. *Vniones parochialium, quæ fiunt pro fundatione, dotatione Collegiorum, &c. ſaluantur.*
12. *Eccleſiæ Cathedrales, quarum redditus ad ſummā ducatorum mille non excedunt, nullis penſionib. aut reſeruationibus fructuum grauari debent.*
13. *Penſio non imponitur ſuper parochiali reſignata, ſi valor illius non excedit centum ducatos.*
14. *Valor centum ducatorum quæ manere debent Rectori parochialis, intelligendum eſt iuxta morem vniuſcuiuſque regionis.*
15. *Clauſ.* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *quomodo iuſtificanda.*
16. *Congrua portio aſſignanda parocho cenſetur ſumma ſcutorum centum.*

a Sup. ſeſſ. 7. de reformat. c. 6. & 7. & ſeſſ. 14. de reform. c. 9. & inf. c. 5.
b c. vnio 10. q. 3. c. & temporis. cum ſeq. 19. q. 1.

QVoniā [a] pleræque Cathedrales Eccleſiæ tam tenuis redditus ſunt, & anguſtę, vt, Epiſcopali dignitati nullo modo reſpondeant, neq; Eccleſiarum neceſſitati ſufficiant: examinet Concilium prouinciale, vocatis iis, quorum intereſt, & diligēter expēdat, quas propter anguſtias, tenuitatémq; inuicē vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, [b] confectaque de pręmiſſis inſtrumenta ad ſummum Romanum Pontificem mittat: quibus inſtructus ſummus Pōtifex ex prudētia ſua, provt expedire iudicauerit, aut tenues inuicē vniat, aut aliqua acceſſione ex fructib. augeat. Interim verò, donec prædicta effectum ſortiantur, huiuſmodi Epiſcopis, qui fructuū ſubuentione pro diœceſis ſuę tenuitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, *α dum tamen curata non ſint*, nec dignitate, ſeu canonicatus, & præbēdę, nec monaſteria, in quibus viget Regularis obſeruantia, vel quę Capitulis generalibus, & certis Viſitatoribus ſubduntur, à ſummo Romano Pontifice prouideri. *β In Parochialibus etiam Eccleſiis*, quarum fructus atq; adeò exigui ſunt, vt debitis nequeant oneribus ſatisfacere: curabit Epiſcopus, ſi per beneficiorum vnionem, non tamen regulariū, id fieri non poſſit, vt primitiarum vel decimarum aſſignatione, aut per parochianorum ſymbola, ac collectas, aut qua cōmodiori ei videbitur ratione, tantū redigatur, quod pro Rectoris, aut parochię neceſſitate decēter ſufficiat. In vnionibus verò quibuſlibet, ſeu ex ſupradictis, ſeu aliis cauſis faciēdis, Eccleſiæ parochiales *γ monaſteriis quibuſcūq;* aut Abbatiis, ſeu dignitatibus, ſiue præbēdis Eccleſiæ

Digitized by Google

Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue aliis beneficiis ſimplicibus, aut hoſpitalibus, militiſve non vniantur, & quæ vnitæ ſunt, [c] reuideantur ab Ordinariis, iuxta aliàs decretum in [d] eadem Synodo ſub fel. rec. Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tempore citra æquè obſeruetur: non obſtantibus in iis quibuſcumque verborum formis, quæ hic pro ſufficienter expreſſis habeantur. *[d] Ad hæc in poſterum, omnes hæ Cathedrales* Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum mille, & Parochiales, quæ ſummam *[e] ducatorum centum*, ſecundùm verum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauentur. In iis quoque ciuitatibus, ac locis, vbi Parochiales Eccleſiæ certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum, quẽ regant, ſed promiſcuè petentibus Sacramenta adminiſtrant: mandat ſancta Synodus Epiſcopis, pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute, vt diſtincto populo in certas, propriáſque parochias, vnicuique ſuum perpetuum, [e] peculiarémque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè Sacramẽta ſuſcipiant: aut alio vtiliori modo prout loci qualitas exegerit, prouideant. Idémque in iis ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ ſunt parochiales, quamprimum fieri curent: non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, *ζ & conſuetudinibus*, etiam immemorabilibus.

[c] Seſſ 7.c.6. [d] Sup. ſeſſ. 7. de reform. c. 6.

[e] Cap. 1. 11. q. 1. c. plures, 16. q. 1. c. de paroch & infra ſeſſ. 14. de reform. c. 9.

1. VIde Archiep. Bonon. *p. 4. ſub tit. de vnionib. pag. 253. cum ſeqq.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 2. n. 70. & c. 16. n. 20. cum ſeqq. & n. 67.* Vgol. *de officio Epiſcopi, c. 52. à princ.* Monet. *de decimis, c. 8. q. 6. n. 80. & 81.*

2. *α Dum tamen curata non ſint.*] Non ſolùm vnionem Paroch. eſſe prohibitam, ſed etiam aliquam partem fructuum earum vniri non poſſe, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. reſ. 383. n. 5. verſ. limita ſexto, in 2. edit.* aliàs *dec. 492. in 1. edit.* Garc. *de benef. p. 12. c. 2. n. 87.*

3. Parochialem Eccleſiam vniri non poſſe Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canonic. & ob impoſſibilitatem etiam vniendi beneficia ſimplicia, & ob id quoque quòd non decebat minuere eorum numerum, iuxta mentem Concil. *c. 15. ſup. hac ead. ſeſſ.* tenet Aldan. *in compen. canon. reſol. lib. 4. tit. 8. n. 13.* vbi atteſtatur deciſum *in Alexandrina 3. Martij 1594.*

4. Habere locum hoc decretum quando verè eſt Eccleſia Parochialis, & certos habet fines, & non aliàs, refert deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 6. n. 96.*

5. Parochiæ duæ ſi per conſuetudinem, quæ per 40. annos viguerit, tanquam vnitæ, vni ſemper collatæ ſine diſpenſatione fuerunt, non eſſe earum poſſeſſorem moleſtandum, refert deciſum Garc. *de benef. p. 12. c. 2. n. 141.*

6. Epiſcopum poſſe curam animarum toti Capit. Cathedralis Eccl. incumbenté transferre accedente conſenſu Capit. per viam vnionis perpetuæ in obtinentem dignitatem in eadem Eccleſia, quæ vnioni conſentiat, aſſerit Aldan. *d. tit. 8. n. 4.* atteſtans ſic deciſum *ſub die 30. Martij 1594.*

7. Parochias, quæ certos fines non habent, ſed certum tantùm populum, vt per certas familias diſtinguantur, vſque adeò vt Sacramenta promiſcuè non adminiſtrentur, non comprehendi hoc decreto, refert deciſum Garc. *d. p. 12. c. 2. n. 88.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 6. n. 96.* Ego ipſe *de Parochoe. 1. n. 23.*

8. *β In Parochialibus etiam Eccleſiis*, &c.] Vide Mand. *ad reg. 22. de vnionib. q. 5. n. 3. ad fin.* Paul. Fuſc. *de viſit. lib. 2. c. 26. n. 25.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 17. n. 3. cum ſeqq* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 2. n. 20. & gloſſ. 5. §. 7. n. 61. & 62.* Caſtro Pal. *in opere mor. tom. 1. tr. 13. diſp. 6. punct. 12. n. 1.*

9. *γ Monaſteriis quibuſcumque*, &c.] Vide Monet. *de commut. vlt. vol. c. 11. n. 99. cum ſeqq.*

10. Parochiales dum monaſteriis vniri prohibet Conc. *in præſenti*, intelligendum eſſe de Parochialibus, quæ actu, non autem de illis, quæ habitu tantùm ſuprà hominum memoriam Parochiales exiſtunt, refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tr. de benef. p. 5. c. 3. n. 121.*

Saluari tamen, & excipi vniones, quæ fiunt pro fundatione, donatione, augmento, vel conſeruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarúmque artium cultum, reſoluunt Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 7. n. 46.* Vgolin. *d. c. 52. §. 1. n. 1. verſ. ſecundo.* 11.

δ Ad hæc impoſterum omnes hæ Cathedrales, &c.] Omnes Eccleſias cathedrales, quarum reditus ſummam ducatorum mille non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauari debere, ex hoc cap. colligit Flam. Pariſ. *de reſig. lib. 6. q. 2. n. 34 cum ſeqq.* Garc. *p. 1. cap. 6. n. 393.* Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 7. c. 21. q. 8.* vbi huic c. eſſe expreſsè derogandum, cùm penſio aliter imponitur, per ea quæ tradit Put. *dec. 494. lib. 2. in antiq.* aliàs *dec. 493. eod lib. in correctis*; ſed in hoc videtur contrarium tenendum, immo tacitè diſpenſaſſe Papam omittendo clauſulam, *dummodo remaneant mille pro Epiſcop.* ex Rot. *in Ferentina penſionis 23. Ianu. 1602. coram Ortembergo*, impreſſa per Marcheſ. *de commiſſ p. 1. pag. 525.* & illius memini *in tr. de clauſulis vſufrequent. clauſ. 48. n. 2.* ſecundùm Lugd. impreſſ. vbi multa de hac clauſula, & illius iuſtificatione. 12.

ε Ducatorum centum, &c.] Penſionem non imponi ſuper Paroch. reſignata, ſi valor illius non excedit centum ducatos, ex hoc decreto colligunt Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 6 q. 2. n. 21.* Garc. *de benef. p. 1. c. 5. n. 375.* vbi ſubdit quòd in penſione quæ conſtituitur ſuper Paroch. ſolet apponi clauſula, *dummodo remaneant centum ducati liberi pro Rectore*, & quòd dictio illa *liberi* importat idem quod abſque vllo grauamine, & diminutione, per Rot. *dec. 298. p. 1. diuerſ.* 13.

Valorem centum ducatorum, qui ex hoc decreto debent remanere Rectori Paroch. Eccleſiæ, quæ penſione grauatur, intelligendum eſſe iuxta morem vniuſcuiuſque regionis in qua eſt beneficium, referunt deciſum Læl. Zech. *de repub. Eccleſ. c. 28. num. 4. pag. mihi 323.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Parochus vlt. & verb. pecunia 1. & verb. penſio 10.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 745. in fine, & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 428. num. 1. in 1. editione,* aliàs *reſolut. 365. num. 2. & reſol. 644. in 2. edit.* Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 1. cap. 5. num. 373.* 14.

Sel. *in ſelect. canon. cap.* 81. *n.* 10. vbi aſſerit reſolutum *in Collen.* 13. *Iuly* 1630.

15. De clauſula illa, *dummodo remaneant centum*, &c. & quomodo iuſtificetur, & quæ onera ex illis centum ſint deducenda, vel non, dixi latè *in tract. de clauſulis vſufrequent. clauſ.* 47. ſecundùm Lugd. impreſſ. *& in tract. de officio, & poteſt. Parochi c.* 19 *ex n.* 15 *vſque ad n.* 10.

Ex his congruam portionem aſſignandam Parocho ex cauſa debiti penſionum carcerato cenſeri debere ſummam ſcutorum centum argeoti illarum partium, ait Sel. *d. c.* 81. *n.* 8. aſſerens ſic fuiſſe deciſum *in Albinganen.* 27. *Iunij* 1626. 26.

Et conſuetudinibus.] Præcedentibus ſcilicet, & nun futuris, iuxta reſoluta per Anguian. *de legib. lib.* 2. *contron.* 20. *n.* 21. *&* 22.

In nulla prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionē cuiuſcumque Beneficij fiant vllæ fructuum deductiones conuertibiles in vſus non pios, conſuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Epiſcopum probatis.

CAPVT XIV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopus cum conſenſu Capituli ſtatuere non poteſt vt aliquid minimum ſoluatur in ingreſſu Canonicorum.*
3. *Statuta de ſeruiendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
4. *Conſuetudo vt duobus primis annis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus Canonicatus ſit hæredis anteceſſoris, valet.*
5. *Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendit in vtilitatem Canonicorum, non valet.*
6. *Conſuetudo eſt admittenda per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneficium, & diſtributiones quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed Eccleſiæ, aliòſque pios vſus conuertatur.*
7. *Conſuetudines laudabiles non cenſentur quæ ſunt pro inſtauratione, vel reparatione bonorum menſæ capitularis.*
8. *Conſuetudo valet vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij.*
9. *Conſuetudo Eccleſiæ Aſten.*
10. *Conſuetudo donandi aliquid in ingreſſu & admiſſione alicuius ad Canonicatum eſt ſublata.*
11. *Conſtitutio facta per Epiſc. & Capit. de ſoluendo certam quantitatem ratione poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam valet.*
12. *Dulciaria multa ſunt de genere prohibitorum.*
13. *Epiſcopus an poſſit de fructibus beneficij conferendi aliquid ſubtrahere.*

IN pluribus Eccleſiis, tam Cathedtalibus, quā Collegiatis & Parochialibus, ex earum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſetuari intelligitur, vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia prouiſione ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficij canunicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationéſve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur. hæc cum Sancta Synodus deteſtetur, mandat Epiſcopis, vt quæcumque huiuſmodi in vſus pios non conuertuntur, atque ingreſſus eos qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem habent, fieri non permittant, ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcant, & illis tantùm, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, vt prauas ac ſcandaloſas reiiciant, & aboleant. Eos verò qui aduerſus hæc, in præſenti decreto comprehēſa, quavis ratione commiſerint, pœnis,[a] contra ſimoniacos editis, ſacris Canonibus, & variis ſummorum Pontificium conſtitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, conſtitutionibus, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis: de quarum ſurreptione, obreptione & intentionis defectu Epiſcopus, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, cognoſcere poſſit.

[a 1. quæſt. 1. fere per tot. Conc. Tolet. 6. c. 3. c. cum ſemper, de ſimon.]

1. VIde Greg. Lop. *ad l.* 15. *verb. pro præmio, tit.* 17. *p.* 1. Nauarr. *de orat. c.* 7. *n.* 30. *& miſcel.* 6. *n.* 3. *& conſ.* 13. *&* 72. *in antiq* aliàs 1. *&* 7. *in nouis, de ſimon.* Sayr. *in florib. dec. ſub eod. tit. dec.* 14. Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 27. *cum ſeqq.* F. Emm. *in addit. ad Bullam Cruciatæ pag.* 253. Cened. *ad Decretal. collect.* 16. *n.* 2. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 2. *n.* 79. *& p.* 3. *cap.* 1. *à n.* 2. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 4. *n.* 51. Flamin. Pariſ. *de confid q.* 38. *n.* 27. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ.* 220. *&* 479. *in* 2. *edit.* Monet. *de diſtrib quotid. p.* 2. *q.* 18 *n.* 54. *cum ſeqq.* Camp. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 11. *c.* 27. *n.* 46. *cum ſeqq.* Bonac. *de Simonia q.* 7. §. 1. metipſum *in tract. de Canon. c.* 15. *n.* 24. *cum ſeqq.* Et in maiorem huius decreti obſeruationem Pius V. *ſua conſtit.* incip. *Durum nimis, ſub dat. prid. Kal. Iulij* 1570. reuocauit priuilegia, & conſuetudines Eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum.

2. Vnde Epiſcopum cum conſenſu Capituli ſtatuere non poſſe vt aliquid minimum ſoluatur in ingreſſu Canonicorum, cùm ſit prohibitum per dictam Bullam Pij V. retuli deciſum *d. c.* 15. *n.* 25.

3. Nec hoc decreto Concilij, nec dicta Bulla Pij V. comprehendi ſtatuta de ſeroiendo per anoum, vel aliqood tempus, & oihil percipiendo ioterim de maſſa groſſa, niſi peracto integro dicto ſeruitio, vel quod poſt obitum hæredibus debeatur, cùm ſit potius differre, quàm auferre, refert deciſum Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 138.

4. Si in aliqua Eccleſia ſit conſuetudo vt duobus primis

ptimis annis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus Canonic. ſint hæredum anteceſſoris, iſtum caſum non comprehendi hoc decreto, & in d. Bulla Pij V. refert deciſum Garc.*d.n.* 138.

5. Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod reddat in vtilitatem Canonicor. non valet, ſecus in vtilitatem Eccleſiæ, vel augmentum cultus diuini, item quod conuertitur in vtilitatem fabricæ, Eccleſ. ſcilicet, vt refert deciſum Garc.*d. tract.de benef.p.*8.*c.*1.*n.*90.

6. Conſuetudinem rationabilem, & ſimiliter ſtatutum laudabile admittendum eſſe per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneficium, & quotidianas diſtributiones, quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed Eccleſiæ, aliosque pios vſus conuertatur, modò non pro ingreſſu ipſo, & admiſſione, ſed ad alium finem excipiatur, tenent Abb. & Fel. *in c.cùm M. de conſt.* idem Abb *in c.Iacobus n.*3.*de ſimon.* Rip.*reſp.*1.*n.*11.*de arbitr.* Iac.de Graff. *in aureis dec.p.*1.*lib.*2.*c.*96.*n.*49.Flamin.Pariſ.*d.q.*38.*n.*27. Monet.*d quaſt.*18.*n.*55.Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 489.*n.*2.*&* 6. Ego ipſe *d.c.*15.*n.*29.

7. Conſuetudines laudabiles non cenſeri, quæ ſunt pro inſtauratione, vel reparatione bonorum menſæ Capitularis, cederent enim in vtilitatem ſingulorum, reſoluit Garc. *d.p.*8.*c.*1.*n.*90. quem refero *d c.*15.*n.*29.

8. Conſuetudinem valere etiam ſtante diſpoſitione huius decreti vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij defuncti, cenſuit Rot. *deciſ.* 660.*p.*4.*diuerſ.* quam refero *d. c.* 15.*num.*31.

9. Conſuetudinem Eccleſiæ Aſten. quòd fructus ſpectent ad Capitulum donec beneficiatus ſit Sacerdos valere, quia intentio Concilij *in præſenti* fuit ne ratione collationis aliquid reciperetur, dixi *d. c.* 15.*n.* 34. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Aſten.*6.*Maij* 1617.

Conſuetudinem donandi aliquid in ingreſſu, & admiſſione alicuius ad Canon. eſſe ſublatam per hoc decretum, aſſerit reſolutum Arm. *in addit.ad recop. legum Nauarra, lib.*1.*tit.*18.*lib.*·.*de Epiſcopis n.*10.*reſp.*6. quem refero *d.c.*15.*num.*28. 10.

Valere conſtitutionem factam per Epiſcopum & Capitulum poſt Conc. Trid. de ſoluendo certam quantitatem ratione poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam, nihil autem ex pecunia notariis, curſoribus, campanariis, aliiſve Eccleſiæ miniſtris, quibus aliàs conſtituta ſunt ſalaria, attribuendum, aſſerit deciſum Garc.*p.*3.*c.*2.*n.*198. *declar.*9. quem refero *d. c.*15.*num.*30. 11.

Dulciaria multa eſſe de genere prohibitorum à Concilio *in præſenti* ob aliquem de Capit. exigendorum pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canon. refert deciſum Zerol. *in praxi Epiſc. p.*2.*verb.poſſeſſio beneficij,* §.4.*in fine.* 12.

Si Epiſc. antequam beneficium alicui conferat, ob aliquam iuſtam cauſam ordinauerit aliquid ſubtrahendum de fructibus beneficij conferendi, & in pios vſus expendendum, non eſſe illicitum; ſi verò ab eo, cui beneficium confert, requirat aliquid ſibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem eſſe ac ſi aliquod munus ab illo exigeret, & non carere vitio ſimoniæ, docet S. Thom. 2. 2. *q.*100. *ad* 4. *in finem,* quem referunt Monald. *conſ.*83.*vol.*1.Hier.Zanett.*in tract.de foro conſcientiæ,& contentioſo ſub n.*8.Aloyſ.Ricc. *d. reſol.*489.*n.*8. 13.

In Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium Præbendis multis, ſed tenuibus, & inſufficientibus hæc ſit ratio, vt ipſæ Præbendæ vnione quorundam aliorum beneficiorum creſcant, aut patronorum conſenſu Præbendarum quarundam fiat tanta ſuppreſſio, quæ non officiat celebrando cultui diuino, non obſtantibus, &c.

CAPVT XV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopo nulla datur poteſtas ſupprimendi præbendas vt augeantur diſtributiones, etiam ad augmentum cultus diuini.*
3. *Collegiatæ inſignes quæ dicantur.*
4. *Beneficij tenuitas debet probari, quia beneficia de ſui natura præſumuntur congrua.*
5. *Prælati ſæculares iuriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem beneficia ſupprimere non poſſunt.*
6. *Capitulum Sede vacante non poteſt ſuppreſſionem facere.*
7. *Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante non poteſt ſupprimere.*
8. *Capituli conſenſus requiritur in ſuppreſſione facienda.*
9. *Suppreſſio Canonicatuum alicuius Collegiatæ ob tenuitatem vt ritè fiat per Epiſcop. debet vltra conſenſum Capituli Collegiatæ interuenire conſenſus Capituli cathedralis.*
10. *Conſenſus Capituli poteſt poſt vnionem interuenire.*
11. *Conſenſus tacitus Capituli ſufficit in vnione facienda.*
12. *Dignitates non poſſunt vniri.*
13. *Epiſcopo non licet vnire beneficia Capellaniis, quæ habent redditus tenues.*
14. *Beneficia viuentium vniri poſſunt ſine tamen præiudicio obtinentium.*
15. *Vniones de beneficiis reſeruatis validæ ſunt ſi modo fuerint factæ ante ipſorum vacationem.*
16. *Curam animarum toti Capitulo cathedralis Eccleſiæ incumbentem poteſt Epiſcopus de conſenſu Capituli transferre, &c.*
17. *Vnio debet fieri ſingulis præbendis diſtributiuè, non autem menſæ.*
18. *Præbendis ſingulis ſingula beneficia vniri debent, non omnibus ſimul indiſtinctè vnum.*
19. *Vniones fieri poſſunt in diſtributionibus quotidianis vbi illæ tenues ſunt.*
20. *Habet locum in ſuppreſſionibus tantùm perpetuis.*
21. *Conſenſus patroni, & inferioris collatoris, & electorum regulariter neceſſarius eſt in ſuppreſſione beneficiorum facienda.*
22. *Vnio de beneficio iuriſpatronatus facta non valet.*
23. *Redditus præbendarum, ſeu beneficiorum quomodo taxandi ſint cùm eorum aliquot ſupprimenda ſunt.*

a Suprà cap. 13.

α *IN Eccleſiis cathedralibus*, [a] & β *collegiatis inſignibus*, vbi frequentes, γ *adeóque tenues ſunt præbendæ* ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, δ *liceat Epiſcopis* ε *cum conſenſu Capituli*, vel ζ *aliquot ſimplicia beneficia*, non tamen regularia, η *iis vnire*, vel hac ratione prouideri non poſſit, θ *aliquibus ex iis ſuppreſſis*, ι *cum patronorum conſenſu*, ſi de iure patronatus laicorum ſint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere, κ *ita tamen vt tot ſuperſint*, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè valeant reſpondere, non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & priuilegiis, aut quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, aut affectione, neque prædictæ vniones, aut ſuppreſſiones tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

1. VIde Selu. *de benef. p. 4. quæſt. 7. num. 130. & ſeq.* Roch. de Curte *de iure patr. verb. pro eo quod, q. 12. ſub num. 27.* Lambert. *eod. tract. l. 3. q. 6. art. 7. num. 10. cum ſeqq.* Raud. *in tract. de diſpenſat. per Epiſcopum caſu 117.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 37. n. 25.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. vnio, §. 7. verſ. ſecundò,* Garc. *de benef. p. 12. c. 2. n. 171.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 488. in 1. edit.* aliàs *reſol. 379. num. 4. in 2. edit.* Vgolin. *de officio Epiſcopi c. 52. §. 1. n. 4.* Monet. *de diſtribut. quotid. part 1. quæſt. 5. num. 26. cum ſeqq. & de commutat. vltim. volunt. c. 12. n. 113. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 278. num. 34. & c. 829. à princ.* Caſtro Pal. *in opere morali tom 2. tract. 13. diſp. 6. puncto 9. §. 9. & 10.* Vaſq. *in opuſc. moral. cap. 2. §. 4. num. 205.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 67. & de Canonicis cap. 3. à num. 18.*

2. α *In Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus.*] In aliis verò nullam dari Epiſcopis poteſtatem ſupprimendi præbendas vt augeantur diſtributiones etiam ad augmentum cultus diuini, aſſerit deciſum Monet. *de diſtrib. quotid. p. 1. q. 5. n. 28.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 67. num. 2. in fine.*

3. β *Collegiatis inſignibus.*] Quæ tales dicantur videbis apud Ioan. Ant. Mallobr. *in praxi habendi concurſum præl. 2. n. 8.* ſecundùm Romanam impreſſ. & de Synodo Epiſcopi *cap. 4. dubit. 14.* & apud me *d. tract. de Canonicis c. 2. n. 18.* & ſupra *in collect. ad c. 12. hac eadem ſeſſ. n. 64.*

4. γ *Adeóque tenues ſunt præbendæ.*] Cùm beneficia de ſui natura præſumantur congrua, & illorum redditus potius aucti quàm diminuti, debere probari tenuitatem, redditus Eccleſiæ diminutos eſſe, notaui *d. alleg. 67. n. 5. cum ſeqq.*

5. δ *Liceat Epiſcopis.*] Cùm non vtatur verbo *Ordinariis*, quod latiùs patet, tenent huiuſmodi facultatem iis tantùm, & non aliis conuenire, ac proinde Prælatos ſæculares iuriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem, ſupprimere eius beneficia non poſſe etiam in caſibus, in quibus Epiſcopi poſſent in ſua diœceſi, Garc. *d. p. 11. c. 2. n. 75. & ſeq.* Monet. *de diſtrib. quotid. p. 1. c. 5. n. 30.* vbi hinc infert collegiatæ Eccleſiæ Prælatum hanc ſuppreſſionem præbendarum tenuium facere non poſſe, licèt eſſet exemptus, & Eccleſia inſignis idem repetit de *commut. vlt. volunt. c. 12. à n. 124.* vbi *n. 135.* id ipſum affirmat de Prælatis Regularibus circa beneficia Regularium ſuarum Eccleſiarum, refero Ego ipſe *d. tract. de Canonicis cap. 3. n. 22.*

6. Capitulum Sede vacante non poſſe ex eadem ratione hanc ſuppreſſionem facere, tenent Cuch. *inſt. maior. lib. 2. tit. 9. n. 87.* Azor. *inſt. moral. p. 2. lib 2. cap. 38. quæſt. 9.* Monald. *conſ. 41. n. 5.* nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. p. 4. reſolut. 535.* Monet. *d. c. 12. à n. 117.* vbi *n. 122.* idem dicit de viſitatore, ſeu adminiſtratore loco Capituli cathedrali Eccleſiæ vacanti dato.

Capitulum Sede vacante non poteſt ſupprimere quodcumque beneficium, & ſibi vnire, ſicut Sede plena non poteſt conſentire vnioni faciendæ ipſi Capit. directè, & principaliter, & ideo requiritur auctoritas Papæ, *Clem. ſi vna, §. fin. de rebus Eccleſ.* Garc. *p. 12. c. 2. n. 68.*

Vicarium Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante non poſſe hanc ſuppreſſionem facere, etiam in caſibus in quibus poſſet Epiſcopus, cuius eſt Vicarius, reſoluunt Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma vicariatus, num. 102.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 2. q. 116. n. 9.* Garc. *d. part. 12. c. 2. num. 69.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 278. num. 35.* Monet. *d. c. 12. num. 129. cum ſequentibus.* Ego ipſe *d. cap. 3. num. 24.* 7.

ε *Cum conſenſu Capituli.*] Vide Garc. *d. c. 2. n. 72. cum ſeqq.* Monet. *d. c. 12. à n. 245.* metipſum *d. alleg. 67. n. 9. & d. c. 3. n. 25.* 8.

Intelligendum eſſe tantùm de conſenſu illius Capituli, cui fit vnio, refert deciſum Garc. *d. c. 2. num. 76.*

Suppreſſio Canonicatuum alicuius Collegiatæ ob tenuitatem vt ritè fiat per Epiſc. debet vltra conſenſum Capituli Collegiatæ interuenire conſenſus Capituli Cathedralis, ita vt ſuppreſſio, & vnio facta ſine huiuſmodi conſenſibus ſit ipſo iure nulla, de quibus debet legitimè conſtare, nec ſufficit vt ab Epiſcopo enuntietur, ita Sel. *in ſelectis Canon. c. 34. n. 8.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Tropien. 1. Septembris 1618.* 9.

Conſenſum huiuſmodi poſſe poſt vnionem interuenire, reſoluit Steph. Grat. *d. c. 278. n. 302.* vbi etiam ſubdit nullitatem vnionis ob defectum conſenſus Capituli à nullo poſſe opponi, cùm hæc exceptio illi ſoli concedatur. Contrarium tamen, vt quilibet qui haberet intereſſe poſſit dare de tali defectu, cùm ſolemnitas hæc ſit introducta fauore Eccleſiæ, & ſic fauore publico, amplexa eſt Rot. *dec. 455. n. 5. p. 2. recent.* cuius memini *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 66. n. 25.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. 10.

Et ſufficere tacitum conſenſum tradit Monet. *d. c. 12. n. 251.* vbi *num. ſeq.* aduertit quòd quando agitur de ſupprimendis aliquibus præbendis, ſeu earum numero minuendo in Eccleſia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non ſit, iuxta terminos Concilij in præſenti, omnino requiratur conſenſus, vel certè vacatio Capituli prædictæ inferioris Eccleſiæ ratione intereſſe, quod in tali ſuppreſſione, ſeu diminutione prætendere poſſet, & quòd requiratur etiam conſenſus Capituli Cathedralis. 11.

ζ *Aliquot*

12. ζ *Aliquot ſimplicia beneficia*, &c.] Non comprehendere Dignitates refert deciſum Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccl. deciſ.* 492. *in* 1. *edit.* alias *reſol.* 383. *n.* 5. *limit.* 4. *in* 2. *edit.*

13. Per hoc decretum non licet Epiſcopo vnire beneficia Capellaniis etiam Cathedralis, quæ habent redditus tenues, cùm loquatur ſolùm de præbendis, item neque ſacriſtiæ, neque fabricæ, refert deciſum Garc. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 190.

14. Beneficia viuentium vnire poſſe, ſine tamen præiudicio obtinentium, ſeruata forma huius decreti, ſed ſi beneficium viuentis vnitum contingat reſignari, & reſignationem per Sedem Apoſt. admittit, vnionem pro illa vice ſuſpendi refert deciſum Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 4. *n.* 31.

15. Vniones de beneficiis reſeruatas validas eſſe, ſi modò fuerint factæ ante ipſorum vacationem, quòd ſi poſt vacationem factæ reperiantur, nullas eſſe, & prouiſos à Sede Apoſt. mitti debere in poſſeſſionem, refert deciſum Garc. *de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 102.

16. Curam animarum toti Capitulo cathedralis Eccleſiæ incumbentem poſſe Epiſcop. de conſenſu Capituli transferre per viam vnionis perpetuæ in certam perſonam, ſeu dignitatē eiuſdem Eccleſiæ, refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 190.

17. *n Iis vnire.*] Particulam *iis*, referri ad præbendas, ita vt vnio fiat ſingulis præbendis diſtributiuè, non autem menſæ, cenſuit Rot. apud Farin. *deciſ.* 565. *p.* 2. *recent.*

18. Et ſingulis præbendis ſingula beneficia vniri debere, non omnibus ſimul indiſtinctè vnum, aut plura, reſoluunt Hieronym. Gabr. *conſ.* 188. *n.* 3. & 4. *lib.* 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 174. *num.* 34. *in fine*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 37. *num.* 25. vbi etiam refert deciſum Concil. *in præſenti* non concedere facultatem vniendi menſæ capitulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum capitularium, quod etiam tenent Aloyſ. Ricciul. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1067. *in fine*, & *d. reſol.* 379. *num.* 4. Garc. *d. c.* 2. *n.* 171. Ego ipſe *d. alleg.* 67. *n.* 9.

Vniones fieri poſſe in diſtributionibus quotidianis, vbi illæ tenues ſunt, & etiam præbendæ tenues, ſecus ſi non eſſent tenues, quia hoc caſu tenuitati diſtributionum ſuccurri poſſe remedio *c.* 3. *ſeſſ.* 21. idem licere quando nullæ ſunt diſtributiones, & præbendæ tenues, vel è contra, refert deciſum Garc. *p.* 12. *c.* 2. *n.* 171. 19.

θ *Aliquibus ex his ſuppreſſis*, &c.] Non habere locum in ſuppreſſionibus ad tempus, ſed tantùm in perpetuis, aſſerit Monet. *de commutat. vlt. volunt. c.* 12. *n.* 289. 20.

ι *Cum patronorum conſenſu.*] In ſuppreſſione beneficiorum iuxta formam huius decreti facienda regulariter neceſſarium eſſe conſenſum patroni ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici, ac inferioris collatoris, & electorum, tenent Garc. *d. cap.* 2. *n.* 202 & 205. Monet. *de commutat. vlt. volunt. c.* 12. *num.* 126. 21.

Vnionem de beneficio iuriſpatronatus factam abſque patronorum conſenſu non valere, reſoluunt Roch. *de iurepatr. verb. honorificum q.* 3. Lambert. *eod. tract. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. dec.* 486. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 377. *n.* 1. *in* 2. *edit.* vbi *n.* 5. aduertit conſenſum patroni non præſumi, nec de eo ſtari aſſertioni Epiſcopi. 22.

κ *Ita tamen vt tot ſuperſint*, &c.] Quomodo autem taxandi ſint redditus præbendarum, ſeu beneficiorum, cùm eorum aliquot ſupprimenda ſunt, quæ ſeu redditum portio, & quantitas remanere debet ſingulis præbendis, ſeu beneficiis illius Eccleſiæ non ſupprimendis, late per regulas oſtendit Monet. *d. c.* 12. *num.* 255. *cum multis ſequentibus.* 23.

De Conſtitutione Vicarij, & OEconomi Sede vacante ad Capitulum pertinente.

CAPVT XVI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Vicarius à Capitulo Sede vacante vnus tantùm eligendus.*
3. *Capitulum Sede vacante duos Vicarios ſubſtituere poteſt, vt alternis menſibus ſeruiant.*
4. *Vicarij ad officium ſi plures ob Canonicorum diſcordiam aſſumerentur, magis idoneus remanere debet.*
5. *Capitulum cæteris paribus de gremio debet Vicarium eligere.*
6. *Vicarius Epiſcopi & Capituli non poteſt eſſe Parochus.*
7. *Vicarius poteſt eſſe Canonicus, qui in eadem Eccleſia curam gerit animarum.*
8. *Canonicus ex gremio Capit. in Vicarium Sede vacante electus diſtributiones non percipit dum tempore diuinorum ſuo muneri incumbit.*
9. *Capitulum totum habet adminiſtrationem iuriſdictionis, dum infra octo dies electio Vicarij non fit.*
10. *Capitulum Sede vacante non arctatur infra octo dies Vicarium conſtituere.*
11. *Capitulo Sede vacante currit terminus octo dierum ad eligendum Vicarium à die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi.*
12. *Capitulum in Commiſſione Vicarij poteſt præfigere tempus, & modum procedendi, ſed non poſt.*
13. *Capitulum Sede vacante poteſt certum tempus in Vicarij deputatione præfigere.*
14. *Capitulum poteſt Vicarium eligere cum clauſula quod non duret niſi per annum.*
15. *Capitulum ſi conſtitueret Vicarium ſimpliciter abſque temporis præfinitione, eius officium durat durante Sedis vacatione.*
16. *Capitulum facta electione Vicarij non poteſt illum ad libitum reuocare.*
17. *Vicarius capitularis poteſt ſolum remoueri ex cauſa bene viſa S. Congregationi.*
18. *Vicarius à Metropolitano deputatus in diœceſi ſuffraganei poteſt ad nutum ipſius Metropolitani amoueri.*
19. *Ætas* 25. *annorum permitti poteſt in Vicario Capitulari.*
20. *Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt in locum ſui quempiam ſubſtituere niſi in tribus caſibus.*
21. *Vicario Capitulari propter eius abſentiam ſpectat ſubſtitutionem facere.*
22. *Capitulum non poteſt eligere viſitatorem abſque Vicario.*

23. *Vicarius*

23. *Vicarius capituli Sede vacante non poteſt cognoſcere de cauſis delegatis Vicario Epiſcopi.*

24. *Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis non poteſt exequi commiſſiones Apoſt. directas Epiſcopo, ſeu eius Vicario.*

25. *Vicarius Capitularis poteſt executioni demandare litteras Epiſcopo per S. Congr. directas.*

26. *Vicarius Capitularis debet eligi Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico, vel alias quantum fieri poteſt idoneus.*

27. *Vicarius Capitularis debet doctorari in aliqua vniuerſitate.*

28. *Doctoribus in capitulo exiſtentibus neceſſario vnus ex illis in Vicarium eſt eligendus.*

29. *Non obſtante conſuetudine quod ſinguli vel bini de ipſius gremio per ſing. menſes adminiſtrent.*

30. *Vicarius collegiata defuncto eius Prelato non debet eligi Doctor.*

31. *Capitulum poteſt vbi non eſſet Doctor in actu deputationis dare Vicario conſultorem Doctorem ſibi bene viſum.*

32. *Metropolitanus poteſt deputare Vicarium in Eccleſia ſuffraganea ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Capitulum non prouiderit.*

33. *Metropolitana Eccleſia Capitulo Sede vacante negligente Vicarium conſtituere tunc antiquior ex ſuffraganeis illum conſtituet.*

34. *Capitulum Sede vacante poteſt facta remotione Vicarij, vel officialium illos cogere ad reddendam rationem.*

35. *Vicarius Capituli Sede vacante tenetur finito officio ſtare ſyndicatui.*

36. *Epiſcopus poteſt per ſe rationem adminiſtrationis officij geſti a Vicario Capitulari exigere.*

37. *Capitulum facta electione officialium non poteſt eos ad libitum reuocare.*

a Concil. Chalcedon. actione 16. c.25. in fin. Concil. Vormat. cap.76.

b Cap. non liceat in 2. 12.q.2. & c. fin. de ſupp. negl. præl. in 6.

Capitulum, [a] Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, α *OEconomum vnum, vel plures fideles*, ac diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum, & prouentuum curam gerent, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint reddituri. β *Item officialem, ſeu Vicarium* γ *infra octo dies poſt mortem* Epiſcopi δ *conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino teneatur*, ε *qui ſaltem in iure canonico ſit Doctor*, vel Licentiatus, ζ *vel aliàs, quantum fieri poterit idoneus*; η *niſi ſecus factum fuerit*, [b] *ad Metropolitanum* deputatio huiuſmodi deuoluatur. θ *Et, ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit*, aut exempta, Capitulúmque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcop. ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus, in exempta OEconomũ, & Vicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus verò ad eandem Eccleſiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum ſpectant, ab eiſdem OEconomo, Vicario, & aliis quibuſcumque officialibus, & adminiſtratoribus, qui, Sede vacante, fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in eius locum conſtituti, etiam ſi fuerint ex eodem Capitulo, ι *rationem exigat* officiorum iuriſdictionis adminiſtrationis, aut cuiuſcumque eorum muneris, poſſitque eos punire qui in eorum officio, ſeu adminiſtratione deliquerint, etiamſi prædicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eodem abſolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis, ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quæ ad Capitulum peruenerint, rationem reddere.

1. Vide Gig. *de penſion. quæſt.* 65. *n.* 22. Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vacante, p.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 1. *&* 2. Couarr. *in c. relatum.* ſ. 2. *num.* 3. *de teſtament.* Sbroz. *de officio Vicarij lib.* 1. *quæſt.* 60. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 22. Emm. Sà *in aphoriſm. verb. Vicarius* 3. Azor. *inſtit moral. p.* 2. *lib.* 3 *cap.* 37. *quæſt.* 18. *&* 19. Quatant. *in ſumma Bullarij verb. Capitulum Sede vacante, in princ.* Galct. *in margarita caſuum conſ. verb. Vicarius Sede vacante, n.* 5. Cardoſ. *in prax. iudicum, & Aduoc. verb. capitulum* 3. Molin. *de iuſt. tom.* 6. *tract.* 5. *diſput.* 11. *ſub num.* 1. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p.* 5. *c.* 7. *num.* 32. Narbon. *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, p.* 1. *num.* 102. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.* 1. *c.* 10. *n.* 7. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. deciſ.* 471. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 497. *cum tribus ſeqq. in* 2. *edit.* Raguc. *de voce can. q.* 37. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi. p.* 3. *alleg.* 54. *n.* 165. 166. *&* 172. *cum tribus ſeqq. &* 178. *cum ſeqq. & de Canonicis c.* 42. *num.* 18. *cum multis ſequentibus.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 44. *n.* 1.

α *OEconomum vnum, vel plures fideles*, &c.] Vide D. Felic. de Vega, Arch. Mexican. *in relect. c. rerum* 7. *de foro compet. n.* 10. vbi hanc diſpoſitionem ita accipiendam eſſe aſſerit, vt res ipſæ ſiue iura Eccl. pro eo tempore conſeruentur in eo ſtatu, quo fuerint, & non vt lites de nouo ſuſcitentur, vel iam cœptæ continuentur, dum Sedes ipſæ non habuerint Prælatum, & Paſtorem.

β *Item Officialem ſeu Vicarium*, &c.] A Capitulo Sede vacante vnum tantum Vicarium eligendum, niſi legitimè adeſſet immemorialis conſuetudo duos, aut plures eligendi, tenet Quatant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. nonò dubitatur*, quem refero *d. all.* 54. *n.* 165. *in princ. & d. c.* 42. *n.* 33. Poſſe etiam Capitulum Sede vacante Vicarios pedaneos conſtituere ſicut Epiſcopus poſſet illos conſtituere, reſoluunt Pauin. *de officio & poteſt. Capituli Sede vacante part.* 2. *quæſt.* 10. Molin. *de Iuſtit. tract.* 5. *diſp.* 11. *verſ. Pauinus.* 2.

Capitulum Sede vacante duos Vicar. ſubſtituere poſſe, vt alternis menſibus vicariatus munere fungãtur ſi legitima probetur immemorialis conſuetudo, & illis qualitatibus ſint præditi, quas requirit Conc. *in preſenti*, aſſerit reſolutum Garc. *in addit. ad ſuum tr. de benef. p.* 5. *c.* 7. *n.* 37. 3.

Si inter Canonic. diſcordia fuiſſet in electione Vicarij, & plores ad hoc officium aſſumerentur, magis idoneum, & habentem qualitates Conc. remanere debere, cæteris remotis, tenent Quatant. *d. loco verſ. ſecundò dubitatur*, Aloyſ. Ricc. *poſt reſ.* 505. *verſ. ſecundò*, Garc. *de benef. p.* 5 *c.* 7. *n.* 23. vbi refert ſic fuiſſe deciſum. 4.

Quamvis ε Capitulum non teneatur eligere perſonam in Vicar. de gremio ipſius Capituli, ſi tamen adeſſet idoneus, cæteris paribus illum eſſe præferendum, referunt deciſum Quatant. *d. loco verſ. ſextò dubitatur*, Aloyſ. Ricc. *in dec. curiæ Archiepiſc.* 5.

chiepiſc. Neapol. p.4. deciſ. 180. Marcel. Vulpe *d.*
c.44.n.25. Ego ipſe *d. tract.de Canonicis c. 42. nu-*
mero 37.

6. Vicarium Capituli Sede vacante, & etiam
Epiſcopi, non poſſe eſſe Parochum habentem
curam animarum, tenet Sel. *in ſelectis c.19.n.48.*
vbi refert deciſum *ſub die 12.May 1629.*

7. Creari tamen poſſe Canon. eiuſdem Eccleſiæ,
qui in eadem ciuitate & Eccleſ. curam gerit ani-
marum, dixi *d. tr. de Canon. c. 42.n.38.* atteſtans
ſic fuiſſe deciſum *in Orien. 19. Martij, & 19. Iu-*
nij 1619. vbi fuit dictum quòd contrariæ deci-
ſiones intelliguntur de Parocho rurali.

8. Canonicum ex gremio Capituli in Vicarium
Sede vacante electum dum tempore diuinorum
officiorum ſuo munere, & officio incumbit, di-
ſtributiones quotidianas non percipere, reſoluit
Monet. *de diſtribut. quotid.p.2 q.11.n.83.* & ſtante
conſuetudine illum abſentem non excuſante ad-
mittunt Rot. *deciſ. 222.n.6.p. 2. diuerſ.* Quarant.
d. loco, verſ. octauo dubitatur, in fine, quem qui-
dem, ſi in choro interueniat cum Canonicali
apparatu, vt diſtributiones quotidianas lucretur,
debere ſedere in loco proprio ſui Canonicatus
antiquioribus non præcedendo, tradunt Sayr.
in floribus deciſ. ſub tit. de offic. Vicarij, dec.3. Qua-
rant. *d.loco, ver. octauo dubitatur, in princ.* Aloyſ.
Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.475. in 1. edit.*
altàs *reſol. 499. in 2. edit.* Sbroz *lib. 2. quæſt. 25.*
n. 17. vbi *n. 20.* aduertit quòd iam quando non
eligitur Vicarius ex Canonicis, illi in proceſſio-
nibus præferendus eſt Archidiaconus, ſeu alia
dignitas maior, & prima poſt Pontificalem, refe-
ro Ego ipſe *d. alleg.54.n.167.*

9. *Infra octo dies poſt mortem, &c.*] Ante electio-
nem Vicarij infra octo dies faciendam, eo tem-
pore adminiſtrationem iuriſdictionis reſidere
penes totum Capitulum, reſoluunt Quarant.
d.loco, §. duodecimo quæro, verſ. primo, Aloyſ. Ricc.
in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſolut.505 in notab.
de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, verſ.
primo, & in deciſ. curiæ Archiep. Neap. dec.305 n.3.
p.4. Raguc. *de voce canon. in Capitulo q.37.num.1.*
Ego ipſe *d. part.3 allegat.54.n.163.* Sel. *d.cap.19.*
num. 41. atteſtans deciſum *ſub die 19. Septembris*
1620.

Contra Sbroz. *de offic. Vicarij lib. 1.q.61.* Mar-
cel. Vulpe *d c.34. n. 19.* exiſtimantes infra illos
octo dies Archidiaconum ſubſtituere Vic. vices.

10. Infra illos octo dies non arctari Capitulum
ad conſtituendum Vicarium, & ſucceſſiuè poſſe
de per ſe adminiſtrare, tenet Quarant. *vbi proxi-*
mè, verſ. terminum, quem refero *d.alleg.54.n. 163.*
& d.c.42.n.32.

11. Terminum præfatum octo dierum currere Ca-
pit. etiam à die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi, ad
aliam Eccleſiam, quando tamen à Summo Pont.
fuerit Epiſcopus abſolutus à vinculo prioris Ec-
cleſiæ, refert deciſum Quarant. *d.verſ. terminum*,
& ſtatim poſt tranſlationem abſque alio conſen-
ſu Epiſc. tranſlatum perdere iura primæ Eccleſ.
cenſuit Rot. *deciſ.475. p.1. recent.* & me citato *in*
coll. ad c. 1.n.5. de tranſlat. Epiſcopi, Maſſobr. *in*
ſua praxi habendi concurſum requiſ. 1. dub.9. ſecun-
dùm Rom. impreſſ. atteſtatur reſolutum Eccleſ.
à qua volens transfertur, ſeu quam dimittit Epi-
ſcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Epiſco-
pus ab illius vinculo abſoluitur in Conſiſtorio
Sanctitatis ſuæ etiam ante expeditionem litt.
Apoſt. vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccle-
ſiæ, & poſteaquam huiuſmodi abſolutionis no-
titiam habuerit etiam ex teſtimonio, ſeu docu-
mento Secretarij S.Colleg. illico teneri eum ab-
ſtinere ab exercitio ord. iuriſdictionis, eámque
tranſire in Capitulum tanquam Sede vacante, &
ita poſſe, & debere Capitul. ſtatim ea iuriſdictio-
ne vti, ac Vicarium iuxta hoc decretum præſcri-
ptum eligere, Sedémque vacantem publicare.

Conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino 12.
teneatur.] Capitulum in commiſſione Vicarij
poſſe præfigere tempus, & modum procedendi,
ſed non poſtea, reſoluit Raguc. *de voce Canonico-*
rum in Capit. q. 40. n. 14. quem refero Ego ipſe
d.c.42.n. 43. Cùm enim iuriſdictio Vicarij Capi-
tularis dependeat ab ipſo Capitulo, poteſt Ca-
pitulum illam ampliare, & limitare, ex quo ipſa
iuriſdictio reſidet principaliter penes Capito-
lum, Pauin. *d.p.2.q.10.n.6.* Marcel. Vulpe *d. c.44.*
n.28. Ego ipſe *d.c.42.n.43.*

Capitulum Sede vacante poſſe certum tempus 13.
in Vicarij deputatione præfinire, quo elapſo eius
iuriſdictionem expirare, refert deciſum Garc.
ad ſum. tract. de benef p.5.c.7.n.37.

Capitulum poſſe vicarium eligere cum clau- 14.
ſula quòd non duret niſi per annum, dixi Ego
ipſe *d. c. 42.n. 44.* aſſerens ita fuiſſe deciſum *ſub*
die 17. Iunij 1617. credo tamen meliùs fieri ſi Vi-
carius Capitularis Sede vacante eligatur liberè
abſque vlla conditione mutationis, & aſſigna-
tione aſſeſſuris, & atteſtor ita reſcripſiſſe S. Con-
greg. Epiſcop. & Regular. Epiſc. Caietano *ſub die*
28. Octobris 1587.

Si verò Capitulum conſtitueret Vicarium ſim- 15.
pliciter abſque temporis præfinitione, eius offi-
cium durante Sedis vacatione reſoluit Quarant.
d. verb. Capitulum Sede vacante, prope fin. verſ.
circa quam commiſſionem, quem refero *dicta alleg.*
54.n.173.

Capitulum facta electione vicarij non poſſe 16.
illum ad libitum reuocare, & nouum conſtituere,
tenent Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.5. coll. 1602. in*
fine, & in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neap. deciſ.187.
p.4. Raguc. *de voce canon. in Capitulo quæſt. 37.n.4.*
Ego ipſe *d.alleg.54.n.171.* Etiamſi in deputatione
adeſſet clauſula, *ex cauſis ſibi bene viſis*, ex Sel.
d. c. 19. n. 43. vbi refert hoc non fuiſſe deciſum,
ſed remiſſum ad S. Congr. Epiſcop. & Regul. *in*
Eccleſien. 1. Aprilis 1628.

Ex cauſa tamen bene viſa S. Congr. negotiis 17.
Epiſcoporum, & Regul. præpoſitæ poſſe ſolum-
modo Vicarium Capitularem ab exercitio vica-
riatus remoueri, declarauit ipſamet *de anno* 1631.
provt iam antea ſæpe ſæpiùs cenſuiſſe refero
Ego ipſe *d.c.42.n. 47.*

Contra Quarant. *d. verb. Capitulum Sede va-*
cante, n.3. verſ. tertiò dubitatur, & Zerol. *in praxi*
Epiſc.p.1. verb. Vicarius, §. 21. verſ.3. Marc. Vulpe
d.c.44. n. 14 & citari à D. Lartea Granaten. *de-*
ciſ. 2. n. 4. exiſtimantes ex iuſta & rationabili
cauſa poſſe Capitulum Vicarium à ſe electum,
vel confirmatum reuocare.

Vicarium verò à Metropolitano deputatum 18.
in vim huius decreti, quando in Sede vacante Ca-
pitulum, ad quod ſpectabat, intra tempus à Con-
cilio præſcriptum illum non deputauit, amoue-
ri poſſe ad nutum ipſius Metropolitani, dixi Ego
ipſe *d. c.42. n. 48.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in*
Liman. 29. Septembris 1625.

Ætatem viginti trium annorum permitti poſ- 19.
ſe in Vicario Capitulari ſi aliàs eſt idoneus, non
tamen expedire; aſſerit Sel. *d.c.19.n. 44.* vbi refert
deciſum *ſub die 11. Auguſti* 1618.

Vicarium

20. Vicarium Capituli Sede vacante non poſſe in locum ſui quempiam ſubſtituere niſi in tribus caſibus, videlicet infirmitatis, ad modicum tempus, & in delegatis, & tunc multò magis teneri ſubſtituere præditum qualitatibus, quas hoc decretum in ipſo Vicario Capituli requirit, quam ipſum Capitulum, aſſerit Sel. *d. c. 19. num. 45.* vbi refert deciſum *die 17. May* 1600.

21. Vicario Capitulari propter eius abſentiam ſpectare ſubſtitutionem facere, refert deciſum Garc. *de benefic p. 5. c. 7. n. 23. declar. 6.*

22. Abſque Vicario non poſſe Capitulum eligere viſitatorem ad viſitandam diœceſim, refert deciſum Garc. *d. c. 7. n. 2. declar. 7.*

23. Vicarium Capituli Sede vacante non poſſe cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, & ſic nec exequi diſpenſationes in matrimonij impedimentis, & litteras in forma *Dignum* quæ huiuſmodi generali Epiſcopi Vicario ſolent committi, reſoluunt Garc. *de benef p. 6 c. 2. à n. 44.* Bonac. *de legibus diſp. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. n. 7.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. deciſ. 44.* Ego ipſe *d. c. 42. n. 57.* vbi refero ſic fuiſſe deciſum *ſub die 14. May 1621.*

Contra Salas *de legibus diſp. 20. ſect. 1. n. 124.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 26. n. 32. cum ſeq.* exiſtimantes Vicarium Capituli poſſe de prædictis cognoſcere, quamvis commiſſio ſit directa Vicario generali Epiſcopi.

24. Vnde commiſſiones Apoſt. in forma *Dignum*, & alias directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel ſub nomine Dignitatis non poſſe exequi Capitulum, ſeu Vicarium Capitularem Sede vacante, dixi *d. c. 42. n. 59.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Camenat. 2. Auguſti 1631.*

25. Poſſe tamen Vicarium Capitularem Sede vacante executionem demandare per litteras Epiſc. per Sacramenta Congreg. directas, & ab illo non exequutas, dixi *eod. c. 42. n. 60.* affirmans ſic deciſiſſe S. Congr. Epiſc. & Regul. *ſub die 10. Aprilis 1615.* necnon omne illud quod Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breue in cauſis iuriſdictionem importantibus conceſſum, ead. S. Congreg. *in Tranen. 26. Ianuary 1604. & in Neapolitana 10. Februarij eiuſdem anni.*

26. *t Qui ſaltem iure Canonico ſit Doctor, &c.*] Vicarius Capituli Sede vacante debet eligi Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poteſt idoneus, ita Nauar. *conſil. 2.* aliàs *vnic. de offic. Vicar. in nouis,* Sayr *in floribus dec. ſub illo tit. deciſ. 1.* Petr. Hen. *conſil. 90.* Sbroz. *de offic. vicar. lib. 1. q. 56. n. 12.* Galet. *in margar. caſuum conſcientiæ. verb. Vicarius 4.* Molin. *de Iuſt. tract. 5. diſp. 12.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 497. n. 2.* Garc. *de benef p. 5 c. 7. num 12.* Marcel. Vulpe *d. c. 44. n. 15.* Alias electionem eſſe irritam & nullam refert deciſum Garc. *d. c. 7. n. 10.* Nec debere confirmari Vicarium Epiſcopi demortui, niſi eſſet Doctor, dicit reſolutum Sbrox. *in addit. ad d. lib. 1. quaſt. 36. num. 12. & quaſt. 55. ſub num. 2.*

27. Debere doctorari in aliqua Vniuerſitate, non verò à perſona priuata, dixi *d. c. 42. num. 51.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 19. Septembris 1620.*

28. Exiſtentibus Doctoribus in Capitulo neceſſariò vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui refert deciſum Garc. *in addit. ad tract. de benefic. p. 5. cap. 7. num. 12.*

29. Vicarij electio, ſeu deputatio ſi ex conſuetudine Capituli fieret de ipſius gremio, & bini, vel ſinguli, per ſingulos menſes adminiſtrent, obſeruando ordinem, ſed non eſſent omnes Doctores, vel Licentiati, dicta deputatio non valet, vbi alij Doctores poſſint conſtitui, nec inſpicitur ordo, vel cõſuetudo, aut lex noua certam formam præſcribens, argument. text. *in l. ſciendum, §. ordinè, ff. de legat. 1.* ita refert deciſum Garc. *d. p. 5. c. 7. n. 10. & 11. in 1. dub.*

Non extendi ad Eccleſiam Collegiatam defuncto eius Prælato, qui ordinariam iuriſdictionem, & omnia alia iura Epiſcopalia habebat; quia ſi non eſt neceſſe vt Prælatus mortuus ſit Doctor, ergo neque Vicarius, refert deciſum Garc. *d. p. 5. cap. 7. num. 20.* 30.

ζ Vel alias quantum fieri poterit idoneus.] Poſſe Capitulum vbi non eſſet Doctor, in actu deputationis dare ei conſultorem Doctorem ſibi bene viſum partibus non ſuſpectum in caſibus in quibus eo opus erit, tenent Sbroz. *d. lib. 1. q. 36. n. 13.* Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante n. 3. in fine,* Aloyſ. Ricc. *poſt reſol. 305. in notabil. de materia Vicarij n. 4. […] Capitulum,* & ipſemet addit *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolit. p. 4 deciſ. 305. n. 15.* quòd Doctor ſacrorum Canonum præfertur Magiſtro S. Theologiæ quoad hoc officium aſſequendum, & *n. 12.* ſubdit electionem in Vicarium factam de Theologo omiſſo Canoniſta valere: ſed contrarium tenui *dicto c. 42. n. 53.* aſſerens *ſub die 18. Auguſti 1621.* deciſum fuiſſe Doctorem Theologum non poſſe eſſe Vicarium Capitularem Sede vacante. 31.

η Si ſecus factum fuerit ad Metropolitanum, &c.] Poſſe Metropolitanum deputare Vicarium, ſeu officialem in Eccleſia ſuffraganea, ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Capitulum non prouiderit de vicario, vel non idoneum elegerit, ex hoc decreto colligunt Quarant. *in ſum. Bullarij verb. Archiepiſc. auctoritas, n. 36.* Marc. Ant. Gen. *in pract. Archiepiſc. Neapolit. c. 70. n. 6.* Ego ipſe *in tract. de Canon. c. 42. n. 55. & de officio, & poteſt. Epiſc. part. 1. titul. 4. de Archiepiſc. præſtantia, n. 60.* vbi ex Gemin. & Rague. obſeruo quòd ſi moreretur Vicarius creatus à Metropolitano, vel alio ſuperiore ob negligentiam Capituli, Capitulum poteſt infra octo dies creare vt prius, quia pro prima vice tantùm amiſit ius. 32.

θ Et ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, &c.] Metropolitanæ Eccleſiæ Capitulo Sede vacante negligente Vicarium conſtituere, tunc antiquiorem ex ſuffraganeis illum conſtituere, vel Eccleſiæ exemptæ Capitulo negligente Epiſcopum propinquiorem eum deputare poſſe, ex hoc cap. colligunt Cuch. *in inſt. maior. lib. 2. tit. 8. de offic. Vicar. n. 39.* Sbrox *d. lib. 1. q. 58.* 33.

ι Rationem exigat, &c.] Capitulum Sede vacante poteſt facta remotione Vicarij, vel aliorum officialium illos cogere ad reddendam rationem adminiſtrationis, eóſque pro culpa punire; non tamen impediri futurum Epiſcopum quando ex hoc decreto ab iiſdem exigat rationem actionum, quas Sede vacante fecerint, & eos punire, etiam ſi à Capitulo fuerint abſoluti, ita refert deciſum Garc. *p. 5. c. 7. n. 23.* 34.

Vicarium Capituli Sede Vacante teneri finito officio ſtare ſyndicatui aſſerunt Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Arch. Neap. c. 58. in fine.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. d. verb. Capitulum Sede vacante n. 14.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum Eccleſ. dec. 48. in 1. edit.* aliàs *reſol. 504. in 2. edit.* Rague. *de voce Canonicor. in Capitulo.* 35.

quaſt.

q.40. num. 13. Ego ipſe *d. alleg.54.n.*181. Marcel. Vulpe *d.c.44.n.19.in princ.*

36. Epiſcopum per ſe rationem adminiſtrationis officij geſti à Vicario Capituli Sede vacante conſtituto exigere, atque in aliquo delicto compertum punire poſſe, reſoluunt Vgol. *de officio Epiſcopi c.2. §. 2.n. 2.* Aloyſ. Riec. *in dec. Curia Arch. Neapol. p. 4. dec.* 291. refert deciſum Arm. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 3. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num.* 99. citatus per me *d. allegat. 54. num.* 183.

Capitulum facta electione officialium non poſſe eos ad libitum reuocare, & nouos conſtituere, niſi vel œconomos, vel illos officiales, quos etiam viuente Epiſcopo poſſet ipſum deputare, refert deciſum Garc. *d.p.4.cap.7.n.23.* 37.

Singula ſingulis perſonis conferantur Beneficia Eccleſiaſtica, obtinēti tamen inſufficiens conferri poteſt aliud ſimplex, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat. Obtinentes plures Parochias dimittant vtram voluerint, & alteram teneant.

CAPVT XVII.

1. *Doctores de beneficiorum incompatibilitate, & pluralitate agentes.*
2. *Cardinales comprehenduntur hoc decreto.*
3. *Beneficia plura ſimul obtineri non poſſe, ſine diſpenſatione Epiſcopi.*
4. *Epiſcopus habenti vnum beneficium ſimplex quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poteſt aliud ſimile conferre abſque Apoſt. diſpenſatione.*
5. *Ordinarius poteſt conferre ſecundum beneficium obtinenti primum ſufficiens iuxta ſuum verum valorem, ſed inſufficiens ob id quod penſione eſt granatum.*
6. *Beneficium vnum ſufficiens habens non poteſt retinere duo.*
7. *Conſuetudo non excuſat à peccato mort. retinentem plura ſimplicia beneficia quorum vnum eſt ſufficiens.*
8. *Habet locum hoc decretum in beneficiis iuriſpatronatus, niſi caueatur in fundatione, vt ſimul cum aliis retineri poſſint.*
9. *Beneficium vnum ſufficiens habenti ſi aliud ſufficiens ab Epiſcopo fuerit collatum, habita pacifica poſſeſſione ſecundi vacat primum.*
10. *Ordinarius ſi conferat tertium beneficium habenti duo ſimplicia inſufficientia, collatio tertij eſt nulla.*
11. *Epiſcopus habenti congruam non poteſt aliud beneficium dare.*
12. *Beneficia duo ſimplicia retinens, & fructus amborum percipiens quorum quodlibet de per ſe erat ſufficiens, ambo ipſo iure vacant.*
13. *Beneficia duo vniformia ſub eodem tecto abſque prouiſione Sedis Apoſt. obtineri non poſſunt.*
14. *Epiſcopus ex cauſa poteſt diſpenſare vt quis obtinere valeat duo beneficia difformia ſub eodem tecto.*
15. *Capellæ plures in eodem Altari quando poſſint poſſideri ab vno.*
16. *Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit incidit in priuationem omnium ipſo iure.*
17. *Beneficium Eccleſiaſticū ſufficiens quod dicatur.*
18. *Beneficia duo retineri poſſunt dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat.*
19. *Canonicatus duo in vim decretorum Conc. Trid. ſunt incompatibiles.*
20. *Canonicatus primus ipſo iure vacat per adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi.*
21. *Canonicatus duos retinere pergens vtroque eſt ipſo iure priuatus.*
22. *Conſuetudini permittenti quòd in eadem Eccleſia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non eſt derogatum per Concilium.*
23. *Canonicatum pœnitentialem obtinens non poteſt in vim conſuetudinis dignitatem habere.*
24. *Conſuetudo tenendi beneficium curatum, vel ſimplex ſimul cum Capellania in eadem Eccleſia, non eſt ſublata per hoc decretum.*
25. *Capellania, & Manſionaria, quorum fructus ſunt tenues, ſunt incompatibilia beneficia.*
26. *Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poteſt cum Canonicatu.*
27. *Statutum Eccleſiæ Caſalen.*
28. *Dignitates, quæ nullos, vel tenues habent fructus, poſſunt cum Canonicatu retineri.*
29. *Prouiſus de Canonicatu in vna Eccleſia & de Decanatu in alia cum diſpenſatione, &c. ſufficit vt in digniore reſideat.*
30. *Diſpenſatus ad benefic. dummodo plura ſimul non ſint, non poteſt obtinere plura, quàm vnum.*
31. *Parochialem Eccl. habenti poteſt Ordinarius alteram Parochialem conferre, ſed poſt adeptam poſſeſſionem pacificam ſecundæ vacat prima.*
32. *Parochiales duas habens, quarum altera eſt beneficio ſimplici in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur.*
33. *Parochiales duæ vel plures inuicem vnitæ poſſunt legitimè retineri.*
34. *Parochialem vnam habens cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, vnam ex iis, quam velit, tenetur reſignare.*
35. *Monaſterium commendatum cum cura non eſt incompatibile cum Parochiali.*
36. *Parochialem habens vnà cum monaſterio in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur.*
37. *Parochialem habenti ob incompatibilitatem dimittendam, quomodo prouidendum habenti ad eam regreſſum.*
38. *Pœnas condignas ſubire debet non dimittens vnam ex duabus Eccleſiis Curatis intra tempus à Concil. aſſignatum.*
39. *Parochialis & Canonicatus cadunt ſua incompatibilitate etiam ſtante parua diſtantia, & tenuitate fructuum.*
40. *Præbendam & Parochialem ante Conc. legitimè obtinens, poteſt poſt Conc. vtramque legitimè obtinere.*
41. *Papa attenta perſonarum & locorum qualitate diſpenſat vt vni Parochialis & Canonicatus conferatur.*
42. *Parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathedrali obtinens, ſi poteſt vtrique inſeruire, non eſt moleſtandus.*
43. *Parochialem vacantem non debet Epiſcopus Canonicatum habenti conferre, etiam ſi tenues admodum præbendæ eſſent.*
44. *Parochiales Eccl. ſunt incompatibiles cum beneficiis*

ficiis, in quibus aſſignatæ ſunt diſtributiones.
45. *Capellania, quæ habet onus celebrandi certas Miſſas, & coadiuuandi in cura animarum, eſt benefic. incompatibile cum alio beneficio Curato.*
46. *Parochialem obtinens vnà cum Canonicatu ex diſpenſatione Apoſt. ante Conc. obtenta, potuit poſt Concil. abſque alia diſpenſatione optare aliam præbendam pinguiorem.*
47. *Terrulæ beneficiales non ſunt incompatibiles.*
48. *Beneficia duo incompatibilia à Papa obtinens, illaque in litteris exprimens, cum quo non fuit diſpenſatum, obtinere poteſt.*
49. *Beneficia, ſeu legata pia, quæ non habent Altare, ſeu Capellam, non inducunt incompatibilitatem.*
50. *Eccleſia Baptiſmalis, licèt non ſit in reliquis Curata, eſt incompatibilis.*
51. *Diſpenſatio præſumpta, in qua fundatur reg. de triennali, non habet locum contra decreta Conc.*
52. *Concordat decretum in præſenti cum alio c. 4. ſeſſ. 7. de reform.*
53. *Beneficium incompatibile obtinens, & recipiens ſecundum ſimile, ipſo iure vacat primum.*
54. *Beneficia plura obtinens ex diſpenſatione Papæ ſine cauſa rationabili, an ſit tutus in foro conſcientiæ.*

a Seſſ. 1. Nic. c. 15. & 16. Antioch. c. 3. & Ar-la... c. 2. & 22. & Milen. c. 15. cap. quia in tantum ad hæc & c. cũ non ignores de præb. cum alleg. ſuprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 2. c. referente, & cap. multa de præb. 2. c. per totam c. quia nonnulli, de cler. non reſid.
b Supr. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 4.
c Cap. execrabilis. §. qui verò in extrauagant. com. tit. de præbend.

CVm Eccleſiaſticus [a] ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat Clericorũ, ſanctè ſacris Canonibus cautũ fuit, neminẽ oportere in duabus Eccleſiis conſcribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſe ipſos, non Deũ, decipientes, ea, quæ bene cõſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcũt: ſancta Synodus debitam regẽdis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti decreto, quod in quibuſcumq; perſonis quocumque titulo, *α etiamſi Cardinalatus honore fulgeant*, mandat obſeruari, ſtatuit vt in poſterũ *β vnũ tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur*, quod quidem ſi ad vitã eius, cui confertur honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, *γ liceat nihilominus aliud ſimplex δ ſufficiens, ε dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat*, eidem conferri. Hæcque *ζ non modò ad Cathedrales Eccleſias*, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tã ſæcularia, quàm regularia quæcumque, etiam commodata, pertineant, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant. *η Illi verò, qui in præſenti plures parochiales* Eccleſias, aut vnã cathedralem, & aliam parochialem obtinent, [b] *θ cogantur omnino*, quibuſcumque diſpenſationibus, ac vnionibus ad vitam non obſtantibus, vna tantum parochiali, *ι vel ſola cathedrali retenta*, alias parochiales *κ infra ſpatium ſex menſium* dimittere: alioquin, tam parochiales quam beneficia omnia, quæ obtinent [c] *λ ipſo iure vacare cenſeantur*: ac tanquam vacantia libere aliis idoneis conferantur: *μ nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia, fructus* poſt dictum tempus retineant. Optat autem ſancta Synodus, vt reſignantium neceſſitatibus commoda aliqua ratione, prout ſummo Pontifici videbitur, prouideatur.

1. DE beneficiorum incompatibilitate & pluralitate agunt ex profeſſo Dionyſ. Carthuſ. & Hieron. Curiel. *in ſuis tract. de pluralit. benefic.* Hoied. *de incompat. benef.* Rebuff. *in praxi benef. p. 1. tit. de diſpenſ. ad plura beneficia*, Paul. Fuſc. *de viſit. l. 2. c. 7. n. 8.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 49. in nouiſ. impreſſ.* Sbroz. *de offic. vicarij l. 1. quæſt. 45.* Cened. *ad Decretal. collect. 150.* Duen. *reg. 171.* Selu. *de benefic. p. 3. q. 39. à princ.* Menoch. *de arbitr. caſu 259.* Lud. Beia *reſp. caſuum conſcient. p. 1. caſu 159.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 3. princ. ex num. 71.* Aluar. Pelag. *de planctu Eccl. l. 2. c. 27.* Albert. Troc. *de vero, & perfecto clerico leg. 2. c. 45.* Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de coll. §. cui rei, in gloſſ. pluralitatis.* Paul. Comitol. *reſponſ. mor. l. 1. quæſt. 73.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 3. à n. 10.* Sot. *de iuſt. lib. 3. q. 6. art. 3.* Mich. Salon. *2. 2. quæſt. 63. art. 2. controu. 5.* Vaſ. *in opuſc. de benef. c. 4. §. 2. dub. 5. n. 159. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. mor. tr. 6. c. 9.* Monet. *de opt. canon. c. 6. q. 6. à num. 67.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. l. 30. tract. 3. c. 19. n. 260. cum ſeq.* Garc. *de benef. p. 11. c. 5. num. 260. cum ſeq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ l. 4. tit. 7. de benef. incompat.* Vgol. *de officio Epiſc. c. 14. §. 2.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum requiſ. 7. dub. 16. cum duobus ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neap. p. 4. dec. 226. n. 16. & dec. 216.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſt. 12. p. 109. cum ſeqq.* & præcipuè *à num. 7.* Marcel. Vulp. *in praxi iudic. fori Eccl. c. 48. n. 57. cum ſeq.* Sanch. *in conſ. mor. tom. 1. l. 2. c. 2. dub. 5. cum ſeq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 62.* Multa exempla aliquorum qui fuerunt æternaliter condemnati propter beneficiorum pluralitatem, referuntur *in prato ſpirituali, lib. 5. in floribus de apibus c. 6. 7. & 8.* & apud Villadieg. *p. 5.* vbi de fructibus Sanctorum, *tit. de auaritia diſc. 6. el autor del libro de opibus.*

2. *α Etiam ſi Cardinalatus honore fulgeant.*] Vide Flam. Paril. *de reſignat. benef. lib. 5. q. 6. num. 116.* Vgolin. *de officio Epiſc. c. 14. §. 2. n. 1. in fine*, Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 14. & lib. 6. c. 2. q. 5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. dec. 236. num. 2. p. 4.*

3. *β Vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis confertur.*] Plura beneficia ſimul obtineri non poſſunt, licèt ſint ſimplicia ſine diſpenſatione Papæ, quod ex verbis Concilij ſic moderandum, ſi vel perſonalem requirant reſidentiam, vel ſint ſufficientia. Ita deciſum refert Stephan. VVeyms *d. conſt. 12. n. 9. p. 110. in fine.*

4. *γ Liceat nihilominus aliud ſimplex*, &c.] Epiſcopum habẽti vnum ſimplex beneficium quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poſſe aliud ſimile conferre abſque diſpenſatione Apoſt. ſed non poſſe plura ſimplicia vltra duo vſque ad ſufficientem eius ſuſtentationem conferre citra diſpenſationem Apoſt. referunt deciſum, Garc. *p. 11. c. 5. n. 310. in 1. & 2. declar.* Arm. *in addit. ad recop. legum Nauarræ l. 4. tit. 7. de benef. incomp. n. 32. cum duobus ſeqq.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ. 7. dub. 16.* ſecundùm Rom. impreſſ. Marcel. Vulpe *d. c. 48. n. 58. prope fin.*

5. Ordinarium poſſe conferre ſecundũ beneficiũ obtinenti primum ſufficiens iuxta ſuum verũ valorẽ, & honeſtã ipſius poſſidentis ſuſtentationẽ, ſi tempore, quo ſecundũ confertur, non ſufficiat

propter

Digitized by Google

propter onus penſionis ſuper tali beneficio impoſitum dummodo prouiſus poſt collationem ſibi factam non conſenſerit penſioni, referunt deciſum Garc. *d. c.5.n.310. dub.4.* Arm. *d.tit.7.de benef. incomp. n. 37. in 4.reſp.* Ego ipſe *d. alleg. 62. n.7.* reſoluunt Azor. *inſt.mor.p.2.lib.8.c.10.q.8.& cap. 12.q.6.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.5.§.5.à n. 14.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum requiſ.7.dub.17.*

6. Habens vnum beneficium ſufficiens non poteſt retinere duo, & habens duo per ſe ſeparatim inſufficientia, ſed ſimul iuncta ſufficientia, non poteſt retinere tertium, vt reſoluunt Hoied. *de incomp. benef.p.1.c.19.n.1.cum ſeq.* Flam.Pariſ.*de reſign.benef.lib.3.q.1.n.138.*Garc.*d.c.5.n.268.*

7. Conſuetudo non excuſat à peccato mort. retinentem plura ſimplicia beneficia, quorum vnum eſt ſufficiens, ita Flamin. Pariſ. *d.tract. de reſign. benef.lib.5.q.6.n.119.*& alij citati per me *d all. 62. n.8.* vbi *n.10. in fine,* aduerto quòd hodie de conſuetudine non datur diſpenſatio ad plura beneficia ſimplicia, ſed Prælati inferiores ſummo Pont. videntur quòd conferre poſſint, & de facto conferunt, nulla habita ratione an ſint pinguia, vel tenuia, quæ ſecundùm ea quæ habentur in hoc decreto, non ſunt laudabilia, refert me non citato Aloyſ. Ricc.*d.deciſ.236.n.5.p.4.*

8 Diſpoſitionem Concil. in præſenti prohibentis Epiſcopo conferre vni vltra duo beneficia, locum habere in beneficiis iuriſpatronatus, niſi caueatur in fundatione, vt ſimul cum aliis retinere poſſint, reſoluit Garc.*d.p.11.cap.5.n.286.*Aldan. *in compendio canon.reſol. lib. 3.tit.10.n.8.*atteſtans *in Beuenen.* 13. *Nouembris* 1607. fuiſſe deciſum beneficium tertium ſimplex etiam de iurepatronatus non poſſe retineri cum duobus aliis priùs obtentis abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione, huiuſmodique priora beneficia poſt pacificam poſſeſſionem tertij vacare eidem Sedi Apoſt.

Contra Lambert. *de iurepatr. p.1.lib.2.q 7. art. 15. n. 15.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.7.dub.18.* exiſtimantes diſpoſitionem Conc. in præſenti locum non habere in beneficiis iuriſpatronatus, ac proinde vniuerſalem obſeruantiam & praxim eſſe vt Epiſc. inſtituant præſentatos à patronis, tametſi tertium, & quartum habeant beneficium, & Lamb. atteſtatur ſe fuiſſe inſtitutum in triginta ſeptem beneficiis, quorum maxima pars erat patronatuum laicorum, & clericorum, & omnium fructus non aſcendebant ad ſummam ducatorum 130. de camera.

9. Habenti vnum beneficium ſufficiens, ſi aliud ſufficiens ab Epiſcopo fuerit collatum, habita pacifica poſſeſſione ſecundi, vacare primum, aſſerunt deciſum Garc. *d.c.5.n.283. in 2. declar.* Arm. *d. tit. 7. de benef. incomp. n. 8.& 9.* quos refero *d. p.3.alleg.62.n.3.*

10. Ordinarius ſi conferat tertium beneficium habenti duo ſimplicia beneficia aliàs ad ſuſtentationem inſufficientia, collationem tertij eſſe validam, ſed ſi tertium ſit ſufficiens, vacare illa duo priora beneficia, ſin minus, teneri prouiſum dimittere alterum ex illis, & ſi continuauerit poſſeſſionem amborum, recipiendo ex illis fructus, vtrumque beneficium vacare, referunt deciſum Garc *de benef. p.11.c.5.n.310.in 1.& 2.decl.* Arm. *d.tit.7.de benef.incompat.n.37.in reſp.ad dub.1.& 2.* Vgoliu.*d.c.14.§.2 n.2.verſ.tertio.*

11. Epiſcopum habenti congruam non poſſe aliud beneficium dare, & ſi dederit, vacare primum illud quod habebat, dummodo beneficium titulare ſit, quamvis difforme à ſecundo recepto, & ſi ambo retinere tentauerit accepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacare vtrumque, referunt deciſum Garc. *d.p.12.c.3.n.30.* Arm. *d.tit.7. de benef. incompat.n.31.*

Obtinens beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens 12.
ad honeſte ſuſtentandũ, ſi inſtitutus fuit ab Epiſcop. ad aliud beneficium, primum per aſſecutionem ſecundi, procul dubio ipſo iure vacabit; ſecundum verò ita demum vacat, ſi vtrumque retinere ſciens præſumpſerit, Sel. *in ſelect. can.c.21. n.10.* vbi aſſerit reſolutum *in Salamantina 31. Maij* 1607. Ex retentione enim vtriuſque beneficij, & perceptione fructuum amborum per duos annos abſque diſpenſatione Apoſt. vtrumque ipſo iure vacaſſe, refert deciſum idem Sel. *citato loco,* & vidi ſatis diſputari hunc articulum, & ſic concluſum *in ſacra Congr. Conc. de hoc anno* 1632.

Beneficia duo vniformia ſub eodem tecto abſ- 13.
que prouiſione Sedis Apoſt. obtinere non poſſe clericum, niſi id dictet ſtatutum, vel Eccleſ. conſuetudo, vel Epiſc. cum eo expreſſè diſpenſauerit, cùm vtrumque conferendo non intelligatur tacitè diſpenſaſſe, tenet Sel.*d c.21.n.11.*atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 1.Nouembris* 1607.

Epiſcopum ex cauſa poſſe diſpenſare, vt quis
obtinere valeat duo beneficia difformia ſub eo- 14.
dem tecto, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem prouiſi, referunt deciſum Garc.*p.11.c.5.n.377.* Arm. *d tit.7 de benefic.incompat.n.7.*Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.2. cap. 8.n.55.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 6. cap. 9.n.46.* Azor. *inſtit. moral.part.2.l.3. c.50.q.6.& lib.6.c.11.q.2.& 4.& c.13.q.6.*Stephan. VVeyms *d. conſt. 12. num.15.in fine,* vbi quòd non poteſt Epiſcopus diſpenſare vt obtineantur duo beneficia conformia. Ego ipſe *d. alleg.62.num.17.* Conformia beneficia cenſentur non illa, quæ vno, eodémque nomine nuncupantur, ſed quæ ad vnum, eundémque finem ſunt inſtituta, & quæ idem officium, idémque onus habent; vnde ex aduerſo ſatis intelligitur, quæ cenſenda ſint diſſimilia, ſeu difformia, nimirum, quæ diſſimile habent officium, alio, ſeu diuerſo, & non planè eodem tempore explendum: item ſub eodem tecto dicuntur eſſe beneficia, quæ ſunt intra eandem Eccleſiam, vel eius ambitum, ſeu circuitum; ita Steph. VVeyms *d.conſtit.12.n.16.*

Capellæ plures in eodem Altari ſub eadem in-
uocatione cum diuerſis oneribus Miſſarũ, quæ an- 15.
tiquitus cõferebantur plurib. clericis, & ad præſens repetiũtur poſſideri ab vno ſub titulo vnius capellaniæ, non poſſunt retineri hodie abſque diſpenſatione Apoſtolica, ita Sel. *d. c.21.n.12.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die 17. Auguſti* 1630.

Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes 16.
ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione, ita deciſum fuiſſe in vna Cantien. refert Sel.*citato loco.*

a Sufficiens.] Quod dicatur beneficium Eccle- 17.
ſiaſticum ſufficiens ad congruam ſuſtentationem arbitrio iudicis relinqui paulo plus, vel minus æſtimandum cõſideratis conſiderandis, qualitate ſcilicet perſonarum, locorum & temporum, reſoluunt Nau. *de orat. mſc.62.* Flam. *d.l.5.q.6.n.131. & ſeq.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. beneficium §.7. concl. 8. princip.* Gonz. *ad reg. 8.Cancel. gloſſ. 15. n. 39.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.l.30. tr.3.n.285.* Proſp. de Aug. *in addit. ad Quarant. in ſum. Bullarij, verb. benef. reſignationes cauſa 8.*

Menoch. *de arbitr. caſu* 216. Garc. *d.p.*11. *cap.*5. *n.*320. Maſlobr. *in praxi habendi concurſum, requiſit.*7. *dub.* 4. *cum ſeqq.* Ego ipſe *d alleg.*62. *n.*11.

18. *Dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat*, &c.] Vide Corraſ. *de benef. p.*1. *c.*5. *n.*2. Hoied. *de incomp. benef.p.*1 *c.*17. *n.*30. Zerol. *d.p.*1. *verb. beneficium*, §.7. Azor. *d.part.*2. *lib.*3. *c.*8. *q.*6. Valer. Reginald. *d. tract.*3. *n.*279. Garc. *d.c.*5. *n.*260. Sanch. *d.lib.*2. *c.*2. *dub.*6. *n.* 6. vbi ait quòd ſimplex exigens ſeruitium, id eſt, *el ſimple ſeruidero*, non dicitur requirere reſidentiam, quia iam ex legitima conſuetudine congruè ſeruitur per Vicarium.

19. *Nonmodò ad Cathedrales Eccleſias*, &c.] Canonicatus duos in vim decretorum Concil. Trid. eſſe incompatibiles, referunt deciſum Garc. *d. p.* 11. *cap.*5. *num.*381. *in* 1. *declar.* Armendar. *d. tit.*7. *de benef. incompat. n.* 41.

20. Itaut poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi, Canonicatum primum ipſo iure vacare, aſſerunt reſolutum Garc. *d.c.*5. *num.*84. *in* 6. *declar.* & *n.*381. *in* 2. *declar.* Armend. *d. tit.*7. *de benef. incompat. n.*17. & 42. Aluyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. decis.*383. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*332. *n.*12. *in* 2. *edit.* Ego ipſe *d. all.*62. *n.*28.

21. Et ſi duos huiuſmodi Canonicatus ſimul retinere pertexerit, vtroque eſſe ipſo iure priuatum, referunt deciſum Garc *d.c.*5. *n.*381. *in* 3. *declar.* Armend. *d. loco n.*43. Ego ipſe *d. alleg.*62 *n.*29. Nec præſumpta diſpenſatione, in qua fundatur regula de triennali, ſe tueri, & defendere poſſe, teneot Garc. *d.c.*5. *n.*381. *in* 1. *declar.* Armend. *d. loco num.*44.

22. Conſuetudini permittenti quòd in eadem Eccleſia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non eſſe derogatum à Concilio præſenti, referunt deciſum Garc. *d. c.*5. *n.*246. & *ſeq.* Arm. *d. tit.*7. *de benef. incomp. n.*26. Ego ipſe *d alleg.* 62. *n.*19. *prope fin.*

23. Canonicatum obtinens, cui poſt Conc. munus ſit iniunctum Pœnitentiarij, non poteſt in eadem Eccleſia vnà cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis Canonicum poſſe retinere Canonicatum cum dignitate, referunt deciſum Garc. *in addit. ad tract. de benef. p.*11. *c.* 6. *n.*249. Arm. *d. tit.*7. *de benef. incomp n.*9. & 27.

24. Conſuetudinem tenendi beneficium Curatum, vel ſimplex ſimul cum Capellania in eadem Eccleſia ſublatam eſſe per hoc decretum, referunt deciſum Nic. Garc. *de benef. p.*5. *c.*8. *n.*87. *in reſp. ad* 6. *dub.* Arm. *d. t.*7. *de benef. incomp. n.*28.

25. Capellaniam, & Manſionariam, quorum fructus ſunt tenues, eſſe incompatibilia beneficia, nec poſſe retineri ſub eodem tecto ſine diſpenſatione Apoſt. refert deciſum Garc. *d. p.*11. *c.*5. *n.*243.

26. Capellaniam, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poſſe cum Canonicatu per hoc decretum, non autem ſi haberet onus ſimpliciter celebrandi Miſſam, niſi eſſent ſub eodem tectu, & tunc poſſe cum diſpenſatione Apoſtolic. refert deciſum Garc. *d. n.*243.

27. Statutum Eccleſiæ Caſalen. diſponens quòd Capellani teneantur, & debeant continuò intereſſe officio diuino cum Canonicis, alioquin puniantur ſecundùm Capituli diſcretionem inducere reſidentiam præciſam, & incompatibilitatem ex præſcripto huius decreti, refert deciſum Sel. *d.c.*21. *n.*15.

28. Dignitates cum Canonicatu, quæ nullos, vel tenues habent fructus, licèt haberent ſedem in choro, quæ ex conſuetudine per Canonicos obtineri ſolent, iuxta *c.*1. *de conſuet. lib.* 6. non comprehendi ſub hoc decreto, refert deciſum Arm. *d. tit.*7 *de benef. incompat. n.*56.

29. Prouiſus de Canonicatu in vna Eccleſia, & de Decanatu in alia eiuſdem diœceſis cum diſpenſatione quòd dictum Canonicatum vnà cum Decanatu ſimul retinere poſſit cum derogatione conſtitutionum Apoſt. ac ſtatutorum etiam iuramento roboratorum, addita tamen clauſul. *quod debitis non fraudentur obſequiis*, ſufficit vt reſideat in digniori, & per alium adimplere debet munera in alia Eccleſia, ita Sel. *d.c.*21. *n.*16. atteſtans deciſum *in Colonien.* 13. *April.* 1630.

30. Diſpenſatus ad beneficia, dummodo plura ſimul non ſint, non poteſt obtinere plura quàm vnum, quamvis illud ad vitam obtinentis honeſtè ſuſtentandam minimè ſufficeret, refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. p.* 11. *c.*5. *n.*235. Sel. *d. c* 21. *n.*18. atteſtans ita fuiſſe reſolutum *in Neocaſtren.* 3. *Februar.* 1629. & *in Alexandrina* 11. *Maij* 1630.

31. *Ille vero, qui in præſenti plures Parochiales*, &c.] Parochialem Eccleſiam habenti poſſe Ordinarium alteram Parochialem conferre, ſed poſt adeptam poſſeſſionem pacificam ſecundæ vacare primam, refert deciſum Arm. *d. tit.*7. *de benef. incomp. n.*71. & 85. Quod autem dicitur in princ. text. ibi, *vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur*, intelligendum eſſe cum effectu, vt vnum poſſit retineri, quia Ordinarius poteſt inſtituere præſentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione reſidentiæ, vel ratione ſufficientiæ, dummodo habita poſſeſſione pacifica ſecundi beneficij dimittatur primum, refert deciſum Garc. *d.p.*11. *c.*5. *n.*283.

32. Parochiales duas habens, quarum altera eſt beneficio ſimplici, vel dignitati in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur, vt refert deciſum Garc. *p.*12. *c.*2. *n.*24. Arm. *d. loco n.*69. & 79.

33. Parochiales duæ, vel plures ſi ſunt inuicem vnitæ, non ſunt comprehenſæ ſub hoc decreto, ſed poſſunt legitimè retineri tanquam non incompatibiles, refert deciſum Garc. *d. p.* 12. *c.*2. *n.*42. & Arm. *d. tit.*7. *de benef. incomp. n.*91.

34. Parochialem vnam habens cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, vnam ex iis, quam velit, teneri reſignare, refert deciſum Arm. *d. tit.* 7. *de benef. incomp. n.* 68.

35. Non comprehenduntur in hoc decreto cum Paroch. obtinentes monaſterium commendatum cum cura, cùm illud non veniat appellatione Parochialis Eccleſiæ, de qua agitur in præſenti. Ita referunt deciſum Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. §.8. *n.*65. Arm. *d. tit. de benef. incompat. n.* 72.

36. Habentem Parochialem & monaſterium in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non teneri, referunt deciſum, Gonz. *d. gloſſ.*5. §. 8. *num.* 65. Zerol. *in praxi Epiſc. p.*2. *verb. Parochia* 5. Garc. *de benef. p.*4. *c.*4. *n.*35. Arm. *d. tit. de benef. incomp. n.*78.

37. Parochialem habentem, quam ex hoc decreto dimittere tenetur, ſi ea eſt obligata alteri ratione regreſſus, hunc qui habuerit regreſſum, conueniendum eſſe primò, an ipſe cum aliqua penſione reſignanti reſeruanda Parochialem velit, quòd ſi eam recipere recuſet, alteri reſignare debere cum ſuſpenſione regreſſus, refert deciſum Arm. *d. tit. de benef. incomp. n.*74. & 90.

38. Non dimittentem vnam ex duabus Eccleſiis Curatis intra tempus à S. Conc. aſſignatũ, debere condignas

condignas pœnas ſubire, & puniri, prout in eo ſtatuunt, refert deciſum Armend. *d. tit. de benef. incomp. n. 91.*

39. Ex diſpenſatione Epiſcopi cauſa ſaltem vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, poſſe ſimul plures Eccleſias Curatas retineri, ſi adeò tenues ſint, vt ſingulæ proprium non poſſet Sacerdotem alere, tenent Sot. *de iuſt. lib. 3. q. 6. art. 3. verſ. primus caſus.* Hoied. *de incompat. benef. p. 2. c. 5. à princ.* Rot. *deciſ. 484. p. 1. diuerſ.* Verùm ipſamet Rot. *in vna Leodien. Canonicatus 5. Iuly 1610. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, inter recent. deciſ. quam refert Ioan. à Cochier *in comment. ad reg. 52. Cancel. n. 4. pag. 477. cum ſeq.* & Ego ipſe *in addit. ad coll. c. de multa, de preben.* non obſtante exiguitate diſtantiæ, & tenuitate fructuum Parochialis cuiuſdam, & Canonicatus, quos quidam ex diſpenſatione Epiſcopi poſſidebat, cenſuit eos cadere ſub incompatibilitate, & ſi vtrumque retinere pergeret, eſſe vtroque ipſo iure abſque alia admonitione priuatum.

40. θ *Cogantur omnino.*] Prohibere retentionem cenſuit Rot. *deciſ. 624. n. 2. p. 4. diuerſor.*

ι *Vel ſola Cathedrali retenta*, &c.] Præbendam & Parochialem ante Conc. legitime obtinentem poſſe poſt Conc. vtrumque beneficium obtinere, modo in Parochiali reſideat, refert deciſum Arm. *d. tit. de benef. incompat. n. 9.*

41. Papam attenta perſonarum, & locorum qualitate diſpenſare vt vni Parochialis & Canonicatus conferatur, ſi vtrique inſeruire poteſt, refert deciſum Arm. *d. tit. de benef. incomp. n. 82.*

42. Parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathedrali habenti, ſi poſſit vtrique inſeruire, non eſſe moleſtiam inferendam, deciſum refert Arm. *d. tit. de benef. incomp. n. 49.*

43. Parochialem vacantem non debet Epiſcopus Canonicatum habenti conferre, etiam ſi tenues admodum præbendæ eſſent, vt refert deciſum Arm. *d. loco num. 48.*

44. Parochiales Eccleſias eſſe incompatibiles cum beneficiis, in quibus aſſignatæ ſunt diſtributiones quotidianæ, quas à diuinis abſentes amittunt, refert deciſum Armendar. *d. tit. de benef. incomp. num. 47.*

Dignitatem Eccleſiæ Collegiatæ, cui à principio cura animarum iniuncta eſt, aut illi principaliter imminet, non acceſſoriè, comprehendi in hoc decreto, refert deciſum Armend. *d. tit. de benef. incomp. num. 97.*

45. Capellaniam, quæ habet onus celebrandi certas Miſſas, & coadiuuandi in cura animarum Eccleſiæ Plebanatus eſſe beneficium incompatibile cum alio beneficio Curato, vel aliàs perſonalem reſidentiam requirente, & licèt eius Rector non ſubiiciatur *cap. licet, de elect. lib. 6.* tamen comprehendi ſub decretis Conc. Trid. loquentibus de beneficiariorum, non tamen Curatorum reſidentia, refert deciſum Arm. *d. tit. de benef. incomp. num. 50.*

46. Parochialem obtinens vnà cum Canonicatu ex diſpenſatione Apoſtolica ante Conc. Trid. obtenta, potuit poſt Conc. abſque alia diſpenſatione optare præbendam pinguiorem, vt refert deciſum Garc. *p. 5. c. 1. n. 343.*

47. Terrulas beneficiales, ſeu pia loca cum onere Miſſas, aliáve diuina Officia celebrandi, quæ neque Eccleſiæ habent aliquam denominationem, non comprehendi ſub hoc decreto, immo ex ſtylo Cancellariæ vnica collatione plures vniri, conferri poſſe in titulum ſimplicis beneficij, referunt deciſum Garc. *d. p. 11. c. 5. n. 318.* Armend. *d. tit. de benef. incompat. n. 38.* Mallobr. *in praxi habendi concurſum requiſ. ... dub. 19.*

Beneficia duo incompatibilia à Summo Pont. impetrantem, illaque in litteris exprimentem, cum quo tamen non fuit diſpenſatum, obtinere poſſe, niſi eſſent duæ Parochiales, ante Concil. referunt deciſum Garc. *d. c. 5. n. 327.* & Armend. *d. tit. de benef. incompat. n. 39.* 48.

Beneficia, ſeu legata pia, quæ non habent Altare, ſeu capellam, non inducere incompatibilitatem, refert deciſum Garc. *in addit. ad d. p. 11. cap. 5. num. 318.* 49.

Eccleſiam Baptiſmalem, licèt non ſit in reliquis Curata, eſſe incompatibilem, & hoc decreto comprehendi, refert deciſum Mallobr. *in praxi habendi concurſum requiſ. 1. dub. 14. n. 9.* 50.

Præſumptam diſpenſationem, in qua fundatur regula de triennali, non habere locum contra decreta Concilij *in hoc c. & in c. 4. ſeſſ. 7. & in c. 15. ſeſſ. 25. de reform.* referunt deciſum Garc. *d. p. 11. c. 5. n. 379.* Armend. *d. tit. de benef. incompat. n. 40.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. c. 13. n. 111. & 112.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *d. conſtit. 13. num. 17. pag. 115.* Ego ipſe *d. alleg. 62 num. 29.* vbi *num. 30.* reſoluo ex curſu decem, vel viginti annorum in dubio præſumi poſſe diſpenſationem ad plura beneficia. 51.

a *Infra ſpatium ſex menſium.*] Vide Garc. *d. p. 11. c. 5. n. 77.* optimè aduertendum huic decreto non aduerſari aliud ſuprà *ſeſſ. 7. de reform. c. 4.* quia hoc de quo in præſenti, agit de obtinentibus tunc plures Parochiales, aut vnam Cathedralem, & aliam Parochialem ex diſpenſatione, ſeu vnione ad vitam, quibus iniunxit Conc. quòd vna retenta, alias infra ſex menſes dimitterent, non tamen loquitur de pluribus parochialibus beneficiis poſt Conc. obtentis, de quibus agitur *d. c. 4.* 52.

λ *Ipſo iure vacare cenſeantur.*] Habentem beneficium Curatum, Perſonatum, vel Dignitatem, iuxta *c. de multa de præb.* vel quodcunque aliud quomodolibet incompatibile iuxta hoc decretum, & recipientem ſecundum ſimile, ipſo iure vacare primum, & ſi illud retinere contenderit, etiam ſecundo ſpoliari, tradunt Bernard. *in pract. c. 49. in nouiſ. edit.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 3. à n. 74.* Viui. *tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 9. n. 6. p. 182.* Gutier. *conſil. 10.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 1. num. 51.* Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 7. c. 16. quæſ. 9.* latè Flores de Mena *var. lib. 2. quæſt. 13. per tot.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. tract. 3. num. 309.* Monet. *de opt. canon. c. 6. q. 6. n. 69.* Garc. *d. p. 11. c. 5. num. 7.* 53.

μ *Nec ipſi antea illa obtinentes tuta conſcientia fructus*, &c] Vide Henriquez *in ſum. lib. 14. c. 56. §. 2. in fine, iuncto commento litt. O.*

An obtinens plura beneficia ex diſpenſatione Papæ, ſine cauſa tamen rationabili, ſit tutus in foro conſcientiæ? Vide Ludou. Lop. *in inſtruct. conſcientiæ tom. 1. c. 252. & ſeq.* Cordub. *in quæſt. lib. 1. q. 20.* Conrad. *in reſp. caſuum conſcient. q. 35. in addition.* Hoied. *de incompat. benef. p. 2. c. fin. n. 38.* Vegam *in ſum. part. 1. c. 36. caſu 30.* Fr. Emman. *in ſumma tom. 1. c. 31. num. 7. & 8.* Card. Tolet. *in inſtruct. Sacerdot. lib. 5. c. 81.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part. 1. tract. 7. cap. 1. circa 9. & 11. concluſ.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. tract. 1. num. 289. verſ. ſextum dubium*, Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 34. num. 151. cum ſeq.* Vaſquez, *in opuſc. de benef. cap. 4. §. 2. dub. 9. numer. 170.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 6. c. 9. n. 53.* 54.

Parochialis Eccleſiæ vacatio quando contingit, fiat examen per concurſum, præmiſſis edictis, deſcribuntur qualitates eorum, qui debebunt examinare. Si Eccleſia fuerit iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, & inſtitutio pertineat ad Epiſcopum, quædam ſtrictius erunt obſeruanda, quàm caſu quo Eccleſia fuerit iuriſpatronatus laicorum, &c. *Attentè hoc cap. legendum, & ſeruandum, ad amuſſim.*

Caput XVIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Examen per concurſum eſt faciendum in vacatione Parochialis Eccleſiæ.*
3. *Parochiales litigioſæ concurſu non conferuntur.*
4. *Parochialis, quam quis acquirit per regreſſum, & prius poſſedit, non confertur per concurſum.*
5. *Parochialis vnita Dignitati, vel Canonicatui, non eſt conferenda per concurſum.*
6. *Parochialis vacans in Curia, ſeu apud Sedem, prouideri ſolet in Dataria ſine concurſu.*
7. *Parochialis ſubiecta, vel annexa monaſterio, ſeu de eius menſa, non confertur per concurſum.*
8. *Parochialis, ſeu benef. Regulare, quod Regularibus conferri conſueuit ſine concurſu prouidetur.*
9. *Prioratus Regulares concurſu non conferuntur.*
10. *Eccleſia Parochialis quæ eſt actu Regularis, non confertur per concurſum.*
11. *Parochiales, quæ de menſa nuncupantur, non ſubiacent concurſui.*
12. *Abbatia, cui vnita eſt perpetuò, & acceſſoriè Parochialis Eccleſia, concurſu non confertur.*
13. *Cura animarum, quæ in Eccleſia collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios concurſu non confertur.*
14. *Beneficia curam animarum habentia, quæ verè ſunt dignitates, non ſubiacent concurſui.*
15. *Dignitas habens curam animarum in Eccleſiis collegiatis concurſu non confertur.*
16. *Vicaria perpetua Parochiæ vnita concurſu non confertur.*
17. *Vicaria concurſu confertur ſi totalis cura in eius vicarium transferatur.*
18. *Patrimoniales Eccleſiæ quæ?*
19. *Receptitiæ Eccleſiæ quæ?*
20. *Canonici Cathedralis, vel collegiatæ Eccleſiæ, quibus cura animarum incumbit, non prouidentur præuio concurſu.*
21. *Beneficia curata, quæ in fauorem in manibus Papæ reſignantur, concurſu non conferuntur.*
22. *Parochialis Eccleſiæ reſignatio quando fit in manibus Sanctiſſimi, non eſt neceſſarium examen per concurſum.*
23. *Examinatus ad Parochialem ſibi reſignatam ſi reprobetur, poteſt intra ſex menſes a die datæ litterarum aliud examen ſubire.*
24. *Epiſcopus non poteſt admittere conſanguineos, vel familiares tam ſuos, quàm reſignantium ad examen concurſus Parochialium in eius manibus reſignatarum.*
25. *Examen per concurſum non requiritur in permutationibus Eccleſiarum Parochialium.*
26. *Vacare in Curia, & vacare apud Sedem, an differant.*
27. *Concurſus fieri debet in vacatione Parochialis Eccleſiæ etiam ſi reſeruata ſit, vel affecta.*
28. *Beneficia curata reſeruata Sedi Apoſt. ab eadem Sede conferuntur approbato ab examinatoribus in diœceſana Synodo approbatis.*
29. *Parochiales reſeruatæ, vel affectæ ſpecialiter vigore indulti S. R. E. Cardinalium prouidentur per concurſum.*
30. *Vicarij deputatio cum congrua eſt de forma concurſus.*
31. *Vicarij deputatio donec prouideatur de Rectore ſpectat ad Epiſcopum.*
32. *Inferiores, qui non habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum facultate congregandi Synodum, non poſſunt conſtituere vicarium.*
33. *Vicarium conſtituere in caſibus repentinis an ad alium præter Epiſcopum pertineat.*
34. *Nominatio vicariorum ad quos ſpectet.*
35. *Examen per concurſum non eſt neceſſarium in Parochialibus, quæ conſuetudine optantur.*
36. *Commendæ ad ſex menſes amplius poſt Conc. non ſunt in vſu.*
37. *Epiſcopus poteſt differre conſtitutionem vicarij vſque ad tres dies.*
38. *Vicarius cum congrua eſt conſtituendus in qualibet Eccleſia parocho vacante.*
39. *Vicarium conſtituere in Parochiali vacante quando non ſit neceſſarium.*
40. *Vicarius deputandus cum congrua dummodo alias ſit idoneus, non eſt neceſſario examinandus.*
41. *Vicarius cum congrua eſt deputandus in Eccleſiis Baptiſmalibus vacantibus.*
42. *Congrua portio aſſignanda vicario eſt arbitraria Epiſcopo.*
43. *Congrua portio aſſignanda vicario poteſt eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus.*
44. *Vicarius ſemel conſtitutus cum congrua non poteſt remoueri.*
45. *Inferiores Epiſcopo concurſus facere non poſſunt niſi habeant ius congregandi Synodum, &c.*
46. *Commendatarius Abbas quando poſſit concurſum facere.*
47. *Inferiores Epiſcopo quando poſſint concurſus facere.*
48. *Concurſum facere, & examinare promouendos ad Parochiales ſpectat ad Ordinarium.*
49. *Commendatarius Abbas nullius diœceſis poterit concurſum inſtituere ſi habeat ius congregandi Synodum.*
50. *Abbas habens iura quaſi Epiſcopalia non habet ius concurſum faciendi, niſi probetur ius habere congregandi Synodum.*
51. *Abbas ius habens conferendi aliquam Parochialem in eius vacationem non poteſt proponere edictum examinis, nec facere concurſum.*
52. *Edicta proponit Ordinarius loci vbi exiſtit beneficium curatum quamuis illius collatio ſpectet ad Ordinarium alterius diœceſis.*
53. *Inferior habens præuentionem cum Ordinario.*
54. *Epiſcopus manutenendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione inſtituendi, donec inferior coram Iudice competenti legitimè probauerit ius cogendi Synodum habere.*
55. *Edictum eſt proponendum intra decem dies, & totidem remanere debet affixum.*
56. *Edictum non poteſt apponi cum maiori termino vigintiduorum.*

57. *Terminus decem vel viginti dierum non currit à die habita notitia vacationis Eccleſia.*
58. *Edictum pro concurſu Parochialis apponere poteſt Epiſcopus intra quatuor vel ſex menſes reſpectiuè à die vacationis.*
59. *Epiſcopus tenetur ad Parochialem vacantem plures examinatoribus nominare, & alios etiam ab alijs nominatos admittere.*
60. *Epiſcopus poteſt occurrente vacatione beneficij Curatis vocare, & admittere ad concurſum habentem aliud beneficium Curatum.*
61. *Regulares clerici etiam ordinum militarium ad concurſum Parochialium admittendi non ſunt.*
62. *Monachos diſpenſatus ad Ordines ſuſcipiendos poteſt admitti ad concurſum.*
63. *Epiſcopus non poteſt limitare certum numerum perſonarum ad concurrendum in concurſu Parochialium.*
64. *Edicta concurſus proponere debent Ordinarij in beneficijs Curatis reſeruatis Sedi Apoſtol.*
65. *Edictum apponi debet ab Ordinario loci vbi exiſtit beneficium.*
66. *Edictum apponi eſt de ſubſtantia & forma concurſus Parochialium.*
67. *Tempus, quo debet eſſe affixum edictum eſt arbitrariũ Epiſcopo modò non excedat viginti dies.*
68. *Edictum aliud concurſus non eſt proponendum, ſed ille, qui cõparuerit examini eſt ſubijciendus.*
69. *Niſi nolit ſe examini ſubijcere, nec Parochiam curet obtinere.*
70. *Parochialis abſq; concurſu conferri poteſt quando nullus cõparet, vel alias nemo idoneus reperitur.*
71. *Examen & concurſus factus ante lapſum terminum edictorum eſt nullus.*
72. *Termino decem vel viginti dierum elapſo nullus eſt admittendus.*
73. *Veniens ad concurſum Parochialis poſt terminum in edicto prefixum, re tamen integra, eſt vtique admittendus.*
74. *Niſi legitimo impedimento ceſſante id faciat.*
75. *Examen ſtatim elapſo termino edicti poteſt per Epiſcopũ inchoari ſed nõ poteſt eadẽ die claudi.*
76. *Unus examinari poterit & approbari ſi ille ſolum ad concurſum comparuerit.*
77. *Examen concurſus poteſt fieri coram Vicario etiam Epiſcopo non impedito.*
78. *Concurſus & examen factum coram examinatoribus non ſynodalibus eſt nullum.*
79. *Examen concurſus in parochialibus etiam modici valoris de forma eſt faciendum cum tribus examinatoribus.*
80. *Examinatores pluſquam tres, ſed non pauciores adhiberi debent in concurſu.*
81. *Approbatus nemo cenſetur ſi ex tribus examinatoribus quilibet eorum approbauerit.*
82. *Examinatores vt ſint tres non ſtatuit praciſè Concil. ſed quod non poſſint adeſſe pauciores.*
83. *Examinatores debent ſingulis annis proponi in Synodo ad minus ſex.*
84. *Examinatores debent proponi nominatim, & non in genere.*
85. *Examinatores ſynodales in ſynodo ad ſummum viginti eligi poſſunt.*
86. *Examinatores non poſſunt eligi ſub nomine dignitatis ſed tantùm ſpecialis perſona.*
87. *Iudicum ſynodalium nominatio ſpectat principaliter ad Epiſcopum.*
88. *Examinatores quomodo in Synodo proponendi.*
89. *Conſtitutio Pij V. in conferendis locum non habet, niſi in his diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus.*
90. *Examinatores quibus conditionibus, & qualitatibus præditi eſſe debeant.*
91. *Examinatores aliqui ſi intra annum ſuæ electionis mortui fuerint, ad ſuperſtites facultas examinandi vnà cum Epiſcopo pertinet.*
92. *Vicarius Capituli Sede vacante in locum examinatorum abſentium, vel defunctorum alios ſufficere non poteſt.*
93. *Examinatores ſynodales quãdo omnes intra annum deputationis mortui fuerint, quid faciẽdũ.*
94. *Examinatores ſynodales durant donec alij in Synodo deputati fuerint.*
95. *Epiſcopus nouus quid facere debeat ſi ex examinatoribus ſynodalibus omnes præter vnum mortuos inuenit.*
96. *Epiſcopus non excuſatur ſi poſt annum adhibeat examinatores ſuperſtites non extantibus ſex.*
97. *Epiſcopo non licet auctoritate ordinaria ſibi aſſumere examinatores non ſynodales extraneos, qui ſuppleant.*
98. *Epiſcopo non licet ſubrogare alios examinatores in locum condemnatorum.*
99. *Collatio Parochialis an deuoluatur ad Sedem Apoſt. quando in concurſu non interfuerint examinatores ſynodales.*
100. *Concurſus, in quibus fuerant adhibiti examinatores deputati in Synodis præcedentibus, ſunt nulli.*
101. *Epiſcopus, qui non conſtituit examinatores in Synodo, ſed ex ſe ipſo deputauit, nulliter prouidet de Parochialibus.*
102. *Concurſus eſt nullus in quo cum examinatoribus ſynodalibus interuenit alius, qui non erat examinator ſynodalis.*
103. *Examinatores neceſſariò eligi debent, qui ſint Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico.*
104. *Epiſcopus non poteſt eligere examinatores ſynodales qui non ſint Doctores.*
105. *Examinatores ſi non iurarunt, concurſus coram eis habitus vitiatur.*
106. *Examinatores ſynodales non poſſunt quicquam prorſus occaſione examinis nec ante, nec poſt accipere.*
107. *Examinatores non poſſunt quicquam ex fructibus beneficij vacantis accipere.*
108. *Ordinarius non poteſt ſtatuere aliquod ſtipendium etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concurſu Parochialium.*
109. *Examinatores priuantur beneficijs antea obtentis ſi occaſione examinis ſiue antea, ſiue poſt aliquid accipiant etiam gratis & liberaliter datum.*
110. *Examinatores peracto examine debent eos ex communi ſententia renuntiare Epiſcopo, quos idoneos repererint.*
111. *Et illi poſſunt remittere ad Ordinarium.*
112. *Examinatores conuenientius palam inter ſe ſua vota conferre debent.*
113. *Examinatores debent dare vota dum ſimul congregati ſunt cum Epiſcopo.*
114. *Examinatores tenentur ſignificare quis dignus & quis dignior ſub peccato mortali.*
115. *Epiſcopus non habet votum deciſiuum in concurſu.*
116. *Epiſcopus ex approbatis in concurſu poteſt vnum licet omnia ſuffragia non reportauerit ſicut alij, eligere.*
117. *Examinatores non tenentur explicitè referre ſingulas qualitates eorum, qui ſunt examinati.*

118. *Idoneitas reſpectu ſcientiæ, ætatis morum, & prudentiæ conſideratur in concurſu Parochialium.*

119. *Examinatores poſſunt etiam extraiudicialiter informari de qualitatibus examinandorum.*

120. *Epiſcopus poteſt eligere etiam extra locum examinis, & abſentibus ipſis examinatoribus.*

121. *Iudicare quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem ſit magis idoneus ſpectat ſolum ad Epiſcopum.*

122. *Examinatores debent vota ſua dare, ſed Epiſcopus non tenetur ex collatione votorum eligere.*

123. *Examinatores ſinguli poſſunt, & debent dare vota ſuper qualitate cuiuſlibet examinati.*

124. *Facultas eligendi magis idoneum in concurſu ad Epiſcopum, non autem ad inferiorem collatorem pertinet.*

125. *Electio facta de magis idoneo ſignificanda eſt intra quatuor menſes.*

126. *Electio & promiſſio in concurſu Parochialis facta de digno omiſſo digniore eſt nulla.*

127. *Dignum eligens omiſſo digniore quando per concurſum & oppoſitionem prouiſio beneficij facienda eſt, tenetur ad reſtitutionem.*

128. *Simoniam committit dignus offerendo in concurſu pecuniã digniori, vt deſiſtat ab oppoſitione.*

129. *Idoneus iudicandus, qui muneri, cui præficitur, eſt aptior.*

130. *Originarius.*

131. *Doctor.*

132. *Sacerdos.*

133. *Diſpenſatione non indigens.*

134. *Beneficium nullum habens.*

135. *Ditiores & nobiliores.*

136. *Parochialis vacans quando fuerit iuriſpatronatus Eccleſiaſtici quomodo prouidenda.*

137. *Epiſcopus tenetur inſtituere ad Parochialem iuriſpatronatus Eccleſiaſtici dignum præſentatum à patrono omiſſo digniore.*

138. *Edicta concurſus proponere debet Ordinarius quamuis inſtitutio ad inferiores pertineat.*

139. *Beneficium Curatum iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſi vacauerit in menſe reſeruato Sedi Apoſtol. nulla habetur ratio patronorum.*

140. *Inſtitutio ad Parochialem Eccleſiam vacantem, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſit, vbi facienda eſt à Papa, ius eligendi digniorem ad ſolum Epiſcopum pertinet.*

141. *Electio dignioris ad Parochialem vacantem ſpectat ad patronũ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.*

142. *Et illum inſtituere debet Epiſcopus.*

143. *Præſentatio ad Parochialem facta à patrono Eccleſiaſtico de aliquo antequam ſit ab examinatoribus approbatus in concurſu eſt nulla.*

144. *Examen per concurſum non requiritur in collatione Parochialium iuriſpatronatus mixti.*

145. *Examen per concurſum fieri non debet in vacatione Parochialium, quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit quòd deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus Synod. & idoneus iudicetur.*

146. *Examen per concurſum requiritur inter plures præſentatos ad Parochialem iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.*

147. *Nec habet locum contra inſtitutionem, vel fundationem.*

148. *Concurſui locus non eſt in Parochialibus iuriſpatronatus, quod origine erat totum laicale.*

149. *Parochiales iuriſpatronatus laicorum deuoluta ſubiacent concurſui.*

150. *Parochialium in collatione facta iure deuoluto ſeruari debet forma examinis, quæ coram inferiore requiritur.*

151. *Præſentatus à patronis laicis ad Eccleſiam Parochialem ſufficit quòd examinetur coram alijs examinatoribus non ſynodalibus.*

152. *Patronus laicus ad Parochialem ſui iuriſpatronatus non tenetur præſentare digniorem, ſed ſufficit dignum.*

153. *Deuolutio, aut appellatio vlla impedire aut ſuſpendere non poteſt quominus examinatorum relatio executionem habeat.*

154. *Appellatio ſuſpenſiua, non verò deuolutiua prohibetur in hoc caſu.*

155. *Appellatio non datur ſimpliciter ab electione Epiſcopi in concurſu dum appellare volens fuit approbatus ab examinatoribus ſynodalibus.*

156. *Appellatio à mala electione, ſiue irrationabili iudicio Epiſcopi admittitur ſolum ad effectum deuolutiuum.*

157. *Reiectus in concurſu Parochialis poteſt prouocare præelectum ad nouum examen.*

158. *Collatio Parochialis facta ſine examine per concurſum eſt nulla.*

159. *Parochialis ſine examine per concurſum, vel contra formam poſitam à Concil. non poteſt in foro conſcientiæ acceptari.*

160. *Parochiales ita exigui redditus vt examinis per cõcurſum operã ferrent, vel nemo eſſet qui ſe examini vellet ſubijcere, quomodo conferenda.*

161. *Parochialium tenuium collatio an poſſit fieri ſine concurſu.*

EXpedit maximè animarũ ſaluti, à dignis atque idoneis Parochis gubernari, id vt diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit ſancta Synodus, vt *α cùm Parochialis Eccleſiæ vacatio, β etiamſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur*, & per vnum, vel plures adminiſtretur, etiam *γ in Eccleſiis patrimonialibus, δ ſeu receptiuis* nuncupatis, in quibus conſueuit Epiſcopus *ε vni, vel pluribus curam animarum dare*, quos omnes ad infraſcriptum examen teneri mandat, per obitum, *ζ vel reſignationem, η etiam in Curia*, ſeu aliter quomodocumque contigerit, *θ etiam ſi ipſa Parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta* fuerit generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti, ſeu priuilegij in fauorem *ι Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſeu Abbatum*, vel Capitulorum, *κ debeat Epiſcopus * ſtatim, λ habita notitia vacationis* Eccleſiæ, *μ ſi opus fuerit, ν idoneum in ea Vicarium ξ cum congrua*, eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione, conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, *ο donec ei de Rectore prouideatur* : *π Porrò Epiſcopus*, & qui ius patronatus habet, *ρ intra decem dies*, vel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum, *σ idoneos aliquot Clericos* ad regendam Eccleſiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum ſit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre vt poſſit poſtea de cuiuſlibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio.

quiſitio. Et, ſi Epiſcopo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, *τ per edictum etiam publicum* vocentur qui volent examinari. *υ Tranſacto conſtituto tempore, φ omnes qui deſcripti fuerint,* [a] *χ examinentur ψ ab Epiſcopo, ſiue eo impedito ab eius Vicario generali, ω atque ab alijs examinatoribus αα non paucioribus, quàm tribus, ββ quorum votis, ſi partes* ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur; *γγ Examinatores autem ſingulis annis* in diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel eius Vicario ad minus ſex proponantur, qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. Adueniente que vacatione cuiuſlibet Eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant, indéque ſuccedẽte alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis ſex eligat *δδ Sint verò hi examinatores, Magiſtri,* ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure Canonico, vel alij Clerici, ſeu Regulares etiam ex ordine mendicantium, aut etiam ſæculares, qui ad id videbuntur magis idonei, *εε iuréntque omnes* ad ſancta Dei Euangelia ſe quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros. [b] *ζζ Caueantque, ne * quidquam prorſus* occaſione huius examinis, nec ante, nec pôſt accipiant, alioquin ſimoniæ vitium, tam ipſi, quàm alij dantes incurrant, à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficiis, *ηη quæ quomodocumque etiam antea obtinebant,* & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolùm coram Deo, ſed etiam in Synodo Prouinciali, ſi opus erit, rationem reddere teneantur, à qua, ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri poſſint. *θθ Peracto deinde examine renuntientur, ιι quotcumque ab his idonei iudicati fuerint κκ ætate, moribus, doctrina, prudentia,* & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis, [c] *λλ ex hiſque Epiſcopus eum eligat, μμ quem cæteris * magis idoneum iudicauerit,* atque illi, & non alteri, collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. *νν Si verò iuris patronatus Eccleſiaſtici erit,* ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, *ξξ is quem patronus digniorem οο inter probatos ab examinatoribus* iudicabit, Epiſcopo præſente teneatur, vt ab eo inſtituatur. Cùm verò inſtitutio ab alio, quam ab Epiſcopo, erit facienda, *ϖϖ tunc Epiſcopus ſolus ex dignis* eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. *ρρ Quod ſi ius patronatus laicorum fuerit,* debeat qui à patrono præſentatus erit *σσ ab eiſdem deputatis vt ſuprà examinari, ττ & non, niſi idoneus repertus* fuerit, admitti. In omnibúſque ſupradictis caſibus non cuiquam alteri, quàm vni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, iuxta ſupradictam regulam de Eccleſia prouideatur, nec prædictorum examinatorum relationem quo minus executionem habeat, *υυ vlla deuolutio, aut appellatio,* etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſiue eiuſdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, ſeu Epiſcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interpoſita impediat, aut ſuſpendat: alioquin Vicarius, quem Eccleſiæ vacanti antea Epiſcopus arbitrio ſuo ad tempus deputauit, vel forſan poſtea deputabit, ab eius Eccleſiæ cuſtodia, & adminiſtratione non amoueatur, donec aut eiſdẽ, aut alteri qui probatus, & electus fuerit, vt ſupra ſit prouiſum, *φφ aliàs prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones,* præter ſupradictam formam factæ ſurreptitiæ eſſe cenſeantur, non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegiis, præuentionibus, affectionibus, nouis prouiſionibus, indultis conceſſis quibuſcumque [d] Vniuerſitatibus etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcumque. *χχ Si tamen adeo exigui redditus* dictæ Parochiales fuerint, vt totius huius examinationis operam non ferant, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubiicere, aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ, ac tumultus poſſint excitari, poterit Ordinarius, ſi pro ſua conſcientia cum deputatorum cõſilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, priuatum aliud examen, cæteris tamen, vt ſupra, ſeruatis, adhibere. Licebit etiam Synodo prouinciali, ſi qua in ſupradictis circa examinationis formã addenda, remittendáve eſſe cenſuerit, prouidere.

[a] Infra ſeſſ. 7. de reform. cap. 9.

[b] Cap. quando, 14 diſt.

[c] Seſſ. 25. c. 9.

[d] Seſſ. 7. c. 3.

1. Vide Archiep. Bonon. *part. 4. de examine per concurſum p. 446. cum ſeqq.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 5.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 1. quæſt. 7. num. 7. & lib. 8. quæſt. 9. num. 77. cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. c. 5. à n. 17.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part 2 tract. 7. cap. 1. concl. 7. à princip.* & præ ipuè *diffic. 11. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect. 1562. & 1569. & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 414. cum ſeqq. in 1. edit. aliàs reſol. 351. cum ſeqq. in 2. edit* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 6. n. 121. cum ſeqq.* Garc. *de benefic p. 9. c. 2. n. 103. cum ſeqq.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. c. 50. §. 3 cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 5. c. 3 à n. 9.* Filliuc. *in quæſt moral. tom. 3. tract. 41. de benefic. c. 4. num. 134. cum ſeqq.* Miſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias vacantes* ſecundùm Romanam impreſſ. Aldan. *in compend can. reſ lib. 3. tit. 9.* Caſtr. Palao *in opere moral. tom. 2. tr. 13. diſp. 3.* Alzed. *de præcell. Epiſcop. dignit p. 2 c. 9.* Vaſq. *in opuſcul. de benefic. c. 2. §. 4. num. 82.* Scl. *in ſelect. Canonic c. 32.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi,*

part.

p. 3. *alleg.* 60. *&* *de officio & poteſt. Parochi c.* 2. Et ſuper collatione Parochialium Eccleſiarum emananit Conſtitutio Pij V. incip. *In conferendis, ſub dat. Romæ* 15. *Kal. April.* 1566.

2. *a Cùm Parochialis Eccleſiæ vacatio, &c.*] In vacatione Parochialis Eccleſiæ, examen per concurſum eſſe faciendum ex hoc. c. colligunt Maſſobr. *in d. praxi præl.* 5. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 13. *& d. c.* 2. *n.* 14. Vnde Curata beneficia, quæ non habent Parochiam, concurſu non conferri probat idem Maſſobr. *præl.* 3. *dub.* 2. & multo minus beneficia ſimplicia ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. dec.* 415. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 352. *in* 2. *edit.* Seraphin. *deciſ.* 442. *n.* 5. Maſſobr. *in dicta praxi præl.* 5. *in princ. n.* 7. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 36.

3. Parochiales litigioſas concurſu non conferri, cùm ſoleat à Sede Apoſt. in illis ſubrogari alius gratioſè abſque concurſu, & vt plurimum collitigans, tenent Gonz. *d. gloſſ.* 6. *n.* 150. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *§.* 1. *n.* 170. Aluyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 358. *verſ. tertio*, Maſſobr. *in d. praxi præl.* 3. *dub.* 4. *à n.* 18. Nou. *in ſingul. iuris Canon. concl.* 65. *n.* 5. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 37. *& d. c.* 1. *n.* 15.

4. Parochialem, quam quis acquirit per regreſſum, & priùs poſſedit, non conferri per concurſum, aſſerit deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 199. quem refero *d. alleg.* 60. *n.* 34. & me citato in illo loco Maſſobr. *præl.* 3. *dub.* 3. *n.* 37.

5. Parochialem vnitam Dignitati, vel Cannonicatui per concurſum conferendam non eſſe, tenent Anaſtaſ. Germon. *de indult. Card. §. quibuſvis n.* 7. *&* 8. Læl. Zech. *de republ. Eccl. c.* 28. *de Parocho n.* 8. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ.* 417. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 354. *n.* 2. & latiùs *reſol.* 381. *in* 2. *edit.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 5. *§.* 7. *n.* 2. Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 193. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 273. *num.* 48. Nouar. *in ſingul. Canonic. concluſ.* 65. *n.* 4. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 9. *n.* 11. Rot. *deciſ.* 323. *n.* 8. *part.* 2. *recent.* Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 25. *&* 26. *& d. c.* 2. *n.* 18. Caſtro Palao *d. diſp.* 3. *§.* 5. *n.* 6.

6. Parochialem vacantem in Curia, ſeu apud Sedem ſiue per obitum, aut ſimplicem reſignationem, vel dimiſſionem ex vi decreti dimittendo primum incompatibile, prouideri ſolere in Dataria ſine concurſu, & ſufficere quòd prouiſus examinetur ſuper ſufficientia, reſoluunt. Gonz. *d. gloſſ.* 6. *n.* 15. Garc. *d. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 153. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 5. *num.* 17. *verſ. de Curatis*, Maſſobr. *d. præl.* 3. *dub.* 3. *num.* 45. Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 25. Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 5. Caſtro Palao *d. §.* 5. *n.* 2. *in fine.*

7. Parochialem ſubiectam, ſeu annexam monaſterio, vel de eius menſa quando monaſterium nominat Rectorem, & Epiſcopus confirmat, concurſu non conferri, cenſuit Rot. *deciſ.* 102. *part.* 1. *recent.* quam refero *d. c.* 2. *n.* 20. Quando autem dicatur beneficium de menſa monaſterij, vide Rot. *deciſ.* 204. *p.* 2. *recent.*

8. Parochialem ſeu beneficium Regulare, quod Regularibus conferri conſueuit, ſine concurſo prouidendum, aſſerunt Piaſ. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 5. *num.* 18. *verſ. hoc decretum.* Gonzal. *d. gloſſa* 6. *num.* 162. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 197. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 50. *§.* 3. *verſ. quarto.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ.* 421. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 358. *n.* 1. *in* 2. *edit.* Maſſobr. *d. præl.* 3. *dub.* 3. *num.* 34. Filliuc. *d. tract.* 41. *cap.* 4. *n.* 145. Rot. *deciſ.* 326. *n.* 6. *p.* 2. *recent.* Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 33. *& d. c.* 2. *n.* 1. Caſtro Palao *d. §.* 5. *n.* 8.

9. Prioratus Regulares habentes curam animarum ſolitos commendari Regularibus concurſu non conferri, dicit Garc. *d. c.* 2. *n.* 199. quem refero *d. alleg.* 60. *n.* 34. *& d. c.* 2. *n.* 22. quibus addo Caſtro Palao *d. §.* 5. *n.* 12. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 17. *n.* 21.

10. Eccleſiam Parochialem, quæ eſt Regularis actu, licèt habitu prætendatur ſæcularis, & eſt ſolita commendari, quamvis habeat curam animarum, non eſſe ſubiectam huic decreto, neque requiri in ea concurſum dum confertur, tenet Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 6. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Tudertina* 3. *Auguſti* 1600.

11. Parochiales, quæ de menſa nuncupantur, & ſpectant ad Abbatem Balnei Camaldulen. & ab ipſo Abbate conferri conſueuerunt ſæcularibus in titulum perpetuæ vicariæ, non ſubiacere concurſui ab ipſo Epiſcopo Burgi S. Sepulchri vti viciniori inſtituendo, aſſerit Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 7. vbi refert ita fuiſſe reſolutum *ſub die* 25. *Nouembris* 1601.

12. Abbatiam, cui vnita eſt Parochialis Eccleſia, concurſu non conferri, dummodo hæc vnio auctoritate Sedis Apoſt. ac perpetuò & acceſſoriè facta ſit, refert deciſum Garc. *dicta part.* 9. *cap.* 2. *num.* 195.

13. Curam animarum, quæ in Eccleſia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, concurſu non conferri, aſſerunt Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 94. Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſum. Bull. verb. benef. Paroch. collat. q.* 3. *verſ. quorum primus eſt*, Gonzal. *d. gloſſ.* 6. *num.* 158. Vgolin. *de offic. Epiſc. c.* 50. *§.* 3. *in fine*, Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ.* 358. *verſ. quarto, & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 370. *num.* 1. *part.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 30 *& d. c.* 2. *num.* 26.

14. Beneficia curam animarum habentia, quæ verè ſunt dignitates concurſui non ſubiacere, refert deciſum Garc. *in addit. ad tract. de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 196.

15. Dignitatem habentem curam animarum in Eccleſiis Collegiatis concurſu non conferri, nec in illa examen eſſe neceſſarium, quale requiritur in Parochialibus, referunt deciſum Gonz. *d. gloſ.* 6. *n.* 162. Piaſec. *d. p.* 2. *c.* 5. *n.* 18. *in fine*, Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. beneficium pag.* 24. *& verb. Canonicus, ultim.* Garc. *d. part.* 9. *c.* 2. *n.* 195. Maſſobr. *d. præl.* 3. *dub.* 3. *à n.* 38. Borgnin. Caualc. *deciſ.* 17. *n.* 18. *p.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 28. *&* 29. *& d. c.* 2. *n.* 27. & fuit dictum *in Cremon. Præpoſitura* 25. *Februarij* 1612. *coram bonæ mem. Vbaldo*, vbi etiam habetur hoc procedere in dignitatibus Eccleſiarum collegiatarum actu, non autem habitu tantùm, vt *in Tudertina Prioratus* 27. *Nouemb.* 1589. *coram Orano*, vbi dicitur quòd hoc caſu attenditur actus, non verò habitus, per gloſſ. notabilem *in c. licet can. de elect. lib.* 6. vbi quòd ſi Collegium eſſe deſinat per mortem Canonicorum, debent ſubſtitui alij, & quòd ius Collegij remanet etiam in vno donec fuerit auctoritate ſuperioris deſtructum, Barbat. *conſil.* 74. *n.* 1. *& ſeq.* inter conſil. Alexand. *lib.* 5. & ipſe Alex. ei ſubſcribens *conſil. ſeq. n.* 34. in quibus terminis loquitur *dicta deciſio in Tudertina Prioratus*, & quod ibi præſupponitur quòd Prioratus, de quo agebatur, mutaſſet ſtatum, & quòd in Bullis Pontificum enuntiaretur non Conuentualis, & ſic quòd deſierat eſſe Conuentualis auctoritate Summi Pont. ſecus autem ſi Eccleſia non amiſit collegialitatem auctoritate Pontificis, quia tunc ſufficit habitus tantùm ad hoc vt dignitas habens curam

ram animarum in ea exiſtens non conferatur per concurſum, ex adductis per Franc. *in d.c. licet canon. n.2. verſ. quoad difficultatem, & ibi Archid. ſub n.2. de elect. lib.6.* Mandoſ. *ad reg.3. Cancel. quæſt.3. ſub n.3.*

16. Vicaria perpetua Parochiæ vnita concurſu non confertur, ſed ſolùm ad nominationem, ſeu præſentationem illius, cuius Dignitati, vel beneficio Parochialis eſt vnita, & annexa deputandus, & inſtituendus eſt Vicarius cum Ordinarij, ſeu eius Vicarij præuio examine & approbatione, vt habetur in conſt. Pij V. incip. *Ad exequendum Paſtoralis Officij debitum, ſub dat. Kal. Nou.* 1567. ita Gonz. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5.§.3.n.53. & 54.* Garc. *d.p.9. cap.2. n.192.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ.358. num.1. verſ. ſecundo,* Vgolin *d.c.50.§.3. verſ. octauo,* Filliuc. *d. tom. 3. tract. 41. cap.4. num.147.* Lotter. *de re benefic. tom.1. lib.2. quæſt.31. num.11.* Caualer. *deciſ.195. num.4. & deciſ.599. n.1.* Rot. *deciſ.102. num.1. part.1. recent. & deciſ.579. num.4. & deciſ. 710. num. 2. part. 2. recent. & in Dertuſen. Vicaria 28. Nouembr. 1616. coram bonæ mem. Vbaldo, & in Barchinon. Vicaria 17. May 1624. coram R. P. D. Merlino,* Buratt. *dec.214. n.1. & dec.303. num.10. & dec.931. n. 1. & 2.* Vnde Vicarios perpetuos in Parochialibus Capitulo vnitis non eſſe præuio concurſu inſtituendos, refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. pag. 9. c.2. num.294.* Hinc prouenit, vt manutenendus Epiſcopus non ſit in quaſi poſſeſſione liberè conferendi per concurſum vicariam perpetuam Capit. vnitam cum facultate Vicarium nominandi, nulla expectata electione, vel nominatione, vt per Ludou. Poſt. *in tr. mandati de manutenendo, obſeru.45. n.44. p.36.* & Rotam apud ipſum *dec. 186. n. 3.* nam quando Eccleſia Parochialis eſt ſubiecta monaſterio, aut annexa, vel de menſa, tunc non eſt locus huic Concilij decreto, ſed monaſterium nominat, Epiſcopus verò ſine concurſu approbat, Rot. *dec.99. à n.1.* apud Farin. *p.1. in poſthum.*

17. Verùm ſi non dum exercitium, ſed cura totalis, actualis ſcilicet, & habitualis in Vicarium transferatur, tunc eius vicariam concurſu conferendam eſſe, reſoluit Lot. *d.q.31. n. 22.* & cenſuit Rot. *dec.579. & 710. p.2. recent.* & coram Buratto *deciſ. 214. n. 2.* Præſumitur autem totalis cura in Vicarium tranſlata quando certa portio, ſeu congrua aſſignatur Rectori Eccleſiæ exteris fructibus remanentibus penes Vicarium, ſicut per contrarium vbi certa portio, ſeu congrua aſſignatur Vicario, cura beneficij vniti dicitur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolum nudum exercitium remanet penes Vicarium, ex adductis per Caputaquen. *deciſ.339. n.2. verſ. ratio eſt. p.3.* Caualer. *d. dec.595. n.2.* Rot. *in d. Dertuſen. Vicaria coram bonæ mem. Vbaldo, & in d. Barchinonen. Vicaria coram R. P. D. Merlino,* Buratt. *d. deciſ.214. num.4.*

β *Etiamſi cura Eccleſiæ, vel Epiſc. incumbere dicatur.*] Vide Gonz. *ad reg. 8. Canc. gloſ.5. n.158. & ſeq.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.1. dub.7. à princip.*

18. γ *In Eccleſiis patrimonialibus.*] Quænam ſint, tradunt Mil. *in ſuo repertor. verb. beneficium patrimoniale,* Hojed. *de incompatibil. benefic. p.1. c.24. n.86.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.9.§.1.* Maſſobr. *in d. praxi prælud.4.*

19. δ *Seu receptiuis.*] Quæ ſic dicantur, oſtendunt Gonz *d. gloſſ.9.§.3.* Garc. *de benef. p.5. c.1. n. 517.* Maſſobr. *in d. praxi prælud.5.*

20. ε *Vni vel pluribus curam animarum dare, &c.*] Hoc non intelligi de Canonicis Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ, quibus cura animarum incumbit, & per quos ipſa cura animarum exercetur, referunt deciſum Garc. *d.p.9. c.2. n.179.* Vgolin. *d.c.50.§.3. in fine,* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol. 358. verſ. quarto, & in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. dec.370. p.4.* Maſſobr. *d. requiſ.1. dub. . num. 6.* Ego ipſe *d. alleg.60. n.30.*

21. ζ *Vel reſignationem.*] Intelligi de reſignatione ſimpliciter facta, & non de ea, quæ fit in fauorem in manibus Papæ, in qua examen per concurſum fieri non debere, tenent Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.1. q.7. n.7.* Gut. *canon. lib.2. c.12.* Zerol. *in praxi Epiſc. part.1. verb. Parochia, §.2. dub.5. & 6.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. c. 34. n. 84.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ. 416. in 1. edit.* aliàs *reſol. 351. verſic. amplia quintò, & reſol.353.* Proſper. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij, verb. benef. Paroch. collat. q.3. verſic. tertius,* Gonz *d. gloſſ.6. n.121. & 122.* Marcſcot. *var. reſol. lib. 1. c.52. n.6.* Vgol. *d. c.50.§.3. verſ. ſecundo,* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 13. dub.3.* Ego ipſe *d. all.60. n. 21.* Et addit Gonz. *citato loco* reſignatarium prouiſum à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma *Digni* obtinentem, examinari dumtaxat debere abſque concurſu, & approbari ſi idoneus repertus fuerit ad curam animarum, ſiue reſignatarius ſit præſens in Curia, ſiue abſens in partibus.

22. Parochialis Eccleſiæ reſignatio cùm fit in manibus Sanctiſſimi, quia tunc non dicitur vacare antequam alteri acquiratur, nec in ea poteſt ſtatim deputari Vicarius, non eſt neceſſarium examen per concurſum, ſed ſatis eſt reſignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis ſimul cum Ordinario probari idoneum, vt refert deciſum Garc. *d.p.9. c.1. n.159.*

23. Ordinarius, cui directæ ſunt litteræ Apoſt. reſignationis Parochialis in forma *Dignum,* poteſt procedere ad illarum executionem, ſtante quòd reſignatarius primò & ſecundò examinatus, non fuit approbatus ab examinatoribus, dummodo tamen intra ſex menſes à die datæ litterarum examen ſubierit, ita Aldan. *d. tit.9. n.15.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in nullius 2. Decembr.* 1628.

24. Ad examen concurſus Parochialium in manibus Epiſcopi reſignatarum non poteſt ille admittere conſanguineos, vel familiares tam ſuos, quàm reſignantium ex Bulla Pij V. anno eius 3. *Kalendis Aprilis,* vt refert deciſum Garc. *d. p.9. c.2. n.211.*

25. In permutationibus Eccleſiarum Parochialium non requiritur examen per concurſum, ſi tamen adſit magna inæqualitas numeri Parochianorum, vel permutantes non fuiſſent examinati eo tempore, quo Parochiales adepti ſunt, tunc illi examinandi ſunt, ſed abſque concurſu; ſed ſi fiat permutatio cum beneficio ſimplici, eſt neceſſarium examen, ſed non per concurſum, vide Læl. Zech. *de repub. Eccleſ. cap.26. de Parocho, n.6.* Flamin. Pariſ. *d. lib.8. q. 9. num. 95.* Vgolin. *d.c.50.§. 3. verſ. ſeptimo,* Garc. *d.p.9. cap.2. num.165.* Leſſ. *d. cap.34. dub.16.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi dec.429. in 1. edit.* alias *reſol. 356. in 2. edit.* Filliuc. *d. tract.41. de benefic. c.4. n. 137.* Ego ipſe *d. all.60. n.23. & d. cap.2. num.23.*

26. η *Etiam in Curia.*] Vide *ſuprà,* dicta *in verſic. Parochialem vacantem in Curia.* Vacare in Curia, & vacare apud Sedem in quo differant, notant Gonzal *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.13. n.32.* & Ioan. à Cochier *ibid. gloſſ.6. n. 4.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.57. n.24.*

27. θ *Etiamſi ipſa Parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta*

affecta,&c.] Concurſum fieri debere in vacatione Parochialis Eccleſiæ, etiamſi reſeruata ſit vel affecta generaliter, aut ſpecialiter, reſoluunt Læl. Zech *de republ. Eccl. c.* 18. *de Parocho num.* 6. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Parochus*, §. 2. *dub.* 4. & 10. Marescot. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 52. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 351. *verſ. amplia tertiò*, *in* 2. *edit.* Filliuc. *d. tom.* 3. *tract.* 45. *n.* 141. Ego ipſe *d. c.* 2. *num* 14.

28. In beneficiis Curatis reſeruatis Sedi Apoſt. & quibuſvis aliis etiam ex antiqua conſuetudine ordinarios proponere edicta concurſus, & à Sede Apoſt. prouiſionem fieri approbato ab examinatoribus in Synodo diœceſana deputatis, referunt deciſum Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardin.* §. *quibuſvis*, *n.* 17. Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib* 10 *q* 7. *n.* 12. Gonz. *d gloſſ.* 6. *n.* 12. Garc. *d. p.* 9. *cap* 2. *num.* 154. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 3. *cap* 9. *num.* 98. Ego ipſe *d. cap* 2. *n.* 14. *prope fin.*

29. *i Sanctæ Romanæ Eccl. Cardinalium, ſeu Abbatum*,&c.] Procedere diſpoſitionem huius decreti etiam in parochiali reſeruata, vel affecta ſpecialiter vigore indulti, ſeu priuilegij in fauorem S. R. E. Cardinalium, ſeu Abbatum, vel Capitulorum, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ.* 351. *verſ. amplia quartò*, Maſſobr. *in praxi prel.* 26. *n.* 23. & 24. Rot. *deciſ.* 48. *n.* 1. *p.* 1. *diuerſ.* Ego ipſe *d. c.* 2 *ſub n.* 14.

30. *k Debeat Epiſcopus ſtatim*,&c.] Deputationem Vicarij cum congrua eſſe de forma concurſus, & Ordinarium poſſe in huiuſmodi Vicarios deputare alios viciniores Parochos, vel alios etiam hebdomadarios, vel diurnos, nec ceſſationem congruæ facere ceſſare obligationem deputationis Vicarij poſt Garc. reſoluit Maſſobr. *in d. praxi req.* 1. *dub.* 1. quem refero *d. c.* 2. *n.* 31.

31. Deputationem Vicarij donec prouideatur de Rectore, ſpectare ſemper ad Epiſcopum, in cuius diœceſi Parochialis eſt, deciſum refert Arm. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis n.* 86.

32. Inferiores, qui non habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum facultate congregandi Synodum, non poſſe conſtituere Vicarium, reſoluunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 18. *n.* 52. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 8. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 1. *dub.* 8. & 11. Ego ipſe *d. all.* 60. *n.* 3. & 4. & *cap.* 2. *num.* 34.

33. Vicarium conſtituere tempore vacationis ad cuſtodiam Parochialis vacantis, licet ſpectet ad ipſum Epiſcopum, tamen in caſibus repentinis ſi vicaria eſt ad præſentationem alicuius Collegij, illum poteſt conſtituere quamprimum donec Epiſcopus certior ſit factus, & prouideri, ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 11.

34. Nominatio Vicariorum ad beneficiatos pertinet, hoc eſt, ad eos, ad quos beneficia ſpectant, ad quam nominationem poterit Epiſcopus præfigere terminum decem dierum, & Ordinarij, vel eius Vicarij approbatio præuio examine neceſſaria eſt, ex Bulla Pij V. *Ad exequendum*, ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2 *n.* 294.

35. Conſuetudo à tempore, cuius initij non eſt memoria, qua Parochi Eccleſias Parochiales pro tempore vacantes optant, non eſt ſublata per Conc. & in illis parochialibus, quæ optantur, non eſt neceſſarium examen per concurſum, ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 165.

36. Commendæ, quæ ad ſex menſes in Eccleſiis Curatis fieri poterant ab Ordinariis, ex *c. nemo, de elect. in* 6. ampliùs poſt Concilium locum non habent, cùm debeat in eis deputari Vicarius iuxta formam huius decreti, vt refert deciſum Garc. *de benef. p.* 4. *c.* 4. *n.* 15.

l Statim.] Poſſe Epiſcopum differre conſtitutionem Vicarij vſque ad tres dies à die notitiæ vacationis, non autem vlteriùs, aſſerit Maſſobr. *d. requiſ.* 1. *dub* 13. quem refero *d. c.* 2. *n.* 34. 37.

k Habita notitia vacationis,&c.] Vicarium cum congrua eſſe conſtituendum in qualibet Parochiali vacante, ſiue de iure, & de facto, ſiue de facto tantùm, & ſiue per obitum, ſiue per ſimplicem reſignationem, vel priuationem vacent, reſoluit Maſſobr. *in d praxi requiſ.* 1. *dub.* 2. 38.

μ Si opus fuerit.] Hæc verba eò tendunt, quia in eadem Eccleſia poſſunt adeſſe alij miniſtri Sacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat, exercerent, vel aliqui vicini Parochi libenter idem præſtarent, aut alij ſimiles caſus euenirent, quibus appareret, non eſſe opus conſtituere alium Vicarium, ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 13. vbi aduertit Ordinarium omni diligentia vti debere vt aliquem inueniat, qui velit, & poſſit hoc munus obire, qui ſi reperiri nequiuerit, ſaltem illud curet vt aliqui mercenarij diurni, vel hebdomadarij, aut vicini Parochi curam animarum interea exerceant. 39.

ν Idoneum in ea Vicarium,&c.] Vicarium deputandum cum congrua, dummodo aliàs ſit idoneus, non eſſe neceſſariò examinandum, tenet Maſſobr. *in d praxi requiſ.* 1. *dub.* 12. 40.

In Eccleſiis baptiſmalibus licèt non ſit ponendus concurſus, Vicarium tamen cum congrua eſſe deputandũ, reſoluit Maſſ. *d. requiſ.* 1. *dub.* 14. 41.

ξ Cum congrua,&c.] Congruam portionem aſſignandam Vicario eſſe arbitrariam Epiſcopo, penſata qualitate perſonæ, beneficij, & loci, referunt deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 15. & Maſſobr. *d. req.* 1. *dub.* 25. 42.

Et poſſe eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus, aſſerunt Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. Vicarius* 8. Campan. *in diuerſorio iuris can. rub.* 7. *c.* 6. *num.* 116. *in fine*, quos refero *d. cap.* 2. *num.* 35. 43.

ο Donec ei de Rectore prouideatur.] Vicarium ſemel conſtitutum cum congrua non poſſe remoueri ſine cauſa, quia Epiſcopus non retractat quod ſemel exequutus eſt pro exequutione Concilij, tenet Maſſobr. *d. requiſ.* 1. *dub.* 26. vbi *dub.* 27. reſoluit quòd ſi Vicarius conſtitutus cum congrua ſubeat examen, & eligatur tanquam magis idoneus, debet ſe retrahere à proſequutione exercitij curæ, & adminiſtratione bonorum, alioquin incurret pœnam *cap. auaritiæ, de elect. in* 6. refero Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 36. 44.

π Porrò Epiſcopus, &c.] Inferiores Epiſcopo, qui non habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ac ius congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, examinatoréſque in ea elegiſſe, quamvis habeant ius conferendi, concurſus ac cætera omnia in hoc decreto contenta facere non poſſe, reſoluunt Læl. Zech. *de repub. Eccleſ. c.* 28. *de Parochon.* 6. Anaſtaſ. Germon. *de indultis Card.* §. *quibuſvis*, *ad fin.* Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 96. Aloyſ. Ric. *in d. praxi deciſ.* 424. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 361. *in* 2. *edit.* & nouiſſimè *p.* 4. *reſ.* 75. Maſſobr. *in d. praxi req.* 1. *dub.* 11. & 21. & *requiſ.* 2. *dub.* 4. quos refero *d. c.* 2. *num* 38. addo Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 9 *q.* 20. *n.* 1. & 2. 45.

Commen

46. Commendatarius Abbatiæ habentis iura Epiſcopalia poteſt coram ſe vel ſuo Vicario de Curatis vacantibus concurſum facere, ſi modò habeat ius congregandi Synodum, & eligendi examinatores, ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 136. Aloyſ. Ricc. *d. reſ.* 161. *in fine*, Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 9. *q.* 20 *n.* 1.

Commendatarius Abbatiæ exemptæ exiſtentis intra fines alicuius diœceſis, & habens iura quaſi Epiſcopalia, non poteſt facere concurſum beneficiorum Curatorum, ſed hoc ſpectat ad Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt Abbatia, qui electo magis idoneo mittet eundem ad Commendatarium pro collatione, refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 123. *& ſeq.*

Commendatarij Abbates, & alij inferiores Epiſc. qui omnimodam habent iuriſdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubſunt, ſed ſunt immediatè ſubiecti Sedi Apoſt. nullius diœceſis proprium territorium habentes, ſi habeant ius congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, & elegiſſe examinatores, poſſunt concurſum inſtituere, examinare, approbare, omniaque illa facere, quæ continentur hoc decreto. Ita refert deciſum Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 27.

47. Concurſum inſtituere, & reliqua efficere poſſunt, quæ hoc decreto præſcribuntur, inferiores Epiſcopo omnimodam habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, neminique præterquam Sedi Apoſt. & quidem immediatè ſubiecti, quiq; nullius ſunt diœceſis, ſed proprium habent territorium, & ius congregandi Synodum, dummodo conſtet etiam Synodum alias legitimè congregaſſe, & in ea examinatores deputaſſe. Ita Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 28. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Foroſempronien.* 18. *Martij* 1591.

48. Concurſum inſtituere, & examinare promouendos ad Parochiales exiſtentes intra fines Abbatis nullius diœceſis, ſpectat ad Epiſc. intra cuius fines exiſtit Abbas, iuxta *c.* 1. *ſeſſ.* 13. & ſi id non conſtet, ad viciniorem, vt addidit Pius V. tantùm limitando, niſi qui Prælatus eſt nullius, habeat ius congregandi Synodum, quia tunc poſſet in ea deputare examinatores ſynodales, prout Conc. requirit, ita Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 30. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in cauſa Caſtri Durantis vlt. Apr.* 1611. refero Ego ipſe *d. c.* 2. *ſub n.* 39. in vlt impreſſ.

49. Abbatia ſi ſit nullius diœceſis, & Commendatarius habeat ius congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, elegiſſeq; examinatores in Synodo, poteſt concurſum inſtituere, eligere, ponere œconomos, aliaque peragere, quæ habentur in hoc decreto, ita refert deciſum *in cauſa Abbatiæ Farfen.* Aldan. *d. n.* 30.

50. Abbati habenti iura quaſi Epiſcopalia non licet concurſum facere, niſi probetur ius habere congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregaſſe, refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 131.

51. Abbas ob id, quòd ius conferendi aliquam Parochialem habet in eius vacatione, nullum examinis edictum proponere poteſt, nec illius officij partem aliquam attingere, ſed id pertinet ad Ordinarium, qui debet ipſe proponere edicta, & examinatores ex Concilij præſcripto deputatos adhibere, à quibus omnes iſtiuſmodi concurſus examinentur, quo examine confecto ex iis, quos vitæ integritas & doctrina commendabit, Ordinarius debet eligere magis idoneos. ac poſtea Abbati relinquere, vt ex electis, cui maluerit, curam conferat, ita refert deciſum Garc. *d. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 149.

52. Beneficium Curatum vnius diœceſis quando confertur ab Ordinario alterius diœceſis vbi illud ſitum eſt, debet edicta proponere Ordinarius loci vbi exiſtit, & ibidem examen erit peragendũ, & poſtea collatio fiet ab Ordinario ad quem ſpectat, ita refert deciſum Gonz. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 10. *n.* 31.

53. Inferior ſi haberet præuentionem cum Ordinario, debet habita notitia vacationis Parochialis coram Notario declarare ſe velle dictam Parochialem conferre, & ideo rogare Epiſcopum vt proponat edicta & hac ratione, tuebitur ius ſuæ præuentionis, ita atteſtantur reſolutum Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. n.* 17. Garc. *d. part.* 9. *c.* 2. *n.* 125.

54. Epiſcopus manutenendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione inſtituendi donec inferior coram iudice cõpetente legitimè probauerit ius cogendi Synodum habere aliàs coëgiſſe, in éaque examinatores ad præſcriptam Concilij formam hoc decreto deputaſſe, vt per Ald. *d. tit.* 9. *n.* 19. vbi refert deciſum *ſub die* 17. *Ianuarij* 1585. *&* 4. *Auguſti* 1594.

Epiſcopus Foroſempronien. vti viciniot manutenendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione concurſus inſtituendi in vacationibus Eccleſiarum Parochialium della Rauignana, & iuris præeligendi magis idoneos ex approbatis in eiſdem concurſibus donec Abbas Claſſen. legitimè probauerit habere ius congregandi Synodum, aliáſque coëgiſſe, & in ea examinatores ad præſcriptum Concilij in præſenti deputaſſe. Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 39. vbi refero ſic fuiſſe reſolutum *in Foroſempronien.* 2. *Decembris* 1628.

55. *p Intra decem dies.*] Edictum eſſe proponendum intra decem dies, ex hoc c. colligit Maſſob. *in d. praxi requiſ.* 2. *dub* 6. quem refero *d. c.* 2. *n.* 40. & totidem remanere debet affixum ad valuas Eccleſiæ. Zer. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Parochia*, quem refero *d. alleg.* 60. *n.* 45. *& d. cap.* 2. *n.* 40. licet *ibidem* minime legatur, Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 42. *&* 43. Maſſobr. *in d praxi requiſ.* 2. *dub.* 7.

56. Et non poſſe apponi cum maiori termino viginti dierum ex Bulla Pij V. incip. *In conferendis*, colligunt Zerol. *d. verb. parochia* §. 2. *dub.* 3. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 364. *n.* 2. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 46. *&* 47. Læl. Zech. *d. c.* 28 *de Parocho ſub n.* 6 Maſſobr. *d. requiſ.* 2. *dub.* 8. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 9. *num.* 53. *&* 57.

57. Terminus decem, vel viginti dierum ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixus, non currit à die habitæ notitiæ vacationis Eccleſiæ, ſed poteſt ab Epiſcopo quandocunque aſſignari infra tempus electioni magis idonei præſcriptum, ita refert deciſum Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 21.

58. Vnde eueniente vacatione Eccleſiæ Parochialis poſſe Epiſc. intra quatuor vel ſex menſes reſpectiuè à die vacationis apponere edictum pro concurſu Parochial. dixi *d. c.* 2. *ſub n.* 40. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Tiburtina.* 28. *Aprilis* 1629.

59. *r Idoneos aliquos clericos*, &c.] Parochiali Eccleſ. vacante non eſt ſatis eum quem Epiſc. idoneum iudicat, proponere examinandum abſq; alio concurſu, ſed tenetur Epiſc. plures examinatoribus nominare, & alios etiam ab aliis nominatos admittere, ſicq; examen per concurſum omnino facere prout in Bulla Pij V. ſtatuitur, exceptis illis caſibus, in quibus ex præſenti decreto *in verſ. ſi tamen adeo*, permittitur poſſe omitti examen per concurſum, ſi Epiſcopus pro ſua conſcientia cum conſilio deputatorum ita expedire arbitrabitur, refert deciſum Garc. *d. p.* 9 *c.* 2. *n.* 100.

60. Epiſcopus poteſt occurrente vacatione beneficij Curati vocare, & admittere ad concurſum habentem aliud beneficium Curatum, ſed non poteſt ſine concurſo, licet obtinuerit ille beneficium, quod poſſidet per concurſum, & poſtquam vacauerit adepta poſſeſſione alterius beneficij Curati poterit Epiſcopus ponere edicta per concurſum, refert decisum Garc. *d.p.9.c.2.n.*208.

61. Regulares clerici etiam Ordinum Militarium ad concurſum Parochialium admittendi non ſunt, refert decisum Garc. *de benef.p.7.c.*10 *n.*32.

62. Monoculus diſpenſatus ad Ordines ſuſcipiendos poteſt admitti ad concurſum, vt per Aldan. *d. tit. 9. n.* 32. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 17. Martij* 1619.

63. Epiſcopum non poſſe ſtatuere, ſeu limitare certum numerum perſonarum ad concurrendum in concurſo Parochialium, tenet Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap.p.4.dec.*31.

64. *r Per edictum etiam publicum*, &c.] Edicta concurſus proponere debent Ordinarij in beneficiis Curatis reſeruatis Sedi Apoſt. vacantibus per obitum, purà in menſibus reſeruatis, & à Sede Apoſt. prouiſio facienda eſt approbato ab examinatoribus in Synodo diœceſana deputatis, ſi fidem approbationis habet ab Ordinario, ita refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſc.p.2.c.5.n.*17.

65. Edictum huiuſmodi apponi debet ab Ordinario loci, vbi exiſtit beneficium, & ibidem examen eſt peragendum, etiamſi beneficium ab Ordinario alterius diœceſis ſit conferendum, vt per Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 9. *n.*102. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 10. *n.* 31. Nouar. *in ſingul. iuris canon. ſin.* 82. *n.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.*44. *& d. c.2.n.*41. In quo edicto apponenda eſt dies propoſiti concurſus, Seraph. *deciſ.* 1148. Maſſobr. *d. requiſ.2 dub.*16.

66. De ſubſtantia & forma concurſus Parochialium eſſe huiuſmodi edictum apponi, reſoluunt Læl. Zech. *de republ. Eccleſ.c.*28. *de Parocho, n.* 6. Aloyſ. Ricc. *in d.praxi reſ.*364. Zerol. *d. verb. Parochia*, §. 2. *dub.* 2. Nouar. *d.concl.*82. *n.*2. Ego ipſe *d. allegat.* 60. *n.*43. & me citato in illo loco Maſſobr. *d req.*1. *dub.* 3. vbi intelligit quando Concilium Prouinciale hoc ſtatuit.

Contra Nou. *conc.* 4. *de prab.* Garc. *d.c.*2. *n.* 38. Salgado *d. c.* 9. *n.* 50. exiſtimantes collationem nullam non reddi ex omiſſione edicti.

67. Tempus quo debet eſſe affixum edictum, eſſe arbitrarium Epiſcopo, modò non excedat viginti dies, aſſerunt Garc. *d. p.* 9. *c.*2. *n.*40. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.2.dub.*9.

68. Edictum aliud concurſus non eſt proponendum, ſed ille, qui comparuerit, examini eſt ſubijciendus, & ſi idoneus repertus fuerit, eidem beneficium eſt conferendum, niſi ij qui deſcripti ſunt, excuſent ſe legitimo impedimento detineri, quominus valeant ad concurſum accedere, tunc enim poterit Epiſcopus legitimè terminum prorogare, ita refert deciſum Garc. *d. p.*9. *cap.*2. *n.* 215. Maſſobr. *d.req.*3. *d.*7.

69. Si intra terminum edicti vnus ſolùm comparuerit ad concurſum Parochialis, qui nolit ſe examini ſubijcere, nec Parochiam curet obtinere, ab Epiſcopo aſſignandum eſt aliud edictum, rurſúſque vocandi oppoſitores, ita refert deciſum Garc. *d.p.9.c.2.n.*219.

70. Quando nullus comparuit, aut certè nullus ex comparentibus vult ſubire examen, Epiſcop. aſſignare debebit aliud tempus, ſiue edictum & ſi adhuc nemo comparet, vel aliàs nemo idoneus reperitur, tunc poterit Parochialis, abſque concurſu conferri, ita referunt deciſum Garc. *d. c.* 2. *n.* 218. Maſſobr. *d.req.*3. *dub.*9. Filliuc. *d.tr.*41. *c.*4. *n.* 152.

v Tranſacto conſtituto tempore, &c.] Ante lapſum terminum edictorum nullum eſſe examen & concurſum factum, reſoluunt Garc. *d. p.* 9. *c.*2. *n.*326. *cum ſeqq.* Salgad. *d. c.* 9. *n.* 64. Aldan. *d.tit.*9. *n.*17. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Pot.* 4. *Martij* 1619. 71.

Termino decem, vel ad ſummum viginti dierum elapſo, nullum eſſe admittendum, aſſerunt Seraphin. *dec.* 1149. *n.* 4. Aloyſ. Ricc. *d.reſol.* 364. *num.* 2. Nouarr. *d.concl.* 82. *n.* 4. Ego ipſe *d. cap.* 2. *num.*43. 72.

Occurrente vacatione Parochialis prouidendæ in concurſo, ad quam intra terminum in edicto præfixum plures ſunt oppoſiti, ſi dicto termino elapſo alter ſuperueniat re integra, eſt vtique admittendus, ita referunt Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *n.* 115. Mareſcot. *var. reſ.*1. *c.*52. *n.*59. Garc. *d. part.* 9. *c.* 2. *n.*206. Maſſobr. *in d.praxi requiſ.* 3. *dub.* 2. Ego ipſe *d. alleg.*60. *n.*46. *& d.c.* 2. *n.* 42. vbi id intelligo quando iſte habuit iuſtam cauſam excuſationis, vel ratione ignorantiæ, vel abſentiæ, ſeu alterius impedimenti, ex Rotæ deciſione *in Firmana Parochialis* 6. *Martij* 1592. *coram Card. Pamphilio ſen.* 73.

Vnde ſi quis non deſcriptus in tempore concurſui præfixo comparuerit, legitimo impedimento ceſſante, itaut potuerit nomen ſuum infra præſcriptum terminum deferre, & elapſo termino, examine nondum facto, ſeu re integra petat ſe ad concurſum admitti, non eſſe audiendum, dixi *d.c.* 2. *n.*45. aſſerens ita fuiſſe deciſũ *ſub die* 7. *Iuly* 1625. 74.

Examen ſtatim elapſo termino edicti poteſt per Epiſcopum inchoari, ſed non poteſt eadem die claudi vbi plures fuerunt deſcripti, quia ſunt expectandi, vel vocandi, alioquin vitiabitur concurſus ſi ex pluribus deſcriptis vnus, aut non omnes examinentur, & eis non expectatis claudantur concurſus, vt per Garc. *d.p.9.c.2.n.*33. Seraph. *dec.* 1148. *n.* 5. Maſſobr. *d.req.*3. *dub.*10. quos refero *d.c.2.n.*46. 75.

ω Omnes qui deſcripti fuerint, &c.] Intelligi quatenus veniant ad examen, aliàs in poteſtate vnius eſſe nolle venire, impedireq; ne vlteriùs procederetur, refert deciſum Garc. *d p.9.c.2.n.*217.

χ Examinentur.] Vnus tamen examinari poterit, & approbari, ſi ille ſolùm ad concurſum comparuerit intra terminum, nec opus eſt alio edicto, aut termini prorogatione, ita referunt deciſum Garc. *d. p.*9 *c.2.n.*215. Vgolin. *de offic. Epiſc. c.*50. §. 10. *n.* 4. Filliuc. *d.tr.*41. *c.*4. *n.*151. Maſſobr. *d. req.* 3. *dub.* 8. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 51. *& d.c.*2. *num.*50. 76.

ψ Ab Epiſcopo, ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali.] Et etiam Epiſcopo non impedito poſſe fieri examen coram Vicario, quia hæc verba important tantùm quandam conuenientiam, tenent Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.*119. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.*41. & me citato *in illo loco* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.*3. *dub.*3. 77.

ω Atque ab aliis examinatoribus, &c.] Synodalibus ſcilicet; concurſum enim, & examen factum cum examinatoribus non ſynodalibus eſſe nullum, & inualidum, & collationem deuolui ad Sedem Apoſt. referunt deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.*2. *n.* 341. Maſſobr. *d.requiſ.*3. *dub.*5. 78.

aa Non paucioribus quàm tribus.] De forma eſſe vt examen fiat per concurſũ in Parochialibus cum tribus examinatoribus ſynodalibus, cõcludit Maſſobr. *d.req.*3. *dub.* 4. etiamſi beneficium ſit modici 79.

valoris

valoris, vt refert deciſum Galet. *in margar. verb. beneficium, pag.25.col.2.* Garc. *d.c.2.n.53.*

80. Poſſunt tamen adhiberi in concurſu pluſquam tres examinatores, ſed non pauciores, referunt deciſum Garc. *de benef p.5.c.9.n.52.* Filliuc. *d. tr. 41. c. 4. n. 156.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 12. dub. 2.* Salgado *d. c. 9. n. 66.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 31. n. 65.* quos refero *d.c.2.n.52.*

81. ß ß *Quorum votis ſi pares, &c.*] Approbatus nemo cenſetur ſi ex tribus examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerint, accedente Epiſcopo vni. Idem dicendum quando ſunt quinque examinatores, & quilibet eorũ approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero, Epiſc. vni illorum accedente. Idem ſimiliter ſi vnus tantùm cõpareat ad ſe examinandum coram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, cæteris reprobantibus, quia illi non poteſt accedere Epiſcopus, & examinatus dicitur reprobatus, ita refert deciſum Garc. *d.p.9.c.2.n.60.*

82. Examinatores vt ſint tres, non ſtatuit præciſè Concil. ſed quòd non poſſint adeſſe pauciores quàm tres, ita quòd ſi tres ſint tantùm examinatores, vota non poſſint eſſe paria, ſed ſingularia, quando ſinguli ſingulos approbant, & tres examinatores debent adhiberi in Parochialibus etiam modici valoris, & ſatisfactum erit huic decreto ſi tertius examinator examinauerit, & ſit præſens in approbatione, licèt votum ſuum non expleuerit, ita refert deciſum Garc. *d.p.9.c.2.n.53.*

83. γ γ *Examinatores autem ſingulis annis, &c.*] Examinatores debere ſingulis annis proponi in Synodo ad minus ſex, & ab ea Synodo probari, eorúmque officium etiam poſt annum ſuæ electionis non expirare, aſſerunt Garc. *d. p. 9.c.2.n.75.* Maſſ. *in d. praxi requiſ. 12. dub. 1.* vbi *dub. 5.* ait Conc. Trid. nullam formam præſcribere ſuper propoſitione examinatorum, Salgado *d. c. 9. n. 67.* Rota *in Seguntina Parochialis 15. Iunij 1638. coram R. P. D. Roias,* vbi quòd deputatio examinatorum Synodalium aliter, quàm in Synodo Diœceſana fieri non poteſt.

84. Examinatores debere proponi nominatim, & non in genere, niſi proponerentur in genere, qui re vera tunc extarent; quia per huiuſmodi genericam expreſſionem haberetur etiam expreſſa perſona, tenent Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 139.* Filliuc. *d. tr. 41. c. 4. n. 157.* Salgado *d. c. 9. n. 76.* Maſſobr. *d. req. 21. dub. 3.* vbi *dub. 7.* aſſerit ad hoc vt dicatur examinator probatus à Synodo, debere dimidiam partem ſuffragiorum ferre ab iis, qui vocem habent in Synodo.

85. Examinatores ſynodales in Synodo ad ſummum viginti eligi poſſe, tenet Aldan. *d. tit. 9. n. 29.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Cæſarauguſtana 13. Martij 1623.*

86. Examinatores non poſſe eligi ſub nomine dignitatis, ſed tantùm ſpecialem perſonam, refero deciſum in vna Sutrina *in meo tr. de offic. & poteſtate Parochi, c.2.n.56. in fine.*

87. Iudicum ſynodalium nominationem ſpectare principaliter ad Epiſc. non tamen priuatiuè quoad Capitulum, dicit Aldan. *d. tit. 9. n. 30.* vbi refert ita deciſum *in Saonen. 18. Martij 1628.*

88. Examinatores, qui ab Epiſcopo propoſiti fuerint à Synodo tam per vota ſecreta, quàm aperta, poſſunt probari, & Epiſcopus eum modum in probatione ſeruari faciat, quem magis expedire iudicauerit, refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſc. p.2.c.2 n.4.*

Conſtitutio Pij V. *In conferendis* locum non 89.
habet, niſi in his diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus, & in eis iuxta formam huius decreti fuerunt deputati examinatores, refert deciſum Garc. *d.p.9.c.2.n.4.*

Quibus autem conditionibus, & qualitatibus 90.
huiuſmodi examinatores clarere potiſſimum debeant, oſtendit Humob. de Bonis *de humana vitæ ſtatibus, p.1.c.13.*

Si ex ſex examinatoribus aliqui intra annum 91.
ſuæ electionis mortui fuerint, totam facultatem examinandi vnà cum Epiſcopo ad ſuperſtites, etiamſi vnus tantùm ſupereſſet, ſpectare debere eo anno durante, ſed in locum demortuorum eligendos alios cum approbatione Capituli, referunt deciſum Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 8.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 12. dub. 2.* Salgado *d. c. 9. n. 70. cum ſeqq.* Ego ipſe *d.c.2.n.57.*

Vicarium Capituli Sede vacante in locum exa- 92.
minatorum abſentium, vel defunctorum alios auctoritate Apoſt. ſufficere non poſſe, ſed curare debere vt elapſo anno alij in locum demortuorum ſufficiantur ſeu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habentur qui ſuperſunt, referunt deciſum Sbroz *in addit. ad ſuum tr. de offic. vic. lib.2.q.231.* Garc. etiam *in addit. ad ſuum tr. de benef. p.9.c.2.n.78.*

Examinatores ſynodales quando omnes intra 93.
annum deputationis mortui fuerint, tunc Epiſc. ex examinatoribus antiquis ſynodalibus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores quam ſex, & ſi non exiſtant ſex examinatores antiqui ſynodales, qui ad hunc numerum aſcendant, tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, & alios ſuppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo, vſque ad numeri præfati complemẽtum. Verùm ſi nulli examinatores antiqui ſynodales ſuperſtites fuerint, tunc Epiſcop. nouos examinatores probitate, & ſcientia idoneos, qui à Capitulo approbati ſint, non pauciores dicto numero ſubſtituat. Ex veniẽte vacatione cuiuſlibet Parochialis Eccleſiæ Epiſc. debebit ex prædictis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examen iuxta hoc decretum perficiant, officium autem prædictorum omnium examinatorum ſubrogatorum expirat cùm primùm aduenerit tempus nouam Synodum iuxta hoc decretum celebrandi, ita referunt deciſum Aldan. *d. tit. 9. n. 31.* aſſerens ita fuiſſe declaratum de Ordine Clementis VIII. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 13.* Marescot. *var. reſ. lib. 1. c. 32.* Salgado *d. c. 9. ex n. 70.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 12. dub. 3.* Ego ipſe *d. c. 2. n. 58.* & cenſuit Rot. *in Panormitana Archipresbyteratus 3. Dec. 1618. coram bonæ mem. Burat. & in eadem 5. Iunij 1620.* coram eodem inter eius impreſſas *dec. 479. n. 2.* vbi habetur Clementem VIII. ſpeciali conſtitutione conceſſiſſe Epiſc. facultatem deputandi examinatores extra Synodum deficientibus, vel impeditis ſynodalibus, dummodo infra annum à Synodo celebrata, & decreuiſſe quòd ſtatim lapſo anno talis facultas, & eorum auctoritas expirat.

Examinatores ſynodales durare donec alij in 94.
Synodo deputati fuerint, verum ſi elapſo anno aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirare, referunt deciſum Galet. *in marg. caſuum conſcient. verb. examinatores 1.* Garc. *in addit. ad d. p. 9. c. 2. n. 75.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ. 361. in 2. edit.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c. 66. n. 17.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 12. dub. 4. n. 3.* vbi ſubdit locum non habere quando poſt annum ſuperſunt ſex adhuc.

95. Epiſcopus nouus, qui ex examinatoribus ſyno-
dalibus antiquis omnes præter vnum mortuos in-
uenit in diœceſi vbi iam congregata fuit Synodus,
& deputati examinatores ab ea, tenetur ad proui-
ſionem Parochialis nouam Synodum congregare,
& examinatores eligere, & cùm illis in concurſu
Parochialem prouidere: quòd ſi non feciſſet, ſed
iudices nominaſſet, vel cum ſolo illo viuente
concurſum, & examen feciſſet, prouiſio non va-
leret, refert deciſum Garc. *d.p.9.c.2.n.*81.

96. Epiſcopos non excuſatur ſi poſt annum adhi-
beat examinatores ſuperſtites, non extantibus
ſex, etiamſi caperet prætextum quòd ipſe de no-
uo eſſet adeptus poſſeſſionem Epiſcopatus, cùm
annus celebrandi Synodum non incipiat currere
à die poſſeſſionis Epiſcopatus, ſed à die Synodi
vltimo loco celebratæ, referunt deciſum Garc. *d.
p.9 c.2.n.* 92. & 93. Maſſobr. *d. req.* 12. *dub.* 6. &
cenſuit Rot. *in d. Panormitana Archipresbytera-
tus 5. Iunij* 1620. cutam bonæ mem. Buratto, inter
illius impreſſas *dec.* 479.

97. Non licet Epiſcopo auctoritate ordinaria ſibi
aſſumere examinatores non ſynodales extraneos,
qui ſuppleant, etiam in caſu non exiſtentium exa-
minatorum ſynodalium numero ſufficientium
ad concurſus faciendos, eo quia ob penuriam viro-
rum habentium qualitates Doctoratus & ſimiles,
non potuerunt in Synodo diœceſana eligi, ita Ego
ipſe *d. tr. de offic. & poteſt. Parochi*, *c.*1.*n.*61. atte-
ſtans ſic fuiſſe deciſum *in Vaſionen.* 13. *Nou.* 1617.

98. Epiſcopo non licere ſubrogare alios in locum
examinatorum ſynodalium, qui per ſententiam
de crimine ſimoniæ fuerant condemnati. *ibid.*

99. An in caſu concurſus, in quo non interfuerunt
examinatores ſynodales, collatio beneficij deuol-
uatur ad Sedem Apoſt. vel priùs eidem Epiſco-
po liceat proponere nouum concurſum infra
quatuor menſes ſibi de iure conceſſos, quæſtio
dubia, in qua Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 65. refero S. Cong.
Conc. nihil reſpondiſſe.

100. Concurſus, in quibus fuerunt adhibiti exami-
natores deputati in Synodis præcedentibus fuiſ-
ſe nullos quatenus tamen prædicti examinato-
res in Synodo poſteriori non fuerint confirmati,
aſſero Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 67. referens ita fuiſſe de-
ciſum *in Menopolitana* 13. *Iulij* 1630.

101. Epiſcopus, qui non conſtituit examinatores in
Synodo, ſed ex ſe ipſo deputauit, vel quia prio-
res erant mortui, vel quia nulla aderat facultas
congregandi Synodum, nempe propter peſtem,
nulliter prouidet de Parochialibus, licèt quandoq;
Sum. Pont. mandauerit iſtos tolerari, iniungendo
vt quamprimum facta Synodo noui eligantur exa-
minatores, & quòd prouiſi per concurſum cum
examinatoribus ab Epiſc. ſolo deputatis nouas pro-
uiſiones impetrent, vel denuo legitimè examinati,
& approbati ab Epiſc. de eiſdem Parochialibus
prouideantur ſi in menſibus ordinarij vacauerint,
ita refert deciſum Garc. *in addit. ad d. p.*9 *c.*2.*n.*85.
& Ego ipſe *d.c.*4.*n.*68. & 69.

Prouiſi de parochialibus non ſeruata forma
Concilij ex eo quòd ob varias difficultates non
potuiſſet cogi Synodus, nec deputari examinato-
res ſynodales, non ſunt remouendi, at danda eſt
facultas Epiſc. deputandi examinatores extra Sy-
nodum, illeq; monendus & hortandus, vt quan-
to citius conuocet Synodum eo meliori modo,
quo poteſt, ita Aldan. *d. tit.* 9.*n.* 40. atteſtans ſic
fuiſſe deciſum *in Treuiren.* 26. *Iunij* 1617.

102. Concurſus eſt nullius in quo cum examinato-
ribus ſynodalibus interuenit alter, qui non ſit exa-
minator ſynodalis, vt per Garc. *d. p.*9.*cap.*2.*n.*83.
324. & 341. Maſſobr. *in d. praxi req.* 13. *dub.* 1.
Ferent. *in annot. ad dec.* 479. *Burat. lit. A*, Ego ipſe
d. c. 2. *n.* 71. vbi refero me vidiſſe hac de re deci-
ſionem authenticam S. Cong. Conc. *in vna Meſ-
ſanen.* 15. *Dec.* 1629. & cenſuit Rot. *in Baſſanen.
Parochialis* 18. *Febr.* 1628. *coram Card. Virili,
& in Nicien. Parochialis* 25. *Iunij* 1629. *coram eo-
dem*, vbi etiam fuit dictum negatiuam illam, quòd
quis non eſſet examinator ſynodalis, debere ple-
ne, & concludenter probari vti fundamentum
intentionis, & non ſufficere quòd in regiſtris Cu-
riæ Epiſcopal. non reperiatur nominatus, aut de-
ſcriptus in ſynodo ille, quem prætenditur non
eſſe examinatorem Synodalem, quia poſſibile
erat quòd fuerit deputatus examinator ſynodalis
ab Epiſc. in ſynodo, & non fuerit deſcriptus, Rot.
dec. 323. *n.* 4. *verſ. vltra quod, p.* 2. *recent.* nouiſſi-
mè Rota *in Seguntina Parochial.* 25. *Iunij* 1638.
coram R.P.D. Roias.

88 Sint verò hi examinatores Magiſtri, &c.] 103.
Examinatores neceſſariò eligi debere, qui ſint
Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theolo-
gia, vel iure Canonico ſi extent, alioquin alij cle-
rici ſunt eligendi, qui ad id videbuntur magis ido-
nei, reſoluunt Vgol. *de offic. Epiſc. c.* 50. §. 5. *n.* 1. *ver.
ſecundo*, Homob. de Bonis *de humana vita ſtatibus
p.* 1. *c.* 13. *ver. in his ergo, in fine*, Maſſobr. *in d. pra-
xi, req.* 11. *dub.* 2. *n.* 37. referens ſic fuiſſe deciſum
in Turritana 10. *Martij* 1629. Ego ipſe *d. c.* 2. *n.*
73. vbi *n.* 74. aſſero *in vna Saonen.* 19. *Febr.* 1628.
fuiſſe reſolutum Epiſc. non poſſe eligere exami- 104.
natores ſynodales, qui non ſint Doctores, ſeu Ma-
giſtri, aut Licentiati in Theologia, vel iure Cano-
nico ſi extent, alioquin alios clericos eſſe eligen-
dos, qui ad id magis idonei videbuntur, & *n.* 75.
atteſtor *in dicta Turritana* fuiſſe pariter deciſum
in prædictos examinatores ſynodales non poſſe
eligi clericos ſæculares, aut Regulares, qui dictis
gradibus non ſint inſigniti, niſi illi viri qualitatis
ſuperiùs expreſſæ non extent, quo caſu fuit di-
ctum eſſe eligendos, qui ad munus exercendum
magis idonei videbuntur, eorumque vota æqua-
lis valoris & efficaciæ eſſe ſicut aliorum.

ee Iuréntque omnes, &c.] Examinatores ſi non 105.
iurauerint, concurſum coram eis habitum vitia-
ri, tenent Homob. de Bonis *d. c.* 13. *verſ.* 2. Filliuc.
d. tr. 41. *c.* 4. *n.* 158. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 14.
dub. 1. vbi *dub.* 2. cum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 356. eſſe
de forma ſubdit, vt præſtetur huiuſmodi iura-
mentum tactis ſacroſanctis Euangeliis, & *dub.* 3.
cum eodem Garc. *n.* 356. aſſerit poſſe præſtari extra
Synodum in manibus Notarij, & *dub.* 4. tradit pro-
bari per atteſtationem Notarij, & litteras ipſorum
examinatorum, refero Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 76. *cum ſeqq.*
vbi *n.* 78. *in vna Beſignan. ſub die* 2. *Dec.* 1628.
fuiſſe deciſum concurſos factos non præſtito iura-
mento ab examinatoribus ſynodalibus fuiſſe nul-
los, ſed ex gratia conualidandos, facto verbo cum
Sanctiſſimo qui conualidauit, & confirmauit.

ff Caueant ne quicquam, &c.] Examinatores ſy- 106.
nodales non poſſe quicquam prorſus occaſione
examinis, nec ante, nec poſt accipere, alioquin ſi-
moniæ vitium tam ipſos, quàm alios dantes incur-
rere, à qua abſolui nequeunt niſi dimiſſis benefi-
ciis, quæ quomodocunq; etiam antè obtinebant,
& ad alia impoſterum inhabiles reddi, ex hoc de-
creto colligunt Petr. de Ledeſm. *in ſum. p.* 2. *tr.* 7.
c. 1. *concl.* 6. *prope fin.* Homob. de Bonis *d. c.* 13.
verſ. tertiò examin. in fine, Franc. Leo *in theſauro
fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 3. *n.* 25. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *num.* 368.
cum

*cum ſeqq.*Steph. Gratian. *diſcept.forenſ cap.*561. *à num.*x1.Vgolin.*de ſimon. tab.* 4. *cap.* 48. §.3. *& de officio Epiſcop. cap.* 50. §. 3. *n.*1 Filliuc.*d.tract.* 41. *cap.* 4. *n* 160. latè Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 15. Bonac. *de ſim n. quæſt.* 7.*puncto* 2. *differ.* 1. *ex n.*5. nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in praxi p.* 4. *reſol.* 76. *n.* 1. *&* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *à n.* 5x.*& d.c.*x.*à n.*79. *cum ſeqq.* nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas,conſtit.*13 *num. vlt.pag.*124.

107. * *Quicquam prorſus*, &c.] Non poſſe examinatores quicquam pro labore, vel titulo ſtipendij ad ſuſtentationem ex fructibus beneficij vacantis, vel alia ratione accipere, tradunt Garc. *de benef.p.* 5. c. 7. *n.* 11. *& d. p.* 9.*c.*2.*n.*374.Bonacin.*d. differ.* 1. *n.* 5. *verſ.ſecundo,*Aloyſ.Ricc. *d. p.*4.*reſol.* 76.*n.*4.Ego ipſe *d.c.* x.*n.*81.

108. Non poſſe Ordinarium ſtatuere aliquod ſtipendium etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concurſu Parochialium, & ſi Synodus diœceſana ſecus ſtatuerit, decretum eſſe irritum, & nullum, referunt deciſum Garc. *d.p.*9. *c.* 2. *n.* 374. Maſſobr. *d. requiſ.* 15. *dub.*1. Bonacin. *d. differ.* 1.*n.*7.*verſ.tertio,*Stephan. VVeyms *d. loco* Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 53.*& d. c.*1 *n.*82. Poſſe tamen Epiſcopum aliquid de ſuo his examinatoribus concedere titulo præmij, vel ſtipendij, aut ſuſtentationis, reſoluunt Garc. *d. cap.* 2.*n.*379. & Bonac. *d. diffic.* 1.*n.*6.ſubdens hoc ſibi non videri improbabile, quia Concilium in præſenti non videtur loqui de Epiſcopo.

109. *n n Quæ quomodocunque etiam antea obtinebant*, &c.] Examinatores priuari beneficiis antea obtentis ſi occaſione examinis ſiue antea, ſiue pòſt aliquid accipiant,etiam gratis,& liberaliter datum,& ad capiendam beneuolentiam, etiamſi res modica ſit & leuis momenti,nam hîc prohibetur quicquam prorſus accipi, reſoluunt Garc. *d. p.* 9. *c.* 1. *n* 340. Aloyſ. Ricc. *d. p.* 4. *reſol.*76.*n.*3. Bonac. *d. diffic.* 1.*n.*5.*verſ.ex quibus.*Ego ipſe *d.c.*2.*n.*80.

Contra Petr. de Ledeſma *in ſum. tract.*7. *cap.* 1. *concl.* 7. Zerol. *in praxi Ep*[illegible]*p.* 1. *verb. Parochia* §. 2. *dub.* 13. exiſtimantes [illegible]uiuſmodi examinatores non priuari beneficiis antea obtentis.

110. *θ θ Peracto deinde examine renuntientur*,&c.] Examinatores peracto examine debere eos ex communi ſententia renuntiare Epiſcopo, quos idoneos repererint,referunt deciſum Garc. *d p.*9.*c.*2.*n.*104. Salgado *d.c.*9.*n.*79.Ego ipſe *d.c.*2.*n.*84.

111. Et illos poſſunt remittere ad Ordinarium, quia cumulatiuè, & non priuatiuè in hoc decreto eſt attributa iuriſdictio, vt cenſuit R ta. *dec.*647.*n.*1. *in* 1. *collect. nouiſſim.*aliàs *p.* 4. *diuerſ.*

112. Licèt Concilium in præſenti non expreſſerit an vota examinatorum palam, an ſecretè ferri debeant, magis tamen expedire vt examinatores palàm inter ſe ſua vota conferant, & notario iubeant vt in actis ſuis ſimpliciter ſcribat Titium approbatum idoneum, Seium verò reprobatum, referunt deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.*107. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.*x.*c.*3.*n.*35.

113. Examinatores debere dare vota dum ſimul congregati ſunt cum Epiſcopo, non autem ſeparatim, ſicut etiam Epiſcopo, vbi datur locus acceſſui, debere accedere examinatoribus ſimul congregatis, reſoluunt Garc. *d. p.* 9. c. x. *num.*58. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.*4.*dub.*2.

114. Examinatores ab Epiſcopo, vel vicario, quibus beneficia prouideri incumbit,maximè quādo iubetur, teneri ſignificare, & ſubſcribere quis dignus, & quis dignior ſub peccato mortali, tenent Barb. *Barboſ.Collect.in Concil. Trid.* Medina *in ſum. lib.* 1. c. 14. §.32. Petr.de Ledeſm. *in ſum.p.*x.*tract.*7.*c.*1 *concl.*7.*diffic.*13.

115. Epiſcopum non habere votum deciſiuum in concurſu, ſed tantùm accedere vbi vota ſunt paria, vel ſingularia, dicit Maſſobr. *d. requiſ.*4.*dub.*5. vbi *dub.* 6. oſtendit quando dicantur vota paria, quando ſingularia.

Si vnus tantùm compareat ad ſe examinandum coram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, & cæteris reprobantibus, non poſſe Epiſcopum illi accedere, ſed examinatum dici reprobatum,referunt deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* x.*n.* 60.Maſſobr. *d.requiſ.*4. *dub.*7.

116. Si pluribus examinatis aliqui vltra dimidiam vocum fuerint conſequuti, & vnus omnia ſuffragia proſpera reportauit, Epiſcopus facta per examinatores relatione poteſt poſtpoſito illo in quē omnia ſuffragia confluxerunt, alium ex eis eligere, qui vltra dimidiam partem vocum habuerint, cum omnes approbati dicantur, ita referunt deciſum Garc.*d.p.*9.*c.*2.*n* 109.

117. *ι ι Quotcūq; ab his idonei iudicati fuerint.*] Examinatores non teneri explicitè referre ſingulas qualitates eorum, qui ſunt examinati,ſed ſufficere referre omnes examinatos fuiſſe idoneos, tenuit Rot. coram Card.Caualer. *dec.* 293.*à princ.* vbi *in verſ. neque præmiſſis*, ſubdit nihil obſtare quòd in hoc decreto fiat expreſſa mentio, vt ſcilicet debeāt renuntiari quotcunq; ab examinatoribus iudicati fuerint idonei ætate, moribus, ſcientia prudentia, &c.quia hîc fit expreſſio eorum quæ tacitò inſunt, ex.gr.tantùm,quod probatur ex hoc eodem decreto,dum immediatè ſubiungit, *& aliis rebus ad Eccl. vacantem gubernandā opportunis,* multa enim alia ſunt, quæ requiruntur ad hoc,vt quis ſit idoneus ad Eccleſiam Parochialem gubernandā, veluti quòd ſit clericus, ex legitimis natalibus procreatus, inde inferebatur quòd ſicut Concilium nō exigit vt ſuper iſtis aliis qualitatibus fiat explicita relatio, ita pariformis determinatio requiratur quoad mores, ætatem, doctrinam, & prudentiam, quæ in Concilio ſpecialiter exprimuntur.

118. *κ κ Ætate,moribus, doctrina,prudentia,*&c.] In concurſu Parochialium non ſolùm conſiderari idoneitatem reſpectu ſcientiæ, ſed etiam reſpectu, ætatis, morum, prudentiæ, & huiuſmodi ad Eccleſiam Parochialem gubernandam, adducunt Maſſobr.*in d praxi requiſit.* 5. *dub.* x. Fr. Sigiſm à Bononia *de elect. dub.* 3x. Rot. *coram bona mem. Buratto deciſ.* 22. *n.* 18. *& deciſ.* 90. *per tot.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. electio, differ.* 1. *n.* 1. Aloyſ.Ricc. *in praxi aurea,reſol.* 348. Ego ipſe *d.c.*2.*n.*1x2.

119. Et poſſe examinatores etiam extraiudicialiter informari de qualitatibus examinandorum, cenſuit eadem Rota coram Caualer. *d. dec.*293.*n.vlt.*

Examinatoribus approbantibus aliquem tanquam magis idoneum in ſcientia, cuius tamen mores ignorantur,& habentibus alium non tam doctum, ſeu ab eis cognitum, & approbatum in omnibus, hunc vltimum eſſe præferendum, refert deciſum Garc.*d.p* 9.*c.*2.*n.*111.

120. *λ λ Ex hiſque Epiſcopus eum eligat*, &c.] Etiam extra locum examinis, & ipſis abſentibus examinatoribus,vt per Garc.*d.p.* 9. c. 2. *n.* 59. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.*5.*dub.*20.

121. Nunquam ſpectare ad examinatores,ſed ad Epiſcopum ſolum iudicare, & eligere quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem ſit magis idoneus, referunt deciſū Garc. *de benef.p.*6.*c.*2.*n.*236. *& p.* 9. *c.* 2. *n.* 105. *&* 108. Zerol. *in praxi Epiſc.*

p. 1. *verb. Parochia*, §. 2. Mari. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 63. *n.* 8. Franc Leò *in theſauro fori Eccl. p.* 2. *c.* 3. *n.* 34. Arm *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l* 7. *n.* 58. Maſſobr. *d. requiſ.* 4. *dub.* 1. & 4. Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 90. & 91.

122. Examinatores ſynodales debent vota ſua dare, ſed Epiſcop. non tenetur ex collatione votorum eligere, ſed poteſt cui maluerit ex approbatis beneficium conferre, non habita ratione calculorum ipſorum votorum, debet tamen expectare vt examinatores renuntient quos iudicauerint idoneos. Ita refert deciſum Maſſobr. *d. req* 4. *dub.* 4.

123. Examinatores ſinguli poſſunt, & debēt dare vota ſuper qualitate cuiuſlibet examinati ex forma *verſ. tranſacto*, & Epiſc. non ex collatione horum votorum debet eligere, ſed ex *verſ. peracto*, examinatores debent ſolùm renuntiare duos, vel tres, v. g. examinatos idoneos, deinde Epiſcopus abſque votorum calculo, ſed ſuo iudicio eligere debet digniorē Ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 109. Verùm Trentacin. q ex profeſſo *conſ.* 10. *per tot vol.* 2. ad partes diſputat hanc materiam, & tandē concludit quòd ſi vota examinatorum non fuerint ſingularia, aut paria, non poterit Epiſcop. vel Vicarius accedere, quibus magis videbitur, ſed debebit conferre vni ex examinatis & approbatis, qui reſpectu numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum dignior ab examinatoribus indicatus fuerit, ex doctrinis vulgarib. Deinde reſpondet ad verba huius Decreti, ibi, *ex hiſque Epiſc. eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit*, &c. quæ videntur inſinuare quòd ſit in poteſtate Epiſc. eligere quem voluerit ex examinatis & approbatis, vt ſcilicet intelligantur iuxta illa verba eiuſdēmet decreti, ibi, *quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus vel Vicarius, quibus magis videbitur*; itaut ſecus dicendum eſſet ſi vota non fuiſſent paria, aut ſingularia; ſed licèt hæc ſententia in puncto iuris vera mihi videatur, nihilominus tamen ſequenda eſt contraria ob ſacræ Congregationis declarationem, de qua teſtatur Garc. & Maſſobr. *citatis locis*.

124. Parochialis collatio ſi ceſſantibus reſeruationibus Apoſt. ſpectet ad inferiorem collatorem, & in concurſu facto per Ordinarium ſint renuntiati plures æquè idonei, facultas eligendi magis idoneum ad ipſum Epiſcopum, non autem ad inferiorem collatorem pertinet, ſiue Parochialis in menſe Apoſt. ſiue Ordinario vacet. Ita Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 40. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Aſculana* 1. *Decembris* 1618.

125. Electionem factam de magis idoneo ſignificandam eſſe intra quatuor menſes, & ſi fuerit tranſmiſſa, nec peruenerit ad manus collatoris intra dictum tempus, prouiſionem deuolui, tradit Maſſobr. *in d praxi requiſ.* 6. *dub.* 1. vbi *dub* 2. cum Garc. *d. p.* 9 *c.* 2. *n.* 8. aſſerit ſignificationem electionis fieri poſſe extra præſentiam examinatorum, refero Ego ipſe *d c.* 2. *n.* 94.

126. μμ *Quem cæteris magis idoneum iudicauerit*, &c.] Electionem igitur & prouiſionem in concurſu Parochialis factam de digno, omiſſo digniore, eſſe nullam, & ſubreptitiam, tenent Azeued. *d. conc....* *n.* 30. Garc. *d p.* 9. *c.* 2. *n* 225. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 5. *dub.* 1. Rot. *in Derthuſen. Parochialis* 18. *Dec.* 1581. *coram Gipsio*, & *in Tuden. Parochialis* 18. *April.* 1603. *coram bonæ mem. Card. Sacrato*, vbi firmauit concluſionem in beneficiis Curatis ex idoneis magis idoneum eſſe eligendum, iterum *in Ripana Parochialis* 1. *Iunij* 1609. *coram Orcemb.* refert & ſequitur Beltramin. *in annotat. ad dec.* 11. *Gregorij XV.* & ſic conquerente digniore reuocari collationem factam digno, de beneficio curam animarum habente, mediante concurſo, iuxta conſt. Pij V. aduertit Ioan. Valec. *de differ. inter vtrumque forum verb. electio differ.* 2. *n.* 4. refero Ego ipſe *d. c.* 2. *n* 95. vbi à *n.* 98 poſt infinitos propemodum per me citatos reſolui electores ſub pœna peccati mortalis teneri digniorem, ſeu meliorem eligere.

Quando per concurſum & oppoſitionem prouiſio beneficij facienda eſt, teneri quem ad reſti- 127.
tutionem ſi dignum eligat omiſſo digniore, cùm non ſolùm offendat iuſtitiam diſtributiuam, verùm etiam commutatiuam ortam ex illo quaſi contractu proueniente ex edicti propoſitione, & ex fide in illo data, reſoluunt Mol. *de primogen. lib.* 2. *c.* 25. *n.* 59. Bartbol. de Medina *in inſtruct. Confeſſ. in* 7. *præcept.* §. 32. Petr. Nau. *de reſt. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 178. Gut. *can. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 55. *cum ſeqq.* Vazq. *opuſc. mor. tract. de benef. c.* 2 §. 3. *n.* 187. Fernand. *in examine Theolog. mor. p.* 4. *c.* 4. §. 1. *n.* 2. & *c.* 7. §.... *n.* 11. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *num.* 68 & *d. c* 2. *n.* 105.

Contra Mart. de Ledeſm. 2. 4. *q.* 18. *ad fin. verſ. ſecunda concluſio*, Nau. *in man. c.* 17. *n.* 74. *verſ. nec obſtat*, Mercad. *de contr. lib* 6. *c.* 17. §. *y aunſi dizen los Theol. verſ. eſto nolo ſiguo* Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 16. *n.* 43. exiſtimantes non teneri ad reſtitutionē dignū eligentes omiſſo digniore, etiam quando prouiſio facienda eſt per concurſum, & oppoſitionem.

Vnde ſimoniam committere dignum offeren- 128.
do in concurſu pecuniam digniori, vt deſiſtat ab oppoſitione, & teneri ad cedendum beneficio, & ad reſtituendos fructus perceptos, reſoluunt Sot. *de iuſt. lib.* 9. *q.* 6. *art.* 1. *ad* 2. Nau. *in man. c.* 23. *n.* 101. *verſ.* 8. Bela *reſp. caſuum conſcient. p.* 2. *caſu* 5. Fernand. *in exam. Theol. mor. p.* 4. *c.* 14. §. 1. *n.* 1. & 2. Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 1[illegible] vbi *n.* 107. reſoluo ſimoniacam non eſſe electionem, nec illicitam, ſi quis tradiderit pecuniam electoribus indignum eligere volentibus ne illum eligant.

* *Magis idoneum* [illegible]c.] Idoneior iudicandus, ac 129.
propterea præferendus ille eſt, qui muneri, cui præficitur eſt aptior, Couarr. *in reg. peccatum*, *p.* 2. §. 7. *n.* 4. *verſ. dignior verò*, Rot. *dec.* 537. *n.* 14. *p.* 1. *recent.* & *in d. Vrbinaten. Parochialis*, item & ille, qui altero cum quo concurrit fuerit ſenior, ita Barbat. *conſ.* 23. *poſt n.* 13. *vol.* 1. Tiraq. *de iure primog. in præfat. n.* 182. Roland. *conſ.* 47. *n.* 70. *lib.* 1. Lambert. *de iure patr. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 2. *princ. art.* 26. *n.* 4. Mari. Anton. *var. reſ. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comm. ad c. conſuluit* 9. *n.* 2. *diſſ.* 74. Valenz. *conſ.* 34. *n.* 56. vbi *n.* 59. quòd ſenior dicitur non tam ab ætate, quàm à ſapiētia & moribus. Rot. *dec.* 61. *n.* 1. *p.* 1. *in poſthum. Farin.*

Originarius idoneior quoq; iudicandus ac præ- 130.
ferendus, ſi alter ſit extraneus, Cou. *pract. c.* 35. *ſub n.* 5. *verſ. ſecundò annotandum eſt*, Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 13. & 14. & *c.* 21 *n.* 25. Put. *dec.* 254. *p.* 1. aliàs *dec.* 247. *lib.* 1. *in correct.* Mandoſ. *conſ.* 1. *n.* 4. Grilenz. *conſil.* 151. *num.* 64. Vgolin. *de offic. Epiſcop. c.* 50. §. 7. *n.* 4. Maſtril. *Siciliæ deciſ.* 2. *n.* 147. Rot. *dec.* 299. *p.* 1. *diuerſ.* Valenzuel. *d. conſil.* 34. *n.* 69. vbi *n.* 79. quòd diœceſanus in beneficialibus præfertur non diœceſano, Perez de Lara *de anniuerſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 19. & *ſeq.* Et ita poteſt eligi dignus de ciuitate, vel gremio Eccleſiæ, poſthabito digniore extraneo, Læl. Zech. *de benef. c.* 12. *n.* 36. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 5. *n.* 19. Vgolin. *d. c.* 50 §. 8. *n.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 102. Valenzuel. *d. conſil.* 34. *n.* 70.

Doctor

131. Doctor præfertur non Doctori, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol. part.* 4. *deciſ.*135.*n.*1. Rot.*deciſ.* 36. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Valenzuel. *d. conſ.* 34.*n.*58. *cum ſeqq.* vbi *n.* 64. quòd Doctor in iure Pontificio præfertur Doctori in iure Ciuili, Rota *d.deciſ.*61 *n.* 5. Attamen minus doctus,modò idoneus, cuius mores ſunt noti, & approbati,præfertur Doctori, cuius vita ignoratur, Piaſec. *d.c.*5. *num.* 19. Gonz. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*4. *num.*112. Garc. *d. part.* 9. *cap.*2.*n.*11. Aloyſ.Ricc.*in d.praxi dec.* 415. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*362. *num.*1. *in* 2.*edit.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 5. *dub.* 2. *n.*19. Rot. *in Barchinonen. Parochialis* 29. *Nouembris* 1613. *coram bonæ mem. Buratto*, inter eius impreſſas *dec.* 22. In beneficio concurſus quando fit coram Ordinario & examinatoribus, poteſt Ordinarius cum examinatoribus præferre ei, qui magis ſcientia præcellit, illum, qui prudentia, moribus, & integritate aptior videtur ad gubernandum Eccleſiam, ita Rota *deciſ.* 521. *n.* 1. & 2. *apud Farin. p.*1.*in poſthum.* nam in concurſo ad beneficium præferendus eſt non is, qui ſolùm idoneus reputatur quoad litteraturam, ſed qui ætate, moribus doctrina, & prudentia magis idoneus iudicabitur, eadem Rota *d.part.*1.*dec.*551.

132. Sacerdos præferatur alteri aliquo inferiori Ordine inſignito, Roland. *conſ.*47.*num.*75. Dec.*conſ.* 542. *num.* 13. Perez de Lara *d. lib.* 2.*c.* 3. *num.*16. Rota *d.deciſ.*61.*n.*1.& in pari attenditur quis prius aſſecutus fuerit ſacros Ordines & gradus, Ioan. de Platea *in l.* 2.*n.*1. *C. de Primic.lib.*12. Nat.*conſ.* 638 *num.* 18.

133. Diſpenſatione non indigens præfertur indigenti, Seraph.*deciſ.*767.*n.*2.*p.*1.

134. Beneficium nullum habens præfertur habenti, Lambert.*part.*3.*lib.*2 *quaſt.*5.*art.*3.Carol.de Graſſ. *deciſ.*1.*num.* 10. *de iurepatron.* Rot.*deciſ.*16.*num.*7. *p.*2. *recent.* & *in Calaguris. beneficij de Tetora* 9. *Iunij* 1621.*coram bon.mem.Vbaldo*, & *in Vrbinaten. Parochialis* 12. *Februarij* 1629. *coram R. P. D. Veroſpio*, & pauper cæteris paribus præferri debet diuiti, Perez de Lara *d.lib.*2.*c.*3.*n.* 11.ſicut in clerico non habente beneficium quòd præferendus ſit illud habenti, cæteris paribus, dicit Rota *deciſ.* 61.*num.*4.

135. Si potentia diuitiarum,vel nobilitas conferat ad comprimendos Chriſti aduerſarios, præferendi ſunt ditiores,& nobiliores tenuibus,& ignobilibus, Fernandez *in examine Theolog. moral. p.* 4. *cap.* 4. §. 1.*num.*5.

136. *rr Si verò iuriſpatronatus Eccleſiaſtici erit*, &c.] Vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.gl.* 6.*n.*116.Piaſec. *d.c.*5. *n.* 17.*in fine*, Aloyſ. Ricc. *in praxi reſ.* 351. *verſ. amplia ſextò*, Zerol.*in praxi Epiſcop. part.*1. *verb.iuſpatronatus*, §.10. Azor. *inſtit. moral.part.*1. *l.* 6. *c.* 21. *quaſ.* 15. Salgado *d. c.*9.*n.*80.Perentil.*in annot.ad deciſ.*25.*Buratti, num.*12. Ego ipſe *d. allegat.* 60. *n.*1.& *d.c.*2.*n.*124.Rota *deciſ.*453.*num.*1. *apud Farin. part.* 1. *in poſthum.* vbi quòd concurſus requiritur in Eccleſia Parochiali *de iurepatronatus Eccleſiaſtico*, & quòd diſpoſitio Concilij in præſenti procedit ne dum in Rectoribus, verùm etiam in vicariis perpetuis, atteſtaturque ſic fuiſſe per ſacram Congreg. reſolutum, & eadem Rota *dicta part.* 1. *deciſ.*543.*num.* 8. dicit quòd examinatores nihil iuris habent in patronatu Eccleſiæ Parochialis, licet approbent idoneos pro obtinenda collatione, ſeu inſtitutione.

137. Epiſcopus tenetur inſtituere præſentatum ad Parochialem Eccleſiam iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, cuius inſtitutio ad Epiſcopum ipſum, & non ad alium pertinet, etiamſi patroni ex approbatis ab examinatoribus ſynodalibus digniorem non præſentauerint, ſtante hoc decreto *in d.verſ. ſi verò iuſpatronatus*, quia iudicium ſpectat ad patronum, refert deciſum Aldan.*d.tit.*9.*n.*43.

138. Inſtitutio Parochialiū de iure patronatus Eccleſiaſtico quando ad inferiores licèt exemptos & Abbates pertinet, nihilominus Epiſcopus ordinarius debet edicta concurſus proponere, & inferior inſtituet magis idoneum approbatum ab Epiſcopo, quòd ſi ſecus actum fuerit, collatio eſt nulla, ita refert Garc.*d.p.*9.*c.*2.*n.*262.

139. Beneficium Curatum iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſi vacauerit in menſibus Apoſt. Sedi reſeruatis, Epiſcopus ipſe Ordinarius nulla habita ratione patronorum debet edicta concurſus proponere, idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarij à Summo Pont.inſtituendum, ſicut fit in aliis Curatis quæ non ſunt de iurepatronatus, ita referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.*5.*n.* 17. Garc.*d.p.*9.*c.*2.*n.*273.

140. Inſtitutio ad Parochiales Eccleſias, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſint, vbi facienda ſit à Papa, quia fortaſſè in menſibus reſeruatis vacauerit, ius eligendi digniorem ad ſolum Epiſcopum pertinet, qui transmittere debet atteſtationem examinis facti, & concurſus, quot in eo approbati, & quem ex approbatis vti digniorem, cui Sanctitas ſua gratiam faciat, nominari, refert deciſum Garc.*d.c.* 2. *n.*173. Salgado *d. tom.*1.*p.*3.*c.*9. *num.*99.

141. *ſſ Is quem patronus digniorem*, &c.] Et ad eum patronum Eccleſiaſticum ſpectabit quando duo æquè idonei ab examinatoribus fuerint iudicati, quia electio dignioris ſpectat ad patronū, inſtitutio ad Epiſcopum, quando ad ipſum Epiſcopum, & non ad alium illa pertinet, ita refert deciſum Garc. *d.p.*9.*c.*2.*n.* 267.

142. Epiſcopus inſtituere debet in beneficio præſentatum ab Eccleſiaſtico patrono ſi digniorem elegerit ex approbatis ab examinatoribus, refert deciſum Garc.*d.c.*2.*n.*262.

143. *tt Inter probatos ab examinatoribus*, &c.] Si patronus Eccleſiaſticus aliquem præſentauerit antequam ſit ab examinatoribus approbatus in concurſu, præſentatio nulla erit, nec eius virtute facienda erit inſtitutio ab Epiſcopo tanquam minus legitimè facta, niſi denuo iterum expreſſe, vel tacitè fuerit præſentatus, poſtquam ipſe ſit intra terminum edictorum, ſeu in re integra oppoſitus, & inter cæteros deſcriptus, & inter dignos approbatus. Ita Salgado *d. c.* 9.*n.*81. quem refero *d.c.*2. *n.*124. *in fine*.

144. Examen per concurſum non requiritur in collatione Parochialium iuriſpatronatus mixti, id eſt, partim Eccleſiaſtici, & partim laicalis, Vinian. *in appendice ſuæ praxis iuriſpatr. ad lib.* 10.*c.*1.*n.*34. *p.*760. in nouiſſ. impreſſ. vbi teſtatur ita fuiſſe reſponſum *in Piſana* 5. *Februarij* 1628. refero Ego ipſe *d.c.*2.*n.*126.latè ſequitur Gabr.Pereira *de manu Reg.* 2 *p.*1.*c.*7.*n.*31.*cum ſeq.*vbi *n.* 36 *verſ. quam reſolutionem*, affirmat habere locum non ſolùm in iurepatronatus mixto, quando maiorem, vel æqualem partem habet ſæcularem, ſed etiam quando Eccleſiaſtica ſit maior, ſubditque Eminentiſſimos Cardinales Concilij Trid. interpretes ſuper beneficio de Ribadaneora Brachar en. diœceſis interrogatos Romæ ſic reſpondiſſe, refero Ego ipſe *d.tract.de Parocho c.*2.*n.*326.*in vlt.impreſ. folij magni*.

Contra Gonzal. *d. gloſſ.* 6. *num.* 135. Galet. *in*

margarita caſuum conſcientiæ, verb. iuſpatronatus pag. 145. *col.* 2. Garc. *d. c.* 2. *n.* 278. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ.* 410. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 357. *n.* 3. *in* 2. *edit.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 52. *n.* 7. adden. *ad deciſ.* 498. *Gregorij XV.* Maſſobr. *in praxi prel.* 7. *dub.* 25. *n.* 2. Salgad. *d. c.* 9. *ex n.* 108. Ferentil. *ad deciſ.* 25. *Buratti in fine verſ. ex hoc procedit*, exiſtimantes ſeruandam eſſe formam examinis per concurſum in vacatione Eccleſiæ Parochialis iuriſpatronatus partim Eccleſiæ, partim laici, vel quòd pro duabus partibus pertineat ad laicum, & pro vna tantùm ad Eccleſiam.

π π Tunc Epiſcopus ſolus ex dignis, &c.] Talem electionem committi poſſe Vicario faciendam, tenet Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.* 50. *n.* 25.

145. *ρ ρ Quòd ſi iuriſpatronatus laicorum fuerit*, &c.] Vide Læl. Zech. *de republ. Eccl. c.* 28. *de Parocho n.* 6. Flam. Pariſ. *de reſignat. benef. l.* 8. *q.* 9. *n.* 111. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Parochia* §. 7. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *c.* 3. *n.* 3. Piaſec. *d. c.* 6. *n.* 18. *in princ.* Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 58. *&* 81. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.* 50. §. 5. *verſ. tertiò*, Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 11. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 357. *n.* 1. adden. ad Gregor. XV. *deciſ.* 494. *n.* 3. Maſſobr. *in d. praxi req* 7. *dub.* 25. *à n.* 4 Borgn. Caualc. *dec.* 17. *n.* 18. *p.* 2. Salgado *d. c.* 9 *n.* 105. *cum ſeq.* Alzed. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 9. *n.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 18. *& d. c.* 2. *num.* 129. Rot. *deciſ.* 579 *n.* 4. *p.* 2 *recent. & in* ☞ *Pampilonen. Parochialis* 26. *Iunij* 1626. *coram bona mem. Buratto*, inter eius impreſſas *dec.* 952.

146. Eueniente vacatione Parochialis de iurepatronatus laicorum quando plures ſunt præſentati, requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos totum, vt ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus denuntiati ſunt, Epiſcopus eum eligat quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium inſtituat. Ita Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 6 *quæſ.* 5. *n.* 21. Gonz. *d. gloſſ.* 6. *n.* 138. Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 256 Mareſcot. *d. lib.* 1. *c.* 52. *n.* 11. Piaſec. *d. c.* 5. *num.* 18. *verſ. eueniente*, Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 357. *n.* 2. Viuian. *in praxi iuriſpatron lib.* 10. *c.* 1. *num.* 59. *in vltim. impreſſ.* Salgado *d. c.* 9. *n.* 123. Alzed. *d. cap.* 9 *num.* 3. Rot. *in Pampilonen.* ☞ *Parochialis* 27. *Ianuarij* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Illerden. portionis de Pertuſa* 11. *Decembris* 1613. *coram bona mem. Buratto*, inter eius impreſſas *dec.* 25. vbi Ferentil. *in annot. n.* 10. quæ etiam reperitur impreſſa inter poſthumas Farin. *p.* 1. *deciſ.* 543. *in fine*, Maſſobr. *in d. praxi req.* 7. *dub.* 25. *n.* 5. vbi intelligit quando, inter plures præſentatos omnes æqualibus vocibus gaudent. Nam ſi aliquis plures haberet voces, is ſolus eſſet examinandus, & idoneus repertus inſtituendus, vt per Gar. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 257. Salgado *d. c.* 9. *n.* 124. Rot. *in Pampilonen. Parochialis* 26. *Iunij* 1626. *coram bona mem. Buratto*, inter eius deciſ. impreſſas *dec.* 952. *n.* 2. niſi is ſe etiam ſubiiceret examini, & concurſui cum cæteris examinatis, quia tunc ſibi præiudicaret, cùm faceret ſe eis parem, ita adden *ad d. deciſ.* 494. *Gregorij XV. n.* 5. Maſſobr. *in d praxi prel.* 3. *dub.* 3. *n.* 15. Salgado *d. c.* 9. *n.* 128.

147. Non habet locum hoc decretum *in d. verſ. ſi vero*, contra inſtitutionem & fundationem, cùm ſeruari debeat lex in ipſa inſtitutione poſita, ſed tantùm præſentatus eſt examinandus, & approbandus ab Ordinario citra concurſum ſi repugnaret inſtitutioni, ſeu fundationi, ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2 *n.* 270.

Concurſui locus non eſt in Parochialibus iuriſpatronatus, quod origine erat totum laicale, ſed pro duabus tertiis partibus ex donatione laicorum effectum eſt poſtea Eccleſiaſticum. Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 42. vbi refert deciſum *ſub die* 17. *Iunij* 1617. 148. ☞

Parochiales iuriſpatronatus laicorum, quæ ab Epiſcopo ob præſentationem in tempore non ſequutam iure deuoluto conferuntur, ſubiacere concurſui, referunt deciſum Galer. *in margar. caſuum conſcien. verb. iuſpatronatus*, Salgado *d. c.* 9. *n.* 90. Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 50. Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 18. *in fine, & d. c.* 2. *n.* 151. 149.

Contra Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 1. *dub.* 22. exiſtimantem huiuſmodi Parochialem iuriſpatronatus laicalis ad Ordinarium deuolutam per eum abſque concurſu conferri poſſe.

Vtrùm autem in collatione Parochialium facta iure deuoluto ſeruari debeat forma examinis quæ coram inferiore requiritur? Affirmatiuè reſpondet Salgado *d. c.* 9. *n* 84. *cum ſeqq.* quem refero *d. c.* 2. *n.* 133. 150.

σ σ Ac eiſdem deputatis, vt ſuprà examinari, &c.] Præſentatus à patronis laicis ad Eccleſiam Parochialem de iurepatronatus laicorum, ſufficit quòd examinetur coram aliis examinatoribus non ſynodalibus, ita Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 52. vbi refert deciſum *ſub die* 19. *Decembris* 1620. 151. ☞

τ τ Et non niſi idoneus repertus, &c. Patronum laicum ad Parochialem ſui iuriſpatronatus non teneri præſentare digniorem, ſed ſufficere dignum ſeu idoneum, reſoluunt Lambert. *de iurepatron. p.* 1. *l.* 2. *quæſt.* 10. *art* 3. *n.* 17. Petr. Nauarr. *de reſt lib.* 2. *c.* 2. *n.* 150. Ban. 2. 2. *quæſt.* 63. *dub.* 4. Petr. de Ledeſm. *in ſumm part* 2. *tract.* 7. *c.* 2. *concluſ.* 7. *diffic.* 9 Garc. *de benefic. part.* 7. *c.* 16 *n.* 19. Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapolit. p.* 3. *dec.* 306. *n* 4. Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. electio, differ.* 2. 152.

Contra Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 69. Azeued. *conſ.* 24. *dub.* 4. *n.* 4. Turrian. 2. 2. *tom* 2. *diſp.* 22. *dub.* 5. *num.* 6. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 26. Vaſq. *in opuſc. de benefic. cap.* 2. §. 2. *dub.* 5. *num.* 74. Leſſ. *d. lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 14. *n.* 65. *in fine*. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 21. *quæſ.* 5. Malder. 2. 2. *tract.* 9. *c.* 2. *dub.* 2. exiſtimantes patronum, qui non eſt primus beneficij fundator, debere digniorem præſentare. 153.

υ υ Vlla deuolutio, aut appellatio, &c.] Vide Nau. *in man. cap.* 25. *num.* 139, *in fine*, Antonuc. *in Catechiſi Neapolit. c.* 16. *fol.* 43. Azeued. *ad l.* 1. *n.* 4. *tit.* 16. *lib.* 3. *noua recop.* Seraphin. *deciſ.* 481. Valenz. *conſ* 45. *n.* 19 *vol.* 1. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. §. 1. *in annot. contra nullit. n.* 186. *&* 209. *& d. gloſſ.* 6. *n.* 163. Vgolin. *d. c.* 50. §. 13. *n.* 1. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 75. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ.* 426. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 375. *in* 2. *edit. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. p.* 4. *dec.* 19. Maſſobr. *in d. praxi requiſ.* 5. *dub.* 3. *cum ſeq.* Salgado *de protectione Regia co.* 1. *p.* 2. *c* 13. *n.* 197. *cum ſeq.* Rot. *in Barchinon. Parochialis* 29. *Nou.* 1613. *coram bona mem. Buratto*, inter eius ☞ impreſſas *dec.* 22. & ibi Ferentil. *in annot. lit. B* Ego ipſe *d. alleg.* 60. *n.* 104. *& d. c.* 2. *n.* 137.

Intelligi de appellatione ſuſpenſiua, non verò deuolutiua, obſeruant Camp. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.* 11. *c.* 13. *num.* 476. *poſt med.* Salgado *d. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 13. *n.* 199. Maſſobr. *in d. praxi req.* 5. *dub.* 4. Ego ipſe *d. c.* 2. *num.* 138. Garc. *in addit. ad ſum* 1r. *de benef p.* 9. *c.* 2. *n.* 245. 154.

Appellationé non dari ſimpliciter ab electione Epiſcopi 155.

Epiſcopi concurſum dum appellare volens fuit approbatus ab examinatoribus ſynodalibus, ſicut & electus, cùm tunc locus ſit gratificationi, probatur ex *c. cum autem*, vbi Abb. *n.* 3. *de inreptron.* Seraph. *dec.* 152 *in fine*, Rot. *in Calagnritana beneficij de Mutillo* 13. *Nouemb.* 1620 *coram bonæ mem. Vbaldo ſen. & in Pampil. Abbatia de Ariſſo* 22. *Aprilis* 1622. *coram R.P.D. Nauarro.* Niſi manifeſtè conſtiterit de dolo, & irrationabili Epiſcopi iudicio, cùm pro eo, quòd ſcilicet omnia conſiderauerit, multum præſumatur. Mareſc. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 23. & 24. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *num.* 139. & *gloſſ.* 9. *in annot. num.* 209. Maſſobr. *d. requiſ.* 5. *dub* 2. *n.* 42. Greg. *deciſ.* 538. *ad fin.* Rot. *in Hieracen. iuriſpatronatus* 21. *Maij* 1621. *coram bon. mem. Buratto*, inter eius impreſſas *deciſ.* 625. Iudicium enim Ordinarij, & examinatorum in concurſu ad beneficium ad fauorem alicuius non poteſt reuocari in ſecunda inſtantia, niſi appareat illud fuiſſe irrationabile, doloſum, & carnalitatis aut humanæ paſſionis affectum, Rota *deciſ.* 521. *num.* 1. apud Farin. *p.* 1. *in poſthum.* Tollitur tamen multum de hac præſumptione, quæ aliàs eſſet pro Epiſcopo, ex familiaritate, vt per Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *deciſ.* 96. *num.* 20. Rot. *in Sabinen. concurſus* 6. *Aprilis* 1609. *coram bonæ mem. Card. Sacrato, & in Vrbinaten. Parochialis* 12. *Febr.* 1629. *coram R. P. D. Veroſpio*, Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 144.

156. Et huiuſmodi appellationem à mala electione ſiue irrationabili iudicio Epiſcopi admitti ſolùm ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum, quia interim prouiſus appellatione pendente à Parochiali amoueri non debet, ex *d. conſt. Pij V. verſ. hac tamen*, notant Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 236. & 246. addent. *ad dec.* 538. *n.* 7. *Gregorij XV.* Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 145. Niſi quando appellatur a ſententia Metropolitani, ſeu alterius iudicis appellationis reuocatoria electionis priùs factæ ab Ordinario in concurſu ad Parochiales, tunc enim dari appellationem ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, reſoluunt Gut. *canon. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 15. Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 247. adden. *ad d. dec.* 538. *num.* 8. *Gregorij XV.* Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 146. vbi *n.* 147. idem aſſero quando facto concurſu appellatur inter præſentatos, vel patronos laicos ſuper pertinentia iuriſpatronatus.

157. Rejectum non concurſu Parochialis poſſe prouocare præelectum ad nouum examen coram iudice appellationis, etiam antequam doceant de irrationabili iudicio Epiſcopi, nouè & ſingulariter aducrreodum duxi *d. c.* 2. *n.* 148. aſſerens ita fuiſſe deciſum *in Vrbinaten.* 9. *Septembris* 1628. & *in Reatina* 16. *Martij* 1630. & *in Piſana* 17. *Iunij eiuſdem anni*, in quibus fuit decretum dandum eſſe nouum concurſum in Vrbe, & ad illum vocandum præelectum ab Epiſcopo.

158. *Aliàs prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones*, &c.] Collationem Parochialis factam ſine examine per concurſum eſſe nullam, & irritam, & præfatam Parochialem eo modo collatam vacare, eiuſque collationem ad Sedem Apoſt. ſpectare, reſoluunt Zerol. *d. p.* 1. *verb. Parochia*, §. 2. *dub.* 2. nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in ſua praxi p.* 4. *reſ.* 75. *n.* 1. Rot. *dec.* 151. *p.* 4. *diuerſ.* Ego ipſe *d. c.* 2. *n.* 155.

159. Parochialem ſine examine per concurſum, vel contra formam poſitam à Concilio in præſenti collatam non poſſe in foro conſcientiæ acceptari, aut retineri, reſoluunt Petr. Nauar. *de reſt. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 350. Salon. 2. 2. *q.* 5. *de dominio art.* 4. & ibi Can. *q.* 62. *de dominio p.* 160. Vaſq. 1. 2. *q.* 163. Lorca etiam 1. 2. *diſp.* 21. *de leg. ad fin.* Burg. de Pace *l.* 3. *Tauri à n.* 1394. Parlad. *differ.* 12. §. 1. *ex num.* 2. Leſſ. *de inſt. lib.* 2. *c.* 19. *dub.* 3. Aloyſ. Ricc. *d. part.* 4. *reſol.* 75. *num.* 2.

160. *Si tamen adeò exigui redditus*, &c.] Vide Gonzal. *d. gloſſ.* 6. *n.* 139. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 358. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub* 5. *c.* 3. *n.* 10. Seraphin. *deciſ.* 942. *n.* 10. metipſum *d. allegat.* 60. *n.* 38. & *d. c.* 2. *n.* 16.

161. In collatione tenuium Parochialium, quarum fructus 24. ducatos auri de Camera non excedunt, ſi propoſito primo edicto examinis per concurſum, nemo comparuerit, fieri debet ſecundum edictum examinis, ſed ſine concurſu, ſeruatis tamen temporibus præſcriptis à Pio V. in ſua Conſtit. ſuper collatione Parochial. ita refert deciſum Garc. *d. p.* 9. *c.* 2. *n.* 220. *in* 1. *decl.*

Beneficia Curata, cuius redditus adeò exigui ſunt, vt ea aut nullus idoneus requirat, vel comparcant in concurſu Presbyteri ita rudes, vt neque vulgarem linguam calleant, ſunt conferenda illis, quos inter omnes maioris litteraturæ eſſe cognouerit Epiſcopus, eoſdémq; amplius erudiri curabit. Vbi verò ob dominos temporales, vel aliam iuſtam cauſam concurſus non eſſet liber, & fructus Parochiales eſſent pingues, ponendi ſunt Vicarij donec conferri poterint magis idoneis, ſeruata forma Concilij, ita refert deciſ. Garc. *cap.* 2. *n.* 220. *in* 2. *dec.*

Expectatiuis hactenus conceſſis vti nulli fas eſto. Reſeruationes mentales, &c. nulli concedantur.

Caput XIX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Expectatiuæ ſunt omnino ſublata.*
3. *Collegia non comprehenduntur ſi expreſſa non ſint.*
4. *Reſeruatio mentalis quæ?*

1 Decernit Sancta Synodus, Mandata de prouidendo, & gratias, quæ Expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, *a etiam Collegiis*, [a] *Vniuerſitatibus*, Senatibus, & aliis ſingularibus perſonis, etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam, vel alio quovis colore concedi, nec hactenus conceſſis cuiquam vti licere. [b] *Sed nec reſeruationes mentales*, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec indolta ad alienas Eccleſias, vel monaſteria alicui, etiam ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, concedantur, hactenus conceſſa, abrogata eſſe cenſeantur.

a Vide ſeſſ. 21. cap. 9.

b Cap. 2. de conceſſ. præben. & c. deteſtanda, eo tit. in 6.

1. Vide Corraſ. *in paraphraſi benefic. p.* 4. *c.* 5. Rebuff. *in praxi benef. tit. de reſcript. ad beneficia vacatura*, Paol. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 27. *n.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. num.* 57. *cum multis*

multis ſequentibus. Valer. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib.* 30 *tract.* 3. *n.* 266. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, prælud.* 23. *in principio, num.* 10. ſecundùm Lugdun. impreſſ. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *in apparatu n.* 16. Suar. *de reg. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimon. c.* 43. *n.* 8.

2. Expectatiuas eſſe omnino ſublatas etiam ſi illæ factæ ſint de conſenſu Ordinariorum, refert deciſum Gonzal. *d.* §. 1. *proœm. n.* 63. vbi *n.* 64. pariter deciſum aſſerit ex hoc decreto expectatiuarum abrogatarum colligi non poſſe erigi ab Epiſcopo Canonicatum ſupranumerarium ad futuram præbendam.

3. *α Etiam Collegiis, Vniuerſitatibus,* &c.] Quæ minimè comprehenderentur ſi expreſſa non forent, vt ait Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 37. *numero* 22. Illorum autem appellatione qui veniant dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appellat.* 55. & an veniant appellatione perſonæ, laté *appellat.* 198. *numero* 1. *&* 9.

Hoc decretum non comprehendit conſuetudinem immemorialem hactenus obſeruatam in Eccleſia Salamantina, & à Pio IV. Motu proprio confirmata & ex certa ſcientia, in qua extant 24. Canonici, quorum duo poſtremi præbendam expectant, & antequam vacet aliquis Canonicatus, cuius electio ſpectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo præcedente licentia Epiſcopi duo, vel tres expectantes locum Canonici, ſiue præbendam vacaturam, ad quem iuxta gradum expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus, & admittitur præcedente approbatione, & confirmatione Ordinarij, refert deciſum Garc. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 5.

β Sed nec reſeruationes mentales, &c.] Vide Maſſobr. *in d. praxi præl.* 24. *dub.* 1 *num.* 7. 4.

Reſeruationem mentalem eſſe quando Papa reſeruabat beneficium vel in ſpecie, vel in genere per Bullam, vel Breue, vt perſonæ gratæ prouideret, quam non exprimebat, ſed in mente retinebat, aſſerit Gonzal. *d.* §. 1. *proœm. n.* 67.

Cauſæ omnes ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in prima inſtantia coram Ordinariis locorum cognoſcantur, & infra biennium terminentur, ex quo licebit ad alium iudicem appellare, immo & antè in alio caſu. Cauſas matrimoniales & criminales ſolus Epiſcopus cognoſcat, etiam caſu quo controuertitur de huiuſmodi cauſæ cognitione, &c. *Legati de latere non procedant contra Clericos, aliaſve Perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo priùs requiſito, & negligente. Agitur de mercede actorum, & de mercede Notarij copiam actorum dantis appellanti,* &c.

Capvt XX.

1. *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes coram Ordinariis locorum in prima inſtantia decidi, & infra biennium terminari debent.*
2. *Prima inſtantia Ordinarij non poſſunt partes in eius præiudicium renunciare.*
3. *Cauſas in curiis Ordinariorum pendentes non poſſunt ſuperiores etiam Nuntii aduocare.*
4. *Auditor Cameræ non poteſt de cauſis in prima inſtantia cognoſcere.*
5. *Cauſas obligatione Camerali firmatas in partibus exiſtentes poteſt Auditor Cameræ aduocare.*
6. *Prælati inferiores, qui ſubſunt Epiſcopis, non habent ius cognoſcendi de cauſis in prima inſtantia.*
7. *Abbates, qui poſſint hodie de cauſis clericorum ſua Eccleſiæ cognoſcere.*
8. *Capitulum Sede vacante cognoſcit de cauſis in prima inſtantia.*
9. *Hoc decretum ad Regulares non pertinet.*
10. *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes intra biennium terminari debent.*
11. *Per hoc decretum imponitur terminus inferiori ad cauſam finiendam, non tamen irritantur acta proceſſus.*
12. *Hoc decretum non loquitur de executoribus ſpecialiter deputatis.*
13. *Lis quando dicatur mota.*
14. *Cauſa intra biennium non terminata vt concedatur auocatoria, quid inquirendum.*
15. *Iudicis de culpa vt conſtet debet ſæpè requiri.*
16. *Interpellatio vna an ſufficiat.*
17. *Huic decreto locus eſt in cauſis nullitatis profeſſionis.*
18. *Conſenſus prorogandi iuriſdictionem in prima inſtantia tollitur.*
19. *Appellatio admittitur ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente.*
20. *Appellari à ſententia interlocutoria in quibus caſibus poſſit.*
21. *Sententia ſuper minori ætate lata habet vim diffinitiuæ, & ab ea poteſt appellari.*
22. *Iniuſta articulorum admiſſio, vel denegata iuſta admiſſio.*
23. *Iudex quando pronuntiat ſe competentem, vel incompetentem.*
24. *Admiſſio, vel reiectio teſtium.*
25. *Probationum reiectio.*
26. *Abſolutio inſtantiæ.*
27. *Expenſarum expreſſa abſolutio.*
28. *Iuramenti in litem delatio alteri parti.*
29. *Dilatio breuis ad probandum.*
30. *Tormentis vbi aliquis eſt ſubiiciendus.*
31. *Carceri ſi aliquis manci pari iubeatur.*
32. *Excommunicatio per decretum interlocutorium prolata.*
33. *Officij publici excluſio.*
34. *Legitimatio perſonarum.*
35. *Denegatio copiæ actorum.*
36. *Appellatio licita eſt ab interlocutoria vbi grauamen reparari non poteſt in definitiua.*
37. *Appellatio licita eſt ab interlocutoria etiam ſi grauamen poſſit reparari, ſed non ex toto, vel magna cum difficultate.*
38. *Damni irreparabilis plures caſus.*
39. *Cauſæ quæ iuxta canonicas ſanctiones apud S. Sedem ſunt iudicandæ, vel quas Papa ſupplicatione manu propria ſignata expreſſè ad ſe auocauerit, non ſunt in prima inſtantia coram Ordinariis decidendæ.*

40. *Hoc*

40. *Hoc decretum non ſuſtulit modos legitimos, quibus quis ex iuris diſpoſitione ſortitur forum.*
41. *Obligatus in forma Cameræ tenetur in prima inſtantia coram Auditore Cameræ reſpondere.*
42. *Contractus celebrati, vel delicti commiſſi ratione poteſt quis in prima inſtantia cognoſcere quamvis non ſit loci Ordinarius.*
43. *Clericus pupillus quando poſſit forum declinare.*
44. *Ordinarij locorum ſe intromittere non poſſunt in executione litterarum Apoſtol.*
45. *Cauſa poſſeſſionis beneficiorum reſervatorum Sedi Apoſt. poſſunt immediatè ab Auditore Cameræ, ſeu alio delegato Apoſt. cognoſci.*
46. *Hoc decretum locum non habet in beneficiis reſervatis, ſeu affectis.*
47. *Matrimonialium cauſarum cognitio pertinet ad Epiſcopum, & non ad alium inferiorem.*
48. *Epiſcopus debet manutenere in cognitione cauſarum matrimonialium.*
49. *Criminales cauſas etiam viſitando iudicare non poſſunt Decani, Archidiaconi, vel alij inferiores iudices.*
50. *Cauſas criminales iudicare poſſunt Abbates habentes iuriſdictionem pleno iure ſpiritualem & temporalem.*
51. *Procedit in Decanis, & Archidiaconis, qui ſunt in diœceſi Epiſcoporum.*
52. *Cauſas matrimoniales & criminales cognoſcere ſpectat ad Epiſcopum etiam in Abbatiis exemptis.*
53. *Cauſarum matrimonialium, & criminalium cognitio ad Epiſcopum ſpectat, donec per alium prætendentem probetur immemorialis.*
54. *Cauſas matrimoniales, & criminales cognoſcere poſſunt inferiores Epiſcopo ex præſcriptione immemorabili, conſuetudine, vel privilegio.*
55. *Matrimonialium cauſarum cognitionem habere poſſunt inferiores Epiſcopo ex delegatione Papæ.*
56. *Abbates exempti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes non veniunt in præſenti ſub nomine Epiſcopi.*
57. *Vicarius Epiſcopi habet cognitionem cauſarum matrimonialium ex officio.*
58. *Cauſæ matrimoniales & criminales à Capitulo Sede vacante cognoſci, & definiri poſſunt.*
59. *Iuriſdictio Epiſcopi devolvitur ad Archiepiſcopum per negligentiam Epiſcopi circa id quod facere debet.*
60. *Appellans acta omnia coram Epiſcopo geſta ad iudicem appellationis expenſis ſuis transferre tenetur.*
61. *Procedit in actis factis in partibus coram delegato.*
62. *Habet locum in quocunque iudice Eccleſiaſtico, & in cauſis tantùm Eccleſiaſticis.*
63. *Procedit in cauſis profanis vertentibus coram iudice Eccleſiaſtico.*
64. *Acta prioris inſtantiæ tranſportare ſpectat ad eum, qui appellavit.*
65. *Actorum tranſportatio iuxta hoc decretum eſt de forma quando cauſa eſt Eccleſiaſtica.*
66. *Actorum tranſportatio neceſſaria in cauſa beneficiali.*
67. *Acta integrè, & legitimè debent tranſportari.*
68. *Sententia lata à iudice appellationis non tranſportatis actis eſt nulla.*
69. *Geſta actis diminutis & diſmembratis ſunt nulla.*
70. *Acta verbaliter tantùm producta non ſunt neceſſariò tranſportanda.*
71. *Proceſſus ſi formatus fuerit in diverſa cauſa non eſt neceſſaria illius tranſportatio.*
72. *Actorum irrelevantia excuſat à tranſportatione.*
73. *Actis non integrè tranſportatis quando procedi poſſit in cauſis profanis.*
74. *Acta in dubio præſumuntur integrè tranſportata.*
75. *Notario atteſtanti de integra tranſportatione ſeu non extare alia acta credatur.*
76. *Appellatus ſi occultavit proceſſum, vel impedimentum præſtitit ut tranſportatio non fieret in eius odium habetur pro facta.*
77. *Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogitur.*
78. *Procedit in omnibus cauſis Eccleſiaſticis vertentibus coram quocunque iudice etiam non Epiſcopo.*
79. *Concordat hoc decretum cum alio c. 3. ſeſſ. 23. de reformat.*
80. *Notarius tribunalis Eccleſiaſtici tenetur in copia actorum tradere ſententiam abſque eo quod ſolvantur ſportulæ.*
81. *Hoc decretum omnino ſuſtulit quadragenarium cum titulo.*
82. *Concordia confirmatæ per Sedem Apoſt. ex certa ſcientia non ſunt ſublatæ per hoc decretum.*
83. *Concordia quando dicatur obtenta ex certa ſcientia.*
84. *Hoc decretum ſuſtulit res iudicatas, quæ innituntur privilegiis ante Concil. obtentis.*
85. *Conſuetudines immemoriales non comprehenduntur ſub hoc decreto.*

α CAuſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, β *etiam ſi beneficiales ſint*, in prima inſtantia γ *coram Ordinariis locorum* dumtaxat cognoſcantur, δ *atque omnino, ſaltem infra biennium* ε *à die motæ litis*[a] terminentur, ζ *alioquin poſt id ſpatium* liberũ ſit partibus, vel alteri illarum iudices ſuperiores, aliàs tamen cõpetentes, adire, qui cauſam in eo ſtatu quo fuerit, aſſumant, & quamprimũ terminari curent, nec antea aliis committantur, nec avocentur, η *neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ*, per Superiores quoſcumque recipiantur, eorúmve commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à definitiva, θ *vel à definitiva vim habente*, ι *& cuius gravamen per appellationem à definitiva* parari nequeat. κ *Ab his excipiantur cauſæ, quæ*[b] *iuxta canonicas* ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ, λ *vel quas ex urgenti*, rationabilique cauſa iudicaverit ſummus Rom. Pontifex per ſpeciale reſcriptum Signaturæ Sanctitatis ſuæ μ *manu propria ſubſcribendum*, committere, aut avocare. ν *Ad hæc, cauſæ matrimoniales* ξ *& criminales* non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam viſitando, ο *ſed Epiſcopi tantùm* examini, & iuriſdictioni relinquantur, etiam ſi in præſenti inter Epiſcopum, & Decanum, ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores ſuper cauſarum iſtarum cognitione lis aliqua in quacunque inſtãtia pendeat: π *coram quo ſi pars verè pauperta-*
tem

[a] Infra ſeſſ. vlt. de refor. c. 10. in fin.

[b] Cap. nec licuit, 17. diſt. c. maiores de bapt. Vigilius Papa in Epiſtol. ad Eutherum in fin. & Pelagius 2. in 1. Epiſt. circa fin. cum ſim.

tem probauerit, non cogatur, extra prouinciam nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare, niſi pars altera ρ *& alimenta, & expenſas litis* velit ſubminiſtrare. Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcũque facultatum vigore, non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem iis præripere, aut turbare non præſumat, ſed nec etiam cõtra Clericos, aliáſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, σ *eoque negligente, procedant*, aliàs eorum proceſſus ordinationeſve nullius momẽti ſint, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati, teneantur. τ *Præterea ſi quis* υ *in caſibus à iure permiſſis appellauerit*, aut de aliquo grauamine conqueſtus fuerit, ſeu aliàs ob lapſum biennij, de quo ſupra, ad alium iudicem recurrerit, φ *teneatur acta omnia*, χ *coram Epiſcopo geſta*, ad iudicem appellationis ψ *expenſis ſuis* transferre, eodem Epiſcopo prius admonito, vt ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit iudici appellationis ſignificare. Quòd ſi appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ tranſlata ſunt, expenſas, pro portione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire, niſi aliter ex loci conſuetudine ſeruetur, vt ſcilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta appellanti quanto citius, & ad minus intra menſem, exhibere. Qui notarius ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij adminiſtratione arbitrio Ordinarij ſuſpendatur, & ad populi pœnam quanti ea lis fuerit inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam compellatur. Iudex verò, & ſi ipſe impedimenti huius conſcius particépſve fuerit, alitérque obſtiterit, ne appellanti integrè acta intra tempus traderentur: ad eandem dupli pœnam, prout ſuprà, teneatur, ω *non obſtantibus, quoad omnia ſupraſcripta, priuilegiis, indultis, concordiis*, quæ ſuos tantùm teneant auctores, αα *& aliis quibuſcumque conſuetudinibus.*

1. Vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. c. 33. n. 3.* Monald. *conſ. deciſiuo 94.* Aloyſ. Ricc. *in coll. dec. p. 4. collect. 1353. in fine*, Flores de Mena *pract. lib. 1. q. 12. n. 8 cum ſeqq.* Ioan. Maria Nouat. *in nouo iure Pont. concluſ. 54. n. 1. cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſc. forenſ. tom. 3. c. 837. à n. 15.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſim. p. 2. c. 3. cum ſeqq. & de protect. Regia to. 1. p. 2. c. 17. ex n. 2.* Mari. Antunin. *variar. reſol. lib. 1. reſol. 15. n. 3.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. .. n. 70.* Piaſ. *in praxi Epiſcop. p. 1. c. 4. n. 3.* Viuian. *in praxi iurispatron. p. 2. lib. 7. c. 3. n. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. inſtantia, §. 4.* Flamin. *de reſig. lib. 3. q. 1. n. 19.* Valenzuel. *conſ. 125. n. 2.* Anguian. *de legib. l. 3. controu. 17. & controu. 33. n. 67. cum ſeq.* latè Narbona *l. 39. gloſſ. 1. n. 23. cum ſeq. tit. 4. lib. 2. Recep.* nouiſſimè D. Felician. de Vega *ad c. venerabilis, 20. n. 10. cum ſeq. de iudic.* metipſum *de officio. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. all. 51.*

2. Quod quidem ius Ordinariorum vt in prima inſtantia procedant, nullo modo à partibus poſſe in eorum præiudicium renuntiari, tenent Soar. de Pace *in pract. tom. 2. præl. vlt. n. 18.* Ludou. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctorum q. 7. n. 7.* Non. *concl. 1. aliàs 54. n. 6.* Modern. *de ſupplic. ad Sanctiſſ. p. 1. c. 13. n. 33. & p. 2. c. 3. §. vnic.* Non enim Epiſcopo conſentiente cauſa in prima inſtantia etiam in Romana Curia poteſt introduci, niſi & partes etiam conſenſum præſtiterint, vt ſacra Cardin. Congregatio cenſuit, teſte Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. num. 173. tit. 4. lib. 2. Recopil.*

3. Alios ſuperiores etiam Nuntios, vel Legatos de latere ſpecificam poteſtatem maiorem non habentes ad ſe aduocare non poſſe cauſas in curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, niſi per viam legitimam appellationis ad ipſorum tribonalia deferantur, reſolutum refert Aloyſ. Ric. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 296. n. 3.* Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. n. 23. in fine cum ſeqq.* Modern. *d. p. 2. c. 3. n. 18.*

4. Auditorem Cameræ, nec quemvis alium iudicem Romanæ Curiæ poſſe de cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus in prima inſtantia cognoſcere, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à ſuis domiciliis, reſoluit Aloyſ. Ric. *in praxi aurea, reſol. 126. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec. 271. n. 6. & dec. 273. n. 3.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 81. n. 3.* Modern. *d. p. 2. c. 3. n. 20.*

Cauſas autem obligatione Camerali firmatas 5.
in partibus exiſtentes Auditor Cameræ auocare poteſt, etiam ſi extra Curiam contractum ſit, & licèt pendeant coram Ordinariis, reſoluunt Lancel. *de attentat. lite pend. limit. 15. n. 3. & c. 10. limit. 26.* Flores de Mena *variar. l. 1. q. 12. n. 48.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c. 118. in fine*, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 342.* Nouat. *in ſingul. iuris canon. concl. 43. n. 3.* Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. n. 239.* Modern. *de protect. Regia p. 2. c. 17. n. 6. & de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p. 2. c. 5. §. 3. à n. 4.* vbi *n. 7.* ex ſuo capite, auſus eſt dicere poſt Concilium Trident. ceſſaſſe facultates auditoris Cameræ. Ego ipſe *d. allegat. 81. n. 116.*

α *Cauſa omnes ad forum Eccleſiaſticum*, &c.] Comprehendere cauſas omnes ciuiles, criminales, beneficiales, & matrimoniales, reſoluunt Franciſc. Monald. *conſil. 96. per tot. p. 2.* nouiſſimè D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. *ad cap. venerabilis 20. n. 16. de iudic.*

β *Etiam ſi beneficiales ſint.*] Niſi cauſæ beneficiales ſint, in quibus litteræ ſub plumbo expeditæ ſunt, ac de illarum nullitate, vel intellectu tractatur, nam tunc etiam ſi in prima inſtantia eſſemus, per ſignaturam Iuſtitiæ in Curiam demandantur, quia de viribus litterarum Apoſt. vel earum intellectu iudicare ad ſacræ Rotæ Auditores, non verò ad alios inferiores iudices ſpectat, Marcheſ. *de commiſſ. appell. extra Rom. Cur. p. 1. c. 6. n. 47.* Garc. *de benef. p. 6. c. 3. à n. 6.* Narb. *d. l. 59. gloſſ. 1. n. 194.*

γ *Coram Ordinariis locorum*, &c.] De Epiſcopis 6.
ſcilicet, & exemptis Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus, non autem de Prælatis inferioribus, qui ſubſunt Epiſcopis intelligi debere, affirmant Fr. Emm. *qq. Reg. tom. 1. q. 36. art. 4.* Rot. *dec. 100.* apud Farin. *p. 4. ſua praxis crim.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. l. 3. q. 11. num. 19.* vbi *n. 22.* reſoluit ſub verbo *Ordinariis*, de quo in præſenti, compre-

hendi

hendi etiam Vicarium Epiſcopi, refero Ego ipſe *alleg.* 81 *n.*4. de quo Narbona *l.*59.*gloſſ.*1.*n.*51. *cum ſeqq tit.*4.*lib.*2.*Recop.*

7. Abbates etiam non exemptos, & alios, quibus olim vel ex præſcripta cōſuetudine, vel aliquo priuilegio de cauſis clericorū ſuę Eccl. vel cumulatiuè cum Ord. vel priuatiuè cognoſcere competebat, etiam hodie non obſtāte decreto Conc. de quo in præſenti, poſſe vti eadem iuriſdictione, cùm Concil. generaliter de iuriſdictione ordinaria loquatur, & iuriſdictiones Abbatum iuſto iure, & titulo quæſitæ etiam ordinariæ cenſentur, conſuluit Nau. *conſ.* 2. *n.* 4. *de foro comp. in antiq.* aliàs *conſ.*9. *de priu. in nouiſ.* Sayr. *in floribus dec. ſub illo tit. de foro comp. dec.* 1. *verſ. poſſunt*, latè Narb. *l.*59.*gl.*1. *n.*66. *cum ſeq. t.*4.*l.*2.*Recop.* Ego ipſe *d. all.* 81. *n.* 7.

8. Capitulum Sede vacante, cùm ſuccedat Epiſc. in omnibus quæ ſunt iuriſdictionis etiam voluntarię, habere priuilegium cognoſcēdi cauſas in prima inſtātia ex vi huius decreti, reſoluunt Aloyſ. Ric. *in prax. aurea, reſ* 130. *& in dec. curiæ Arch. Neap. p.* 4. *dec.* 273. *n.* 7. Nou. *in ſingul. can. concl.* 54. *n.* 4. Ego ipſe *d. all.* 81. *n.* 6. Mod. *d. p.* 2. *c.* 4. *n.* 26.

9. Hoc decretum ad Regulares non pertinere, nec Conſeruatorias Regular. imminuere, aut reſtringere, nec quoad primam inſtantiam ipſorum aliquid noui inducere, aſſerunt deciſum Aldr. *in all. pro omnimoda Regular. exemp. p.* 1. *c.* 7. *n.* 4. Nou. *d. concl.* 54. *n.* 12. Aloyſ. Ric. *d. dec.* 273. *n.* 7. *prope fin. p.* 4. Ego ipſe *d. all.* 81. *n.* 13. reſoluunt Nau. *conſ.* 1. aliàs 3. *de offic. deleg.* Sayr. *in florib. dec. ſub eod. tit. dec.* 1. Mar. Anton. *var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 15. Cenall. *de cognit. per viam viol. p.* 2. *q* 157. *n.* 12. Sanch. *in conſ. mor. l.* 6. *c.* 9. *dub.* 5. *n.* 12. Et ſignanter quòd Conſeruatoriæ Regular. non ſint ſublatæ per hoc decretum, etiam quòd cauſę graues ſint, & plenariam cognitionem requirant, cenſuiſſe S. Cong. *in vna Mediolan.* refert Rot. in *Oſcen. iuriſdictionis*, 12. *Decemb.* 1614. *coram bona mem. Ubaldo ſen.*

10. *Atque omnino ſaltē intra biennium*, &c.] Vide Aloyſ. Ric *in coll. dec. p.* 4 *collect.* 1353. *in fin.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccl. p.* 2. *c.* 1. *n.* 70. Salgad. *de protect. Regia, p.* 2. *c.* 17. *n.* 35. Zer. *in prax. Epiſ. p.* 1. *verb. inſtantia, verſ. quarto & verſ. ſexto*, aſſerit hoc tantùm fallere in Curia Romana vbi lis ſiue inſtantia nunquam extinguitur, niſi per ſententiam, de quo etiam Franc. Leo *d. c.* 1. *n.* 73.

11. Per hoc decretum imponi terminum inferiori ad cauſam finiendam, non tamē irritari acta proceſſus, cùm inſtantia iudicij ſecūdùm Canones per tex. in præſenti non abrogatos, ſit perpetua, tradunt Zer. *d. verſ. quarto* Sigiſm. Scac. *de appell. q.* 15. *n.* 278. Salg. *de prot. Regia, to.* 1. *p.* 4. *c.* 2. *n.* 66. Ang. *contr.* 17. *n.* 24. vbi ait biennium hìc non inſtantiæ, ſed litis & cauſæ intra illud omnino terminandæ præfinitum fuiſſe: quod etiam eo citato tradit Narb. *d. l.* 59. *gl.* 1. *n.* 73. & eum refert Mod. *d. p.* 2. *c.* 6. *n.* 4. Vide D. Felic. de Veg. *in d. c. venerabilis, n.* 21. ibi: *Dicendum ergo eſt pro vera reſolutione, & intellectu eiuſdē met Conc quod licèt in eo præfinitum ſit prædictum tempus biennij, vt infra illud iudices prima inſtātia iuſtitiam adminiſtrent, non tamen per hoc aliquid mutatum eſt circa durationem, ſeu perpetuationē, quā poteſt habere cauſa Eccl. etiam poſt ipſum biennium coram iudice Superiore, ad quem cauſa ipſa fuerit deuoluta: ſic etiam colligitur ex verbis ipſius Cōc. quatenus non dicit quòd per tranſcurſum eiuſdē met biēnij pereat inſtantia, ſed ſolùm quòd poſſit dari recurſus ad prædictum Superiorem, vt cauſa iā cœptā, & ex negligentia diutius protractā ſiue dilatatam in ſtatu, quo fuerit, & ex eiſdē actis quātocitius terminet, & definiat, itaq; non innouatur primæ inſtantiæ qualitas, ſed ſolùm ad eius abbreuiationem aſſignatur prædictum biennium tanquam in pœnā dictæ negligentiæ*; & hanc interpretationem ſentire videtur Zer. *in praxi verb. inſtantia*, §. 4. & illam expreſsè ponit Ang. *l.* 3. *de legib. contr.* 17. *n.* 24. & Narb. *d. l.* 59. *gl.* 1. *n.* 74.

12. Quod hoc decretum non loquatur de executoribus ſpecialiter deputatis, ſed de iudicibus ordinariis, ac proinde locum habeat in cauſis tantùm cōtentioſis, non autem gratioſis, in quibus non datur inſtantia, nec executoris iuriſdictio perimitur, niſi perempta gratia, *c. ſuper gratia, de offic. del. in* 6. Et quòd non habeat locum in Rom. Curia, quia ibi lis ſeu inſtantia nunquam extinguitur, propter facultatem prorogandi fatalia, fuit dictū *in Aquilana bonorum* 17. *Ian.* 1624. *coram bona mem. Remb.*

13. *A die motæ litis.*] Quando dicatur lis mota, vide Rebuff. *in l. litis nomen*, 36. *p.* 206. *ff. de verb. ſignif.* Parl. *diff.* 128. *n.* 4. Cab *Luſ. dec.* 15. *n.* 11. *p.* 2. Salg. *de prot. Regia to.* 1. *p.* 2. *c.* 13. *n.* 44. In his terminis Ang. *d. l.* 3. *contron.* 17. *n.* 26. vbi aduertit ſecundùm verborum proprietatem, & omnimodum iuris rigorem motam dici litem antequam conteſtata ſit, effectu verò motam litem intelligi etiam poſtquam conteſtata eſt, & *n.* 31. admonet deciſionem Concilij in præſenti locum tantummodo habituram in prima inſtantia ante definitiuam ſententiam, non autem in ſecunda, ſeu in cauſa appellationis, in qua alius terminus aliter incipiens, non tantùm inſtantiæ, verum etiam litis & cauſæ iure præfinitur, vt *in c. cùm ſit* § *in princ. de app. & in Clem. ſi. ut. eodem tit.*

14. *Alioquin poſt illud ſpatium*, &c. Cauſa intra biēnium non terminata vt cōcedatur auocatoria, opus eſſe quòd ex parte iudicis nolentis, vel non curantis intra dictum biennium cauſam expedire, detur culpa, defectúſq; appareat, referunt deciſum Marcheſ. *de commiſſ p.* 2. §. 4. *n.* 54. Franc. Leo *d. c.* 1. *n.* 72. Aloyſ. Ric. *in prax. aurea, reſ.* 334. *à princ. & in dec. Curiæ Arch. Neap. dec.* 153. *p.* 4. Nou. *in ſing. iuris Canon. concl.* 55. Ego ipſe *d. all.* 81. *n.* 12. aduertens quòd ſi per iudicem non ſtetit quominus intra dictum tempus cauſā diffiniuerit, ſed ob illius grauitatem, & qualitatē, vel partiū cauillationes non ſit definita, elapſo biennio nō habet locum appellatio, de quo etiam Salg. *d. p.* 2. *c.* 17. *n.* 35.

15. Ad hoc vt conſtet de culpa iudicis debere ſæpe requiri, & de hoc coram iudice ſuperiore inſtari, tradunt Grammat. *voto* 31. *n.* 13. Aloyſ. Ric. *d. reſol.* 334. *n.* 1. Narb. *d. l.* 59. *gloſſ.* 1. *n.* 100. Ego ipſe *d. alleg.* 81. *n.* 9. *in fine.*

16. An requiratur vnica interpellatio, ſeu præſtatio, vel plures vt dicatur ſtare per Iudicem quominus cauſa expediatur? Vide Aloyſ. Ric. *in dec. curiæ Archiep. Neap. dec.* 120. *p.* 4. Narbon. *d. l.* 59. *gl.* 1. *n.* 100. Modern. *d. c.* 6. *n.* 8.

17. In cauſis nullitatis profeſſionis, quæ infra biennium ab Ord. & ſuperiore Regulari non terminantur, eſſe locum huic decreto Conc. aſſerit deciſum Arm. *in addit. ad leg. Nauarræ, l.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 40. quem refero *d. all* 81. *n.* 8. & me citato Aloyſ. Ric. *in dec. curia Arch. Neap. dec.* 273. *n.* 6. *p.* 4. Mod. *d. p.* 2. *c.* 6. *n.* 5. Fel. de Vega *vbi ſupr. n.* 18. Lapſo coram Iudicibus Cōſeruatoribus Religioſorum biennio non eſt liberū partibus iudices ſuperiores adire, quia Decretum Conc. *in præſenti* fuit editum in fauorem iuriſdictionis ordinariæ; ita per S. Cong. deciſum refert Narb. *d. l.* 59. *gl.* 1. *n.* 103.

18. Conſenſum prorogandi iuriſdictionem in prima inſtantia tolli litigantibus per hunc tex. tenet Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *præl. vlt. n.* 18. *cum ſeqq.*

a *Neque appellatione ab eiſdem interpoſita*, &c.] Vide Zer. *in prax. Epiſc. p. 1. verb. appellatio, §. 1.* Soar. de Pace *in pract. t. 1. c. 6. in proœm. n. 25.* vbi *n. 26.* dicit hoc decretum procedere in interlocutoriis latis tam à iudice ordinario, quàm à delegato, & tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda; quia non eſt correctorium Iuris communis, ſed potiùs declaratorium, Moder. *n. d. p. 2. c. 5. §. 2.*

19\. *b Vel à diffinitiua vim habente.*] Cauſam in prima inſtantia Ord. adimi ſi à ſententia interlocutoria diffinitiuæ vim habente, aut cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat, fuerit interpoſita appellatio, reſoluit Narb. *d. l. 59. gl. 1. n. 104.* Appellationem enim admittendam ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, reſoluunt Franc. Marc. *Delph. deciſ. 314. n. 1. vol. 2.* Decian. *reſp. 62. n. 14. vol. 5.* Mend. à Caſtr. *in praxi Luſit. l. 2. c. 11. n. 18.* Bernard. Græu. *ad pr. Camer. Imperialis lib. 1. concl. 130. à princ.* Aloyſ. Ricc. *in dec. Curia Arch. Neap. p. 4 dec. 16.* Ord. Reg. Luſ. *lib. 3. t. 69. in princ.* vbi parens meus. Et appellationem ab interlocutoria eſſe odioſam, quia habet oculos retro, dicit Steph. Grat. *diſc. forenſ. c. 158. n. 6.* A ſententiis interlocutoriis, quæ grauamen continent irreparabile, aut diffinitiuæ vim habent, appellari non ſolùm poſſe cùm grauamen iudicialiter infertur, verùm etiamſi extraiudicialiter inferatur, reſoluit Narb. *d. l. 59. gl. 1. n. 179.* vbi refert S. Congr. ita decidiſſe *in vna Colimbr.* idem ex eo dicit Modern. *de ſup. ad Sanctiſſ. p. 2 c. 5. §. 2. n. 10. & c. 23. num. 26.*

20\. Plures caſus, in quibus poteſt appellari à ſententia interlocutoria vide apud Afflict. *in c. ſi inter dominum, n. 97. de inueſt. inter dom. & vaſ. lib. 1. fol. 96.* Guid. Pap. *dec. 75.* Bellacomb. Viu. Kitchou. & alios *tom. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 24. n. 18. cum ſeq.* Lanc. *de attent. appell. pend. c. 12. lim. 1.* Menoc. *remed. 4. adipiſc. q. 99. n. 822. cum ſeqq.* Ant. Grauat. *ad praxim Rom. Curia, lib. 7. c. 3. n. 46.* Vin. *Neap. dec. 302.* Tiber. Dec. *reſp. 62. vol. 5.* Corn. Bred. *in tr. de app. p. 1. t. 20. col. 433. cum multis ſeqq.* Gonz. *ad reg. 8. Canc. gl. 9. §. 1. in annot. n. 191. cum ſeqq.* Valaſc. *conſult. 47. & conſ. 51. n. 51.* Sigiſ. Scac. *de app. q. 17. lim. 47.* Al. Trent. *var. reſ. lib. 2. ſub t. de app. reſ. 13* Salg. *de prot. Regia tom. 1 p. 1. c. 1. num. 4. cum ſeqq.* Fr. Hier. Rod. *in comp. qq. reg. reſ. 10. num. 33.*

Caſus in quibus appellatio admittitur ab interlocutoria, vel quia vim diffinitiuæ habet, vel quia damnum irreparabile continet.

21\. I. Sententiam ſuper minori ætate latam, per quam pronuntiatur quem non eſſe minoris ætatis, habere vim diffinitiuæ, ac proinde ab ea poſſe appellari, reſoluunt Bellac. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 24. n. 24. pag. 322.* Gam. *Luſit. dec. 159. n. 2.* Salgad. *de prot. Reg. tom. 1. p. 2. c. 1. n. 54.* Valaſc. *conſ. 47. num. 4.* vbi refert talẽ opinionẽ non ſeruari in illo Regno, eo quòd grauamen quod reſultat ex tali pronũtiatione, poſſit corrigi in ſententia principalis cauſæ.

22\. II. Ab iniuſta articulorum admiſſione, vel ab eorum denegata iuſta admiſſione appellari poſſe, tenent Bal. *in l. poſt ſententiam 9. n. 4. in fin. C. de ſent. & interl.* Maſc. *de prob concl. 131. & ſeq.* Card. Tuſc. *practic. concl. tom. 1. lit. A, concl. 359. n. 32. & 35.* Surd. *dec. 56. ex n. 17.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ. 105. n. 4. verſ. quintus,* Gonz. *ad reg. 8. Canc. gl. 1. §. 1. in annot. n. 190. & ſeq.* Steph. Grat. *diſ. forenſ. cap. 74. num. 15.* Alex. Trentac. *var. reſ lib. 2. ſub tit. de app. reſ 13. n. 14* Sigiſm. Scac. *de app. q. 17. lim. 47. num. 90. & 137.* Salg. *d. c. 1. n. 141.*

23\. III. Quando iudex ſe pronuntiat competentem, vel incompetentem, appellari poſſe, tradunt Grau. ad Veſtr. *lib. 3. c. 10. n. 6.* Rol. *conſ. 133. n. 2. lib 4.* Marant. *de ord. iud. p. 6. tract. de dec. iudicij act. n 1. n. 43. p. 402.* Steph. Grat. *d. c. 74. n. 15.* Scac. *d. q. 17. lim. 47. n. 94. & 105.* Alex. Trentac. *d. reſ. 13. num. 9.* Caualer. *deciſ. 2. n. 8.* Salg. *d. c. 1. n. 38.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ. 105. n. 4. verſ. 4.*

IV. Ab admiſſione, vel reiectione teſtium, an ſcilicet teſtes admittendi ſint, vel non admittendi, licitam eſſe appellationem, reſoluunt Ozaſc. *Pedem. dec. 25. n. 14. verſ. contrarium tamen*, Steph. Grat. *d. c. 77. ſub n. 13. & c. 74. ſub n. 15.* Sal. *d. c. 1. num. 151.* vbi *n. 153.* ſubdit procedere etiam vbicunque iudex admittit teſtes poſt lapſum termini probatorij, vel teſtes inhabiles, & *n. 157.* idẽ tenet in publicatione atteſtationũ, & *n. 62.* reſoluit appellationi interpoſitæ à receptione teſtium & probationũ facta poſt cõcluſionem in cauſa omnino eſſe deferẽdom. 24.

V. A reiectione probationum appellari poſſe tradunt, Triuiſ. *Venet. dec. 4. p. 1.* Grau. *d. c. 10. n. 7.* Ozaſc. *Pedem. dec. 25. n. 14.* Menoc. *remed. 4. adipiſc. n. 817.* Surd. *dec. 36. n. 17.* Marant. *d. loco n. 44. in fin.* Scac. *de app. q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub n 43. verſ. & quod ab interlocutoria,* Steph. Grat. *d. c. 77. num. 11. cum ſeqq.* Salg. *d. c. 1. n. 138.* 25.

VI. Ab abſolutione inſtantiæ pariter appellari poſſe, tradunt Marc. Ant. de Amatis *Marchia dec. 66.* Cab. *p. 2. Areſto 32. in fin.* Cuius tamen contrarium tenent. Nic. Mil. *in repert. verb. ſententia, §. 17.* Rebuff. *in praf. l. quod iuſſit, n. 48 ff. de re iudic.* Mar. *de ord. ind. p. 6. fol. 515. num. 22.* Salg. *d. cap. 1. num. 185.* ex ea ratione, quia non definit negotium principale cùm de nouo poſſit iudicium inchoari. 26.

VII. Ab expreſſa abſolutione expenſarum poſſe victorem appellare, tenent Steph. Grat. *Marchia deciſ. 50. n. 1. & 2.* Gam. *Luſit. dec. 65. n. 1.* Cabed. *p. 1. Areſto 78.* D. Barb. *in l. eum qui temere, n. 180. cum ſeq. ff. de ind.* Salg. *d. c. 1. n. 186.* 27.

VIII. A delatione iuramenti in litem alteri parti per iudicem facta appellationem dari, tradunt Lancell. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. num. 190.* Gonz. *d §. 1. in annot n. 195.* Seraph. *de priu. iuram. priuil. 101. n. 15. limit. 4.* Scac. *d. q. 17. limit. 34. n. 7. & 8.* 28.

IX. Quando datur dilatio ad probandum adeò breuis, vt ex breuitate poſſit deficere facultas probandi, Scac. *d. q. 17. lim. 47. in princ. memb. 1. ſub n. 16.* Salg. *d. c. 1. ex n. 118.* Alex. Trent. *d. reſ. 13. num. 12.* vbi *n. 14.* declarat quando quis grauatur in non admiſſione teſtiũ, ſcripturarũ, ſeu aliarũ probationũ. 29.

X. A ſententia qua iudex pronuntiat aliquem tormentis eſſe ſubiiciendum, vti continente damnum irreparabile, appellari poſſe, probãt Ordinat. Regia Luſ. *lib. 3. t. 69. §. 1. & lib. 5. tit. 122. §. 3.* Hip. *in l... n. 34. ff. de q.* Clar. *l. 5. §. fin. q. 64. n. 17.* Azeued. *l. 3. n. 6. tit. 18. lib. 4. noua recop.* Aloyſ. Ricc. *in coll. deciſ. col. 642. verſ. ſecundò, & in praxi rerum fori Eccl. reſ. 405. n. 4. verſ. tertius,* Zer. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. app. §. 9.* Sigiſm. Scac. *d. q. 17. lim. 47. à n 143.* Alex. Trent. *d. reſ. 13. n. 15.* latè Salg. *d. c. 1. n. 98. cum ſeqq.* Narb. *d. l. 59. gl. 1. n. 108.* 30.

XI. A ſententia interlocutoria vt quis in carcerem conijciatur, appellari poſſe, quia affert damnum irreparabile, aſſerunt Don. à Fina *tom. 2. comm. opin. lib. 9. t. 3. n. 2.* Cald. Perei. *in l. ſi curatorem, verb. per quod n. 31. C. de in integr. reſt. minor.* D. Barb. *in l. 1. ff. ſoluto matr. in princ. p. 2. n. 33.* Melch. Phœbo *to. 1. Areſto 101.* Proſp. de Aug. *in addit. ad Quarant. in ſum. Bullarij verb. Archiep. auctoritas, verſ. 18, auctoritas, n. 20. lit. N,* Piaſ. *in prax. Epiſc. p. 1. c. 4. n. 100.* vbi dicit intelligi poſſe, & debere de grauamine indebitæ carcerationis, Camp. *in diuerſ. iuris Canonici rub. 11. c. 13. n. 312.* Lud. Sarauia *in tract.* 31.

de

de iuriſdict. Adiunctorum q.20. n.13. Hieron. Rodetic. *d. reſ.10. n.38.* Salgado *d. p.2. c.4 à princ.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſ.505. n.4. verſ. primus,* Narbon. *d. l.59. gloſſ.1. n.108.*

32. XII. A ſententia excommunicationis per decretum interlocutorium prolata, quia continet damnũ irreparabile, appellari poſſe, reſoluunt Duen. *reg. 52. limit.2.* Rebuff. *in concord. t. de frin. app. in rub. ſub gl.1. in fin. verſ. fallit, quando grauam.* Matt. *de iuriſd. p.3. c.13. n 6.* Gon. *ad reg.8. Canc gl.9. §.1. in an. n.197.* Salg. *d. t.1. p.2. c.5. ex n.3.* Aloyſ. Ric. *in d. praxi, reſ.105. n 4. verſ. ſecundus.* Appellatio tamen non eſt admittenda à comminatione Epiſc. facta contra incurrentes excommunicationem, & alias cenſuras Eccleſiaſt. à iure latas ad dicendum cauſam quare non debeant declarari incidiſſe, ſecus ſi comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen ſub excommunicationis ab homine latæ pœna, vt per Ald. *in comp. canon. reſ. lib.2. tit.8. n.10.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Tropien. 17. Martij* 1619.

33. XIII. A ſententia lata, qua quis excluditur ab aliquo officio publico tanquam infamis poſſe appellari, tenet Gam. *Luſit. dec.139. n.1.*

34. XIV. A ſententia legitimationis perſonarũ poſſe appellari, veluti ſi pars oppoſuerit non eſſe quem tutorem, non procuratorem, aut legitimo mandato carentem, non filium & ſimilia, vel è contra, tenent Gam. *Luſ. dec.159. n.2.* Pacian. *de prob. lib.1. c.58. ſub n.47.* Scac. *d. q.17. limit.6. memb.7. n.73.* Salg. *d. p.2. c.1. n.47.* vbi *n.55.* ſubdit quòd quando iudex interloquitur procuratorem eſſe, vel non eſſe legitimum, ab iſta interlocutoria tanquam à grauamine irreparabili datur appellatio, & *n.57.* reſoluit appellationem admittendam eſſe à declaratione iudicis, an quis ſit hæres, vel non, vel an cum benef. legis, ſeu inuentarij, vel ſine ipſo, & *n.60.* idem dicit ſi iudex negauerit copiam actorum, & *n.61.* ſi iudex pronuntiat remittendum clericum ad ſuum iudicem Eccleſ. & remittatur, & *n.86.* ſi iudex exceptionem recuſationis contra ſeipſum nõ admittat, & *n.17.* vbi interlocutoria fertur ſuper articulo, à quo pendet tota cauſa principalis, tangit factum principale, ſeu ſubſtantiam negotij principalis.

35. XV. A decreto denegationis copiæ actorum, vel inſtrumentorum communium dari appellationem, reſoluunt Duen. *reg.52. fallent 5.* Azev. *l.3. tit.18. lib.4. nouæ recep.* Aloyſ. Ric. *d. reſ.405. verſ. ſextus,* Salgad. *d. p.2. c.1. n.72.*

36. 1 *Et cuius grauamen per appellationem à definitiua,* &c.] Vide Menoc. *de arb. caſu 490. n.3.* Decian. *reſp.62. n.21. vol.5.* Petr. Greg. *de appell. lib 2. c 4.* Surd. *dec 36. n.13.* Steph. Grat. *Marchia dec.202. n.5.* Amat. Rod. *de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c. vlt. p.1. n.4. verſ. veruntamen,* Lud. Micand. *de ordine iud. q.30. art.8. conc.4.* Ceuall. *de cognit. per viam violent. gl.6. n.10. & p.2. q. 49. à n.1.* Sigiſm. Scac. *d. q.17. limit.47. n.85.*

37. Quod quidem verum eſſe, etiamſi grauamen poſſit reparari, ſed non ex toto, vel magna cum difficoltate, ſeu præiudicio partis, tenent Duen. *reg. 52. limit.10.* Sued. *dec.39 n.14. & 15.* Aloyſ. Ric. *d. reſ.405. n.1. & 3.* Gon. *d. gl.9. §.1. in ann. n.177.* Sigiſm. Scac. *d. q.17. limit.47. n.86.* Steph. Grat. *diſc. forenſ. c.74. n.12. & 13. & c.77. n.9.* Been. Græuæ. *ad pr. Cameræ Imper. lib.1. concl 129. n.5. & 6.*
38. Hier. Rod. *in comp. q. reg. reſ.10. n.36.* Plures caſus damni irreparabilis vide apud Ioſeph. Lud. *Peruſina dec 83.* Zer. *d. verb. appellatio, §.6.* Quarant. *in ſum. Bul. verb. Archi. auctoritas c.18. n.20.* Surd. *dec.36.*

Gonz. *d. gl.9. §.1. in ann. n.176. cum ſeqq* Ign. del Villar. *in ſylua reſp lib.1. reſp 15. n.6.* Scac. *d. limit.47. n.150. cum multis ſeq.* Gal. *in marg. conſ. conſcient. verb. app.3.* Steph. Grat. *diſc. forenſ. c.77.* Piaſ. *in prax. Epiſc. p.1. c.4. n.100. cum ſeqq.* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccl. reſ.405. per tot. in 2. edit.* Salgad. *de prot. Reg. p.2. c. 1.* Hier. Rod. *in comp. qq. reg. reſ.10. n.35. cum ſeqq.*

2 *Ab his excipiantur cauſæ, quæ iuxta Can.* &c.] 39.
Vide Piaſ. *in prax. Epiſc p.2. c.4. n.3.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccl. p.2 c 1. n.73.* Aloyſ. Ric. *in dec. Curiæ Archiep. Neap. dec.273. n.7. p 4.* latè Narb. *d. l.59. gl.1. n 188. cum multis ſeqq.* Nic. Garc. *de benef. p.6. c.3. à n.6.* Flor. de Men. *pr. lib.1. q.12. n. 11* Ioan. Mariã Nou. *in nouo iure Pont. concl.54. n. 7.* latè Mod. *d. p.2. c.6 n.13. cum ſeqq.* metipſum *d. p.2. all.81. n.10.* cauſæ autem quæ iuxta legitimas ſanctiones apud Sedem Apoſt. ſunt tractandæ, referuntur per gl. *in c. quod tranſl. de offic. deleg. & in gl. vlt. c. vt debitus honor. de app.* Narb. *d. l.59 gl. 1. n 189.* vbi inter eas enumerat cauſas exemptorum.

Vnde colligitur ex decreto Conc. in præſenti 40.
nihil imminutam eſſe auctoritatem Sedis Apoſt. ideóque omnes cauſas quæ à principio ex diſpoſitione ſacrorum Canon. & legum ante dictum decretum poterant apud dictam Sedem cognoſci, poſſe etiam hodie, hoc decreto, non obſtante, quia illud non ſuſtulit modos legitimos, quibus quia ex Iuris diſpoſitione ſortitur forum, vt dixi *d. p.3. alleg.81. n.14.* & ex declarat. S. Congr. Narb. *d. l.59. gloſſ.1. n 258* Ioan. Maria Nuu. *d. concl 54. n.11.* Modern. *de protect. Regia, p.2. c.17. n.7. & de ſupplic. ad Sanctiſſ p.2. c.5. in princ. à n.8.*

Hinc etiam colligitur hoc decretum non habere 41.
locum in cauſis executiuis vigore obligationum in forma Cameræ, aut litterarum Apoſt. per text. *in c. dilecti, de foro comp.* tenetur enim ſic obligatus etiã in prima inſtantia corã eodẽ reſpondere, nec poteſt opponere exceptionem fori declinatoriã, nec iudicis incomp. Mand. *de inhib. q.93. n.5.* Marc. Ant. de Amat. *dec.81. n.2.* Surd. *conſ.280. n.13.* Zach. *de obl. Camer. q.7. n.16.* qui loquitur de clerico. Ratio eſt, quia Auditor Cameræ tanquam expreſſè delegatus ad hanc ſimiliumve cauſarum generalitatem omnibus eſt iudex competens, ex quo fit à Papa delegatus. Maſſa *ad form. Cam. q.1. p.2. n.3. & 4.* Veſtri. *in pr lib.2. c.4. n.4. & 6.* Eraſ. a Coch. *de iuriſd. ord. in exemptos. p.2 q.46. n.7.* & illi expreſſiſſimè inter alia cauſarum genera demandatur executio obligationum in forma Camer. vt teſtatur Galleſ. *de oblig. Cam q.7. n.3.* & Papa inhibet quibuſcunque iudicibus, & perſonis, etiamſi Cardinales fuerint, ſub pœnis, ſi ſe in obligatione Camerali intromittant, Paul. V. *conſt.20. incip Exímia. §.33. ſub dat. Romæ apud S. Marcum Kal. Octob. 1606.*

Hinc quoque colligitur ratione celebrati contra- 42.
ctus, vel delicti commiſſi poſſe quẽ in prima inſtantia cognoſcere quamvis non ſit loci Ordin. refert deciſum, Fr. Leo *in theſauro fori Eccl. p.2. c.1. n.75.* Ego ipſe *in prax. exigendi penſ. q.6. n.13.* Et quãvis Doctores id communiter intelligant ſi contrahens in loco contractus reperiatur, per *c. Rom. §. contrahentes, de foro comp.* de quo plures citaui Doctores *in d. prax. q.5. n.2.* tamen vbi ille ſoluere aliquid certo tempore & loco promiſerit, & expreſſè proprij fori domicilio renuntiauerit, etiamſi in loco contractus non inueniatur, poterit contra eum abſentem iuxta formam ſuæ obligationis procedi per iudicem loci contractus, quoties de promiſſa ſolut. tractabitur, iuxta *gl.2. in l.1. ff. ſi quis in ius vocatus,* quam celebratiſſimam dicit Cou. *pr. c. 19. n.5. in princ.* &

Gut. *de iuram. confir. p.3. c.56. n.4. & 5.* ſequitur D. Barb. *in l... ff. de iud. art. 3. n. 224.* quod ante dixerãt Dec. *in c.1. n.65. de iud.* & *ibi* Alc. *n.33.* Alex. *conſ. 36. n.4. lib.7.* & infiniti propemodum, quos citaui *in d. prax. q.5. n.3.* Tota autem cõtrouerſia eſt in clerico contrahente, & expreſsè renuntiante proprio foro abſque proprij Ord. conſenſu. Quidam Mod. *de ſuppl. ad Sanctiſſ. p.2. c.27. per totum*, neruosè contendit, & pertinaciter defendit talem clericum, licèt ſine proprij Ordin. conſenſu poſſit contrahere, & tacitè proprio foro renuntiare ad effectum vt poſſit conueniri in loco contractus ſi in eo inueniatur, non poſſe tamen expreſsè proprio foro renuntiare, obligando ſe cum iuramẽto vel in loco cõtractus, vel in loco ſolutionis deſtinatæ reſpondere, & quamvis pro ſe aliquas adducat Doctorum auctoritates, ſi benè perpendantur materiã non attingũt, nec in noſtris terminis loquuntur: nam contra illum expreſsè tenent Barb. *in l.1 art.3. n.222. & in l. heres abſens, §.1. à n.61. ff. de iud.* D. Mari. Cut. *in C. legum Sicul. ad l. Petr. 1 1. not.7. n.6. cum ſeqq.* nouiſſimè Carlaual. *de iud. lib.1. tit.1. diſp.1. q.8. sect.2. n.1083.* ibi: *Quæ tamen prædicta prima limitatio ſic probata ſublimitanda eſt primò vt Clericus etiam ſine ſui Superioris conſenſu poſſit prorogare iuriſdictionem Iudicis Eccl. tacitè videlicèt ſi contrahat, vel, quod idem eſt, ſolutionem deſtinet, vel delinquat in territorio alterius*, &c. & *d. l.1. tit.1. diſp.1. q.8. sect.6. n.252. pag.514.* ibi: *Amplianda autem eſt hæc reſolutio vt procedat etiamſi Cler. contrahens extra locum domicilij renuntiauerit foro ſine ſui Superioris licentia*, &c. & reddit rationem, quia renuntiatio iſta non dat forum, ſed corroborat forum contractus à iure conſtitutum *in c. dilecti, de foro comp.* vides ergo quòd nulla ſit differentia inter tacitam, vel expreſſam renuntiationem.

43. Hinc etiam colligitur Cleric. pupillum habentem cauſam in prima inſtantia coram Epiſc. ſuffraganeo, vel alio inferiore, poſſe iſtorum forum declinare, & eligere forum in Romana Curia, nõ Metropolitani, ex diſpoſitione *l. vn. C. quando Imper. inter pup. & vid.* non obſtante hoc decreto, vt per Ald. *in comp. can. reſ. lib.2. tit.8. n.15.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Baron. 1. Apr. 1628.* me citato *in hoc loco* Mod. *d. p.2. c.31. n.37.* Quamvis decretum Conc. in præſenti non comprehendere miſerabiles illas perſonas, de quibus *in d. l. vnic.* aſſerant Io. Nou. *in prax. var. fori sect.3. q.2.* Narb. *d. l.59. gloſſ.1. n.248. in fin.* Hinc denique fit quòd vbi ordinarij iudicis legitima adeſt probata recuſationis cauſa, hoc decretum locum non habet, Piaſ. *in praxi Epiſc. p.2. c.4. n.3. & 4.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.5. c.837. à n.15.* Moder. *de ſuppl. ad Sanctiſſim. p.2. c.5. §.1. à n.8.*

44. In executione litterarum Apoſt. in quibus dantur executores, Ordinarios locorum ſe intromittere nõ poſſe etiã exequutioni auxilium præſtãdo, reſoluũt Bald. *in c.1. §. ſi facta, in fin. ff. ſi de feudo fuerit contr. n.6.* & Dec. *in c. ſuper eo*, & *ibi* Fel. *col. fin. verſ. quarto tertiò de præſ.* in terminis Narb. *d. l.59. gl.1. n.239.*

45. Cauſas poſſeſſionis beneficiorum reſeruatorum Sedi Apoſt. poſſe immediatè ab Auditore Cameræ, ſeu alio delegato Apoſt. cognoſci declarauit Greg. XIII. in Conſt. ſua ſuper declaratione litterarum Apoſtolicarum, & declaratione Conc. in præſenti, Incip. *Ad Romani Pont. prouidentiam, ſub dat. 10. Iul. 1574.* quam refert Piaſ. *d. c.4. n.3.* & ſæpè fuiſſe deciſum, aſſerunt Fr. Leo *d. c.1. n.76. & 77.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſ.239.* Ego ipſe *d. all.81. n.17.* Narbon. *d. l.59. gloſſ.1. n. 192.* adeò vt Nuntius Apoſt. niſi expreſsè habeat in mandatis de huiuſmodi cauſis beneficiorum reſeruatorum (ſi beneficia valorem 24. ducatorum auri de Camera excedant) nec in prima, nec in ſecunda inſtantia cognoſcere poſſit, vt per Gon. *ad reg. 8. Canc. §.1. proœm. n.61.* Narb. *loco proximè citato.*

Cauſæ beneficiales quando litteræ ſub plumbo expeditæ reperiuntur, & de litterarum Apoſt. intellectu tractatur etiam in prima inſtantia, per Signaturam iuſtitiæ in Curia committuntur, ea ratione, quia iudicare de viribus litterarum Apoſt. ad Romanæ Curiæ iudices, & in ſpecie ſacræ Rotæ auditores in ipſis verſatos, & non ad alios inferiores pertinet, refert deciſum Garc. *p.6. c.3. n.8.*

46. In beneficiis enim reſeruatis, ſeu affectis locum non habere hoc decretum, quia de ipſis in prima inſtantia cognoſci poteſt in Curia, aſſerunt Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.34. n.113. & 117.* Viuian. *in prax. iuriſp. lib.14. c.1. n.83. in vlt. impreſſ.* Salgad. *d. c.1. p.2. c.17. n.34. & de ſuppl ad Sanctiſſ. p.2. c.10. à princ.* referunt deciſum Gonz. *gloſſ.52. num.36.* Garc. *de benef. p.6. c.3. n.7.*

λ *Vel quas ex vrgenti*, &c.] Quòd Roman. Pont. omiſſo ordinario Iudice in prima inſtantia poſſit ſpecialiter alicui alteri committere, & auocare ab eo cauſam, adeò vt ſi quid poſt auocatum negotiũ actum à Iudice ordinario, vel alio inferiore fuerit, ipſo iure nullum reddatur, reſoluunt VVameſ. *in c. vt noſtrum n.6. de app.* Gonz. *ad reg. 8. Canc. gl.52. n.7.* Narb. *d. l.59. gl.1. n.195. & 196.* vbi *n.197.* ſubdit nihil referre quòd auocatio fuerit expreſsè facta, cùm tacita ſufficiat, latè Mod. *d. p.2. c.6. à n.14.*

μ *Manu propria ſubſcribendum.*] Sufficere ſi ſupplicationes, & commiſſiones, ſuper quibus Breuia conficiuntur, manu Papæ ſignatæ ſint, licèt ipſa Breuia Apoſt. manu Pont. ſubſcripta non ſint, dicit bis à S. Cong. deciſum, Narb. *d. l.59. gl.1. n.204.* plures citati à Mod. *d. p.2. c.6. n.18.* & præcipuè *n.44.*

47. ν *Ad hæc cauſa matrimoniales*,] Vide Cou. *de ſponſ. p.2 c.8 §.12. n.1.* Sbroz. *de vic. Epiſc. lib.2. q.43. in princ.* Gut. *pr. lib.3 q.26. n.1.* Soar. de Pace *in pract. t.2. præl.1. n.1. & 8.* Greg. Lop. *l.7. verb. à los Obiſpos tit.10 p.4* Franc. Leon. *in theſ. fori Eccl. p.2. c.9. n.6.* Paul. Fuſc. *de viſit. l.2. c.21. n.9.* Sanch. *de matr. lib.3. diſp.29. n.17.* Aloyſ. Ric. *in prax. rerum fori Eccl. dec.245. in 1. edit.* aliàs *reſ.215. in 2. edit. & p.4. reſ.268.* Seraph. *dec.765.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.2. differ.10. n.14.* Rotã apud Tamb. *tom.3. de iure Abbat. in fine, dec.39. & 41.* vbi fuit reſolutum quòd quando Abbas habet iura Epiſcopalia, & proprium territorium, nec eſt dignitas in Cathedrali, non comprehenditur ſub hoc decreto in his verbis, *ad hæc cauſa matrim.* &c. metipſum *de offic. & poteſt. Epiſc. p.3. all.84. à princ.*

48. Epiſcopum debere manuteneri in cognitione cauſarum matrimonialium, quamvis inferior alleget immemorabilem, donec de ea per tres ſententias cognoſcatur, ex decreto S. Congregationis cenſuit Rot. *dec.447. n.1. p.1. recent.*

49. ξ *Et criminales*, &c.] Vide Salz. ad Bernard. *in pract. c.2. litt. A. in nouiſſ. edit.* Angui. *de leg. lib.3. contr.33. n.69.* Galg. *de iure publ. lib.3. tit.21. n.2. & 3.* Rot. *dec.447 p.1. recent & dec.610. p.2. etiam recent.* vbi fuit dictum Epiſc. habere non ſolum de iure, ſed etiã vigore Conc. Trid. fundatam intentionem in cognitione cauſarum criminalium intra limites ſuæ diœceſis, & donec de contraria immemorabili diſcutitur, manutenendum eſſe in ſua poſſeſſione, ac proinde per Conc. in præſenti ſublatam eſſe quadragenariam cum titulo ſeu priuilegio.

50. Iudicare tamen poſſe huiuſmodi criminales cauſas Abbates habentes iuriſdictionem pleno iure

ſpiritua

ſpiritualem, & temporalem, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in dec. curia Archiep. Neap. dec.* 184. *p.* 4.

Non Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum iudicio, &c.] Etiamſi eſſent exempti, intellexit Rota *in Conſtantien. iuriſdictionis* 29. *Nou.* 1617. *coram Ottembergo. & coram R. P. D. meo Coco. Decano*, inter eius impreſſas *dec.* 346. *n.* 8.

51\. Procedere in Decanis, & Archidiaconis, qui ſunt in diœceſi Epiſcoporum, non autem in illis, qui nullius diœceſeos ſunt, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in dec. curia Arch. Neap. p.* 4. *deciſ.* 184. & cenſuit Rot. apud Mantic. *deciſ.* 102. *n.* 7. non loqui de Decanis, & Capitulo, ſed de aliis inferioribus qui habent iuriſdictionem priuatiuè ad Epiſcopum, de quo eadem Rot. *dec.* 447. *n.* 5. *p.* 1. *recent.* Et eadem Rota apud Tamburin. *d. tom.* 3. *dec.* 44. *n.* 10. cenſuit Archidiaconum & Decanum habentes territorium ſeparatum, & immemorabilem, poſſe cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus.

52\. Vnde cauſas matrimoniales, & criminales cognoſcere ſpectat ad Epiſcop. etiam in Abbatiis exemptis, donec per tres ſententias conformes, vel vnicam, quæ in rem iudicatam tranſierit, Abbatiam præfatam, ac loca illi ſubiecta, ſeu ab ea dependentia nullius diœceſis eſſe conſtiterit, tenet Sel. *in ſel. can. c.* 42. *n.* 3. atteſtans ita fuiſſe deciſum à Rot. *in Theatina Abbatia S. Ioannis in Venere* 12. *Septembr.* 1621. eadem Rot. apud. Tambur. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum dec.* 49. *n.* 5. *& deciſ.* 60. *&* 62. *& dec.* 57. *n* 2. vbi per totam illam deciſionem probat quòd Prælatus inferior eſt manutenendus in cognitione cauſarum ciuilium, matrimonialium, & criminalium, docto de priuilegio, & poſſeſſione aduerſùs Epiſcopum nitentem ſoli iuris aſſiſtentiæ: at *in deciſ.* 60. apud eundem Tamburinum, tenet hoc eſſe intelligendum, niſi poſſeſſio ſit infecta ex decreto irritanti, & quòd decretum irritans inſertum in Concilio inficit titulum & poſſeſſionem.

53\. Cauſarum matrimonialium, & criminalium cognitio ad Epiſc. ſpectat, donec per alium prætendentem probetur immemorabilis, & quod ſit nullius, vt per Sel. *d. c.* 42. *n.* 5. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *in nullius, ſiue Conuerſan.* 20. *Aug.* 1627.

54\. Ex præſcriptione enim immemorabili, conſuetudine, vel priuilegio poſſe inferiores Epiſcopo quærere facultatem cognoſcendi de cauſis matrimonialibus, & criminalibus, reſoluunt gloſſ. *in c. litteras, de reſt. ſpol. & in c.* 1. *de conſang. & affin.* Palat. *in repet. c. per veſtras, notab.* 2. §. 1. *n.* 33. Couarr. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. §. 12. *n.* 1 *verſ. verum*, Nau. *conſ.* 1. *n.* 5. *de offic. deleg. in antiq.* aliàs *conſ.* 3. *eod. tit. in nouis*, quia hoc decretum non ſuſtulit conſuetudinem in qua ſunt inferiores Prælati, ſi ſit immemorabilis, vt referunt deciſum, additis *ad d. conſ.* 3. *Nau.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 33. *n.* 5.

55\. Ex delegatione Papæ inferiorem Epiſc. habere matrimonalium cauſarum cognitionem per *c. propoſuiſti, de probat. & c. ex litteris de in integr. reſtit.* & *c.* 1. *vt lite non conteſt.* reſoluunt Cou. *d. n.* 1. *ver. eſt tamen*, Rendina *in promptuario recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 72. *n.* 6. aſſerentes non ſolere Romanos Pontifices cauſas matrimoniales, niſi ex iuſta cauſa, aliis quàm Epiſcopis committere.

Abbati nullius diœceſis habenti in ſuos ſubditos omnem iuriſdictionem competit cognoſcere de cauſis criminalibus, & matrimonialibus ſuorum ſubditorum, vt deciſum refert Narbona *d. l.* 59. *gloſſ.* 1 *n.* 66. *tit.* 4. *lib.* 2.

Sed an Abbates Regulares habentes, vel non habentes territorium, comprehendantur ſub diſpoſitione huius verſ. ad hæc ad partes diſputat Rot. apud Tamb. poſt *d. t.* 2. *de iure Abbatum dec.* 43. *n.* 5 *cum ſeqq.* aſſerens tres Auditores ſuſtinuiſſe non comprehendi, reliquis quidem duobus contradicentibus, ex ea ratione tres illi moti ſunt, quia cum in hoc decreto exprimantur Decanus & Archidiaconus, & poſtea ſubiiciatur, *aut aliorum inferiorum iudicio*, hoc intelligendum non eſt de aliis Dignitatibus Regularibus non ſubordinatis Epiſc. quia non eadem ratione ſunt inferiores Epiſc. ſicut Decanus, & Archidiaconus, cùm habeant primam Dignitatem poſt Epiſcopal. & dicantur in primo gradu Dignitatis conſtituti: deinde, quia dictio, *aliorum*, eſt ſimilium implicatiua, & infert omnimodam ſimilitudinem ad expreſſa. Et reſpondet non obſtare verba Conc. *ſed Epiſc. tantum examini, iuriſdictioni relinquuntur*, ponderando particulam *tantum*, quæ eſt taxatiua, quia illa intelligitur reſpectu Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum ſæcularium ſimilium, non autem reſpectu Abbatis, in ſua Eccleſia ſibi pleno iure ſubiecta habenti, ſimilem iuriſdictionem cum Epiſcopo.

Sed Epiſcopi tantum, &c.] Non comprehendi Abbates exemptos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes ſub nomine Epiſc. de quo in præſenti reſoluunt nouiſſimè. Aloyſ. Ricc. *p.* 4. *ſua praxis reſ.* 271. Rot. *coram R. D. meo Cocc. Decan.* inter eius impreſſ. *dec.* 346. *n.* 8. Ego ipſe *de appell. verb. vtriuſque iuris ſign. appell.* 89. *n.* 19. *cum ſeqq.* 65.

Vicarium Epiſcopi matrimonialium cauſarum cognitionem habere etiam ex generali Epiſcopi commiſſione per *c.* 1. *de frigidis, & malef. & c. vlt. de cognat. ſpirit.* probant Ant. Butr. *n.* 2. Abb. *n.* 4. Alex. de Neuo *n.* 5. *in d. c. vlt.* Cou. *d. n.* 1. *ver. poteſt*, Ant. Cuch. *inſt. maior. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 105. Sbroz. *de offic. vic. lib.* 2. *q.* 44. *in fine*, Berachin. *in tract. de Epiſc. lib.* 4. *p.* 1. *q.* 20. *n.* 23. Salzed. *in pract. c.* 73. *in fine*, Gomez *in explicat. Bullæ c.* 4. *q.* 4. *n.* 28. Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.* 50. *n.* 24. Sanch. *d. lib.* 3. *diſp.* 29. *n.* 18. *verſ. ſecundo*. Azor. *inſt. mor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 45. *q.* 2. Narbona *de appell. à vicario ad Epiſcopum p.* 1. *n.* 402. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *reſ.* 270. Ego ipſe *d. alleg.* 84. *n.* 3. 57.

Contra Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma vicariatus n.* 155. Petr. de Ledeſm. *de matrim. q.* 46. *art.* 1. *puncto* 3. *dub.* 4. Vgolin. *de officio Epiſc. c.* 4. §. 7. *n.* 2. *verſ. nono*, exiſtimantes vicarium Epiſcop. cauſas matrimoniales tractare non poſſe ſine ſpeciali mandato.

Cauſas matrimoniales & criminales ex hoc decreto Decanis, Archidiaconis, & aliis inferioribus ademptas, Epiſcopique tantùm examini ac iuriſdictioni relinquendas, Sede Epiſcopali vacante à Capitulo cognoſci, & definiri poſſe, reſoluunt in cauſis matrimonialibus per *c. veniens, de eo qui duxit in matr.* Pauin. *de offic. & poteſt. Capit. Sede vacante, p.* 1. *q.* 10. *ſub n.* 8. Quarant. *in ſum. Bull. verb. Capitulum Sede vacante, q.* 5. Rag. *de voce Canon. in Capit. q.* 39. *n.* 1. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *reſ.* 273. Ego ipſe *d. all.* 84. *n.* 4. vbi ex aliis id intelligo in cauſis matrimonialibus ex ordinaria iuriſdictione Epiſc. competentibus, non autem in delegata, vel commiſſa illi, aut eius vicario, vt latè oſtendi *in tr. de Can. c.* 42. *n.* 57. & in omnibus Aldan. *d. loco n.* 16. vbi addit vicario capitulari pertinere matrimoniales cauſas, non criminales in mandato generali, ſecus in ſpeciali, & dicit ita fuiſſe deciſum *ſub die* 30. *Maij* 1602. 58.

Coram quo pars verè paupertatẽ probauerit, &c.] Ergo ſi virtute appellationis emiſſæ ad Curiam

Romanam, vbi cauſa tractanda committitur, inhibitio emanauerit in cauſa matrimoniali contra pauperem, ea inuita & reclamante nec in ſeconda nec in tertia inſtantia cogetur extra prouinciã litigare, vt per Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſim. p.2. c.3. n.17.* vbi extendit ad quamcunque miſerabilem perſonam.

p Et alimenta,& expenſas litis, &c.] Vide Creſcent. *dec.233.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p. 4. collect.853. in med.*

59. *o Eéqne negligente procedant.*] Per negligentiam Epiſcopi circa id quod facere debet, deuolui iuriſdictionem ad Archiepiſcop. tenent Felin. *in c. paſtoralis, n.6. de offic. ordin.* Afflict. *in c. imperialem, §. præterea, n.3. de prohib. feudi alien. per Fed.* Marc. Ant. Genuenſ. *in pract. Arch. Neap. c.70. n 4.* Gamb. *de offic. & poteſt. Legati à latere, lib.2. tit. de var. ord. nomin. n.32.* Quarant. *in ſum. Bull. verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ.10. auctoritas, in fine lit. M.* Ego ipſe *in coll. ad c. paſtoralis 31. num.8. de offic. ord.* & latè *de offic. & poteſt. Epiſc. p.4. tit.4. de præſtantia Arch. à n.19.* ſecundum Lugdun. impreſſ. vbi ſeptem caſus refero ſingulares, in quibus Archiepiſcopos poteſt ſupplere negligentiam Epiſcopi.

60. *r Præterea ſi quis,*&c.] Vide Farin. *conſ.59. n.3. & 4.* Steph. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.121. n.15.* Aloyſ. Ricc. *in dec. curia Archiep. Neapol. p.4. deciſ.334. n.1.* Gittbam *dec.29.* Nouar. *in ſing. iuris can. cenſ.7.* Narbonã *l.33. gloſſ. vnica n.5. tit 25. lib.4. Recep.* Rot. apud Farin. *dec.20. n.1. & dec.104. n.1. & dec.106. & ſeq. & dec.198. & 657. in 1. coll. nouiſſ.* aliàs *p.4. diuerſ.*

61. Procedere in actis ſactis in partibus coram iudice delegato, reſoluit Stephan. Gratian. *d. c.121. n.18. cum ſeqq.*

62. Et habere locum in quocunque iudice, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p.4. coll.1356.* Eccleſiaſt. tamen, & in cauſis tantum Eccleſiaſticis, vt cenſuit Rot. *in Romana lignorum 23. Iunij 1603. coram Card. Sacrat. & in Romana vinea 19. Non. eiuſdem anni, coram R. D. meo Cocc. Decano,* vbi refert ita fuiſſe à S. Cong. Conc. deciſum, *& in Imol. affictus 30. Apr. 1604. coram Penia,* impreſſ. per Marcheſ. *de commiſſ. p.2. pag.539. n 4. & in Romana fabrica 16. Iann. 1623. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana Societatis offic. ſcutorum mille 19. Iunij 1608. & in Romana vſusfructus 13. Mart. eiuſdem anni, coram eodem, & dec.561. n.12. p.1. recent.* & coram Greg. XV. *dec.508. n.11.* vbi Beltram. *n.15.* & coram Caual. *dec.67. c.2.* Steph. Gratian. *d. c.121. n.20. & ſeq.*

63. Procedere etiam in cauſis profanis vertentibus coram iudice Eccleſiaſtico ex ſententia S. Congr. Conc. firmauit Rot. *in Leod. dominij de Steuerdia 3. Iulij 1623. coram Reuerend. D. meo Cocc. Decano,* reprobata *dec.106. in princ. p.4. diuerſ.* in qua dictum fuerat Conc. in præſenti, habere etiam locum in profanis, prout è conuerſo diſpoſitio Concilij intrat in omnibus cauſis Eccleſiaſticis vertentibus coram quocunque iudice etiam non Epiſcopo, licèt verba Concilij videantur ſonare cauſis vertentibus coram Epiſcopo, Coccin. *dec.274. n.3.* Rot. *in d. Leodien.*

64. *v In caſibus à iure permiſſis appellauerit,* &c.] Tranſportare acta prioris inſtantiæ ex diſpoſitione Conc. in præſenti ſpectare ad eum, qui appellauit, tenuit Rot. penes Caual. *dec.43. n.1.* vbi *n.2.* ſubdit quòd tranſportare acta coram vltimo iudice qui priorem ſententiam reuocauit, tenetur appellans, ſed non acta facta in priori inſtantia refert Narbon. *d. l.59. gloſſ.1. n.92.* ſacram Cong. cenſuiſſe teneri eum, qui appellauit, vel ob lapſum biennium cauſam ab Ordinario auocauit vigore huius decreti, transferre non ſolùm acta geſta coram Ordinario, à quo appellauit, vel cauſam auocauit, ſed & alia omnia, ſi quæ occaſione eiuſdem cauſæ coram alio Iudice geſta fuerint, & ſubdit ab eadem ſacra Congreg. pariter fuiſſe deciſum, poſſe Iudicem appellationis iubere ſibi originalia exhiberi, quatenus de fide exempli ſit dubius.

o Teneatur acta omnia, &c.] Actorum tranſportationem iuxta hoc decretum eſſe de forma quando cauſa eſt Eccleſiaſt. ſolúmque in ea illud locum habere, cenſuit Rot. *decis.6. num.12. & deciſ. 561. n.12. p.1. recent. & deciſ.268. num.3.* inter impreſſ. per Far. poſt *lib.2. conſil. & dec.121. n* . apud Pacific. *de Saluiano interdicto, & in Imolen. affictus coram Penia,* impreſſa per Marcheſ. *de comm. p.2. p.539.* vbi etiam fuit dictum procedere hanc reſolutionem, etiam ſi ageretur de cauſa profana coram iudice Eccleſiaſtico. Et quòd hoc Decretum non comprehendit cauſas prophanas per appellationem ad iudicem Eccleſiaſticum delatas, refert deciſum Narbon. *d. l.59. gloſſ. 1. num 93.* Et in puncto quòd diſpoſitio Conc. in præſenti non habeat locum in cauſis prophanis, & fori ſæcularis, ſed ſolum in cauſis fori Eccleſiaſtici, iuxta declarationem ſacræ Cong. cenſuit Rot. *dec.278. n.2.* apud Farin. *p. 2. in poſthum. & dec. 577. num.3. ead. p.2.* 65.

Et quòd huiuſmodi tranſportatio neceſſario ſit in cauſa beneficiali, firmauit Rot. *in Neap. domus 14. Mart. 1625. coram R. P. D. meo Pirouano,* cuius memini Ego ipſe *in tr. de offic. & poteſt. Parochi, c 29. n.25.* vbi ſubdidi id videri conforme Iuri communi, quia non viſis actis integris ſententia dicitur nulla tanquam lata ſine cauſæ cognitione, *l. propter, §. & ſiquidem* , vbi Bart. *num. 6. C. de iudic.* 66

Acta tranſportanda inſiſtere debent in cauſam, aliàs ſi non reſpiciant merita illius, ita quòd iudex non poſſit ex eis inſtrui de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, non eſt neceſſaria illorum tranſportatio, vt cenſuit Rota *d. dec.278. n.3.* vbi *n.4.* ſubdit quòd actorum tranſportatio non eſt facienda, quando cauſa eſt diuerſa, & *n.5.* aſſerit cauſas dici diuerſas quando concurrit diuerſitas perſonarum rei, & actoris. Tranſportari non debent niſi acta ſententiæ, à qua fuit appellatum, & quæ petitur reuocari, Rot. *dec.341. num.3.* poſt conſilia Farin. & coram Duran. *dec.116. n.1.* vbi *n.2.* ſubdit quòd acta irreuelantia non ſunt tranſportanda.

Et non ſolùm acta debent, vt ſuprà, integrè tranſportari, ſed etiam legitimè, nempe ab actuario, vel ſucceſſore in officio cum compulſoria & partis citatione, prout requiritur, Rot. *dec. 1. de fide inſtr. in nouis,* Mohed. *deciſ.8. eodem tit.* & coram Greg. XV. *dec.469. n.4.* & fuit dictum *in Toletana ſpolij 3. Iulij 1623. coram R. P. D. meo Nauar. & in Feretrana Parochiales 21. Maij 1626. coram Card. Virili:* & in puncto de proceſſu extracto ab alio notario quàm actuario, vel ſucceſſore in officio, fuit etiam dictum *in Algar. diſmembrationis 5. Iunij 1617. coram bonæ mem. Rembold.* prout refert & ſequitur Beltram. *in annot. ad deciſ. 59. Greg. XV. n.9.* Proceſſus extractus à notario actuario cenſetur eſſe in forma probanti, & originali abſque alia partis citatione, & Iudicis auctoritate, vt ex multis Rotæ deciſionibus probat Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p. 2, verb. proceſſus, §. 2. pag. 84.* 67.

Vnde

68. Vnde ſententiam latam à iudice appellationis non tranſportatis actis eſſe nullam, tenet Aloyſ. Ric. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. p. 4. dec. 143.* & cenſuit Rot. apud Mantic. *dec.* 170. *& deciſ. 197. n. 1.*

69. Et geſta actis diminutis, & diſmembratis eſſe nulla, tenet Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. c. 13. ſub n. 314. verſ. & ſi non integraliter exportauerit*, quem refert Salgado *de protect. Regia part. 1. cap. 2. §. 2. n. 2.*

70. Actorum tamen tranſportationem omiſſam non vitiare ſententiam quando non ſunt tranſportata acta verbaliter tantùm producta, cenſuit Rot. *deciſ. 561. n. 10. p. 1. recent.* Nec quando non ſunt tranſportata iura producta parte non citata, vel extra terminos citationis, quia tunc non dicuntur de actis, ead. Rot. *d. dec. 562. n. 11.* vel quando ſine illis actis omiſſis ſententia iuſtificari poteſt, ead. Rot. *d. dec. 561. n. 12.*

71. Proceſſus ſi formatus fuerit in diuerſa cauſa, illius tranſportationem non eſſe neceſſariam, cenſuit Rot. *in Alban. ſucceſſionis 20. Maij 1602. coram Gregorio XV.* inter eius deciſiones impreſſas *dec. 55. & in Vrbinaten. iuriſdictionis 1. Iul. 1619. coram bonæ mem. Buratta, dec. 413. n. 4.* vbi etiam fuit dictum quòd Concilium noluit obligare ad tranſportationem actorum, quæ ſuperflua ſunt, & citat Seraph. *deciſ. 314.* Et quòd in Rota ſæpiùs fuit reſolutum quòd acta diuerſæ cauſæ, & iudicij non ſunt tranſportanda nec de iure, nec ex diſpoſitione Sacr. Conc. Trid. probat cum multis deciſionib. Theod. Rubeus *in ſingul. Rotæ, p. 2. verb. Acta, §. 2.* vbi addit hoc locum habere etiam ſi acta illius iudicij multum conferant ad cauſam, de qua agitur, *& in §. 3.* ſubdit Rotam ſæpe ſenſiſſe quòd actorum tranſportatio primæ inſtantiæ non ſit neceſſaria quando inchoatur nouum iudicium, & proceſſus, prout in prima.

72. Actorum irreuelantiam excuſare à tranſportatione, firmauit Rot. *in Imolen. affictus 20. Aprilis 1604. coram Penia, & dec. 564. n. 4. & 5. p. 2. recent. & coram bonæ mem. Buratto dec. 413. n. 4.* Cuius tamen contrarium videtur tenuiſſe eadem Rot. *dec. 104. n. 1. p. 4. diuerſ. & in Leod. dominij de Steuordia 3. Iulij 1623. coram Reuerendiſſimo D. meo Cocc. Decano*, in qua fuit deciſum ſententiam latam in cauſa Eccl. non tranſportatis omnibus actis etiam irreuelantibus, eſſe nullá. Sed Theod. Rubeus *d. verb. Acta §. 4. & 5.* ait quòd Rota excuſat ex capite irreuelantiæ non tranſportationem actus irreuelantis, & ex eo aliàs cenſuit intrare arbitrium pro ſanatione nullitatis non tranſportationis actorum, ne præſumeretur quòd lex expoſcens actorum tranſportationem intellexerit de ſuperfluis, & non reuelantibus.

73. In cauſis verò profanis licèt procedatur actis non integrè tranſportatis, ſi acta, quæ deficiunt, non ſunt reuelantia, ad inferendum quòd iudex iuſtitiam fecerit, ſententia non eſt nulla, ſed ſolùm debet ſuperſederi donec acta omnia videantur, & ideo ſufficit quòd remaneat iuſtificata ex noua tranſportatione, Achil. *dec. 7. de ſentent. & re iudic.* Rot. *in Leodien. dominij, & in dict. Romana Societatis offic. & in Romana vſusfructus coram R. P. D. meo Pirouano. & in Auenionen. bonorum 22. Maij 1616. coram R. P. D. Duran.*

74. Acta in dubio præſumi integrè tranſportata, non ſemel cenſuit Rot. & ſignanter apud Farin. poſt *lib. 1. conſ. deciſ. 116. n. 1. & deciſ. 143. n. 1. & dec. 144. n. 1. & part. 2. in poſthumis Farin. dec. 635. n. 1. & in Algar. diſmembrationis 4. Decemb. 1617. coram bonæ mem. Rembaldo, & in Albinganen. capellæ 27. Ianu. 1623. coram R. P. D. meo Nauarro. & in Ancaionen. bonorum 22. Maij 1626. coram R. P. D. Duran. & in Feretrana Paroch. 22. Maij 1628. coram Card. Virili, & in Trullen. reformationis 18. Iunij 1629. coram R. P. D. Dunozetto, & in Leodien. caſtrorum, 4. Iulij eiuſdem anni coram R. P. D. Motmanno,* Greg. XV. *dec. 59. n. 1. & dec. 118. n. 5.* Caualer. *dec. 43. & dec 355. n. 1. & dec. 572. n. 7.* Buratt. *deciſ. 143. n. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. foreaſ. cap. 121. num. 28* Mareſcot. *var. lib. 2. cap. 43. n. 6* Giurba *deciſ. 29. num. 5.* Salgado *d. part. 1. cap. 2. §. 2. num. 9.* vbi *num. 10.* poſt Mareſcot. & Giurb. *citatis locis*, ac Sigiſ. Scacc. *de appellat. quæſt. 10. n. 15.* ſubdit hoc adeò verum eſſe, vt aſſerenti acta non eſſe integra, ſed diminuta, incumbat onus probandi, plures alias Rotæ deciſiones citat Theodoſ. de Rubeis *in ſing. Rotæ p. 2. verb. Acta, §. 1.*

Notario atteſtanti de integra tranſportatione, ſeu non extare alia acta, credi, cenſuit Rot. poſt *lib. 2. conſ. Far. dec. 144. n. 5. & in Bracharen. Parochialis 29. Ianu. 1610. coram bonæ mem. Cardin. Sacrato*, vbi etiam fuit dictum ſufficere quòd Notarius atteſtaretur ſimpliciter ſe fideliter extraxiſſe, Rota *dec. 379. n. 6.* apud Far. *p. 2. poſth.* 75.

Appellatus ſi occultauit proceſſum, vel impedimentum præſtitit ne compulſatio, & tranſportatio non fieret, in eius præiudicium habetur pro compulſato, & tranſportato, & iudex appellationis poteſt appellantem abſoluere, & acta geſta in prima inſtantia annullare, & irritare, ita refert deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 27. n. 42.* ſic etiam acta habentur pro tranſportatis ſtante impedimento per recurſum ad Curiam ſæcularem, Rot. *dec. 751. n. 2. p. 2. recentior.* Theodoſ. de Rubeis *in ſing. Rotæ p. 2. verb. Acta, §. 1. p. 17. in princ.* 76.

Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogitur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa & ſuſpicio incidat, quæ iudicialiter obiiciatur, & tunc terminata cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium, vt in ſuo archiuio conſeruentur, ita Sel. *d. c. 42. n. 10.* referens ſic fuiſſe deciſum *ſub die 26. Octobris 1600.* 77.

χ *Coram Epiſcopo geſta.*] Procedere in omnibus cauſis Eccleſiaſticis vertentibus coram quocunque iudice etiam non Epiſcopo, cenſuit Rot. *in Leodien. dominij de Steuordia 3. Iul. 1613. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, & inter eius impreſſas *dec. 274. n. 3.* 78.

ψ *Expenſis ſuis.*] Obſtare videtur alius locus *ſup. ſeſſ. 13. de reform. c. 3.* vbi ſaltem in criminalibus cauſis iubentur gratis ipſi appellanti exhiberi acta omnia intra triginta dies, quia intelligitur reſpectu iudicis à quo appellatur, & à quo acta petuntur, vt ita ſit ſenſus iudicem ipſum nihil poſſe poſtulare, nec recipere pro illa actorum exhibitione, ſed gratis teneri quantum eſt in ſe illa exhibere, interim tamen expenſæ, quæ factæ fuerint in tranſcribendis actis in itinere ad iudicem ad quem pro labore, & ſalario ſcribæ ab appellante ſoluendæ ſunt, prout huiuſmodi capitula reducit ad concordiam, Scar. de Pace *in pract. tom. 1. p. 5. c. vnic. n. 7.* Aloyſ. Ric. *in deciſ. Curiæ Arch. Neap. dec. 334. n. 2. p. 4.* Nouar. *in ſingul. iuris Canon. corol. 8.* 79.

Notarius Tribunalis Eccleſiaſtici tenetur in copia actorum tradere ſententiam abſque eo quòd ſoluantur ſportulæ, attento vſu Tribunalium dictæ ciuitatis non ſoluendi ſportulas tempore, quo 80.

ferentor ſententiæ, poterit tamen agere poſtea ad ſolutionem ſportulatum, iuxta tamen conſuetudinem, vt per Sel. *d.* c. 42. *n.* 13. vbi refert ita fuiſſe decifum *in Taurinen.* 7. *Septembris* 1630.

81. *u Non obſtantibus quoad omnia ſupraſcripta priuilegiis, indultis, concordiis, &c.*] Hoc decretum omnino ſuſtuliſſe qoadragenariam com titulo, ſeo priuilegio, aſſerit Sel. *d.* c. 42. *n.* 14. vbi refert ita deciſum *in Theatina* 22. *Iulij* 1613.

82. Per hoc decretum non eſſe ſublatas concordias confirmatas à Sede Apoſt. ex certa ſcientia, ſecus ſi in forma communi, tenet Sel. *citato loco*, atteſtans ita fuiſſe reſolutum *in Lucerina* 13. *Ianuarij* 1629.

83. Concordiæ confirmationem obtentam ad inſtantiam vnius partis non eſſe ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione ad hoc, vt ſublata non ſit hoc decreto, quod non ſuſtulit concordias à Sede Apoſt. confirmatas, ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, dicit deciſum Sel. *d. loco.*

Non videtur tollere ſententias & res iudicatas, cum de illis non faciat mentionem. Seraphin. *deciſ.* 711. *n.* 5. Narbona *d. l.* 59. *gloſſ.* 1. *n.* 241. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* & quod ſufficit vna ſententia, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, quæ æquipollet tribus conformibus, vt in his terminis à Sacra Congreg. deciſum, refert Rota *deciſ.* 581. *n.* 2. *in fine*, apud Farin *p.* 2. *in poſthum.*

84. Suſtolit tamen res iudicatas, quæ innituntur priuilegiis ante Conc. obtentis, quia ſententia cùm innitatur priuilegio, non dat plus roboris priuilegio, quàm de ſe habeat, ſed ſolùm imponit finem liti, ita refert deciſum Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 221.

aa Et aliis quibuſcunque conſuetudinibus.] Sub hoc decreto non comprehendi immemorabiles conſuetudines, referunt deciſum Gonz *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 33. *n.* 5. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 492. *n* 6. Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcopum, fundament.* 3. *num.* 10. *in fine*, alter Narbona frater *l.* 59. *gloſſ.* 2. *n.* 240. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.* 2. *c.* 4. *n.* 44. *& de precedt. Regia p.* 1. *cap.* 1. *pral.* 3. *num.* 154. Ego ipſe *d. allegat.* 84. *n.* 5. *in fine* & cenſuit Rot. *dicta deciſ.* 581. *n.* 1. apud Far. *p.* 2. *in poſthum.* vbi ait, iuxta declarationem ſacræ Congreg. *ſub die* 6. *Iunij* 1601. immemorabilem non eſſe ſublatam per diſpoſitionem Concilij *in præſenti*, *& in Theatina iuriſdictionis* 5. *Decembris* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, impreſſa per Farin. *deciſ.* 610. *n.* 1. *p.* 2. *recent. & in Marſicen. iuriſdictionis* 26. *April.* 1609. *coram bona mem. Patriarcha Manzanedo* impreſſa per eundem Farin. *deciſ.* 248. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* vbi aſſerit S. Congregationem Concil. cenſuiſſe hoc decretum non excludere immemorabilem, ſed donec de illa conſtiterit per tres ſententias conformes, non inferiorem, ſed diœceſanum Epiſcopum debere interim huiuſmodi cauſas cognoſcere, & *n.* 2. cenſuit immemorabilem debere probari cum requiſitis, de quibus *in gloſſ. fin. c.* 1. *de præſcript. lib.* 6. videlicet per teſtes deponentes de viſu per quadraginta annos ante litem motam, & habentes congruam ætatem qualis eſt annorum 54. refert Ludouic. à Sarauia *intr. de iuriſdict. Adminiſtrorum q.* 24. *n.* 26. *verſ. illud.* Et non tollit conſuetudines futuras ſed præteritas tantùm, reſoluit Angnian. *de legibus lib.* 2. *controu.* 20. *n.* 21. 85.

SESSIO XXV.

Decretum de Purgatorio.

1. Doctores de Purgatorio agentes.
2. Purgatorij locus.
3. Animæ quas pœnas in Purgatorio patiantur.
4. Animæ Purgatorij non poſſunt ordinariè ante pœnas omnino perſolutas ad tempus inde exire.
5. Purgatorij pœnarum duratio non eſt æqualis in omnibus animabus, quæ ibi purgantur.

CVM Catholica Eccleſia, à Spiritu ſancto edocta, ex ſacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in ſacris Conciliis, & nouiſſimè in hac œcumenica Synodo docuerit, [a] Purgatorium eſſe, *æ animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis*, potiſſimũ verò acceptabili altaris ſacrificio iuuari, præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patribus, ſacris Conciliis traditam à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari, diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores, ac ſubtiliores quæſtiones, quæque ad ædificationem non faciunt & ex quibus plerumque nulla fit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari ac tractari non permittant. Ea verò, quæ curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiũt, tanquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ aliáque pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta piè, & deuotè fiant, & quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & aliis, qui hoc præſtare tenẽtur, diligenter, & accuratè perſoluantur.

a Seſſ. 6. can. 30. ſupra. Seſſ. 22. c. 2. & can. 3.

1. VIde Alph. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontific. c. de Purgatorio*, *pag.* 199. Caſtro aduerſùs hæreſes *verb. Purgatorium.* Domin. Sot. *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 3. Petr. Sot. *de inſtit ſacerd. lect.* 1. & 2. *de Purgatorio*, Theodor. Peltan. *in tract. de Purgatorio*, Cardin. Bellarmin. *in ſuis controuerſ. Cathol. vbi de Purgatorio*, Cord. *lib.* 1. *quaſ.* 9. *de indulgent.* Gregor. de Valent. *tom.* 4. *diſp.* 11. *de locis*

cis, ſeu receptaculis animarum poſt mortem, q. 1. punct. 1. Nic. Diaz en el trattado del juizio final. c. 5. §. 2. Gaiet. in marg. caſuum conſcient. verb. Purgatorum, Soar. tom. 4. de pœnit. diſp 45. ſect. 1. Fr. Emman. q. regul. tom. 3. q. 44. art. 1. Ægid. de Coninck de Sacrament & cenſur. tom. 2. diſp. 11. Martin. Carillo en la explicacion de la Bulla de los defuntos, in princ. Homobon. de Bonis de examine Eccleſ. tract. 3. q. 61. cum ſeq. Fernandez in examine Theolog. moral. p. 3. c. 8. de Purgatorio, Iul. Lauor. de Iubilao, & indulgent. p. 2. c. 29. Her. Roderic. in compendio q. regul. reſol. 122. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha in commen. ad c. qualis 4. & ſeq. diſt. 25. Trull. in expoſ. Bullæ defunctorum lib. 4. dub. 2. nouiſſimè Barthol. à S. Fauſto in tract. de quatuor animarum receptaculis, nempe purgatorio, limbo, inferno, & paradiſo, lib. 5.

2. De loco Purgatorij vide Bellarmin. d. lib. 2. de Purgatorio c. 6. Henriq. de fine hominis c. 25. §. 3. Valent. d. q. 1. puncto 2. Soar. d. tom. 4. de pœnit. diſput. 45. ſect. 2. ex n. 3. Martin. Carill. d. tr. p. 1. c. 1. Benzon. de Iubilae, lib. 2. c. 2. n. 7. Ægid. de Coninck d. tom. 2. diſp. 11. dub. 2. n. 17. cum ſeqq. Fernandez d. c. 8. §. 1. n. 3. & 4. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha in comment. ad c. qui in aliud n. 2. diſt. 25. qui aſſerunt locum Purgatorij eſſe infra viſcera terræ inferno ipſi vicinum, Barthol. à S. Fauſto d. lib. 5. de quatuor animarum receptaculis, quaſ. 2. vbi dicit quòd licèt Purgatorium ſecundùm legem communem, & ordinariam Dei in viſceribus terræ ſit, non tamen ſemper animæ in iſto communi loco purgantur, quia interdum ſecundùm legem particularem, ſeu diſpenſationem diuinam diuerſis in locis nonnulli puniti eſſe leguntur.

3. Quas pœnas animæ in Purgatorio patiantur, differunt Petr. Sot. d. lect. 2. de Purgator. Angles in floribus Theologicar. q. p. 1. q. 4. de Purgat. Ioan. Ianſen. de fidelium animorum Purgat. lib. 1. c. 2. Viuald. in candel. aureo p. 1. vbi de Purgat. n. 8. Cardin. Bellarmin. d. lib. 2. de Purgator. c. 10. cum quatuor ſeq. Valent d. diſp. 11. q. 1. puncto 2. Soar. d. tom. 4. diſp. 46. ſect. 1. & 2. Martin. Carill. d. tract. p. 1. c. 3. Ægid. de Coninck d. diſp. 11. dub. 3. n. 19. cum ſeq. Homobon. de Bonis d. tract. 3. c. 7. q. 62. Trull. in expoſit. Bullæ defunctor. lib. 4. dub. 3. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 5. de quatuor receptaculis animarum, quaſ. 2. vbi dicit animas Purgatorij duplicem pati pœnam, nempe pœnam damni, & pœnam ſenſus, & quaſt. 4. dicit pœnam damni in Purgatorio eſſe maximam pœnarum, & minorem pœnam ſenſus, Purgatorij acerbiorem eſſe maxima pœna huius vitæ, & q. 7. refert animas, quæ ſunt in Purgatorio, non æqualiter ab igne torqueri, ſed vnamquamque plus vel minùs intenſiùs puniri, & q. 9. tenet nullam animam ex Purgatorio omnino liberari donec ſit plenè purgata, nullamque ibi torqueri vltra diem iudicij generalis, & quaſ. 11. affirmat omnes animas, quæ in Purgatorio ſunt, habere certitudinem ſuæ ſalutis, & quaſ. 12. probat animas, quæ ſunt in Purgatorio, non poſſe aliquid mereri, vel demereri, & quaſ. 16. contra Bedam, Dionyſium Carth. & alios aſſerit animas exiſtentes in Purgatorio miniſterio dæmonum non torqueri. Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha in comment. ad d. c. qui in aliud n. 2. vbi ait in Purgatorio ſicut in inferno eſſe pœnam ignis qui eſt corporeus eiuſdem ſpeciei cum noſtro elementari, qui verè, realiter, & phyſicè efficit cruciatum in animabus, ſeu ſpiritibus, agitque in ſpiritibus rem aliquam diſconuenientem, quæ ſit obiectum doloris, triſtitiæ, & n. 3. poſtquam retulit aliquorum opinionem aſſerentium pœnam Purgatorij ſuperare omnem pœnam huius vitæ, concludit tamen aliquam pœnam Purgatorij reperiri minorem aliqua pœna huius vitæ, & n. 4. aſſerit animas beatas immediatè tranſire à loco Purgatorij ad beatitudinis locum.

Animas Purgatorij non poſſe ordinariè ante pœnas omnino perſolutas ad tempus inde exire, 4.
quia ibi ſunt quaſi in carcere, ex ſingulari tamen Dei permiſſione poſſe egredi, ac aliquibus apparere, vt eorum ſuffragia poſtulent. aſſerunt Ægid. de Coninck d. diſp. 11. dub. 6. n. 49. Iul. Lauor. d. c. 29. n. 101. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad d. c. qui in aliud n. 5. late Barthol. à S. Fauſto vbi ſuprà lib. 5. q. 48. Ego ipſe in coll. ad c. fatendum 13. q. 2. n. 4. vbi poſt Soar. d. ſect. 4. n. 11. aduertit quòd quando hæc diſpenſatio ſit, pœna non interrumpitur, quia ignis ſicut in aëre cruciat dæmones, ita animas torquere ac purgare poteſt, & n. 7. poſt Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 37. dub. 5. credibile dicit animas in Purgatorio de proximorum ſalute eſſe ſollicitas, & pro illis Deum aſſiduè orare.

Durationem pœnarum Purgatorij non eſſe 5.
æqualem in omnibus animabus, quæ ibi purgantur, cùm non omnes animæ decedant cum æquali reatu peccatorum remiſſorum, & per aliorum ſuffragia aliæ liberentur, aſſerunt Soar. d. diſp. 46. ſect. 4. n. 4. Ægid. de Coninck d. diſp. 11 dub. 4. n. 37. verſ. quarto, Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad c. qualis n. 5. diſt. 25. vbi n. 6. dicit ſe exiſtimare animas ob grauia peccata pluribus annis puniri, & citat Soar. d. ſect. 4. n. 6. Ægid. d. n. 37. & 38. Syluium in ſupplement. 3. p. D. Thom. q. 100. art. 8. dub. 1.

a *Animas in Purgatorio detentas Fidelium ſuffragiis*, &c. Vide Barthol. à S. Fauſto in tr. de ſuffragiis, lib. 1. q. 21. prope fin. vbi per hunc text. reſoluit ſuffragia viuorum prodeſſe defunctis in Purgatorio exiſtentibus quoad remiſſionem pœnæ debitæ pro peccatis dimiſſis, & q. 24. dicit noſtras orationes aliquando defunctis prodeſſe per modum impetrationis, & quaſ. 25. ait beatos cœli ciues interdũ orare pro animabus Purgatorij, ac proinde impetrare illis gratuitam remiſſionẽ alicuius pœnę.

De limbo ſanctorum Patrum & puerorum, vide Barthol. à S. Fauſt. d. lib. 5. de quatuor animarum receptaculis q. 17. vbi dicit limbum ſanctorum Patrum eſſe in Inferno, ſed in parte ſuprema, & antè q. 18. approbat eorum opinionem, qui tenent infernum damnatorum in centro terræ eſſe, mox ſuper infernum puerorum Limbum, & ſuper Limbum Purgatorium, & ſuper Purgatorium olim Limbus ſanctorum Patrum exiſtebat, & ead. q. 18. ſentit pueros, qui ſunt in Limbo, ſolummodò pati pœnam damni, & quaſt. 19. quòd paruuli in Limbo ſpeculantur naturalia.

De Inuocatione, Veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & ſacris Imaginibus.

1. Vſus ſanctarum Imaginum pictarum, earumque adoratio vetuſtiſſimus in Eccleſia Dei, & à ſanctis Patribus comprobatus.

2. Sancti vnà cum Chriſto regnant.

Pere

3. *Peregrinatio ad Sanctorum memorias.*
4. *Imago Sancti non canonizati in Altari poni non poteſt.*
5. *Imagines quorumcunque hominum cum ſanctitatis, vel martyrij fama defunctorum non poſſunt apponi in oratorijs publicis, aut priuatis antequam canonizentur, aut Beati declarentur.*
6. *Tabella votiua, & alia huiuſmodi in ſignum gratia recepta apponi non poſſunt in loco vbi corpus defuncti ſepultum eſt.*
7. *Miracula nulla noua ſunt admittenda niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo.*
8. *Miracula noua hominis defuncti non canonizati, nec beatificati poteſt Epiſcopus publicare, atque approbare.*
9. *Reliquias nouas non licet Epiſcopis approbare & eas publicè venerandas exponere, niſi ſint canonizati.*
10. *Reliquias Sancti ab Eccleſia canonizati approbare competit Epiſcopo in ſua diœceſi.*
11. *Cognitio quod reliquia ſint veræ ſpectat ad Ordinarium.*
12. *Miraculorum recognitio non ſpectat ad alium etiam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentem præter Epiſcopum.*
13. *Epiſcopus ad reliquiarum approbationem faciendam tenetur conſulere Theologos, & alios viros pios, & doctos.*

MAndat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, & cæteris docẽdi munus, curámque
ſuſtinentibus: vt iuxta Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſũ, à primæuis Chri-
ſtianæ religionis, temporibus receptum, ſanctorúmque Patrum conſenſionem, & ſa-
crorum Conciliorũ decreta, in primis de Sanctorum interceſſione, inuocatione, reli-
quiarum honore, & legitimo imaginum vſu, fideles diligenter inſtruant, [a] *docentes eos,
Sanctos, vnà cùm Chriſto regnantes* orationes ſuas pro hominibus Deo offerre, bonum,
atq; vtile eſſe ſuppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetrãda à Deo per filiũ eius
Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, qui ſolus noſter Redẽptor & Saluator eſt ad eo-
rũ orationes, opem, auxiliúmque confugere, illos verò, qui negant Sanctos, æterna fe-
licitate in cœlo fruentes, inuocandos eſſe, aut qui aſſerunt, vel illos pro hominibus non
orare, vel eorũ, vt pro nobis etiam ſingulis orent, inuocationem eſſe idololatriam, vel
pugnare cum verbo Dei, aduerſarique honori vnius mediatoris Dei, & hominũ Ieſu
Chriſti, vel ſtultum eſſe, in cœlo regnantibus voce, vel mente ſupplicare, impiè ſẽtire.
Sanctorũ quoque martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora quæ
viua membra fuerunt Chriſti, & tẽplum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſu-
1. Cor. 3. ſcitanda, & glorificanda, à fidelibus venerãda eſſe, per quæ multa beneficia à Deo ho-
minibus præſtantur, ita vt affirmantes, Sanctorum Reliquiis venerationẽ, atq; honorẽ
non deberi, vel eas, aliaque ſacra monumẽta à fidelibus inutiliter honorari, atq; eorũ
opis impetrandæ cauſa Sanctorum [a] *memorias fruſtra frequentari*, omnino damnandos
a Concil. Nicen. 2. eſſe,[a] prout iampridem eos damnauit & nunc etiam damnat Eccleſia. Imagines porro
Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorũ Sanctorũ, in templis præſertim habendas, & reti-
nendas, eiſque debitum honorem, & venerationẽ impertiendam, non quod credatur
• ineſſe aliqua in iis diuinitas, vel virtus propter quã ſint colẽdæ, vel quod ab eis ſit ali-
Pſalm. 134. quid petendum, vel quod fiducia in imaginibus ſit figẽda, veluti olim fiebat à Genti-
bus, quæ in idolis ſpem ſuã collocabant, ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refer-
b Concil. Nicen. 2. actio 3. tur ad [b] prototypa quæ illæ repræſentant, ita vt per imagines, quas oſculamur, & corã
quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtũ adoremus, & Sanctos, quorum illæ
ſimilitudinem gerunt, veneremur, id quod Conciliorum, præſertim verò ſecundæ Ni-
cænæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.

Illud verò diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſterium noſtræ redẽptionis,
picturis, vel aliis ſimilitudinibus expreſſas, erudiri, & confirmari populum in articulis
fidei cõmemorandis & aſſiduè recolendis, tũ verò ex omnibus ſacris imaginibus ma-
gnum fructum percipi, non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum, & munerũ,
quæ à Chriſto ſibi collata ſunt, ſed etiam quia Dei per Sanctos miracula, & ſalutaria
exempla oculis fidelium ſubiiciuntur, vt pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorúmque
imitationem vitam, moréſque ſuos componant, excitentúrque ad adorandum, ac dili-
gendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis cõtraria docue-
rit, aut ſenſerit, anathema ſit. In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes ſi qui
abuſus irrepſerint, eos protſus aboleri ſancta Synodus vehementer cupit, ita vt nullæ
falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem præbentes, ſtatuan-
tur. Quod ſi aliquando hiſtorias, & narrationes ſacræ Scripturæ, cum id indoctæ ple-
bi expediet exprimi & figurari contigerit, doceatur populus, non propterea diuinita-
rem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus aut figuris exprimi poſſit.
Omnis porro ſuperſtitio in Sanctorũ inuocatione, Reliquiarum veneratione & ima-
ginum ſacro vſu tollatur, omnis turpis quæſtus elimineiur, omnis denique laſciuia vi-
tetur, ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum
celebratione, ac reliquiarum viſitatione homines ad comeſſationes atque ebrietates
non

non abutantur; quaſi feſti dies in honorem Sanctorũ per luxum, ac laſciuiam agantur. Poſtremo, tãta circa hęc diligẽtia, & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum, aut præpoſterè, & tumultuariè accommodatum, nihil profanum, nihilque inhoneſtum appareat,[e] cum domũ Dei deceat ſanctitudo. Hæc vt fidelius obſeruentur, ſtatuit ſãcta Synodus, nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exẽpta, *γ vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem*, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, *δ nulla etiam admittenda eſſe noua miracula*, *ε nec nouas Reliquias recipiendas*, *ζ niſi eodem recognoſcente & approbante Epiſcopo*, qui ſimulátque de iis aliquid compertum habuerit, *η adhibitis in conſilium Theologis*, & aliis piis viris ea faciat, quæ veritati, & pietati cõſentanea iudicauerit. Quod ſi aliquis dubius, aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus grauior quæſtio incidat: Epiſcopus antequã controuerſiam dirimat, Metropolitani, & Comprouincialium Epiſcoporũ in Concilio Prouinciali ſententiam expectet, ita tamen, vt nihil inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice, nouum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.

e Pſalm. 92. cap. decet, de immunit. Eccleſ. in 6.

1. VIde Alphonſ. à Caſtro *lib. 8. aduerſus hæreſes, verb. Imago*, Sim. Maiol. per integrum tract. *de ſacris imagin*. Guillielm. Durand. *in ration. diuin. lib. 1. c. 3.* Simanch. *de Cathol. inſtit cap. 33. à princ. p.* S baſt. Medic. *in ſumm. omnium hæreſum part. 1. verb. Imago*, Barthol. à Medina *part. 1. inſtruct Confeſſ. c. 14 §... poſt med.* Cardin. Bellarm. *in contron. Cathol. contrau. 7. lib. 1.* Azorid. *l. 13. à princ. tit 1. lib. 1. noua recop.* Paul. Foſc. *de viſit. lib. 1. c. 9.* Nauarr. *in man cap. 11. n. 21, verſ. 7. & cap. 27. n. 169.* Sarmien. *lib. 2. ſelect. cap. 14. n. 2.* Hieronym. Roman. *lib. 4. de Repub. Chriſtian. c. 7.* Valent. *2. 2. diſp. 6. q. 11. puncto 6.* Soar. *in 3. part. S. Thom q. 25 art. 3. diſp. 54. per ſeptem ſectiones*, Vaſq. *in tract. de adorat. imaginum lib. 3. diſp. 3 à n. 8.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. qu. 55 art. 1.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 9 c. 6. & 8.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol. 124.* atè Trullench. *in Decalog. lib 1. c. 9. dub. 5. cum ſeqq.* & præcipue *dub. 7.* Caſtro Palao *in opere morali tom. 2. tract. 8. diſp. 1. puncto 3. & 4.*

2. *α Docentes eos Sanctos vnà cum Chriſto regnantes.*] Vide S. Cyprianum *epiſt. 57.* & ibi latam additionem Iacob. Pamelij *n. 14.* Nauarr. *in tract. de orat notab. 1. num 21.*

3. *β Memorias fruſtrà frequentari.*] De peregrinatione ad Sanctorum memorias, vide Fr. Ioſeph. de Sequença *in vita S. Hieronymi lib. 4. cap. 9. pag. mihi 451.*

4. *γ Vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem.*] Vide Philiarch. *de officio Sacerdotum tom. 1. p. lib. 3. c. 9. in fine*, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. cap. 1. n 20. cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 18.* Emman. de Valle *de incantat. & enſalmis ſect. 2. cap. 3. n. 34.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 1. lib. 2. c. 43. n. 6.* vbi *n. 7.* ſubdit nec in Altari domus priuatæ licere eam imaginem Sancti non canonizati tenere ſi ſola in eo ſit, & cum lampade. Bern. Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit. a. c. 34. prope fin. verſ. imagines in Eccleſia*, quem refero *in tract. de Parocho p. 1. c. 13. n. 37.* nouiſſimè mei amiciſſimus D. Felix Contelor. *in tract. de Sanctorum canonizat. c 22. à princip.* Molfeſ. *tom. 2. conſil. 45.* Trullench. *d. c. 9. dub. 6. à princip.*

5. Nouiſſimè emanauit decretum S. Congregat. generalis, & vniuerſalis Inquiſitionis *ſub die 2. Octob. 1625.* quo S. D. N. Vrban. VIII. declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumvis hominum cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantumcunque illa ſit) defunctorum imagines aliaque prædicta, & quodcunq; aliud venerationem, & cultum præ ſe ferens & indicans in Oratoriis, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſiis tam ſæcularibus, quàm regularibus cuiuſcunque Religionis, Ordinis, inſtituti, Congregationis, aut Societatis, apponantur antequam ab Apoſt. Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſitæ ſint) amoueantur, prout eas amouere mandauit, quod de verbo ad verbum refero Ego ipſe *in collect. ad cap. vlt. n. 6. de reliq. & vener. Sanctor.* & nouiſſimè Trullench. *d. cap. 9. dub. 6. n. 28.*

Votiuas tabellas & alia huiuſmodi in ſignum gratiæ receptæ apponi non poſſe in loco vbi corpus defuncti ſepultum eſt, reſoluit D. Felix Contelor. *in addit. ad Iacob. Caſtellan. de canonizat. Sanctorum q. 9. art. 1. n. 16.* quem refero *in collect. ad d. c. vlt. n. 6.* & expreſsè habetur in dicto decreto, quod ita cantat: *Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam ac inhibuit tabellas, ac imagines ex cera, aut argento, ſeu alia quacunque materia tam pictas quam factas atq; exſculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, ſiue alia quæcunque lumina accendi ſine recognitione ab Ordinario omnino, prout ſuprà, facienda, Sedique Apoſt. referenda, ac probanda.* Poſtea eadem S. Congr. S D. N. referente declarauit ſuæ intentionis nunquam fuiſſe prohibere oblationem, receptionémque tabellarum, & imaginum huiuſmodi, itaut approbantibus Ordinariis ſecreto aliquo ſeorſum loco cuſtodiri, ibidémq; iam amota collocari, v aſſeruari poſſint, vt ſi quando Dominus talium virorum merita beatificationis, ſeu canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiuſmodi ſanctitatis qualeſcunque probationes Apoſtol. Sedis iudicio tunc examinandæ, refero Ego ipſe *in collect. ad dictum c. vlt. in fine, de reliq. & venerat. Sanctor.* 6.

7. *δ Nulla etiam admittenda eſſe noua miracula, &c.*] Vide Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2. c. 3. num. 18. verſ. miracula*, Franc. Leon. *in theſaur. fori Eccleſ. p. 2. cap. 1. n. 21.* Metipſum *de officio. & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 97. n. 2.* me citans *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 12. c. 3. q. 15. ſuppoſ. 2.*

8. Poſſe Epiſcopum examinare noua miracula hominis defuncti non canonizati, nec beatificati, & publicare atque approbare abſque Summi Pontific. auctoritate, antiquata diſpoſitione text. *in d. c. vlt.* ex nouiori diſpoſitione huius decreti, tenuit *d. alleg. 97. ex n. 1.* & poſtea *in collect. ad d. c. vlt.* retuli me inſtante deciſum fuiſſe diſpoſitionem Concilij in præſenti eſſe intelligendam tam de miraculis Sanctorum canonizatorum, quàm etiam de miraculis perſonæ non canonizatæ, quod quidem decretum originale, & authenticum penes me aſſeruatur.

Contra

Contra Philiarch. *de officio ſacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 9. verſ. 5.* Sanch *d. c. 43. n. 2.* Ioan. Baptiſt. Signium *in tract. de reliq. & vener. Sanctor. c. 3 in princ.* Domin. Anfoſſ. *de ſacrarum reliquiarum cultu*, §. 22. *n.* 42. Iacob. de Graff. *conſ. 17. à n. 26. ſub tit. de ſent. excom* exiſtimantes hoc Concil. decretum agere de miraculis, & reliquiis, ac imaginibus Sanctorum canonizatorum.

9. *e Nec nouas reliquias recipiendas*, &c.] Nullo modo licere Epiſcopis approbare nouas reliquias, & eas publicè venerandas exponere, niſi denuo inuenirentur alicuius Sancti iampridem in Sanctorum numerum relati, reſoluunt Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 9. c. 8. quaeſ. 8.* Sanch. *d. c. 43. n. 10.* & alij plures per me citati *d. alleg. 97. n. 10.* vbi *num. 11.* deciſum refero reliquias antiquas habendas eſſe in illa veneratione, qua hactenus fuerunt.

10. Epiſcopo competere in ſua diœceſi approbare reliquias Sancti ab Eccleſia canonizati, & illo approbante tanquam veras, & ad illum Sanctum pertinentes, poſſe abſolutè venerari, tradunt Philiarch. *d. c. 9. ad finem*, Soar. *in 3. p. q. 25. art 6. diſp. 55. ſect. 2. verſ. quaeret aliquis*, Azor. *d. q. 8.* Sanch. *d. c. 43. n. 14.* vbi etiam tenet poſſe Epiſcopum extra ſuam diœceſim exiſtentem abſque aliqua Epiſcopi diœceſis licentia illam approbationem facere, facultatem concedere, vt in ſua diœceſi publicæ Reliquiæ collocentur venerandæ.

Et refert Sel. *in ſelect. c. 3. n. 11.* fuiſſe deciſum *in vna Viterbien. 26. Iunij* 1627. Ad Ordinarium ſpectare cognitionem quòd reliquiæ ſint veræ, & exponendæ etiam in Eccleſiis regularium, & interim facultatem eidem competere mandandi vt cuſtodiantur in loco ſibi bene viſo, & apud ſe retinere claues. 11.

f Niſi eodem recognoſcente, & approbante Epiſcopo.] Ad quemcuoque alium etiam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentem præter Epiſcopum non ſpectare miraculorum recognitionem, tradunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 563. in 1. edit.* aliàs *reſol. 485. in 2. edit. & in deciſion. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ. 397 num. 1. part. 4.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 212. caſu 22.* Homobon. de Bonis *d. tract. 12. cap. 3. quaeſ. 15. ſuppoſit. 2.* Ego ipſe *d. allegat. 97. num. 9.* 12.

g Adhibitis in conſilium Theologis.] Ergo tenetur Epiſcopus ad reliquiarum approbationem faciendam Theologos conſulere, & aliquos viros pios, & doctos, vt per Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 9. cap. 8. quaeſ. 8.* Sanch. *d. cap. 43. n. 15.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept. 1. lib. 1. cap. 4. n. 4.* vbi addit quòd illorum ſententia audita ſolius Epiſcopi erit decidere, quia Concilium in præſenti tantùm petit vt eos conſulat, non vt ſuffragium ferat. 13.

De Regularibus & Monialibus.

EAdem ſacroſancta Synodus, reformationem proſequens, ea quæ ſequuntur, ſtatuenda eſſe cenſuit.

DE materia huius tituli ex profeſſo tractatunt Nauarr. *per quatuor commentaria de regularibus*, Fr. Emman. Roderic. *tribus tomis omnes ferè Regulares quaeſtiones complectens*. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum Regularium, & de ſacris Monialibus*, Thom. à Ieſu Maria *de ſtatu monachorum*, Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religionis*, Laurent. de Portel. *in dubiis Regularibus*, Thom. Sanch. *tom. 2. in præcepta Decalogi*, vbi de Religioſo ſtatu, ac profeſſione, Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro fori Religioſorum, ſeu de tribus votis ſolemnibus*, Franciſc. Soarez *per integrum tom. 3. & 4. de Religione*, Bonacio. *de clauſura Religioſorum, & pœnis eam violantibus impoſitis*, Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs.*

Regulares teneri ad Obſeruantiam Regulæ, quam profeſſi ſunt.

CAPVT I.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Generalis ſuperior poteſt cum conſenſu Capituli ſibi ſubditis aliqua efficere ſtrictiora, & arctiora ſtatuta.*
3. *A regula Ordinis ne recedatur curare debent ſuperiores.*
4. *Superiores non poſſunt ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent relaxare.*
5. *Ordinarius permittere debet tertiarias moniales S. Franciſci ſub obedientia Fratrum minorum quemadmodum antea fuerunt.*
6. *Tertiarias mulieres ad habitum tertiæ regulæ recipere licet ſuperioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſt. ſuffultis.*

QVoniam non ignorat ſancta Synodus, quantum ex monaſteriis piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris, atque vtilitatis oriatur, neceſſarium eſſe cenſuit, quo faciliùs ac maturiùs, vbi collapſa eſt, vetus, & Regularis diſciplina inſtauretur, *a & conſtantius, vbi conſeruata eſt, perſeueret* præcipere, prout hoc decreto præcipit, vt omnes Regulares tam viri, quàm mulieres, ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant, atque in primis, quæ ad ſuę profeſſionis profeſſionem, [a] vt obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruanda pertinentia, fideliter obſeruent. *b Omniſque cura, & diligentia* à Superioribus adhibeatur tam in Capitulis generalibus, & prouincialibus, quàm in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur, [b] cum compertum ſit,

a Clement. exiui. § cum igitur in primis de verb. ſign.

b Cap. cum ad monaſterium de ſtat. monac.

ſit, *γ ab eis non poſſe, ea, quæ ad ſubſtantiam* Regularis vitæ pertinent, relaxari, ſi enim illa quæ baſes ſunt, [e] fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata, totum corruat ædificium neceſſe eſt.

e Cap. cùm Paul. 1. q. 1.

1. VIde Nauar. *in c. nullum* 14. *q.* 2. *n.* 24. *&* 32. *& in cap. ſtatuimus*, 19. *quaeſt.* 3 *n.* 66. Fr. Emman. *q. reg. tom.* 2. *q* 73. *art.* 3. *& tom.* 9. *q* 29. *art.* 14. Ribadeneira pro defenſione Societatis IESV *c.* 18. F. Ludou Miranda *in man. Pral. tom.* 1. *q.* 35. *art.* 4 Hieron. Gabr. *conſil.* 166. *à n.* 3. *vel.* 1. Hier. Roder. *in compend. q. reg. reſ.* 104. *a.* 22.

2. *α Et conſtantius, vbi conſeruata eſt, perſeueret.*] Poſſe ſuperiorem Generalem cum conſenſu Capituli ſibi ſubditis aliqua efficere ſtrictiora, & arctiora ſtatuta pertinentia ad reformandam regulam promiſſam, & ad pleniorem eius obſeruantiam, tradunt Nau. *commente* 4. *de Regular. n.* 40. Fr. Emman. *q. reg. tom.* 1. *q.* 44 *art.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib* 13. *cap.* 8. *q.* 2. Barthol. à S. Fauſto *in Theſaur. relig. lib.* 6 *q.* 113.

3. *β Omni, que cura, & diligentia*, &c.] Vide F. Emman. *quaeſt. reg. tom.* 2. *quaeſt.* 4. *art.* 2. & quomodo Prælati in reformatione ſe habere debeant, *ibid. q.* 73. *art.* 4.

4. *γ Ab eis non poſſe ea, qua ad ſubſtantiam*, &c.] Vide Fr. Emman. *tom.* 1. *qu.* 26. *art.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 390. *& n.* 396. *verſ. Octauum.*

5. Ordinarium permittere debere Tertiarias Moniales S. Francisci ſub obedientia Fratrum Minorum, quemadmodum antè fuerunt, & efficere, vt profeſſionem trium ſolemnium votorũ quamprimũ emittant ex inſtituto Religionis S. Franciſci, cui ſunt adictæ, ſi fortè emiſerint, illáſque intra ſepta monaſterij claudere, nec eas cogere debere, vt habitum mutent, vel vt velo nigro vtantur, ſi illarum Ordo id non requirat, refert deciſum Armend. *in addit. ad recop. legum Nau. lib* 2 *tit.* 18. *l.* 7. *de relig. n.* 57. Tertiariæ, quæ trium votorum ſubſtantialium profeſſionem ſolemnem non emittunt, neque in clauſuram ſe reducere volunt, omnimodæ Epiſcopi curæ, & iuriſdictioni ſubiectæ ſunt, & eſſe debent, ita Sel. *in ſelect. Canon. c.* 8. *n.* 3. vbi refert ſic fuiſſe deciſum à S. Congreg. Epiſcop. *in Piſterien.* 20. *Decemb.* 1616.

Tertiarias mulieres ad habitum tertiæ regulæ recipere licet ſuperioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſt. ſuffultis (Capuccinis exceptis) atque ad ipſos veſtiendi eas officium pertinet, non autem ad hâbitum admittendæ, & recipiendæ ſunt, niſi probatæ vitæ ac bonis moribus prædita, atq; in ætate ſaltem 40. annorum conſtitutæ, quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum aliis viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit. Verùm in huiuſmodi habitu concedendo reſpectiuè deferendo, omninò à velo ſupra caput, à pectorali, & à patientia abſtinendum eſt, quinimo eæ, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinariis locorum compellendæ ſunt, eadem S. Congr. *in d. Piſterien.* 6.

Regulares vtriuſque ſexus nihil habeant proprij, & vſus mobilium à Superioribus conueniens permittatur, ſub pœnis, vt ibi.

CAPVT II.

1. *Doctores de materia cap. egentes.*
2. *Prælatis Religionum eſt licitum concedere Religioſis peculium ad nutum ſuperiorum reuocabile ad ſolos vſus honeſtos, & pios.*
3. *Quid attento iure hodierno Concilij.*
4. *Cauſæ rationabiles que ad concedendum aliquibus Religioſis peculium.*
5. *Regulares vtriuſque ſexus non poſſunt tenere propria, ſed omnia dare debent ſuis ſuperioribus.*
6. *Superior nullus poteſt concedere monacho facultatem retinendi aliquid ad vſum irreuocabilem.*
7. *Popinarum abuſus tollitur.*
8. *Eleemoſyna, que per pactum ſacriſtiie, & infirmariis monaſteriorum Monialium dari ſolent non prohibentur ſicut popina.*
9. *Moniales, & cæteri Regulares res etiam parui momenti vt proprias retinere non poſſunt.*
10 *Monialibus minimè licet proprium poſſidere.*
11. *Moniales nec tanquam proprium poſſidere poſſunt quod ſuis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur.*
12. *Monialium nulli conceditur facultas diſponendi de cellis ſuis poſt obitum.*
13. *Monialibus illicitum non eſt habere de licentia Superioris quoſdam redditus vitalitios.*
14. *Caſus ſingularis.*
15. *Religionum aliquarũ conſuetudo licita indicatur.*
16. *Religioſo quando inuito ſuperiore liceat aliqua comparare, vel retinere.*
17. *Bona ſtabilia ex nulla cauſa licet priuato Religioſo poſſidere.*
18. *Regularibus non licet ex diſpoſitione iuriſcrum Summi Pont. poſſidere, vel tenere agros, vel annuos redditus.*
19. *Monachus factus Epiſcopus an habeat bonorum ſeu fructuum dominium.*
20. *Profeſſio facta, cum conditione de retinendo, ſeu habendo proprio, an valeat.*
21. *Electio officialium qui adminiſtraturi ſunt monaſteriorũ bona, ad monaſterij ſpectat ſuperiorem.*
22. *Officiales electi pro adminiſtratione beneficiorum monaſterij poſſunt redditus etiam extra monaſterium conſeruare.*
23. *Moniales deputata à ſuis ſuperioribus in officiales redditum monaſterij poſſũt eos adminiſtrare.*
24. *Decretum de rebus & bonis Regul. non alien.*
25. *Officiales qui diſtributionem bonorum monaſterij habeat poſſunt amoueri.*
26. *Moniales à Capitulo ſui monaſterij in officiales electa poſſunt ſi eidem videbitur amouerè.*
27. *Officiales monaſterior. qui bona temporalia non adminiſtrant, non poſſunt ad nutum amoueri.*
28. *Procuratores monaſteriorum, Monialium de trienmo in triennium mutari debent.*
29. *Peculium conceſſum Religioſe debet eſſe moderatum.*

30 *Regulares quoad mobilium ſuperfluitatem debent ſtare arbitrio ſuperiorum.*

31. *Religioſus aliquid illicite retinere inuentus quibus pœnis puniatur.*

32. *Voce actiua & paſſiua priuatus quomodo intelligatur.*

33. *Largitio munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta.*

34. *Regulares vtriuſque ſexus, tam nouitij quam profeſſi comprehenduntur ſub Bulla, qua munerum largitio interdicitur.*

35. *Moniales velata tam intra, quàm ſupra numerum abſque dotali eleemoſyna nequaquam admitti poſſunt.*

36. *Monialium dotes anno probationis durante deponuntur.*

37. *Dotales eleemoſynæ Monialiũ ſolui debent in ære.*

38. *Dotales eleemoſynæ apud Monialium conſanguineos, vel affines nullatenus deponantur.*

39. *Depoſitum dotalium eleemoſynarum in iis locis in quibus non adſunt mercatores, aut banchi, fieri debent in manibus probi viri.*

NEmini igitur Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunq; qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, [a] tanquam propria: aut etiam nomine conuentus, poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, conuentuiq; incorporentur, *α Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia* alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam, *β Adminiſtratio autem bonorum* monaſteriorũ, ſeu conuentuũ, ad ſolos officiales eorundem, *γ ad nutum Superiorum amouibiles*, pertineat. Mobilium verò vſum ita Superiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt conueniat, *δ nihilque ſuperflui in ea ſit*, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur. *ε Quòd ſi quis aliter* quidquam tenere deprehenſus, aut conuictus fuerit, *ζ is biennio actiua & paſſiua voce priuatus ſit*, atque etiam iuxta ſuæ regulæ, & Ord. conſtitutiones puniatur.

[a] Cap. 2. & cap. cum ad monaſterium, de ſtat. reg.

1. VIde Iacob. de Graff. *in aureis dec p. 1. lib. 3. c. 5. de Regular. ex n. 48. cum ſeqq.* Fr. Emman. *q. regul. tom. 1. q. 57. art. 2 & q. 47. art. 5. & q. 125. art. 4. & to 3. q. 29. art. 8. 10. & 12.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p. 3. collect. 519. & in dec. Curiæ Archiep. Neap. dec. 340. p. 4.* Fr. Ioan. à Croce *de ſtat. Relig. l. 1. c. 3.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 1. ex n. 41.* Barthol. à S. Fauſto *in theſaur. Relig. lib. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 397. cum ſeqq.* Fr. Lud. Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. q 28. art. 7. & de ſacris Monialibus qu. 9.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis p. 2. caſ. 4.* Pottel. *in dubiis Regularibus verb. peculium*, Ioan. Valer. *de diff. inter vtrumque forum, verb. Regularis, differ. 9.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 12. c. 7. & c. 16. n. 71. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 22. ex n. 7. cum ſeqq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 58. & 63. cum ſeqq.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Relig. tom. 1 q. 2. de paupertate*, Hieron. Roder. *in compend. q. regul. reſol. 98. ex n. 7.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 103.* & me citato *in illo loco* Homob. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract. 12. q. 15. ſuppoſ. 3. pag 453.*

2. Vtrùm licitum ſit Religionum Prælatis concedere Religioſis peculium ad nutum ſuperiorum reuocabile ad ſolos vſus honeſtos, & pios, idque ex cauſa legitima? Negant Felin. *in c. cùm Af. n. 26. verſ. eadem reaſſumus, de conſtit.* Carol. Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. ipſo ingreſſu c. 3. n. 54.* per *cap. ad monaſterium, verſ. prohibemus de ſtatu monach.*

Affirmant Nauar. *commento 2. de Regul. n. 24. 25. & 28. & commento 3. n. 27. & conſ. 20. n. 5. de Regul. in antiq. aliàs conſ. 14. n. 5. de ſtat. monach. in nouis*, Fr. Emman. *q. reg tom. 3. q. 29. art. 8 in ſummæ . 2. c. 31. n. 3. in initio* Ludou. Beia *reſponſ. caſ. conſcient. p. 4. caſ. 17.* Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 12 c. 12. quæſ. 1* Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom 1. quæſt. 28. art. 8.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib 7. cap. 22. n. 3.* aſſerentes text. *in d. cap. cùm ad monaſterium*, interdicere regulariter, & vniuerſaliter, concedere, Religioſis peculium, propter eorum importunitatem, & leues cauſas, ſecus quando ex cauſis grauibus, & iuſtis.

3. Sed dubium eſt, an hæc affirmatiua opinio ſtare poſſit attento decreto Concilij in præſenti? Negant aſſerentes hîc nihil noui iuris induci, ſed ſolùm confirmari ſtatuta iure antiquo, *c. 2. & d. c. cùm ad monaſterium, de ſtat. monach.* Nau. *d. commento 2. n. 15. & 18. & d. conſ. 14. n. 6.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 3. c. 5. n. 53.* Fulu. Pacian. *conſ. 36. ex num. 99.* Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 1. concl. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 125. art. 4. in fin.* Ant. Perez *in comment. ad regul. ſancti Benedicti c. 33. n. 23.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. tom. 2. tract. de ſtat. Relig. in communi c. 4. concl. 3. dub. 13.* Ludou. Beia *d. p. 4 caſu 27. in princip.* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 8. quæſt. 30.* Fabr. *de reſtit. in 4 ſentent. lib. 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. diſp. 45. cap. 5. n. 125.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 6. q. 3. dub. 4. n. 108.* Villalob. *in ſumm. part. 2. tract. 35. dub. 30. n. 2.* Ludou Miranda *in Manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 28. art. 8.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 13.* Hier. Cened. *de paupert. relig. dub. 9. n. 4 & ſeq.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Relig. tom. 1. q. 2. c. 2. §. 2.* Sanch. *d. c. 22. n. 12.* vbi *num. 13.* reſoluit hodie licere ex iuſta cauſa concedere cuicunque Religioſo, licèt non ſit officialis Ordinis, adminiſtrationem aliquorum bonorum ſtabilium nutu ſuperioris amouibilem.

Contra Valent. *2. 2. diſp. 1. q. 4. punct. 3. col. 2. corol. 4.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. c. 31. n. 3. verſ. lo tercero digo*, Tapia *in d. authent. ingreſſi, verb. ipſo ingreſſu, c. 3. n. 55.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. moniales, §. 2.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. tom. 3. diſp. 276. col penult. verſ. vtrum autem.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 14. n. 18.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 4. dub. 5. n. 30.* exiſtimantes huiuſmodi peculium, quod attento iure communi, poſſe Religioſo concedi, tenoit ſupradicta affirmantium opinio, iam non eſſe licitum.

4. Quæ & quotnam ſint cauſæ rationabiles, ob quas iuſtè aliquibus Religoſis peculium concedi poſſit, vide Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 8. q. 32.* Tapia *d. verb. ipſe ingreſſu, c. 3. n. 51. & 52.* Sanch. *d. c. 22. ex n. 20.*

Regulates

5. Regulares vtriuſque ſexus non poſſe tenere propria, ſed omnia dare debere ſuis ſuperioribus à quibus primò ſubueniendum eſt neceſſitatibus earum, vel eorum, quibus munera deſtinata fuerunt, reliquum verò conferendum in vſum monaſterij, referunt deciſum Nauarr. *commento 2. de Regul. n.18.& in tract. de reddit. Eccleſiaſt. q. 1. n.* 84. Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 12 c.9.q.2.prope fin.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 58.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.2.c.1.n.41.* Ego ipſe *d. alleg* 103.*n.3.*& me non citato Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Arch. Neap. deciſ. 340.n 12. & deciſ. 390. ex n. 11.p.4.*

6. Vnde nullum ſuperiorem poſſe concedere Monacho facultatem retinendi aliquid ad vſum irreuocabilem, tenent Nauar. *conſ. 47. n.2. ſub tit. de Regularib. in antiq.* aliàs, *conſ. 15. n. 2. de ſtatu monach. in nouis*, Aloyſ. Ricc. *in praxi reſol.* 194. Ego ipſe *d. alleg.*103.*n.4.*

7. Popinarum abuſus Monialibus ſoluendarum, non ſolùm tolli, ſed etiam grauiſſimis pœnarum etiam cẽſurarum comminatione prohiberi debet, pro ea tamen die, qua ad habitum monachalem admittentur puellæ aliquid eſculenti, vel poculenti modici valoris, & pro eiuſdem diei vſu dumtaxat elargiri vetitum non cenſetur, Sel. *in ſelect. Canon. cap. 16. n. 24.* vbi teſtatur ita reſolutum à Sac. Cong. Epiſc. *in Luſitan. 6. Iuny* 1615. *ad 2.*

8. Eleemoſynæ quæ per pactum ſacriſtiis, & infirmariis monaſteriorum Monialium dari ſolent, non comprehenduntur in decreto, quo popinarum ſolutio per Moniales, dum ad habitum, vel ad profeſſionem admittuntur fieri ſolita interdicitur, Sel. *citato loco*, vbi refert ita deciſum ab eadem Sac. Cong. *in Vlixbonen. 5. Nouembris* 1616.

9. Moniales, & cæteros Regulares, res etiam parui momenti ſibi donatas, aut aliàs acquiſitas, vti proprias retinere non poſſe, ſed ſuperiori, illas tradere debere, refert deciſum Arm. *d. l. 7. de Relig n.77.*

10. Monialibus minimè licere propria poſſidere, & ſi quid legatum, relictum, datum donatúmve fuerit, vel earum labore, ſeu induſtria partum, tradi debere Abbatiſſæ, quæ ex eo primùm Monialis ipſius, cuius cauſa id quæſitum eſt, neceſſitati prouidebit, reliquum conferendo in vſum monaſterij, aſſerit deciſum Arm. *d. l. 7. de Relig. n.75.*

11. Moniales nec tanquam proprium poſſidere poſſe, quod ſuis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quòd monaſterium eſſet pauperrimum, reſolutum refert Armend. *d. l. 7. de Rel. n.75.* vbi. *n.76.* ſubdit hoc caſu ſuperiorem monaſterij ſi illud pauperrimum ſit, debere primùm prouidere donatariæ, vel ei quæ laborando acquirit, de neceſſariis, quod reliquum eſt, in commune conferri.

12. Monialium nulli conceditur facultas diſponendi de cellis ſuis poſt obitum, ſed eæ dum vacauerint ſuperiorum arbitrio aliis monialibus in Ordine ſenioribus diſtribui debent, ita Aldan. *in comp. canon. reſ. lib. 1. tit. 10. n. 5.* vbi refert deciſum à S. Cong. Epiſc. *in Auerſan. 26. Ian.* 1604. Nam cellarum vacatio quotieſcunq; occurrerit per Monialium obitum, aut quemcunq; alium caſum fieri debet illarum diſtributio aliis profeſſione anterioribus Monialibus, ex eodem Ald. *loco cit. n.5.* vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum *in Mod. 10. Apr.* 1615.

13. Monialibus illicitum non eſſe habere de licentia ſuperioris quoſdam redditus vitalitios, ex quibus poſſint viuere, & prouidere ſuis particularibus neceſſitatibus pro victu, & veſtitu, ac aliis, quæ ſibi à monaſteriis non ſuppeditantur, hoc caſu illas non peccare, nec Concil. in præſenti, quod loquatur de redditibus, vt propriis, & irreuocabilibus per Prælatum, & ſine eius licentia diſtrahendis contrauenire tenent, Cord. *in tr. caſuum conſc. q. 54.* Nau. *comment. 2. de Regul. n.14.& 18. verſ. ad quintum*, Azor. *d. p. 1. lib. 12. c.9 q.12.* Sanch. *in præcepta Decalog. to. 2. lib. 7. c. 23. n. 5.* Hier. Rod. *d. reſ. 98. n. 7.* F. Ioan. à Cruc. *d. c. 3. dub. 2.* Fr. Lud. Miranda *d. q. 9. art. 1. concl. 2.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 14. ex n. 12.* Galer. *in margar. caſuum conſcient. verb. Monialis pen.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. reatum 33. n. 6. diſt. 81.* Ego ipſe *d. alleg. 103. n. 5.*

Vtrùm autem Monialis, cui externus centum aureos ad ſuum libitum expendendos cõceſſit, poſſit ex ſuperioris licentia, alicui ſæculari eos tradere, vt viginti ſibi quotãnis ſoluat, dum vixerit atq; ea defuncta centũ illos aureos ſibi retineat? Affirmant ſi ita conceſſi ſint centum illi aurei, vt concedens noluerit dominium in monaſterium transferri, ſed omnino cedere in Monialis vſum, & eadem Monialis acceptantis mens fuerit, Cord. *d. q. 54. dub. vlt.* Veg. *tom. 2. c. 32. caſ. 19.* Fr. Emm. *d. q. 47. art. 15. in ſum. to. 1. c. 90. n. 8. & 9 concluſ. & 4.* Sanch. *d. l. 7. c. 22. n. 16.* vbi aduertit, quòd quamuis Fr. Em. *d. c. 90. n. 9.* & Veg. *cit. loco*, dicant hodie attento Trid. non licere Moniali iis redditibus frui, loquuntur iuxta ſuam ſententiam, qua tenent ius commune correctum eſſe per hoc decretum. 14.

Licitam eſſe aliquarum Religionum conſuetudinẽ, in quibus ex ſuperiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioſo aſſignantur ad victũ, & veſtitũ, ita vt ſi deeſt aliquid, ipſi quærãt ſi autẽ ſupereſt, applicent piis, & religioſis vſibus, dummodo Religioſi non excedant limites licentiæ illis conceſſæ, & parati ſint informationi legitimè faciendæ obtemperare, tenent Nau. *conſ. 3. n. 26. 27. & 32.* Tap. *d. verb. ipſo ingr. c. 3. n. 45. & 59.* Sanch. *d. c. 22. n. 14.* vbi reſpondent *ad c. c. ſupra proximum.* 15.

Superiore quantumvis requiſito neceſſaria Regularibus negante, vel ſubtrahente, etiam quia monaſterij facultates non ſuppetunt, ſi præfata neceſſitas ſit ad indiuidui ſuſtentationem, licere ipſis clam, vel eo inuito illa ſibi comparare, ſeu retinere, refert deciſum Arm. *d. l. 7. de Relig. n. 82. & 83.* 16.

a Nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia, &c.] An ex ſuperioris licentia iuſta aliqua de cauſa magnæ vtilitatis, vel neceſſitatis monaſterij, aut Ordinis liceat priuato Religioſo bona ſtabilia poſſidere? Negant Petr. Nauarr. *de reſt. lib. 3. c. 1. n.* 180. Fr Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 29. art. 12.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. caſus reſeruati*, & alij, quos refert, & ſequitur Barb. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum lib. 8 q. 31.* 17.

Et ideo non licere Regularibus ex diſpoſitione Inferiorum Summi Pontif. poſſidere, vel tenere agros ad annuos redditus, vel bona immobilia, ſuperflua, ac proinde ſi propter talem licentiam poſſideant, non excuſari à culpa, nec à pœna, ipſo iure incurrenda, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. n. 64. & 65.* 18.

An Monachus factus Epiſcopus habeat bonorum, ſeu fructuum, dominium, & proprietatem? Dixi *de officio & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 114. n. 19. cum ſeqq.* & ibi citatis addo Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol. deciſ. 340. n. 10. p. 4.* 19.

Vtrùm autem profeſſio facta cum conditione, pacto, ſeu modo, de retinendo, ſeu habẽdo proprio inualida ſit, dixi *in collect. ad c. vlt. qui cler. vel vouentes, & ad d. c. 2. n. 2. de ſtatu monach.* & ibi, citatis addo Aloyſ. Ricc. *d. dec. 340. n. 12. p. 4.* Fr. Bar- 20.

thol. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit. diſp. 13. dub. 1. num. 11.* Hier. *in compend. quaſt. regul. reſol.* 101. *n.* 58.

21. *ß Adminiſtratio autem bonorum, &c.*] Electionem officialium, qui adminiſtratores ſunt monaſteriorum bona, ad monaſterij ſpectare ſuperiores, & ideò licèt Epiſcopus ſit eius ſuperior, ipſos tamen poſſe eligere officiales, reſolutum dicit Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 85.

22. Officiales electos pro adminiſtratione beneficiorum monaſterij à ſuperioribus eiuſdem poſſe, prout magis expedire videbitur, redditus ipſorum monaſteriorum in loco conuenienti etiam extra monaſterium conſeruare, & de eiſdem miniſtrare pro tempore neceſſitatis ipſis Monialibus, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Relig. n.* 86.

23. Moniales deputatas in officiales redditũ monaſterij à ſuis ſuperioribus, eos adminiſtrare poſſe, reſolutum aſſerit Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 88.

24. De rebus, & bonis Regularium non alienandis extat decretum S. Cong. Concil. S. D. N. Vrban. VIII. iuſſu editum incip. *S. Congr. ſub dat. 7. Septembris* 1624. & publicatum *die 16. eiuſdem menſis*, quod refert Caſtellin. *de elect. c. 20. pag.* 456.

25. *γ Ad nutum ſuperiorum amouibiles.*] Qui ſcilicet diſtributionem bonorum habent, nam alios amouere non poſſe, refert deciſum Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 88. vbi ſubdit ſecus eſſe ſi adminiſtrationes huiuſmodi darentur in titulum, tunc enim admitterentur etiam illorum reſignationes, etiam in fauorem in forma digni, & pro expreſſis eiuſdem Ordinis profeſſis.

26. Moniales illas, quæ à Capitulo ſui monaſterij in officiales huiuſmodi eligi ſolebant in adminiſtrationem bonorum immobilium dicti monaſterij, ſi dicto monaſterio viſum fuerit, amoueri poſſe, dicit reſolutum Armend. *d. loco, n.* 89.

27. Licèt adminiſtrantes bona temporalia monaſteriorum, & officiales poſſint amoueri ad nutum ſuperiorum ex hoc text. in eo tamen non comprehendi officiales, qui bona temporalia non adminiſtrant, ſed hoc relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & ſtatutorum Religionis, refert deciſum Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 90.

28. Procuratores monaſteriorum Monialium de triennio in triennium mutari debent, Aldan. *in compend. canon. reſol. lib. 4. tit. 2. n.* 10. vbi dicit reſolutum *in Orien.* 11. *Iulij* 1615.

29. *δ Nihilque ſuperfluum in ea ſit.* Peculium conceſſum Religioſo debere eſſe moderatum, & non ſuperfluum, dicit Sanch. *d. c. 22. n. 17.* vbi *n. 28.* quærit, & reſoluit, qua ſuperfluitatis culpa liberari valeant Religioſi ampliſſimos redditus habentes.

30. Arbitrio & præfinitioni ſuperiorum ſtare debere, Regulares quoad mobilium ſuperfluitatem, & conuenientiam, niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, habita tamen ratione perſonæ, officij, & Regularis ſtatus, paupertatis, quam profeſſi ſunt, etiam cæterarum itidem qualitatum, refert deciſum Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 84.

An Religioſus ſit proprietarius, qui de licentia ſuperioris multa ſuperflua reſpectu ſui ſtatus poſſidet? Vide Barb. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 7. quaſt.* 95.

31. *ε Quòd ſi quis aliter, &c.*] Vide Nauar. *in c. non dicatis 12. qu. 2. notab. 1. n. 33. 41. 48. cum ſeqq. & in cap. nullum 18. quaſt. 2. n. 3. cum ſeqq.* Ludouic. B *in reſponſ. caſuum conſcient. p. 3. caſ. 36. fol. mihi,* 380. *& p. 4. caſ. 17. fol. 418. & caſ. 32. fol. 458. in edit. Vlixbonen.* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Rel. lib. 8. qu. 198. n. 2.* vbi ſubdit hanc pœnam apertè iudicis ſententiam poſtulare, idem aſſerit Sanch. *d. lib. 7. c. 20. num. 13.* vbi etiam tenet hanc pœnam non incurri à dantibus, quamvis hi peccent contra paupertatis votum, ſed à retinentibus. Quibus alijs pœnis ſubiaceat Religioſus proprietarius, tradunt Coriol. *de caſib. reſeru. p. 2. caſ. 4. n. 16. & 27.* Sanch. *d. cap. 20. ex num.* 21. Barth. à S. Fauſto *d. quaſt.* 197. Ego ipſe *in coll. ad cap. cum ad monaſterium, n. 5. & 6. de ſtat. monach.*

32. *ζ Is biennio actiua, & paſſiua voce priuatus ſit.*] Religioſum priuatum voce actiua, & paſſiua iuxta hoc decretum omni iure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capit. & iure patiendi vocem datam de ipſo à Capit. Conuentu, vel Collegio quoad ea, quæ ſibi ſunt oneri, & pœnæ priuatum cenſeri, conſoluit Nauar. *conſ. 6. de elect. in antiq.* aliàs *conſ. etiam 6. de verb. ſignif. in nouis,* refert Sayr. *in florib. dec. ſub illo tit. de elect. dec.* 6.

33. De largitione munerum vtriúſque ſexus Regularibus interdicta, extat conſt. Clem. VIII. quæ incip. *Relig. ſub dat. 13. Kal. Iuly* 1594. quam referunt, & latè explicant, Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. munerum largitio.* Franc. de Souſa *in ſpeciali tract. de largitione munerum,* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſ. lib. 8. q. 197. cum multis ſeqq.* Io. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. munera, differ.* 1. Bonac. *var. tract. diſp. 3. de largitione munerum Regularibus vtriuſque ſexus interdicta.*

34. Regulares vtriuſque ſexus, & tam nouitij, quàm profeſſi comprehenduntur ſub conſtitutione Pontificia, qua munerum largitio interdicitur, ex Sel. *ſelect. canon. c. 33. n.* 11. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum à ſacra Congregatione Epiſcoporum *in S. Seuerini,* 23. *Iulij* 1603.

35. Moniales velatæ, tam intra, quàm ſupra numerum abſq; dotali eleemoſyna nequaquam admitti poſſunt: huiuſmodi autem eleemoſynæ dotales, etſi ſint Monialium, vel conuerſarum intra numerum exiſtentium, emiſſa ab eis profeſſione expendi poſſunt in vſus communes neceſſarios monaſteriis; ſupernumerariorum autem dotes, poſt earundem profeſſionem omnino in emptionem bonorum ſtabilium monaſterij commodo conuerti debent, ita refert deciſum Ald. *in compend. canon. reſ. lib. 3. tit. 10. n.* 19.

36. Monialium dotes anno probationis durante deponuntur juxta formam in decreto generali præſcriptam, profeſſione verò emiſſa in bonis ſtabilibus, ſiue cenſibus, ad monaſterij vtilitatem implicentur, vt per Aldan *citato loco.*

37. Dotales eleemoſynæ Monialium ſolui debent in ætate, neque aſſignatio bonorum ſtabilium, aut cenſuum permittitur. Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 20. vbi dicit reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. *in Camerinen.* 18. *Martij* 1588.

38. Dotales eleemoſynæ apud Monialium conſanguineos, vel affines nullatenus relinquantur, ſed antequam puellæ habitum ſuſcipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam perſonam fide, & facultatibus idoneam, vt ſtatim profeſſione emiſſa in emptione bonorum ſtabilium, aut annuorum redditúum illico implicentur. Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 22. vbi dicit deciſum à S. Cong. Epiſcop. *in Luſitan. 6. Iunij 1625. ad* 8.

39. Depoſitum dotalium eleemoſynarum in iis locis, in quibus non adſunt mercatores, aut banchi, fieri debent in manibus probi viri, & facultoſi, qui ad omne mandatum Monialium, & abſque aliqua exceptione eam ſoluturum ſe obliget, Aldan. *d. tit. 10. n.* 23. vbi teſtatur ita reſolutum à S. Cong. Epiſcop. *in Camerinen.* 16. *Martij* 1594.

Omnes

Omnes Conuentus, ſeu Monaſteria Mendicantium (Capuccinis exceptis, & Minoribus de Obſeruantia) poſſunt retinere, & poſſidere bona immobilia, & in omnibus Monaſteriis tam virorum, quàm mulierum conſtituatur numerus, qui ex redditibus propriis Monaſterij ſuſtentari poſſit, vel ex conſuetis eleemoſynis Monaſteria noua non erigantur, niſi cum licentia Epiſcopi.

CAPVT III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Minores de Obſeruantia, & Capuccini ſunt incapaces hæreditariæ ſucceſſionis.*
3. *Eccleſ. Fratrū Minorum non poteſt validè inſtitui.*
4. *Conuentui Fratrum Minorum an poſſit legari.*
5. *Bona delata Religioſo, qui validam profeſſionem emiſit in Religione incapaci acquiruntur venientibus ab inteſtato.*
6. *Moniales S. Claræ non comprehenduntur in hac exceptione.*
7. *Moniales omnes cuiuſcunque Ordinis bona ſtabilia in communi habere poſſunt.*
8. *Congregatio totius Societatis IESV ceſſit cuicunque iuri prouenienti ex hoc decreto.*
9. *Quoad hoc, vt poſſit habere, & perpetuo poſſidere ſtabilia.*
10. *Societas IESV eſt capax acquiſitionis ſtabilium ad effectum vendendi.*
11. *Regularis ex indulto à Religione Fratrum Minorum de Obſeruantia ad tertium Ordinem S. Franciſci ex legitima cauſa tranſlatus recuperat ius ſuccedendi.*
12. *Religio Hieroſ. qualiter bona alienare poſſit.*
13. *Superiores monaſteriorum poſſunt ex fructibus bonorum pingues eleemoſynas facere.*
14. *Regularibus vendere non conuenit ſtabilia ad effectum emendi cenſus.*
15. *Domus profeſſa Societatis IESV comprehenduntur in prohibitione de rebus Reg. non alienandis.*
16. *Religio Theatinorum an comprehendatur.*
17. *Numerus ille Religioſorum in monaſteriis conſeruari debet, qui ex redditibus, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari valeat.*
18. *Pius V. idem ſtatuit.*
19. *Gregorius XIII.*
20. *Clemens VIII.*
21. *Paulus V.*
22. *Gregorius XV.*
23. *Vrbanus VIII.*
24. *S. Congreg. Regularium.*
25. *S. Congreg. Concilij.*
26. *Monialis ſufficienter dotata an poſſit admitti cum ſua dote vltra numerum.*
27. *Monaſteria non eriguntur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt licentia prius obtenta.*
28. *Epiſcopi conſenſus non ſufficit in erigendis Regularium monaſteriis, niſi etiam Papæ auctoritas accedat.*
29. *Monialium monaſteria erigi & ædificari debent ſeruatis eiſdem ſolemnitatibus quæ ſeruantur in erigendis Religioſorum monaſteriis.*
30. *Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato concedere licentiam ædificandi noua monaſteria.*
31. *Carmelitæ diſcalceati de ſola licentia Ordinarij poſſunt noua conſtruere monaſteria.*
32. *Monachi Congreg. S. Mariæ Fulienſis.*
33. *Clerici Regulares S. Pauli decollati.*
34. *Monaſteria in poſterum erigi non poſſunt niſi ſeruatis, &c.*

COncedit ſancta Synodus omnibus monaſteriis, & domibus tam virorum, quàm mulierum & Mendicantium, [a] *a exceptis domibus Fratrum ſancti Franciſci* Capuccinorum, & eorum qui Minorum de Obſeruantia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſū, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Quòd ſi aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit.[b] In prædictis autem monaſteriis, & domibus tā virorū, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, *ß is tantùm numerus conſtituatur*, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex redditibus propriis monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis cōmodè poſſit ſuſtentari, *γ nec de cætero ſimilia loca* erigantur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigēda ſunt, licentia priùs obtēta.

a Cap. cùm qui ſeminat, §. poſtò, de verb. ſignif. in 6.
b Conc. Arel. 4. c. 8 Conc. Moguntiacū c. 19. c. 1. & c. auctoritate, de inſtit. c. quoniā, vt ait, de vita & honeſt. cleric. c. vni. §. ſanè vt hoc, de ſtat. relig. in 6.

1. VIde Nauarr. *de orat. c.* 22. *n.* 82. Fr. Emman. *q. regul. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 14. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 23. *quaſ.* 8. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 1. *c.* 4. Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1 *q.* 11. *art.* 6. *& q.* 18. *art* 1. D. Hier. Venero y Leyua *de examine Epiſcoporum, lib* 6. *c.* 13. *à princ.*

2. *a Exceptis domibus Fratrum S. Franciſci*, &c.] Minores Obſeruantiæ, & Capuccinos eſſe incapaces hæreditariæ ſucceſſionis, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, tenent Queſada *in ſuis q. var. c.* 22. *n.* 25. Sanch. *in præcepta Decalogi tom* 2. *lib.* 7. *c.* 25. *n.* 4. Nec per fideicommiſſum vniuerſale poſſe hæredes inſtitui, tradunt Cord. *in reg. S. Franciſci c.* 6. *q.* 11. *punct* 1. Fr. Emman. *tom.* 2 *q* 78. *art.* 2. Sanch. *d. c.* 25. *n* 5. Quamuis adijciatur clauſ. vt hæreditas vendatur, & in neceſſaria illis pretium cedat, adhuc inſtitutionem prorſus non valere, tenent Bald. Card. Anch. Felin. Dec. Gualdenſ. Montalu. Anton. Gabr. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c.* 25. *n.* 10.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Nec Fratrum Minorum Eccleſiam poſſe validè hæredem inſtitui, reſoluunt Queſada *d. c.* 22. *n.* 19. Cordub. *d. puncto* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 13. *q.* 15. Sanch. *d. c.* 25. *n.* 14. 3.

Vtrùm autem Conuentui Fratrum Minorum poſſit legari, Latè diſputat Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 26. *per tot.* 4.

Bona delata Religioſo, qui validam profeſſionem emiſit in Religione incapaci, nulla facta eorum diſpoſitione, acquiruntur venientibus ab inteſtato, etiamſi poſtea ex indulto tranſlatus ſit ad 5.

Religionem capacem,quia quoad bona iam delata
ſucceſſioni ſecundæ Religionis capacis, ad quam
fuit tranſlatus,locus amplius non eſt,nec bonorum
renuntiationi. Sel. *in ſelectis Canon.c.12. n.5.* vbi
ita fuiſſe deciſum refert *ſub die 17. Iunij* 1571.

6. In hac autem exceptione Fratrum Minorum de
Obſeruantia non comprehendi Moniales S.Claræ,
refert deciſum Arm. *in addit. ad recop. legum Na-*
7. *uarræ fol.*158 *n.*3.Nam Moniales omnes cuiuſcun-
que Ordinis bona ſtabilia in communi habere
poſſe, non obſtante earum regula, reſoluit Sel. *in*
*ſelect. Canonic. cap.*16. *n.* 3. vbi refert ita deciſum
à S. Congregat. Epiſcop. *in Parmen.* 16. *Ia-*
nuarij 1596.

8. Congregationem totius Societatis Iesv de an-
no 1565. ceſſiſſe cuicunque iuri prouenienti ex
conceſſione Concilij in præſenti ad habenda bona
immobilia in communi in domibus profeſſorum,
vel eorum Eccleſiis, refert Sanch. *in præcepta De-*
*calogi tom.*2. *lib.*6. *cap.*18. *n.*11.

9. Et hanc renuntiationem intelligi quoad hoc vt
poſſit habere, & perpetuò poſſidere ſtabilia, non
autem, vt capiat ad vendendum,conſuluit Menoc.
*conſ.*1014.*n.*28.quem probat Rot. *in Rom. legat.*10.
Maij 1617. *coram bonæ mem. Burat.* inter eius impr.
10. *dec.*145. *n.*17. & ideò hanc ſocietatem,& domum
eſſe capacem acquiſitionis ſtabilium, ad effectum
illa vendendi, & ex eorum pretio propriis neceſſi-
tatibus prouidendi, tenuerunt Mandoſ. *de priuil.*
ad inſtar, §.11. *n.*12. Gabr. *conſ.*18. *in princ.& n.*6.
& 12. *lib.*1. Iul. Negr. *in comment. regul. contrar.*
*dicta Societatis p.*3 *ſub n.*7.*pag.*76. Buratt.*d. deciſ.*
145.*n.*16.

11. Regolaris ex Indulto à Religione Fratrum Mi-
norum de Obſeruantia ad tertium Ordinem ſancti
Franciſci ea legitima cauſa tranſlatus recuperat
ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento, vel ab
inteſtato poſt tranſlationem delatis, vt, per Ald.
in compend. Canon. reſ. lib. 3.*tit.*8.*n.*11.vbi teſtatur
ita reſolutum *in Neritonen.*22. *Ianuarij* 1622.

12. Religioni Hieroſolymitanæ in bonorum alie-
natione, quæ ei obueniunt per ſucceſſionem
ſuorum militum defunctorum, non eſt denegan-
da facultas, iuxta decretum de non alienandis,
Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 14.vbi dicit deciſum *in Meleui-*
tana 21.*Ianu.*1628.

13. Superiores monaſteriorum, non obſtante de-
creto de rebus Regularium non alienandis, poſ-
ſunt ex fructibus bonorum pingues eleemoſy-
nas facere,putà decem rubiorum tritici, & ſimi-
lium, quia fructus non comprehenduntur in di-
cto decreto, Sel. *in ſelect. Can.c.*18. *n.*3. vbi dicit
ita reſolutum *in nullius* 18.*Septemb.*1627.

14. Stabilia Regularibus vendere non conuenit
ad effectum emendi cenſus, ex Sel. *citato loco, in*
Spoletana 11. *Mart.* 1619. pro fabrica mona-
ſterij, *Meſſana* 11.*Martij* 1619.

15. Domus profeſſæ Societatis Iesv comprehen-
duntur in prohibitione nuper edita,de rebus Re-
gularium non alienandis, Ald.*d.tit.*8.*n.*15.vbi te-
ſtatur deciſum *ſub. die* 31. *Iul.*1627.

16. Religio Clericorum Regularium Theatinorum,
quandiu inſtitutum nihil bonorum ſtabilium
poſſidendi retineat quoad bona immobilia non
comprehenditur in prohibitione nuper edita de
rebus Regularium non alienandis. Ald.*d. tit.* 8.
*n.*16.vbi ait ſic deciſum *de anno* 1625.

17. *Is tantùm numerus conſtituatur,&c.*] Vide Na-
uar.*de reddit. Eccleſ. quæſt.*1. *monitu* 62. Quarant.
in ſumm. Bullar. verb monaſteria Monialium, pag.
mihi 359.Fr. Emman. *quæſt.regul. tom.*1.*quæſt.*48,
art. 1. Zerol. *in praxi Epiſcop.p.*1.*verb.moniales* §.
6.*pag.* 256.Piaſec. *in ſimili praxi p.*2.*c.*3.*num.* 55.
Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.*13. *cap.*9.*q.*1. Aloyſ.
Ricc. *in praxi aurea reſol.* 202. Campan. *in diuerſ.*
iuris Canon.rubr. 12.*c.* 16 *n.*7.*&* 14. Fr. Ludou.
Miranda *in fine Manualis Prælat.* vbi de ſacris
Monialibus *q.*8. *art.*6.metipſum *de officio & po-*
teſt. Epiſcop.p. 3. *alleg.* 98. ex quo loco multa me
non citato deſumpſit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ*
*Archiep. Neapol.deciſ.*219.*p.*4.

Pius V. in ſua conſtitutione incip. *Circa paſto-* 18.
ral. offic. ſub dat. 4. *Kal. Iulij* 1566.diſtrictè præ-
cipit ne plures Moniales in earum monaſteriis
recipiantur, & admittantur, quàm propriis red-
ditibus ipſorum monaſteriorum, vel conſuetis
eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint, refero
Ego ipſe *d.alleg.*98.*n.*2.

Gregor. XIII. *in ſua conſtit.*incip. *Deo ſacris, de* 19.
anno 1573. iniunxit Ordinariis, vt præfatum ſta-
tuant numerum in monaſteriis ſibi ſubiectis, &
etiam exemptis, tradit Piaſec. *d. p.* 2. *c.*3.*n.*55. *in*
fine, quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 98.*n.*3. ex qua
colligunt Nau. *in cap ſtatuimus* 19.*q.*3. *n.*57. *verſ.*
tertio nota, Sanch.*d.lib.*7.*c.*25.*n.*5. Ego ipſe *d. al-*
leg. 98. *n.*3. *in fine,*& me citato *in illo loco,*Homob.
de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 12. *c.* 3. *q.*15. *re-*
*ſol.*3.*pag* 455. ſubdit Ordinarios locorum ſub pœ-
na peccati mortalis ad id faciendum obligari.

Clemens VIII. *in decretis de reform. Regul.* in- 20.
cip. *Nullus omnino,* §.14 *ſub die* 25. *Iulij* 1599. vt
refert Quarant. *verb.monaſt.& Conuent. pag. mihi*
421. idem præcipit, & mandat, videlicet, vt in
vnoquoq; Conuentu Fratrum is tantum deinceps
conſtituatur, & in poſterum retineatur numerus,
qui ex redditibus illius propriis, vel ex communi-
bus conſuetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis,
aliiſve quibuſcunq; obuentionibus in commune,
vt præfertur, conferendis, commodè poſſit ſu-
ſtentari, redditus vero, & ſupradicta omnia in
communi loco,ac tuto diligenter aſſeruentur.

Paulus V. plura circa hoc ſtatuit in decreto de 21.
certo Religioſorum numero cuicunq; monaſterio,
Conuentui,ac Domui Regulari præfigendo, Incip.
Sanctiſſimus, ſub dat. 4. *Decembr.* 1605. quod fe-
runt Quarant. *loco proximè citato, pag.*432.& Ca-
ſtellin.*in addit. ad tract. de elect.pag.mihi* 502.

Gregor. XV. approbante S.Congreg. Illuſtriſſi- 22.
morum D. D. Cardinalium negotiis Epiſcopo-
rum & Regularium præpoſitorum *ſub die* 17.*Au-*
*guſt.*1621. reuocat licentias à Paulo V. conceſſas
erigendi nouos Conuentus, volens quòd de cæ-
tero non erigantur, niſi in eo ſaltem duodecim
Fratres ac Monachi, ſeu Religioſi habitare, atque
ex redditibus ipſorum monaſteriorum, & con-
ſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint.

S.D.N. Vrban. Papa VIII. per ſuum Breue *ſub* 23.
dat. 28. *Aug.* 1624. multa tulit circa modum ere-
ctionis nouorum Conuentuum,in quo reuocat li-
centias quaſcunq; conceſſas contra tenorem de-
creti Gregor. XV. prohibens ſub pœna excom-
municationis, ne facultates per ipſum reuoca-
tæ, ſeu annullatæ, ſeu alio quouis præ-
textu, ſeu cauſa poſſint finiri, & abſolui, refert
Caſtellin.*in addit.ad tract.de elect.pag.*501.

Ordinationem S. Congregationis Regula- 24.
rium de non recipiendis vltra numerum præfi-
xum, referunt Piaſec.*d.c.*3.*n.*55. *in fin.*& Campan.
*d c.*16 *n.*14. ac Ego ipſe *d. alleg.*98 *n.*4.

Nouiſſimè ſacra Congreg. Concil. Trid. *in de-* 25.
cretis de celebratione Miſſ. ſub die 21. *Iunij* 1625.
editis poſt ordinationem traditam ad ſciendum
quot

quot redditus, & eleemoſynis monaſteria habere debeant, vt ex illis ſuſtentari poſſint, ſic ait: *Deinceps vero monaſterium, Conuentus, Domus, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis detractis omnibus, vt ſuprà detrahendis competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum decreti Greg. XV. hac de re editi. Alioquin monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.*

Super quibus decretis poſtea eadem ſacra Congreg. S. D. N. Vrbano VIII. approbante, aliquas edidit declarationes, quas originales, impreſſas quoque in Typographia Camerali vide de an. 1626. declarauit, vbi hæc numeri præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti ſanctæ memoriæ Pauli V. abſque tamen computatione redditnum cuiuſcumque Religioſi, eſſe iterum faciendam, ſeruata forma vltimi decreti hac de re editi. Declarauit etiam nouitios ad habitum Regularem admiſſos poſſe admitti ad profeſſionem in monaſteriis, in quibus habita, vt ſuprà præfixione numeri, commodè ali non poſſunt, ſi alias habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio monaſterio eiuſdem Religionis collocandos eſſe, vbi commodè ali poſſint. Denique cenſuit ſupradictum decretum, vbi cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltē Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ita vt alioquin ſubſint iuriſdictioni ordinariæ, comprehendere eas Religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum accipere, vt ſunt Religioſi Capuccinorum ac Societatis Ieſu, paritérque habere locum tam in Italia, ad quam eſt reſtrictum, quàm extra Italiam.

26. Cum expletus eſt numerus perſonarum Religioſarum, quæ ali poſſunt ex annuis redditibus monaſterij, an poſſit aliqua ſufficienter dotata cum ſua dote ſupra illum numerum admitti? Affirmant Nau. *de reddit. q. 1. monitu* 62. Soar. *de Relig. tract. 3. lib. 4. c. 9. num.* 17. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib* 23. *n.* 194. Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 23. n. 4 verſ. tertio*, aduertentes textum in præſenti prohibere ne, quando monaſterium plures fœminas alere non poteſt, quàm in eo iam ſint, admittantur aliæ ſine dote expenſis monaſterij alendæ, & notat Sanch. *d. num.* 4. *verſ. ſecunda concluſio*, quòd quàvis attento iure antiquo *c. vnici ſanè, de ſtatu Regul. lib.* 6. profeſſio Monialis receptæ in monaſterio non Mendicantium, vltra numerum earum, quæ ex redditibus monaſterij, & conſuetis eleemoſynis, abſque penuria ſuſtentari valerent, eſſet irrita, hodie tamen locum non habet, quia conſuetudine abrogatum eſt, cùm compertum ſit plures ſæpe admitti, nec vnquam noſtris temporibus auditum ſit in controuerſiam verti valorem profeſſionis, ne dum illam irritari.

y Nec de cætero ſimilia loca, &c.] Vide Fr. Emm. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt.* 21. *art. 7. & tom.* 2. *q.* 49. *art.* 3. Zerol. *in praxi Epiſcopali p.* 1. *verb. monachi* §. 1. & 2. Piaſ. *in ſimili praxi part.* 2. *c.* 3. *n.* 47. Vgol. *in tract. de poteſtate Epiſcopi c.* 20. §. 6. Ioan. à Cruce *de ſtatu Reg. lib.* 2. *c.* 8. Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiep. Neap. p.* 1. *deciſ.* 181. *n.* 4. & *part.* 2. *deciſ.* 75. Campan. *in diuerſor. iuris Canon. rub* 12. *c.* 13. *n.* 80. & 81. Ludouic. Mirandæ *in manual. Prælat. tom.* 1. *qu.* 43. *art.* 1. *concluſ.* 3. Guilielm. à Cochier *de iuriſd. Ordinarij in exemptos p.* 1. *q.* 36. & *part.* 2. *qu* 45. *n.* 36. Nouar. *in ſingular. concl.* 10. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor. lib.* 6. *c.* 10. *ex n.* 1. metipſum *de offic. & poteſt Epiſcopi p.* 1. *alleg.* 27. *ex n.* 3. 27.

In erigendis Regularium monaſteriis non ſufficere conſenſum Epiſcopi, niſi etiam Summi Pontificis auctoritas accedat, probat text. *in c.* 1. *de exceſſibus Prælat. lib.* 6. & *in c. vnic. de reg. domibus, eod. lib.* quorum diſpoſitionem non eſſe abrogatam per Concil. Trid. in præſenti, deciſum referunt Zerol. *d.* §. 2. & Campan. *d. n* 80. *in fine*, ac Ego ipſe *d. alleg.* 26. *n.* 4. 28.

Contra Sorb. *in compend. Mendicantium, verb. ædificare, in ſua annot. verſ. circa*, §. 10. & Fr. Emm. *d. q.* 49. *art.* 3. exiſtimantes Epiſcopi tantùm licentiam eſſe neceſſariam.

Bulla Clement. VIII. *incip. Quoniam ad inſtitutum*, 99. *ſub dat. Romæ* 23. *Iul.* 1603. in qua habetur quomodo locorum Ordinarij Regularibus licentiam poſſint impartiri nouos conſtruendi Conuentus, habet etiam locum circa erigenda monaſteria Monialium, debent enim eædem ſolemnitates ſeruari illis in ædificandis, ſicut in illis Regularium, ita Sel. *in ſelect. Canon. cap.* 90. *n.* 4. vbi teſtatur ſic reſolutum *ſub die* 19. *Decembr.* 1610. 29.

Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato concedere licentiam ædificandi noua monaſteria, & Conuentus in loco diœceſis ex eo, quia eſt de maioribus, Sel. *d. loco*, vbi refert deciſum *ſub die* 11. *Iulij* 1620. 30.

Fratres igitur Ordinis Carmelitarum diſcalceatorum obtinuerunt vt vbique de ſola licentia Ordin. poſſent noua conſtruere monaſteria ex conſtit. 10. Pauli V. incip. *Ad Eccleſia, de ann.* 1605. 31.

Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienſis ex conceſſione eiuſdem Pauli V. *conſtit.* 51. *incip. Miniſterio, de anno* 1608. idem obtinuerunt. 32.

Superiores Congregationis clericorum Regularium S. Pauli decollati ex conceſſione eiuſdē Pauli V. *conſtit.* 64. *incip. Eccleſia, de anno* 1610. idem quoque obtinuerunt; quæ omnia ex meo tract. *de offic. Epiſcopi, vbi ſuprà*, illo non citato mutuatus fuit Aloyſ. Ric. *d. deciſ* 168. *p.* 4. 33.

Sed hæc monaſteriorum, aliorumque locorum Regularium, quorumque nouorum erigendi, ſeu inſtituendi, cœptorumque finiendi facultates reuocatæ ſunt, & illa in poſterum erigi prohibentur, niſi ſeruatis conſtitutionibus Clementis VIII. & Gregorij XV. & Concil. Trident. in hoc decreto, ac cum licentia Ordinariorum, ita S. D. N. Vrbanus VIII. *conſt.* 25. *incip. Romanus Pontifex*, 28. *Auguſti* 1624. 34.

De Clauſura, & Obedientia ſemper & in omnibus ſeruanda.

CAPVT IV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Religioſus è Conuentu quomodo egredi valeat.*
3. *Clauſura violatio in Religioſis viris regulariter eſt peccatum veniale.*

 4. *Clauſura*

4. *Clauſura violatur dimittendo habitum.*
5. *Proficiſcendo vltra mare, ſine debita ſuperioris licentia.*
6. *Curias Principum adeundo inconſulto ſuperiore.*
7. *Accedendo ad ſtudia non obtenta à Præl. facultate.*
8. *Illicitè tranſeundo ad aliam Religionem.*
9. *Religioſus à ſuperiore ſuo ſupra modum vexatus poteſt à monaſterio exire.*
10. *Appellatio datur à correctione quam facit Prælatus Regularis excedendo modum, & tranſgrediendo regulæ limites.*
11. *Appellatio interponitur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.*
12. *Religioſus iuſtè, ac legitimo iuris ordine in carcerem coniectus non poteſt fugere etiam prætextu ad ſuperiorem ſuum accedendi.*

a C. quando, de offic. ordin. Clem. ne in agro, §. quia verò, de ſtatu mon.

PRohibet ſancta Synodus, ne quis Regularis, ſine ſui Superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſvis pij operis prætextu, a ſubiiciat ſe obſequio alicuius Prælati, Principis, vel Vniuerſitatis, vel communitatis, aut alterius cuiuſcumque perſonæ, ſeu loci, neque ei aliquod priuilegium, aut facultas, ab aliis ſuper iis obtenta, ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, *a etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi*, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint; Qui verò ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Illi autem, qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in conuentibus tantùm habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

1. VIde Nauarr. *comment. 2. de Regularibus, n.61. & commento 3. n. 50.* Fr. Emman. *quæſt. reg. tom.1. quæſt.30. art.3. & 4. & tom.2. q.55. art.10.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.12. cap.11. quæſ.7. & 8.* Sayr. *in claui Regia, lib.2. c.17. & n.37.* Portel. *in dubiis regularibus verb. Epiſcopus, n.10.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.1. c.8. n.15. & 16.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religion. lib 1. c.6. de voto obedientiæ.* Camp. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 12. c.9.* latè Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.6. q.158. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.18. cap.18. & 403. cum ſeqq.* D. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor. lib 6. c.8. ex n.8.*

2. Clemens VIII. *in ſuis decretis pro reformation. Regularium*, duas tulit ordinationes, quarum prima eſt, vt nullus è Conuentu egredi audeat niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiáque ſingulis vicibus impetrata, & benedictione accepta, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociúmque exituro adiungat non petentis rogatu, ſed arbitrio. Secunda verò eſt vt degentes extra clauſtra Conuentus ad ea reuocentur, nec de cætero niſi ex grauiſſima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda huiuſmodi facultates concedi poſſint, refert Barthol. à S. Fauſto *d. lib.6. q.162.*

3. Vtrùm violatio clauſuræ in Monachis, ſeu Religioſis viris, ſit peccatum mortale? Veniale tantummodo eſſe regulariter, per ſe loquendo, tuentur Nauar. *comment. 4. de Regularibus n.29. & 30.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1. quæſt. 32. art.1. concluſ.1. & 2.* Bonac. *de clauſur. q.2. puncto 1. num 2.*

Contra Soar. *de Relig. tom.4. lib.1. cap. 16. n.5. & ſeq.* exiſtimantem hanc obligationem Religioſi ex ſuo genere mortalem eſſe.

4. Clauſuram multipliciter violari poſſe, cenſent ſuprà citati Doctores. Primò dimittendo habitum, de quo vide Fr. Emm. *tom.2. quæſt 76. art.6.* Filliuc. *tr.tit.14. c.8. q 4. n. 133.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.8. n.49. cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *lib 6. q.101. cum ſeqq.* Campan. *d. c.9. n.6.* Sanctarel. *de apoſtaſia c.1. n.6. & 7.*

5. Secundo proficiſcendo vltra mare, ſine debita ſuperioris licentia, Bonac. *d. q.2. puncto 4.*

6. Tertiò adeundo Curias Principum inconſulto ſuperiore, de quo Soar *de cenſur. diſp. 23. ſect.5. n.6.* Filliuc. *d. cap.8. quæſ.6. n.140. & ſeqq.* Sayr. *de cenſur. lib.3. cap.34. num.17.* Bonacin. *de clauſura, q.2. punct.5.*

Quartò accedendo ad ſtudia non obtenta à Prælato facultate, Sayr. *d. lib.3. cap.33. à num.20.* Filliuc. *d. c.8. quæſt.4. num.136.* Sanch. *d. c.8. n.72. cum ſeqq.* Sanctar. *in tract. de apoſtaſia, cap.2.* Bonacin. *d. q.2. puncto 6.* 7.

Quintò illicitè tranſeundo ad aliam Religionem, de quo F. Emman. *q. regular. tom.1. quæſt.30. art.1. cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib. 12. c.16.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap.41. dub.15.* Soar. *de Relig. tom 4. lib.3. cap.2.* Sanch. *d. lib.6. c.8.* Sanctarel. *de apoſtaſia*, Bonac. *d. quæſt.2. puncto 11.* & plures per me citati *in collectan. ad c. ne religioſi, de Regularibus.* 8.

a Etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi.] Religioſum à ſuperiore ſuo ſupra modum vexatum poſſe à monaſterio exire, dummodo id faciat alium Superiorem adeundi gratia, cuius auctoritate ab iniqua vexatione liberetur, nec in apoſtaſiæ pœnas incurrere, reſoluunt Nau. *comment. 2. de Reg. num.61. & commento 3. num.51.* Aragon. *2.2. q.69. art.3.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.1. quæſt.30. art.3. & 4.* Azor. *d. part.1. lib. 12. c.11. quæſ. 7. & 8.* Sayr. *in claui Regia, lib. 12. c.17. n.40.* Cociolan. *de caſibus reſeruatis, part.2. caſu 3. n.19. & caſu 5. de iudice regulari, §.10. n.27.* Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q.2. puncto 11. §. 1. n. 9.* Octauian. Sparthar. *de modo corrigendi Regulares tract.3. part.4. c.2. num.4.* nouiſſimè Tamburin. *tom.3. de iure Abbatum diſp.5. q.12. n.79.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.8. num.* 101. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta. præc.2. lib.8. c.5. num.12.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Religioſo, tom.1. q.1. de obedient. c.10. in princ.* quorum plures, præcipuè Arag. aſſerunt Concil. *in præſenti* intelligi de illo, qui ſuperiorem adit non ex aliqua graui, ſed leui, aut leuiſſima cauſa, intelligentes opinionem Bañes contrarium ſentientis *in 2.2. quæſt.12. art.1.* quando ex tali fuga ad Superiorem ſequeretur ſcandalum, & perturbatio magna Religionis propter ignorantiam cauſæ, qua dictus Religioſus mouetur ad talem fugam. 9.

A correctione igitur, quam facit Prælatus Regularis, excedendo modum, & tranſgrediendo regulæ limites, dari appellationem, ſecus ſi non excederet, probant text. *in c. de Priore, de appell.* 10.

&

& vnc.licet, de offic. ordinar. Nauar. *conſ.4. ſub tit. de appell. & conſ. vnic. n.6. de ſentent. & re iud. & conſ. vnic. n.8. vt lite pend.& comment.3. de Reg. n.51.* F.Emman, *quæſt.reg.tom 1.quæſt.29. artic.2. & tom.2.q.53. art. 10.* Q[u]arant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctor.18.n.10. §.quinto, verſ. concluſionem,* Azor. *inſtitut. moral. part.1. lib.12.c.12. quæſ.* 8. Sayr. *d.c.17.ex n.* 38. Sigiſm. Scac. *de appell. quæſt.17. limit.36, num.8.* Cened. *canon.var. q.lib.1. q.26. num.22.* Fagund. *d.cap.5. n.13.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib 6.cap.8.n.102.* vbi cum Nauarr. Fr. Emman. Azor. & Sayr. *citatis locis,* dicit non obſtare Concilium in præſenti, quia non interdicit appellationem ad Superiorem, ſed receſſum à monaſterio prætextu adeundi ſuperiorem.

11. Vnde Sorb. *in comp. priuil.mendic.verb.appellare,in ſuis annot.circa §.1.* Fr. Emman. *tom.1. q.29. art.1.* Cotiolan. *d.§.10.num.* 28. Fr.Ioan. à Cruce *de ſtatu Religion. lib.1. c.6. dub.4.* Sanch. *d. lib.6. c 8. n.107. in fine,* referunt deciſum *de anno* 1587. vt appellatio hoc ordine interponatur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.

Religioſum iuſtè, ac legitimo iuris ordine ſeruato in carcerem coniectum non poſſe fugere, 12.
etiam prætextu ad ſuperiorem ſuum accedendi, ſed teneri ibi permanere etiam ante condemnationem, vbi Prælatus iuſſit illum ſtare, reſoluunt Caiet. *2.2.q.69.art.4. ad 2.* Nauar. *comment.4.de Regul.n* 64. Fr.Emman. *tom.2.q.22.art.6.* Sayr. *d. lib.12.c.18.n.8.*

Contra Bannes *2.2.quæſt.69. art.4.* exiſtimantem poſſe fugere non quidem ad vagandum, aut habitum dimittendum, ſed impetrandum illius pœnæ veniam à ſuperiore Prælato, vel à Romano Pontifice.

Clauſura Monialium ſeruetur, & reſtituatur vbi violata fuerit, ſub pœnis, vt ibi. Moniales ex legitima cauſa quandoque exeant, & ad breue tempus nullus ſepta Monaſterij ingredi audeat ſine Epiſcopi licentia, vel ſuperioris, ſub pœna excommunicationis. Monaſteria Monialium, exiſtentia extra vrbes, reducantur intra vrbes, aut oppida.

CAPVT V.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Pius V. ſuper clauſura & reformatione Monialium.*
3. *Idem Pius contra Moniales exeuntes à clauſura.*
4. *Gregorius XIII circa loca, & alia clauſuræ pertinentia multa edidit.*
5. *Idem reuocat quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria Monialium.*
6. *Prælati & alij Monialium curam habentes eaxum monaſteria ingredi non poſſunt, niſi in caſibus tantùm neceſſariis.*
7. *Gregorius XIII. reuocat licentias, & quæcunque priuilegia ingrediendi Monialium monaſteria.*
8. *Sixtus V. ſimilem reuocationem fecit.*
9. *Paulus V. ſtatuit circa modum vtendi facultatibus conceſſis à Papa ingrediendi, &c.*
10. *Idem reuocauit omnes licentias ſecularibus mulieribus conceſſas.*
11. *Epiſcopus punit tam Regulares, quam ſæculares delinquentes circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.*
12. *Epiſcopi in omnibus monaſteriis Monialium earũ clauſuram vbi violata fuerit, reſtituere debent.*
13. *Epiſcopus poteſt & debet videre, an clauſura ſeruetur etiam in monaſteriis Monialium, quæ Regularibus ſubduntur.*
14. *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Moniales, quæ priuilegio, vel indulto Papæ ſunt immunes in iis, quæ ad clauſuram pertinent.*
15. *Moniales exemptæ poſſunt toties viſitari ab Epiſcopo quoad clauſuram quoties ei videbitur expedire.*
16. *Vicarius generalis ex officio poteſt viſitare clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.*
17. *Suffraganeus Epiſcopus non poteſt vti talis viſitare clauſuram Monialium abſque ſpeciali commiſſione Epiſcopi.*
18. *Moniales in ciuitate ſitutas, ſed alieno Epiſcopo ſubiectas viſitare poteſt Epiſcopus diœceſis.*
19. *Principes abſque iuſta cauſa hoc auxilium denegantes non peccant, ſecus magiſtratus ſæculares.*
20. *Iudices Eccleſiaſtici poſſunt ſæcularibus magiſtratibus iniungere pœnam excommunicationis vt præbeant auxilium.*
21. *Magiſtratus ſæculares qui.*
22. *Monialibus poſt profeſſionem non licet exire è monaſteriis.*
23. *Nec ex cauſa quæ Epiſcopo legitima videatur, niſi ſit de expreſſis in iure.*
24. *Moniales an poſſint è monaſteriis exire ex aliis caſibus ſimilibus vel vrgentioribus, quàm expreſſis in conſt. Pij V.*
25. *Moniales poſſunt tẽpore belli à monaſterio exire.*
26. *Moniali non poteſt licentia concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperetur ſalus ea non egreſſa.*
27. *Abbatiſſa an poſſit exire pro præſtando iuramento fidelitatis ratione feudi.*
28. *Abbatiſſa non poteſt è monaſterio exire vt viſitet ædificium Eccleſiæ an ſibi placeat.*
29. *Monialis non poteſt egredi vt curam nepotum gerat.*
30. *Moniales quando poſſint tranſire de licentia ſuperioris de vno monaſterio ad aliud.*
31. *Moniales poſſunt ad aliam Religionem perfectiorem tranſire.*
32. *Moniali licitus eſt exitus, quæ dum in proprio monaſterio aliqua de cauſa commodè corrigi non poteſt, ad aliud monaſterium correctionis cauſa transfertur.*
33. *Monialis, quæ adeò incorrigibilis eſt, vt ipſius emendatio in nullo monaſterio ſperetur, eijci non poteſt.*
34. *Monialibus licitus eſt exitus quando auctoritate Prælati totus Monialium Conuentus locum mutat.*
35. *Monialibus conuerſis licitum eſt exire è monaſterio ad petendas eleemoſynas Conuentus neceſſarias*

Google

ceſſarias, dum eas per alios commodè petere non poſſunt.

36. *Moniales converſæ quæ ad quæſtuandum mitti poſſint.*

37. *Converſæ non debent permitti, ut exeant ad effectũ claudendi, vel aperiendi ianuã monaſterij.*

38. *Converſitarum in monaſteriis, an & quando eis permittatur exire ad quæſtuandum.*

39. *Moniali non licet poſt profeſſionem exire è monaſterio niſi ex cauſa cognita & expreſsè in ſcriptis approbata per Epiſcopum.*

40. *Monialibus è monaſterio Sedi Apoſt. aut Regularibus ſubiecto exire non licet, niſi adſit conſenſus communis Epiſcopi diœceſani, & ſuperioris Regularis.*

41. *Vicarius generalis Epiſcopi ex officio poteſt moniali egrediendi licentiam concedere.*

42. *Moniales è ſuis monaſterijs egredientes, extra caſus exceptos ſunt ipſo iure excommunicatæ.*

43. *Monaſterium monialium intra ſepta ingredi nemini licet.*

44. *Monialium clauſuram ingredi nullus poteſt ad conſpergendum aqua benedicta cellas in die Sabbati ſancti.*

45. *Monialis nulla energumena intra monaſterij ſepta à quocunque Presbytero ſæculari, vel Regulari, etiam Confeſſario exorcizetur.*

46. *Monaſterij nomine quid comprehendatur.*

47. *Reges, & Reginæ non poſſunt Monialium monaſteria ingredi.*

48. *Fœminæ non poſſunt monaſteria Monialium ſine licentia ingredi.*

49. *Monaſterium ingrediens abſque ſuperioris licentia animo habitus Regularis aſſumendi & profitendi non incurrit excommunicationem.*

50. *Mulieres quæ ſunt in diſcordia cum maritis, debent ſi ſunt in monaſteriis Monialium tolerari.*

51. *Mulier quando debeat permitti ingredi monaſterium Monialium ſi timet ſævitiam mariti.*

52. *Mulieres nuptæ in monaſteriis Monialium recipi non debent.*

53. *Viduæ in monaſteriis Monialium recipi non debent niſi Moniales fieri velint.*

54. *Matribus licentia ingrediendi monaſteria Monialium præſtari non poteſt ad inviſendas filias morti proximas.*

55. *Infantes diſcretione carentes admitti poſſunt ad clauſtra monialium.*

56. *Pueri ſeptẽnes præſumũtur vſũ rationis adepti.*

57. *Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij ſpeciale mandatum habentes poſſunt concedere facultatem ingrediendi Monialium monaſteria etiam Summo Pont. ſubiecta.*

58. *Proviſor à Capitulo nominatus poteſt in monaſteriis ſibi ſubiectis hanc licentiam concedere.*

59. *Monialium præfecta poteſt hanc licentiam concedere in caſibus repentinis.*

60. *Facultas ingrediendi monaſteria Monialium Regularibus ſubiecta pertinet ad eorum ſuperiores Regulares.*

61. *Epiſcopi ingredientes Monialium monaſteria ſibi non ſubdita ſine ſuperioris licentia in ſcriptis, comprehenduntur hoc decreto.*

62. *Monaſterium ſi auctoritate Pont. cuidam ſoli Prælato Conventuali ſubiectum ſit, ille ſolum, & non Generalis, aut Provincialis licentiam ingreſſus in id monaſterium concedere poteſt.*

63. *Abbatiſſa non poteſt facultatem ingrediendi monaſterium concedere.*

64. *Superior iuſtè poteſt licentiam generalem concedere Abbatiſſæ concedendi ingreſſus facultatẽ.*

65. *Fratribus Minoribus interdictus eſt in ſua regula ingreſſus abſque ſpeciali Papæ licentia ad monaſteria Monialium.*

66. *Licentia Sedis Apoſt. exigitur ad ingreſſum in S. Claræ, & Conceptionis monaſteria ſubiecta Ordini Minorum.*

67. *Licentia ingrediendi intra ſepta monaſterij Monialium debet eſſe ſpecialis.*

68. *Finitur primo actu.*

69. *Extenditur ad ſocium obtinentis.*

70. *Et verbis expreſſis debet eſſe conceſſa.*

71. *Licentia ingrediendi ſepta Monialium in ſcriptis ſub peccato mort. habenda eſt, etiam ſi cauſa ingreſſus legitima ſit.*

72. *Niſi ſupervenìat neceſſitas.*

73. *Monialium clauſtra ingredientes ſine licentia Epiſcopi vel ſuperioris in ſcriptis obtinenda pœnam excommunicationis incurrunt.*

74. *Excõmunicatione reſervata lata in ingredientes clauſtra Monialium non comprehendũtur niſi intrantes ex præſumptione, & prætextu licentiarum.*

75. *Excommunicatione hac reſervata non afficitur ille, qui facultatem ingrediendi habet, ſed non ingreditur prætextu illius.*

76. *Cenſura & pœna contra eos, qui aliquem in monaſteria Monialium ingredi faciunt, permittunt, vel admittunt.*

77. *Epiſcopi & ſuperiores Prælati quando poſſint ingredi Monialium monaſteria.*

78. *Facultas ingrediendi clauſtra Monialium concedi non poteſt, niſi ob cauſam neceſſitatis.*

79. *Licentiam ingrediendi clauſtra Monialium obtinens ex cauſa, quæ tunc ſuberat, ſed tempore ingreſſus ceſſavit, non eſt tutus in conſcientia ingrediendo.*

80. *Licentiam ingrediendi Monialium monaſteria obtinentes ex cauſa, ſi ingrediantur pro libito, incurrunt ipſo facto excommunicationem Papæ reſervatam.*

81. *Neceſſitas non phyſicè, ſed moraliter in præſenti decreto accipienda.*

82. *Confeſſario quando liceat ingredi clauſtra Monialium.*

83. *Medico quando liceat.*

84. *Superiori cauſa viſitationis quando ſit licitus ingreſſus.*

85. *Monaſteria Monialium licitum eſt introire pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt.*

86. *Baiuli iuſtam ingreſſus cauſam habent.*

87. *Abbatiſſæ ad electionem licitus eſt ſuperiori ingreſſus in monaſterium quoties magna ſubornationis ſuſpicio eſt.*

88. *Fœminæ intra Monialium monaſterium licitè intromitti poſſunt in obſequium, & famulatum Monialium.*

89. *Collectori Portugaliæ licet licentiam concedere introducendi mulieres in monaſteria Monialium pro earum ſervitio.*

90. *Ancillæ laicæ non dantur in communi Monialibus S. Claræ.*

91. *Ancilla non datur pro educandis.*

92. *Puellarũ ingreſſus in monaſterium Monialium licitus eſt educationis gratia.*

93. *Puellæ in monaſteriis educationis cauſa recipi non poſſunt minores ſeptennio, & maiores vigeſimoquinto.*

94. *Puella poſt præteritum tempus 25. annorum, intra quod in monaſterio morari conceditur educationis cauſa nullam cenſuram incurrit.*

95. *Conditiones*

95. *Conditiones quæ ſint neceſſariæ ad puellas in monaſterio Monialium educationis gratia collocandas.*
96. *Puellæ recipi non poſſunt educationis cauſa in monaſterium Monialium, niſi præcedat omnium conſenſus.*
97. *Moniales in eorum monaſteriis quando puellas educationis cauſa recipere poſſint.*
98. *Iudex, aliique viri poſſunt monaſterium Monialium ingredi ad expellendum malefactorem.*
99. *Monaſteria Monialium ex iuſta cauſa & licentia ingredientes peccant mortaliter & cenſuris afficiũtur ſi finito miniſterio ſtatim non egrediãtur.*
100. *Monaſteria Monialium frequentare interdictum eſt omnibus.*
101. *Collocutoria communia vbi retinenda.*
102. *Religioſi accedentes ad monaſteria Monialium incurrunt pœnas priuationis officiorum, vocis actiuæ & paſſiuæ, ipſo facto incurrenda.*
103. *Regulares cuiuſcunque Ordinis prohibentur accedere ad monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis.*
104. *Regulares reperti abſque licentia cum Monialibus alloqui qualiter puniantur.*
105. *Vicarius Fratrum abſque Apoſt. Sedis licentia Moniales alloquens incidit in pœnas.*
106. *Epiſcopi licentiam dare valent Religioſis alloquendi Moniales ſeruatis certis regulis.*
107. *Subcollector abſque Ordinarij licentia alloquens cum Monialibus poteſt excommunicari.*
108. *Monialium patres, fratres, & filij vt eaſdem alloquantur in temporibus non prohibitis, licentiis non indigent.*
109. *Regulares adeuntes monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia non incidunt in pœnam excommunicationis quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit.*
110. *Moniales exempta alloquentes cum viris contra prohibitionem Epiſcopi non poſſunt ab eo puniri.*
111. *Moniali litteras ſcribens & mittens, an incidat in cenſuram comminatam ab Epiſcopo aduerſus euntes in monaſteria Monialium.*
112. *Excommunicatio Epiſcopalis aduerſus adeuntes monaſteria Monialium comprehendit accedentes ad exempta.*
113. *Licentiam alloquendi Moniales Regularibus ſubiectas an dare poſſit Epiſcopus.*
114. *Doctores de clauſura monaſteriorum virorum quoad ingreſſum fœminarum, agentes.*
115. *Horti & prata Religioſorum comprehenduntur ſub clauſura.*
116. *Monaſteria Monialium intra vrbes, & oppida frequentia reducenda.*
117. *Tranſlatio Monialium ad Vrbes quomodo facienda.*
118. *Moniales ab vno monaſterio in recenter erectum non transferuntur niſi obtenta à Sede Apoſtol. vel à Congreg. ſpeciali facultate.*
119. *Moniales quando transferri poſſint in monaſteria noniter erecta.*

BOnifacij [a] Octaui conſtitutionem, α *quæ incipit Periculoſo*, renouans Sancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis, β *ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ*, præcipit, γ *ut in omnibus monaſteriis*, ſibi ſubiectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apoſtolicæ Auctoritate clauſuram Sanctimonialium vbi violata fuerit diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, inobediẽtes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliáſque pœnas, quacumq; appellatione poſtpoſita compeſcentes, δ *inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio* brachij ſæcularis. Quod auxilium vt præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus, ε *& ſub excõmunicationis pœna* ipſo facto incurrenda, omnibus ζ *magiſtratibus ſæcularibus* iniungit. [b] η *Nemini autem Sanctimonialium* liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, θ *niſi ex aliqua legitima cauſa*, ι *ab Epiſcopo approbanda*, indultis quibuſcumque & Priuilegiis non obſtantibus, [c] κ *ingredi autem intra ſepta* λ *monaſterij* nemini liceat, μ *cuiuſcumque generis, aut conditionis*, ν *ſexus* ξ *vel ætatis fuerint*, ο *ſine Epiſcopi*, π *vel Superioris* ρ *licentia*, σ *in ſcriptis obtenta*, τ *ſub excommunicationis pœna* ipſo facto incurrenda. [d] υ *Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam* debet φ *in caſibus neceſſariis*, neque alius vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi. χ *Et quia monaſteria* Sanctimonialiũ extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus ſine vlla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita, curent Epiſcopi, & alij ſuperiores, ſi ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex iis ad noua, vel antiqua monaſteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, ψ *inuocato etiam auxilio*, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis. Impedientes verò, vel non obedientes, per cenſuras Eccleſiaſticas parêre compellant.

[a] Cap. periculoſo, de ſtat. mon. in 6. decret. l. 6. de ſtat. reg. cap. 1.

[b] Conc. Cabilonen. 2. c. 57. 62. 63.

[c] Concil. Matiſcon. 1. cap. 2. Conc. Arel. cap. 7.

[d] Cap. diffinimus 18. q. 2. c. periculoſo de ſtatu mon. in 6.

1. VIde Nauarr. *in man. cap. 27. n. 18. & in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. n. 51. & n. 72. & in commento 4. de Regularibus num* 39. Fuſc. *de viſit. lib. 1. c. 18.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 4. cap. 23. n. 6. cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. mor. p. 1. lib. 12. cap. 8. à princip.* Zerol. *in praxi Epiſcopi. p. 1. verb. Moniales, §. 3. & §. 16.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 2. art. 7.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 2. cap. 1. n. 47. cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect.* 820. *& in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 645. *in 1. edit. aliàs reſolut.* 531. *in 2. edit.* Campan. *in diuerſor. iuris can. rub. 12. cap. 16. n. 18.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom 2. lib. 6. c. 15.* Armend. *in add. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus num.* 100. *cum ſeqq.* Boët. Epo *ad c. monaſteria 8. n. 1. de vita & honeſt. cler.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp. 21. cum ſeqq.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. c.* 25. Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ. cap. 4.* Portel. *in dub. Reg. verb. clauſura Monialium*, Gauant. *in man. Epiſcop. eod. verb.* Victorel. *de origine & clauſura Monialium.* Nou. *in lucerna Reg. verb. clauſur & verb. licentia*, Laurent. de Franc. *de controuerſ. inter Epiſc. & Regul. q. 6. verſ. 15.* Laurent.

de

30. *Regulares quoad mobilium ſuperfluitatem debent ſtare arbitrio ſuperiorum.*

31. *Religioſus aliquid illicite retinere inuentus quibus pœnis puniatur.*

32. *Voce actiua & paſſiua priuatus quomodo intelligatur.*

33. *Largitio munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta.*

34. *Regulares vtriuſque ſexus, tam nouitij quam profeſſi comprehenduntur ſub Bulla, qua munerum largitio interdicitur.*

35. *Moniales velatæ tam intra, quàm ſupra numerum abſque dotali eleemoſyna nequaquam admitti poſſunt.*

36. *Monialium dotes anno probationis durante deponuntur.*

37. *Dotales eleemoſynæ Monialiũ ſolui debent in ære.*

38. *Dotales eleemoſynæ apud Monialium conſanguineos, vel affines nullatenus deponantur.*

39. *Depoſitum dotalium eleemoſynarum in iis locis in quibus non adſunt mercatores, aut banchi, fieri debent in manibus probi viri.*

NEmini igitur Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunq; qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, [a] tanquam propria: aut etiam nomine conuentus, poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, conuentuiq; incorporentur, *α Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia* alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam, *β Adminiſtratio autem bonorum* monaſteriorũ, ſeu conuentuũ, ad ſolos officiales eorundem, *γ ad nutum Superiorum amouibiles*, pertineat. Mobilium verò vſum ita Superiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt conueniat, *δ nihilque ſuperflui in ea ſit*, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur. *ε Quòd ſi quis aliter* quidquam tenere deprehenſus, aut conuictus fuerit, *ζ is biennio actiua & paſſiua voce priuatus ſit*, atque etiam iuxta ſuæ regulæ, & Ord. conſtitutiones puniatur.

[a] Cap. 2. & cap. cum ad monaſteriũ. de ſtat. reg.

1. VIde Iacob. de Graff. *in aureis dec p. 1. lib. 3. c. 5. de Regular. ex n. 48. cum ſeqq.* Fr. Emman. *q. regul. tom. 1. q. 57. art. 2 & q. 47. art. 5. & q. 125. art. 4. & to 3. q. 29. art. 8. 10. &* 12. Aloyſ. Riec. *in collect. dec. p. 3. collect. 519. & in dec. Curia Archiep. Neap. dec. 340. p. 4.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. l. 1. c. 3.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 1. ex n. 41.* Barthol. à S. Fauſto *in theſaur. Relig. lib.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 397. cum ſeqq.* Fr. Lud. Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 7. & de ſacris Monialibus qu. 9.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis p. 2. caſ. 4.* Potiel. *in dubiis Regularibus verb. peculium.* Ioan. Valer. *de diff. inter vtrumque forum, verb. Regularis, differ. 9.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 12. c. 7. & c. 16. n. 71. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 22. ex n. 7. cum ſeqq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 58. & 63. cum ſeqq.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Relig. tom. 1 q. 2. de paupertate*, Hieron. Roder *in compend. q. regul. reſol. 98. ex n. 7.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg.* 103. & me citato *in illo loco* Homob. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract. 12. q. 15. ſuppoſ. 3. pag* 453.

2. Vtrùm licitum ſit Religionum Prælatis concedere Religioſis peculium ad nutum ſuperiorum reuocabile ad ſolos vſus honeſtos, & pios, idque ex cauſa legitima? Negant Felin. *in c. cùm M. n. 26. verſ. eadem reaſſumit, de conſtit.* Carol. Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. ipſo ingreſſu c. 3. n. 54.* per *cap. ad monaſterium, verſ. prohibemus, de ſtatu monach.*

Affirmant Nauar. *commento 2. de Regul. n. 14. 15. & 18. & commento 3. n. 27. & conſ. 20. n. 5. de Regul. in antiq.* alias *conſ. 14. n. 5. de ſtat. monach. in nouis*, Fr. Emman. *q. reg tom. 3. q. 29. art. 8 in ſum. tom. 2. c. 31. n. 3. in initio*, Ludou. Beia *reſponſ. caſ. conſcient. p. 4. caſ. 17.* Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 11 c. 11. quæſ. 1.* Fr. Ludou. Miranda *in manual. Prælat. tom 1. quæſt. 28. art. 8.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib 7. cap. 22. n. 3.* aſſerentes textum *in d. cap. cùm ad monaſterium*, interdicere regulariter, & vniuerſaliter, concedere, Religioſis peculium, propter eorum importunitatem, & leues cauſas, ſecus quando ex cauſis grauibus, & iuſtis.

Sed dubium eſt, an hæc affirmatiua opinio ſtare 3.
poſſit attento decreto Concilij in præſenti? Negant aſſerentes hìc nihil noui iuris induci, ſed ſolùm confirmari ſtatuta iure antiquo, *c. 2. & d. c. cùm ad monaſterium, de ſtat. monach.* Nau. *d. commento 2. n. 15. & 18. & d. conſ. 14. n. 6.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 3. c. 5. n. 53.* Fulu. Pacian. *conſ. 36. ex num. 99.* Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. c. 3. dub. 1. concl. 2.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 125. art. 4. in fin.* Ant. Perez *in comment. ad regul. ſancti Benedicti c. 33. n. 23.* Petr. de Ledeſm. *in ſum. tom. 2 tract. de ſtat. Relig. in communi c. 4. concl. 3. dub. 13.* Ludou. Beia *d. p. 4 caſu 17. in princip.* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 8. quæſt. 30.* Fabr. *de reſtit. in 4. ſentent. lib. 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. diſp. 45. cap. 5. n. 125.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 6. q. 3. dub. 4. n. 108.* Villalob. *in ſumm. part. 2. tract. 35. dub. 30. n. 2.* Ludou Miranda *in Manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 28. art. 8.* Fagondez *in quinque Eccleſiæ præcepta tract. 2. lib. 8. c. 6. n. 13.* Hier. Cened. *de paupert. relig. dub. 9. n. 4. & ſeq.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Relig. tom. 1. q. 2. c. 2. §. 1.* Sanch. *d. c. 22. n. 11.* vbi *num. 13.* reſoluit hodie licere ex iuſta cauſa concedere cuicunque Religioſo, licèt non ſit officialis Ordinis, adminiſtrationem aliquorum bonorum ſtabilium nutu ſuperioris amouibilem.

Contra Valent. *2. 2. diſp. 1. q. 4. punct. 3. col. 2. corol. 4.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. c. 31. n. 3. verſ. lo tercero digo*, Tapia *in d. authent. ingreſſi, verb. ipſo ingreſſu, c. 3. n. 55.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. moniales, §. 2.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. tom. 3. diſp. 276. col. penult. verſ. vtrum autem.* Soar. *tom. 3. de Relig. lib. 8. c. 14. n. 18.* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 4. dub. 5. n. 30.* exiſtimantes huiuſmodi peculium, quod attento iure communi, poſſe Religioſo concedi, tenuit ſupradicta affirmantium opinio, iam non eſſe licitum.

Quæ & quonam ſint cauſæ rationabiles, ob 4.
quas iuſtè aliquibus Religoſis peculium concedi poſſit, vide Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 8. q. 32.* Tapia *d. verb. ipſe ingreſſu, c. 3. n. 51. & 52.* Sanch. *d. c. 22. ex n. 20.*

Regulares

5. Regulares vtriuſque ſexus non poſſe tenere propria, ſed omnia dare debere ſuis ſuperioribus à quibus primò ſubueniendum eſt neceſſitatibus eorum,vel earum, quibus munera deſtinata fuerunt, reliquum verò conferendum in vſum monaſterij, referunt deciſum Nauarr. *commento 2. de Regul. n.18.& in tract. de reddit. Eccleſiaſt. q. 1. n. 84.* Azor. *inſt. moral. p. 1. lib.12 c.9.q.2.prope fin.* Armendar. *in addit.ad recop.legum Nauarra lib.2. tit. 18. l. 7.de Relig. n. 58.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.2.c.1.n.41.*Ego ipſe *d.alleg.* 103.*n.*3 & me non citato Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Arch. Neap. deciſ.*340.*n* 12. *& deciſ.* 390. *ex n.* 11.*p.*4.

6. Vnde nullum ſuperiorem poſſe concedere Monacho facultatem retinendi aliquid ad vſum irreuocabilem, tenent Nauar. *conſ.* 47.*n.2.ſub tit. de Regularib. in antiq.* aliàs, *conſ.* 15. *n.* 2. *de ſtatu monach. in nouis*, Aloyſ. Ricc. *in praxi reſol.* 194. Ego ipſe *d.alleg.*103.*n.*4.

7. Popinarum abuſus Monialibus ſoluendarum, non ſolùm tolli, ſed etiam grauiſſimis pœnarum etiam cẽſurarum comminatione prohiberi debet, pro ea tamen die, qua ad habitum monachalem admittentur puellæ aliquid eſculenti, vel poculenti modici valoris, & pro eiuſdem diei vſu dumtaxat elargiri vetitum non cenſetur, Sel. *in ſelect. Canon. cap.* 16. *n.* 24. vbi teſtatur ita reſolutum à ☞Sac. Cong. Epiſc. *in Luſitan. 6. Iuny* 1615. *ad* 2.

8. Eleemoſynæ quæ per pactum ſacriſtis, & infirmariis monaſteriorum Monialium dari ſolent, non comprehenduntur in decreto, quo popinarum ſolutio per Moniales, dum ad habitum, vel ad profeſſionem admittuntur fieri ſolita interdicitur, Sel. *citato loco*, vbi refert ita deciſum ab eaſ☞dem Sac. Cong. *in Vlixbonen. 5.Nouembris* 1616.

9. Moniales,& cæteros Regulares, res etiam parui momenti ſibi donatas,aut aliàs acquiſitas,vt proprias retinere non poſſe, ſed ſuperiori,illas tradere debere,refert deciſum Arm. *d. l. 7. de Relig. n.*77.

10. Monialibus minimè licere propria poſſidere, & ſi quid legatum, relictum, datum donatúmve fuerit, vel earum labore, ſeu induſtria partum,tradi debere Abbatiſſæ, quæ ex eo primùm Monialis ipſius, cuius cauſa id quæſitum eſt, neceſſitati prouidebit, reliquum conferendo in vſum monaſterij,aſſerit deciſum Arm.*d. l. 7. de Relig.n.*75.

11. Moniales nec tanquam proprium poſſidere poſſe, quod ſuis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quòd monaſterium eſſet paupertimum, reſolutum refert Armend.*d.l.7. de Rel.n.*75.vbi. *n.*76.ſubdit hoc caſu ſuperiorem monaſterij ſi illud paupertimum ſit, debere primum prouidere donatariæ, vel ei quæ laborando acquirit, de neceſſariis, quod reliquum eſt,in commune conferri.

12. Monialium nulli conceditur facultas diſponendi de cellis ſuis poſt obitum, ſed cæ dum vacauerint ſuperiorum arbitrio aliis monialibus in Ordine ſenioribus diſtribui debent, ita Aldan. *in comp. canon. reſ. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 5.vbi refert deciſum à S. ☞Cong. Epiſc. *in Auerſan.* 26. *Ianu.* 1604. Nam cellarum vacatio quotieſcunq; occurrerit per Monialium obitum, aut quemcunq; alium caſum fieri debet illarum diſtributio aliis profeſſione antecioribus Monialibus,ex eodem Ald.*loco cit.n.*5. vbi ☞dicit ſic fuiſſe reſolutum *in Mod.* 10. *Apr.* 1615.

13. Monialibus illicitum non eſſe habere de licentia ſuperioris quoſdam reddițus vitalitios, ex quibus poſſint viuere, & prouidere ſuis particularibus neceſſitatibus pro victu, & veſtitu, ac aliis, quæ ſibi à monaſteriis non ſuppeditantur, hoc caſu illas non peccare, nec Concil. in præſenti, quod loquatur de redditibus, vt propriis, & irreuocabilibus per Prælatum,& ſine eius licentia diſtrahendis contrauenire tenent, Cord. *in tr. caſuum conſc. q.* 54. Nau. *comment.* 2. *de Regul. n.*14.*&* 18.*verſ. ad quintum*, Azor. *d. p.* 1.*lib.*12.*c.*9 *q.*12.Sanch. *in pracepta Decalog. to.* 2. *lib.* 7.*c.* 23.*n.*5.Hier. Rod. *d. reſ.* 98. *n.* 7.F. Ioan. à Cruc.*d.c.*3.*dub.*2.Fr. Lud. Miranda *d. q.* 9.*art.*1 *concl.*2.Soar.*tom.* 3.*de Relig. lib.* 8.*c.*14.*ex n.* 12. Galer. *in margar. caſuum conſcienc. verb. Monialis pen.* Illuſtr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.reatum* 33. *n.* 6.*diſt.*81. Ego ipſe *d. alleg.* 103.*n.* 5.

Vtrùm autem Monialis, cui externus centum aureos ad ſuum libitum expendendos cõceſſit,poſſit ex ſuperioris licentia,alicui ſæculari eos tradere,vt viginti ſibi quotãnis ſoluat,dum vixerit atq; ea defuncta centũ illos aureos ſibi retineat? Affirmant ſi ita conceſſi ſint centum illi aurei,vt concedens noluerit dominium in monaſterium transferri,ſed omnino cedere in Monialis vſum,& eadem Monialis acceptantis mens fuerit, Cord.*d. q* 54. *dub. vlt.*Veg. *tom.2.c.32.caſ.*19.Fr. Emm. *d. q.* 47. *art.* 15. *in ſum. to.* 1. *c.* 90. *n.* 8.*&* 9 *concl.*3.*&* 4. Sanch. *d. l.* 7. *c.*22.*n.*16.vbi aduertit,quòd quamuis Fr.Em.*d.c.*90.*n.*9.& Veg.*cit.loco*, dicant hodie attento Trid. non licere Moniali iis redditibus frui, loquuntur iuxta ſuam ſententiam,qua tenent ius commune correctum eſſe per hoc decretum. 14.

Licitam eſſe aliquarum Religionum conſuetudinẽ,in quibus ex ſuperiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioſo aſſignantur ad victũ, & veſtitũ,ita vt ſi deeſt aliquid, ipſi quærãt ſi autẽ ſupereſt, applicent piis, & religioſis vſibus,dummodo Religioſi non excedant limites licentiæ illis conceſſæ, & parati ſint informationi legitimè faciendæ obtemperare,tenent Nau. *conſ.* 3.*n.*26.27. *&* 32.Tap. *d verb.ipſo ingr.c.*3.*n.*45.*&* 59.Sanch. *d.c* 23.*n.*14.vbi reſpondent *ad c.*1.*ſuprà proximum.* 15.

Superiore quantumuis requiſito neceſſaria Regularibus negante,vel ſubtrahente,etiam quia monaſterij facultates non ſuppetunt, ſi præfata neceſſitas ſit ad indiuidui ſuſtentationem, licere ipſis clam,vel eo inuito illa ſibi comparare,ſeu retinere, refert deciſum Arm. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 82.*&* 83. 16.

Nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia, &c.] An ex ſuperioris licentia iuſta aliqua de cauſa magnæ vtilitatis, vel neceſſitatis monaſterij, aut Ordinis liceat priuato Religioſo bona ſtabilia poſſidere? Negant Petr. Nauarr. *de reſt.lib.*3.*c.*1 *n.* 180. Fr Emman. *quaſt.regul. tom.* 3. *q.* 29. *art.* 12. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb.caſus reſeruatus*, & alij, quos refert, & ſequitur Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum lib.*8 *q.*31. 17.

Et ideo non licere Regularibus ex diſpoſitione inferiorum Summi Pontif. poſſidere, vel tenere agros ad annuos redditus,vel bona immobilia,ſuperflua, ac proinde ſi propter talem licentiam poſſideant, non excuſari à culpa, nec à pœna,ipſo iure incurrenda, refert deciſum Armendar. *d. l.7.de Relig.n.*64.*&* 65. 18.

An Monachus factus Epiſcopus habeat bonorum, ſeu fructuum, dominium, & proprietatem? Dixi *de officio.& poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.*114.*n.*19. *cum ſeqq.*& ibi citatis addo Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiep. Neapol.deciſ.*340.*n.*10.*p.*4. 19.

Vtrùm autem profeſſio facta cum conditione, pacto,ſeu modo,de retinendo, ſeu habẽdo proprio inualida ſit, dixi *in collect. ad c. vlt.qui cler.vel vouentes, & ad d.c.*2.*n.*2.*de ſtatu monach.* & ibi, citatis addo Aloyſ. Ricc. *d.dec.*340.*n.*11.*p.*4. Fr.Bar- 20.

thol. de Vecchis in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit. diſp. 13. dub. 1. num. 11. Hier. in compend. quaeſt. regul. reſol. 101. n. 18.

21. *β Adminiſtratio autem bonorum, &c.*] Electionem officialium, qui adminiſtraturi ſunt monaſteriorum bona, ad monaſterij ſpectare ſuperiores, & ideò licèt Epiſcopus ſit eius ſuperior, ipſos tamen poſſe eligere officiales, reſolutum dicit Armend. d. l. 7. de Relig. n. 85.

22. Officiales electos pro adminiſtratione beneficiorum monaſterij à ſuperioribus eiuſdem poſſe, prout magis expedire videbitur, redditus ipſorum monaſteriorum in loco conuenienti etiam extra monaſterium conſeruare, & de eiſdem miniſtrare pro tempore neceſſitatis ipſis Monialibus, refert deciſum Armendar. d. l. 7. de Relig. n. 86.

23. Moniales deputatas in officiales redditũ monaſterij à ſuis ſuperioribus, eos adminiſtrare poſſe, reſolutum aſſerit Armend. d. l. 7. de Relig. n. 88.

24. De rebus, & bonis Regularium non alienandis extat decretum S. Cong. Concil. S. D. N. Vrban. VIII. iuſſu editum incip. *S. Congr. ſub dat. 7. Septembris* 1624. & publicatum *die 26. eiuſdem menſis*, quod refert Caſtellin. *de elect. c. 20. pag.* 456.

25. *γ Ad nutum ſuperiorum amouibiles.*] Qui ſcilicet diſtributionem bonorum habent, nam alios amouere non poſſe, refert deciſum Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 88. vbi ſubdit ſecus eſſe ſi adminiſtrationes huiuſmodi darentur in titulum, tunc enim admitterentur etiam illorum reſignationes, etiam in fauorem in forma digni, & pro expreſſis eiuſdem Ordinis profeſſis.

26. Moniales illas, quæ à Capitulo ſui monaſterij in officiales huiuſmodi eligi ſolebant in adminiſtrationem bonorum immobilium dicti monaſterij, ſi dicto monaſterio viſum fuerit, amoueri poſſe, dicit reſolutum Armend. *d. loco, n.* 89.

27. Licèt adminiſtrantes bona temporalia monaſteriorum, & officiales poſſint amoueri ad nutum ſuperiorum ex hoc text. in eo tamen non comprehendi officiales, qui bona temporalia non adminiſtrant, ſed hoc relinquitur diſpoſitioni iuris communis, & ſtatutorum Religionis, refert deciſum Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 90.

28. Procuratores monaſteriorum Monialium de triennio in triennium mutari debent, Aldan. *in compend. canon. reſol. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 10. vbi dicit reſolutum *in Orien.* 1. *Iulij* 1615.

29. *δ Nihilque ſuperfluum in ea ſit.* Peculium conceſſum Religioſo debere eſſe moderatum, & non ſuperfluum, dicit Sanch. *d. c.* 22. *n.* 17. vbi *n.* 28. quærit, & reſoluit, qua ſuperfluitatis culpa liberari valeant Religioſi ampliſſimos redditus habentes.

30. Arbitrio & præfinitioni ſuperiorum ſtare debere Regulares quoad mobilium ſuperfluitatem, & conuenientiam, niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, habita tamen ratione perſonæ, officij, & Regularis ſtatus, paupertatis, quam profeſſi ſunt, etiam cæterarum itidem qualitatum, refert deciſum Armend. *d. l. 7. de Relig. n.* 84.

An Religioſus ſit proprietarius, qui de licentia ſuperioris multa ſuperflua reſpectu ſui ſtatus poſſidet? Vide Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 7. quaeſt.* 95.

31. *ε Quòd ſi quis aliter, &c.*] Vide Nauar. *in c. non dicatis* 12. *qu.* 2. *notab.* 1. *n.* 33. 41. 48. *cum ſeqq. & in cap. nullum* 18. *quaeſt.* 2. *n.* 3. *cum ſeqq.* Ludouic. B in *reſponſ. caſuum conſcient. p.* 3. *caſ.* 36. *fol. mihi*, 380. *& p.* 4. *caſ.* 17. *fol.* 418. *& caſ.* 32. *fol.* 458. *in edit. Vlixbonen.* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Rel. lib.* 8. *qu.* 198. *n.* 2. vbi ſubdit hanc pœnam aperte iudicis ſententiam poſtulare, idem aſſerit Sanch. *d. lib. 7. c.* 20. *num.* 13. vbi etiam tenet hanc pœnam non incurri à dantibus, quamvis hi peccent contra paupertatis votum, ſed à retinentibus. Quibus aliis pœnis ſubiaceat Religoſus proprietarius, tradunt Coriol. *de caſib. reſeru. p.* 2. *caſ.* 4. *n.* 16. & 27. Sanch. *d. cap.* 20. *ex num.* 21. Barth. à S. Fauſto *d. quaeſt.* 197. Ego ipſe *in coll. ad cap. cum ad monaſterium, n.* 5. & 6. *de ſtat. monach.*

ζ Is biennio actiua, & paſſiua voce priuatus ſit.] Religioſum priuatum voce actiua, & paſſiua iuxta hoc decretum omni iure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capit. & iure patiendi vocem datam de ipſo à Capit. Conuentu, vel Collegio quoad ea, quæ ſibi ſunt oneri, & pœnæ priuatum cenſeri, conſuluit Nauar. *conſ. 6. de elect. in antiq.* aliàs *conſ. etiam 6. de verb. ſignif. in nouis*, refert Sayr. *in florib. dec. ſub illo tit. de elect. dec.* 6. 32.

De largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta, extat conſt. Clem. VIII. quæ incip. *Relig. ſub dat.* 13. *Kal. Iulij* 1594. quam referunt, & latè explicant, Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. munerum largitio.* Franc. de Souſa *in ſpeciali tract. de largitione munerum*, Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſ. lib. 8. q.* 199. *cum multis ſeqq.* Io. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. munera, differ.* 1. Bonac. *var. tract. diſp. 3. de largitione munerum Regularibus vtriuſque ſexus interdicta.* 33.

Regulares vtriuſque ſexus, & tam nouitij, quàm profeſſi comprehenduntur ſub conſtitutione Pontificia, qua munerum largitio interdicitur, ex Sel. *ſelect. canon. c.* 33. *n.* 11. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum à ſacra Congregatione Epiſcoporum *in S. Seuerini*, 23. *Iulij* 1603. 34.

Moniales velatæ, tam intra, quàm ſupra numerum abſq; dotali eleemoſyna nequaquam admitti poſſunt: huiuſmodi autem eleemoſynæ dotales, etſi ſint Monialium, vel conuerſarum intra numerum exiſtentium, emiſſa ab eis profeſſione expendi poſſunt in vſus communes neceſſarios monaſteriis; ſupernumerariorum autem dotes, poſt earundem profeſſionem omnino in emptionem bonorum ſtabilium monaſterij commodo conuerti debent, ita refert deciſum Ald. *in compend. canon. reſ. lib. 3 tit.* 10. *n.* 59. 35.

Monialium dotes anno probationis durante deponuntur iuxta formam in decreto generali præſcriptam, profeſſione verò emiſſa in bonis ſtabilibus, ſiue cenſibus, ad monaſterij vtilitatem implicentur, vt per Aldan *citato loco.* 36.

Dotales eleemoſynæ Monialium ſolui debent in ætate, neque aſſignatio bonorum ſtabilium, aut cenſuum permittitur. Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 20. vbi dicit reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. *in Camerinen.* 18. *Martij* 1588. 37.

Dotales eleemoſynæ apud Monialium conſanguineos, vel affines nullatenus relinquantur, ſed antequam puellæ habitum ſuſcipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam perſonam fide, & facultatibus idoneam, vt ſtatim profeſſione emiſſa in emptione bonorum ſtabilium, aut annuorum redditũum illico implicentur. Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 22. vbi dicit deciſum à S. Cong. Epiſcop. *in Luſitan.* 6. *Iunij* 1625. *ad* 3. 38.

Depoſitum dotalium eleemoſynarum in iis locis, in quibus non adſunt mercatores, aut banchi, fieri debent in manibus probi viri, & facultoſi, qui ad omne mandatum Monialium, & abſque aliqua exceptione eam ſoluturum ſe obliget. Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 23. vbi teſtatur ita reſolutum à S. Cong. Epiſcop. *in Camerinen.* 16. *Martij* 1594. 39.

Omnes

Omnes Conuentus, ſeu Monaſteria Mendicantium (Capuccinis exceptis, & Minoribus de Obſeruantia) poſſunt retinere, & poſſidere bona immobilia, & in omnibus Monaſteriis tam virorum, quàm mulierum conſtituatur numerus, qui ex redditibus propriis Monaſterij ſuſtentari poſſit, vel ex conſuetis eleemoſynis Monaſteria noua non erigantur, niſi cum licentia Epiſcopi.

CAPVT III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Minores de Obſeruantia, & Capuccini ſunt incapaces hæreditariæ ſucceſſionis.*
3. *Eccleſ. Fratrũ Minorum non poteſt validè inſtitui.*
4. *Conuentui Fratrum Minorum an poſſit legari.*
5. *Bona delata Religioſo, qui validam profeſſionem emiſit in Religione incapaci acquiruntur venientibus ab inteſtato.*
6. *Moniales S. Claræ non comprehenduntur in hac exceptione.*
7. *Moniales omnes cuiuſcunque Ordinis bona ſtabilia in commune habere poſſunt.*
8. *Congregatio totius Societatis IESV ceſſit cuicunque iuri prouenienti ex hoc decreto.*
9. *Quoad hoc, vt poſſit habere, & perpetuo poſſidere ſtabilia.*
10. *Societas IESV eſt capax acquiſitionis ſtabilium ad effectum vendendi.*
11. *Regularis ex indulto à Religione Fratrum Minorum de Obſeruantia ad tertium Ordinem S. Franciſci ex legitima cauſa tranſlatus recuperat ius ſuccedendi.*
12. *Religio Hieroſ. qualiter bona alienare poſſit.*
13. *Superiores monaſteriorum poſſunt ex fructibus bonorum pingues eleemoſynas facere.*
14. *Regularibus vendere non conuenit ſtabilia ad effectum emendi cenſus.*
15. *Domus profeſſæ Societatis IESV comprehenduntur in prohibitione de rebus Reg. non alienandis.*
16. *Religio Theatinorum an comprehendatur.*
17. *Numerus ille Religioſorum in monaſteriis conſeruari debet, qui ex redditibus, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari valeat.*
18. *Pius V. idem ſtatuit.*
19. *Gregorius XIII.*
20. *Clemens VIII.*
21. *Paulus V.*
22. *Gregorius XV.*
23. *Vrbanus VIII.*
24. *S. Congreg. Regularium.*
25. *S. Congreg. Concilij.*
26. *Monialis ſufficienter dotata an poſſit admitti cum ſua dote vltra numerum.*
27. *Monaſteria non eriguntur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt licentia prius obtenta.*
28. *Epiſcopi conſenſus non ſufficit in erigendis Regularium monaſteriis, niſi etiam Papæ auctoritas accedat.*
29. *Monialium monaſteria erigi & ædificari debent ſeruatis eiſdem ſolemnitatibus quæ ſeruantur in erigendis Religioſorum monaſteriis.*
30. *Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato concedere licentiam ædificandi noua monaſteria.*
31. *Carmelitæ diſcalceati de ſola licentia Ordinarij poſſunt noua conſtruere monaſteria.*
32. *Monachi Congreg. S. Mariæ Fulienſis.*
33. *Clerici Regulares S. Pauli decollati.*
34. *Monaſteria in poſterum erigi non poſſunt niſi ſeruatis, &c.*

CONcedit ſancta Synodus omnibus monaſteriis, & domibus tam virorum, quàm mulierum & Mendicantium, [a] *a exceptis domibus Fratrum ſancti Franciſci* Capuccinorum, & eorum qui Minorum de Obſeruantia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſũ, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Quòd ſi aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit. [b] In prædictis autem monaſteriis, & domibus tã virorũ, quàm mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, *ß is tantùm numerus conſtituatur*, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex redditibus propriis monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis cõmodè poſſit ſuſtentari, *γ nec de cætero ſimilia loca* erigantur ſine Epiſcopi, in cuius diœceſi erigẽda ſunt, licentia priùs obtẽta.

a Cap. exiit qui ſeminat, §. porrò, de verb. ſignif. in 6.
b Conc Arel. 4. c. 8 Conc. Moguntiacũ c. 19. c. 1. & c. auctoritate, de inſtit. c. quoniã, vt ait, de vita & honeſt cleric, c. vni, §. ſanè vt hoc, de ſtat. relig. in 6.

1. VIde Nauarr. *de orat. c. 22. n.* 82. Fr. Emman. *q. regul. tom. 3. q. 29. art.* 14. Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 12. c. 23. quæſ.* 8. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. c. 4.* Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 11. art. 6. & q. 18. art. 1.* D. Hier. Venero y Leyua *de examine Epiſcoporum, lib 6. c. 13. à princ.*

2. *a Exceptis domibus Fratrum S. Franciſci,* &c.] Minores Obſeruantiæ, & Capuccinos eſſe incapaces hæreditariæ ſucceſſionis, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, tenent Queſada *in ſuis q. var. c. 22. n.* 25. Sanch. *in præcepta Decalogi tom 2. lib. 7. c. 25. n.* 4. Nec per fideicommiſſum vniuerſale poſſe hæredes inſtitui, tradunt Cord. *in reg. S. Franciſci c. 6. q. 11. punct.* 1. Fr. Emman. *tom.* 2 *q* 78. *art.* 2. Sanch. *d. c. 25. n* 5. Quamvis adiiciatur clauſ. vt hæreditas vendatur, & in neceſſaria illis pretium cedat, adhuc inſtitutionem prorſus non valere, tenent Bald. Card. Anch. Felin. Dec. Gualdenſ. Montalu. Anton. Gabr. & alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c. 25. n.* 10.

Barbeſ. Collect. in Concil. Trid.

Nec Fratrum Minorum Eccleſiam poſſe validè hæredem inſtitui, reſoluunt Queſada *d. c. 22. n.* 19. Cordub. *d. puncto* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib. 12. c. 23. q.* 15. Sanch. *d. c. 25. n.* 14. 3.

Vtrùm autem Conuentui Fratrum Minorum poſſit legari? Latè diſputat Sanch. *d. lib. 7. c. 26. per tot.* 4.

Bona delata Religioſo, qui validam profeſſionem emiſit in Religione incapaci, nulla facta eorum diſpoſitione, acquiruntur venientibus ab inteſtato, etiamſi poſtea ex indulto tranſlatus ſit ad 5.

Religionem capſcem,quia quoad bona iam delata
ſnccelſioni ſecundæ Religioois capacis, ad quam
fuit tranſlatus,locus amplius non eſt,nec bonorum
renuntiationi. Sel. *in ſelectis Cnnon.c.12.n.5.* vbi
ita fuiſſe deciſum refert *ſub die 17. Iunij* 1571.
6. In hac autem exceptione Fratrum Minorum de
Obſeruantia non comprehendi Moniales S.Claræ,
refert deciſum Arm. *in addit. ad recop. legum Na-*
7. *uarre fol.*158 *n.*3.Nam Moniales omnes cuiuſcun-
que Ordinis bona ſtabilia in communi habere
poſſe, non obſtante earum regula, reſoluit Sel. *in*
*ſelect. Canonic. cap.*16. *n.* 3. vbi refert ita deciſum
à S. Congregat. Epiſcop. *in Parmen.* 16. *Ia-*
nuarij 1596.
8. Congregationem totius Societatis IESV de an-
no 1565. ceſſiſſe cuicunque iuri prouenienti ex
conceſſione Concilij in præſenti ad habenda bona
immobilia in communi in domibus profeſſorum,
vel eorum Eccleſiis, refert Sanch. *in præcepta De-*
*calogi tom.*2. *lib.*6. *cap.*18. *n.*11.
9. Et hanc renuntiationem intelligi quoad hoc vt
poſſit habere, & perpetuò poſſidere ſtabilia, non
autem, vt capiat ad vendendum,conſuluit Menoc.
*conſ.*1014.*n.*28.quem probat Rot. *in Rom. legat.*10.
Maij 1617. *coram bonæ mem. Burat.* inter eius impr.
10. *dec.*245. *n.*17. & ideò hanc ſocietatem,& domum
eiſe capacem acquiſitionis ſtabilium, ad effectum
illa vendendi, & ex eorum pretio propriis neceſſi-
tatibus prouidendi, tenuerunt Mandoſ. *de priuil.*
*ad inſtar, §.*11. *n.*12. Gabr. *conſ.*18. *in princ. & n.*6.
& 12. *lib.*1. Iul. Negr. *in comment. regul. contrar.*
*dicta Societatis p.*3 *ſub n.*7.*pag.*76. Burat.*d. deciſ.*
245.*n.*16.
11. Regularis ex Indulto à Religione Fratrum Mi-
norum de Obſeruantia ad tertium Ordinem ſancti
Franciſci ex legitima cauſa tranſlatus recuperat
ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento, vel ab
inteſtato poſt tranſlationem delatis, vt per Ald.
in compend. Canon. reſ. lib. 3.*tit.*8.*n.*12.vbi teſtatur
ita reſolutum *in Neritonen.*22. *Ianuarij* 1628.
12. Religioni Hieroſolymitanæ in bonorum alie-
natione, quæ ei obueniunt per ſucceſſionem
ſuorum militum defunctorum, non eſt denegan-
da facultas, iuxta decretum de non alienandis,
Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 14.vbi dicit deciſum *in Meleni-*
tana 21.*Iunii*.1628.
13. Superiores monaſteriorum, non obſtante de-
creto de rebus Regularium non alienandis, poſ-
ſunt ex fructibus bonorum pingues eleemoſy-
nas facere,puta decem rubiorum tritici, & ſimi-
lium, quia fructus non comprehenduntur in di-
cto decreto, Sel. *in ſelect. Can.c.*18. *n.*3. vbi dicit
ita reſolutum *in nullius* 18.*Septemb.*1627.
14. Stabilia Regularibus vendere non conuenit
ad effectum emendi cenſus, ex Sel. *citato loco, in*
Spoletana 12. *Mart.* 1619. pro fabrica mona-
ſterij, *Meſſanæ* 12. *Martij* 1619.
15. Domus profeſſæ Societatis IESV comprehen-
duntur in prohibitione nuper edita,de rebus Re-
gularium non alienandis, Ald.*d.tit.*8.*n.*15.vbi te-
ſtatur deciſum *ſub. die* 31. *Iul.* 1617.
16. Religio Clericorum Regularium Theatinorum,
quandiu inſtitutum nihil bonorum ſtabilium
poſſidendi retineat quoad bona immobilia non
comprehenditur in prohibitione nuper edita de
rebus Regularium non alienandis. Ald. *d. tit.* 8.
*n.*16.vbi ait ſic deciſum *de anno* 1625.
17. *Et is tantùm numerus conſtituatur,&c.*] Vide Na-
uar. *de reddit. Eccleſ. quaſt.*1. *monitu* 62. Quarant.
in ſumm. Bullar. verb. monaſteria Monialium, pag.
mihi 359.Fr. Emman. *quaſt.regul. tom.*2.*quaſt.*48.
art. 1. Zerol. *in praxi Epiſcop.p.*1.*verb.moniales §.*
6. *pag.* 256.Piaſec. *in ſimili praxi p.*2.*c.*3.*num.* 55.
Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.*13. *cap.*9.*q.*1. Aloyſ.
Ricc. *in praxi aurea reſol.* 202. Campan. *in diuerſ.*
iuris Canon.rubr. 12.*c.* 16 *n.*7.*&* 14. Fr. Lodou.
Miranda *in fine Manualis Pralat.* vbi de ſacris
Monialibus *q.* 8. *art.*6.metipſum *de officio & po-*
teſt. Epiſcop. p. 3. *alleg.* 98. ex quo loco multa me
non citato deſumpſit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ*
*Archiep. Neapol.deciſ.*219.*p.*4.
Pius V. in ſua conſtitutione incip. *Circa paſto-* 18.
ral. offic. ſub dat. 4. *Kal. Iulij* 1566.districtè præ-
cipit ne plures Moniales in earum monaſteriis
recipiantur, & admittantur, quàm propriis red-
ditibus ipſorum monaſteriorum, vel conſuetis
eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint, refero
Ego ipſe *d.alleg.*98.*n.*2.
Gregor. XIII. *in ſua conſtit.*incip.*Deo ſacris, de* 19.
anno 1573. iniunxit Ordinariis, vt præfatum ſta-
tuant numerum in monaſteriis ſibi ſubiectis, &
etiam exemptis, tradit Piaſec. *d. p.* 2. *c.*3.*n.*55.*in*
fine, quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 98.*n.*3. ex qua
colligunt Nau.*in cap ſtatuimus* 19.*q.*3. *n.*57. *verſ.*
tertio nota, Sanch.*d.lib.*7.*c.*25.*n.*5. Ego ipſe *d. al-*
leg. 98. *n.*3.*in fine*,& me citato *in illo loco*,Homob.
de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 12. *c.* 3. *q.*15.*re-*
*ſol.*3.*pag.*455. ſubdit Ordinarios locorum ſub pœ-
na peccati mortalis ad id faciendum obligari.
Clemens VIII. *in decretis de reform. Regul.* in- 20.
cip. *Nullus omnino*, §.14 *ſub die* 25. *Iulij* 1599. vt
refert Quarant. *verb.monaſt. & Conuent. pag. mihi*
421. Idem præcipit, & mandat, videlicet, vt in
vnoquoq; Conuentu Fratrum is tantum deinceps
conſtituatur, & in poſterum retineatur numerus,
qui ex redditibus illius propriis, vel ex communi-
bus conſuetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis,
aliiſve quibuſcunq; obuentionibus in commune,
vt præfertur, conferendis, commodè poſſit ſu-
ſtentari, redditus vero, & ſupradicta omnia in
communi loco,ac tuto diligenter aſſeruentur.
Paulus V. plura circa hoc ſtatuit in decreto de 21.
certo Religioſorum numero cuicunq; monaſterio,
Conuentui,ac Domui Regulari præfigendo, Incip.
Sanctiſſimus, ſub dat. 4. *Decembr.* 1605. quod fe-
runt Quarant. *loco proximè citato, pag.*432.& Ca-
ſtellin.*in addit. ad tract. de elect.pag.mihi* 502.
Gregor. XV. approbante S.Congreg. Illuſtriſſi- 22.
morum D. D. Cardinalium negotiis Epiſcopo-
rum & Regularium præpoſitorum *ſub die* 17. *Au-*
guſt. 1621. reuocat licentias à Paulo V. conceſſas
erigendi nouos Conuentus, volens quòd de cæ-
tero non erigantur, niſi in eo ſaltem duodecim
Fratres ac Monachi, ſeu Religioſi habitare, atque
ex redditibus ipſorum monaſteriorum, & con-
ſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint.
S.D.N. Vrban. Papa VIII. per ſuum Breue *ſub* 23.
dat. 28. *Aug.* 1624. multa tulit circa modum ere-
ctionis nouorum Conuentuum,in quo reuocat li-
centias quaſcunq; conceſſas contra tenorem de-
creti Gregor. XV. prohibens ſub pœna excom-
municationis, ne facultates per ipſum reuoca-
tæ, ſeu annullatæ, ſeu alio quouis præ-
textu, ſeu cauſa poſſint finiri, & abſolui, refert
Caſtellin.*in addit.ad tract.de elect.pag.*501.
Ordinationem S. Congregationis Regula- 24.
rium de non recipiendis vltra numerum præfi-
xum, referunt Piaſec.*d.c.*3.*n.*55.*in fin.*& Campan.
*d.c.*16 *n.*14. ac Ego ipſe *d. alleg.*98.*n.*4.
Nouiſſimè ſacra Congreg. Concil. Trid. *in de-* 25.
cretis de celebratione Miſſ. ſub die 21. *Iunij* 1625.
editis poſt ordinationem traditam ad ſciendum
quot

Digitized by Google

quot redditus, & eleemoſynas monaſteria habere debeant, vt ex illis ſuſtentati poſſint, ſic ait: *Deinceps vero monaſterium, Conuentus, Domus, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi prater alia ad id requiſita in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltem Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis detractis omnibus, vt ſuprà detrahendis competenter ſuſtentari valeant ad praſcriptum decreti Greg. XV. hac de re editi. Alioquin monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimoda iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.*

Super quibus decretis poſtea eadem ſacra Congreg. S. D. N. Vrbano VIII. approbante, aliquas edidit declarationes, quas originales, impreſſas quoque in Typographia Camerali vide de an. 1626. declarauit, vbi hæc numeri præfixio facta iam fuit in vim ſimilis decreti ſanctæ memoriæ Pauli V. abſque tamen computatione redditnum cuiuſcumque Religioſi, eſſe iterum faciendam, ſeruata forma vltimi decreti hac de re editi. Declarauit etiam nouitios ad habitum Regularem admiſſos poſſe admitti ad profeſſionem in monaſteriis, in quibus habita, vt ſuprà præfixione numeri, commodè ali non poſſunt, ſi alias habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio monaſterio eiuſdem Religionis collocandos eſſe, vbi commodè ali poſſint, Denique cenſuit ſupradictum decretum, vbi cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita, duodecim ſaltē Fratres in eis degere, & competenter ſuſtentari valeant, ita vt alioquin ſubſint iuriſdictioni ordinariæ, comprehendere eas Religiones, quæ non conſueuerunt onera Miſſarum accipere, vt ſunt Religioſi Capuccinorum ac Societatis Ieſu, pariterque habere locum tam in Italia, ad quam eſt reſtrictum, quàm extra Italiam.

26. Cum expletus eſt numerus perſonarum Religioſarum, quæ ali poſſunt ex annuis redditibus monaſterij, an poſſit aliqua ſufficienter dotata cum ſua dote ſupra illum numerum admitti? Affirmant Nao. *de reddit. q.* 1. *monitu* 62. Soar. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *c.* 9. *num.* 17. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *n.* 194. Sanch. *in pracepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 23. *n.* 4 *verſ. tertio*, aduertentes textum in præſenti prohibere ne, quando monaſterium plures fœminas alere non poteſt, quàm in eo iam ſiot, admittantur aliæ ſine dote expenſis monaſterij alendæ, & notat Sanch. *d. num.* 4. *verſ. ſecunda concluſio*, quòd quāvis attento iure antiquo *c. vnici ſanè, de ſtatu Regul. lib.* 6. profeſſio Monialis receptæ in monaſterio non Mendicantium, vltra numerum earum, quæ ex redditibus monaſterij, & conſuetis eleemoſynis, abſque penuria ſuſtentari valerent, eſſet irrita, hodie tamen locum non habet, quia conſuetudine abrogatum eſt, cùm compertum ſit plures ſæpe admitti, nec vnquam noſtris temporibus auditum ſit in controuerſiam verti valorem profeſſionis, ne dum illam irritari.

27. *y Nec de catero ſimilia loca, &c.*] Vide Fr. Emm. *queſt. regul. tom.* 1. *quaſt.* 22. *art.* 7. & *tom.* 2. *q.* 49. *art.* 3. Zerol. *in praxi Epiſcopali p.* 1. *verb. monachi* §. 1. & 2. Piaſ. *in ſimili praxi part.* 2 *c.* 3. *n.* 47. Vgol. *in tract. de poteſtate Epiſcopi c.* 20. §. 6. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Reg. lib.* 2. *c.* 8. Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curia Archiep. Neap. p.* 1. *deciſ.* 182. *n.* 4 & *part.* 2. *deciſ.* 75. Campan. *in diuerſor. iuris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 80. & 81. Ludouic. Miranda *in manual. Pralat. tom.* 1. *qu.* 33. *art.* 1. *concluſ.* 3. Galm. à Cocbier *de iuriſd. Ordinarij in exemptos p* 1. *q.* 36. & *part.* 2. *qu* 45. *n.* 36. Nonat. *in ſingular. concl.* 10. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor. lib.* 6. *c.* 10. *ex n.* 1. meipſum *de offic. & poteſt Epiſcopi p.* 2. *alleg* 27. *ex n.* 3.

28. In erigendis Regularium monaſteriis non ſufficere conſenſum Epiſcopi, niſi etiam Summi Pontificis auctoritas accedat, probat text. *in c.* 1. *de exceſſibus Pralat. lib.* 6. & *in c. vnic. de reg. domibus, eod. lib.* quorum diſpoſitionem non eſſe abrogatam per Concil. Trid. in præſenti, deciſum referunt Zerol. *d.* §. 2. & Campan. *d. n.* 80. *in fine*, ac Ego ipſe *d. alleg.* 26. *n.* 4.

Contra Sorb. *in compend. Mendicantium, verb. adificare, in ſua annot. verſ. circa*, §. 10. & Fr. Emm. *d. q.* 49. *art.* 3. exiſtimantes Epiſcopi tantùm licentiam eſſe neceſſariam.

29. Bulla Clement. VIII. *incip. Quoniam ad inſtitutum*, 99. *ſub dat. Roma* 23. *Iul.* 1603. in qua habetur quomodo locorum Ordinarij Regularibus licentiam poſſint impartiri nouos conſtruendi Conuentus, habet etiam locum circa erigenda monaſteria Monialium, debent enim eædem ſolemnitates ſeruari illis in ædificandis, ſicut in illis Regularium, ita Sel. *in ſelect. Canon. cap.* 90. *n.* 4. vbi teſtatur ſic reſolutum *ſub die* 19. *Decembr.* 1610.

30. Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato concedere licentiam ædificandi noua monaſteria, & Conuentus in loco diœceſis ex eo, quia eſt de maioribus, Sel. *d. loco*, vbi refert deciſum *ſub die* 11. *Iulij* 1620.

31. Fratres igitur Ordinis Carmelitarum diſcalceatorum obtinuerunt vt vbique de ſola licentia Ordin. poſſent noua conſtruere monaſteria ex conſtit. 10. Pauli V. incip. *Ad Eccleſia, de ann.* 1605.

32. Monachi Congregationis B. Mariæ Fulienſis ex conceſſione eiuſdem Pauli V. *conſtit.* 51. *incip. Miniſterio, de anno* 1608. idem obtinuerunt.

33. Superiores Congregationis clericorum Regularium S. Pauli decollati ex conceſſione eiuſdē Pauli V. *conſtit.* 64. *incip. Eccleſia, de anno* 1610. idem quoque obtinuerunt; quæ omnia ex meo tract. *de offic. Epiſcopi, vbi ſuprà*, illo non citato mutuatus fuit Aloyſ. Ric. *d. deciſ.* 168. *p.* 4.

34. Sed hæc monaſteriorum, aliorumque locorum Regularium, quorumque nouorum erigendi, ſeu inſtituendi, cœptorumque finiendi facultates reuocatæ ſunt, & illa in poſterum erigi prohibentur, niſi ſeruatis conſtitutionibus Clementis VIII. & Gregorij XV. & Concil. Trident. in hoc decreto, ac cum licentia Ordinariorum, ita S. D. N. Vrbanus VIII. *conſt.* 25. *incip. Romanus Pontifex*, 28. *Auguſti* 1624.

De Clauſura, & Obedientia ſemper & in omnibus ſeruanda.

CAPVT IV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Religioſus è Conuentu quomodo egredi valeat.*
3. *Clauſura violatio in Religioſis viris regulariter eſt peccatum veniale.*

4. *Clauſura violatur dimittendo habitum.*
5. *Proficiſcendo vltra mare, ſine debita ſuperioris licentia.*
6. *Curias Principum adeundo inconſulto ſuperiore.*
7. *Accedendo ad ſtudia non obtenta à Præl. facultate.*
8. *Illicitè tranſeundo ad aliam Religionem.*
9. *Religioſus à ſuperiore ſuo ſupra modum vexatus poteſt à monaſterio exire.*
10. *Appellatio datur à correctione quam facit Prælatus Regularis excedendo modum, & transgrediendo regulæ limites.*
11. *Appellatio interponitur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.*
12. *Religioſus iuſtè, ac legitimo iuris ordine in carcerem coniectus non poteſt fugere etiam prætextu ad ſuperiorem ſuum accedendi.*

PRohibet ſancta Synodus, ne quis Regularis, ſine ſui Superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſvis pij operis prætextu, [a] ſubiiciat ſe obſequio alicuius Prælari, Principis, vel Vniuerſitatis, vel communitatis, aut alterius cuiuſcumque perſonæ, ſeu loci, neque ei aliquod priuilegium, aut facultas, ab aliis ſuper iis obtenta, ſuffragetur. Quod ſi contra fecerit, tanquam inobediens arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat regularibus à ſuis conuentibus recedere, *a etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi*, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint; Qui verò ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tanquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Illi autem, qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in conuentibus tantùm habitent, alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

[a] C. quando, de offic. ordin. Clem. ne in agro, §. quia verò, de ſtatu mon.

1. VIde Nauarr. *comment. 2. de Regularibus, n.61. & commento 3. n. 50.* Fr. Emman. *quæſt. reg. tom.1. quæſt.30. art.3. & 4. & tom.2. q.55. art.10.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.12. cap.11. quæſ.7. & 8.* Sayr. *in claui Regia, lib.2. c.17. & n.37.* Portel. *in dubiis regularibus verb. Epiſcopus, n.10.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.1. c.8. n.15. & 16.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religioſ. lib.1. c.6. de voto obedientiæ.* Camp. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 12. c 9.* latè Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.6. q.158. cum ſeqq.* Vales. Reginald *in praxi fori pœnitent. lib.18. cap.18. & 403. cum ſeqq.* D. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcopor. lib 6. c.8. ex n.8.*

2. Clemens VIII. *in ſuis decretis pro reformation. Regularium,* duas tulit ordinationes, quarum prima eſt, vt nullus è Conuentu egredi audeat niſi ex cauſa, & cum ſocio, licentiáque ſingulis vicibus impetrata, & benedictione accepta, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociúmque exituro adiungat non petentis rogatu, ſed arbitrio. Secunda verò eſt vt degentes extra clauſtra Conuentus ad ea reuocentur, nec de cætero niſi ex grauiſſima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda huiuſmodi facultates concedi poſſint, refert Barthol. à S. Fauſto *d. lib.6. q.162.*

3. Vtrùm violatio clauſuræ in Monachis, ſeu Religioſis viris, ſit peccatum mortale? Veniale tantummodo eſſe regulariter, per ſe loquendo, tuentur Nauar. *comment. 4. de Regularibus n.29. & 30.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1. quæſt. 32. art.1. concluſ.1. & 2.* Bonac. *de clauſur. q.2. puncto 1. num.2.*

Contra Soar. *de Relig. tom.4. lib.1. cap. 16. n.5. & ſeq.* exiſtimantem hanc obligationem Religioſi ex ſuo genere mortalem eſſe.

4. Clauſuram multipliciter violari poſſe, referunt ſuprà citati Doctores. Primò dimittendo habitum, de quo vide Fr. Emm. *tom.2. quæſt 76. art.6.* Filliuc. *tract.14. c.8. q 4. n. 133.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.8. n.49. cum ſeqq.* Barthol. à S. Fauſto *lib 6. q.203. cum ſeqq.* Campan. *d. c.9. n.6.* Sanctarel. *de apoſtaſia c.1. n.6. & 7.*

5. Secundo proficiſcendo vltra mare, ſine debita ſuperioris licentia, Bonac. *d. q.2. puncto 4.*

6. Tertiò adeundo Curias Principum inconſulto ſuperiore, de quo Soar *de cenſur. diſp. 23. ſect.5. n.6.* Filliuc. *d. cap.8. quæſ.6. n.140. & ſeqq.* Sayr. *de cenſur. lib.3. cap.34. num.17.* Bonacin. *de clauſura, q.2. punct.5.*

Quartò accedendo ad ſtudia non obtenta à 7.
Prælato facultate, Sayr. *d. lib.3. cap.33. à num.20.* Filliuc. *d. c.8. quæſt.4. num.136.* Sanch. *d. c.8. n.72. cum ſeqq.* Sanctar. *in tract. de apoſtaſia, cap.2.* Bonacin. *d. q.2. puncto 6.*

Quintò illicitè tranſeundo ad aliam Religio- 8.
nem, de quo F. Emman. *q. regular. tom.1. quæſt.30. art.1. cum ſeqq.* Axor. *inſtitut. moral. p.1. lib. 11. c.16.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap.41. dub.15.* Soar. *de Relig. tom.4. lib.3. cap.2.* Sanch. *d. lib.6. c.8.* Sanctarel. *de apoſtaſia,* Bonac. *d. quæſt.2. puncto 11.* & plures per me citati *in collectan. ad c. ne religioſi, de Regularibus.*

a Etiam prætextu ad ſuperiores ſuos accedendi.] 9.
Religioſum à ſuperiore ſuo ſupra modum vexatum poſſe à monaſterio exire, dummodo id faciat illum Superiorem adeundi gratia, cuius auctoritate ab iniqua vexatione liberetur, nec in apoſtaſiæ pœnas incurrere, reſoluunt Nau. *comment.2. de Reg. num.61. & commento 3. num.51.* Aragon. *2.2. q.69. art.3.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.1. quæſt.30. art.3. & 4.* Axor. *d. part.1. lib. 12. c.11. quæſ. 7. & 8.* Sayr. *in claui Regia, lib. 12. c.17. n.40.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis, part.2. caſu 3. n.19. & caſu 5. de iudice regulari, §.10. n.27.* Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q.2. puncto 11. §. 1. n. 9.* Octauian. Spathar. *de modo corrigendi Regulares tract.3. part.4. c.2. num.4.* nouiſſimè Tamburin. *tom.3. de iure Abbatum diſp.5. q.12. n.79.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.8. num. 102.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta. præc.2. lib.8. c.5. num.12.* Laurent. de Peirinis *de ſubdito Religioſo, tom.1. q.1. de obedient. c.20. in princ.* quorum plures, præcipuè Arag. aſſerunt Concil. *in præſenti* intelligi de illo, qui ſuperiorem adit non ex aliqua graui, ſed leui, aut leuiſſima cauſa, intelligentes opinionem Bañes contrarium ſentientis *in 2.2. quæſt.12. art.1.* quando ex tali fuga ad Superiorem ſequeretur ſcandalum, & perturbatio magna Religionis propter ignorantiam cauſæ, qua dictus Religioſus mouetur ad talem fugam.

A correctione igitur, quam facit Prælatus Re- 10.
gularis, excedendo modum, & tranſgrediendo regulæ limites, dari appellationem, ſecus ſi non excederet, probant text. *in c. de Priore, de appell.* &

& ine. licite, de offic. ordinar. Nauar. *conſ.* 4. *ſub tit. de appell. & conſ. unic. n.* 6. *de ſentent. & re iud. & conſ. unic. n.* 8. *vt lite pend. & comment.* 3. *de Reg. n.* 51. F. Emman. *quaſt. reg. tom* 1. *quaſt.* 29. *artic.* 2. *& tom.* 2. *q.* 53. *art.* 10. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctor.* 18. *n.* 20. *§. quinto, verſ. concluſionem,* Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 11. *quaſ.* 8. Sayr. *d. c.* 17. *ex n.* 38. Sigiſm. Scac. *de appell. quaſt.* 17. *limit.* 36. *num.* 8. Cened. *canon. var. q. lib.* 1. *q.* 26. *num.* 22. Fagond. *d. cap.* 5. *n.* 13. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 102. vbi cum Nauarr. Fr. Emman. Azor. & Sayr. *citatis locis,* dicit non obſtare Concilium in præſenti, quia non interdicit appellationem ad Superiorem, ſed receſſum à monaſterio prætextu adeundi ſuperiorem.

11. Vnde Sorb. *in comp. priuil. mendic. verb. appellare, in ſuis annot. circa §.* 1. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 29. *art.* 1. Cotiolan. *d. §.* 10. *num.* 28. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Religion. lib.* 1. *c.* 6. *dub.* 4. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 8. *n.* 107. *in fine,* referunt deciſum *de anno* 1587. vt appellatio hoc ordine interponatur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & ab hoc ad Cardinalium Congregationem.

Religioſum iuſtè, ac legitimo iuris ordine ſeruato in carcerem coniectum non poſſe fugere, etiam prætextu ad ſuperiorem ſuum accedendi, ſed teneri ibi permanere etiam ante condemnationem, vbi Prælatus iuſſit illum ſtare, reſoluunt Caiet. 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *ad* 2. Nauar. *comment.* 4. *de Regul. n.* 64. Fr. Emman. *tom.* 2. *q.* 22. *art.* 6. Sayr. *d. lib.* 12. *c.* 18. *n.* 8. 12.

Contra Bannes 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. exiſtimantem poſſe fugere non quidem ad vagandum, aut habitum dimittendum, ſed impetrandum illius pœnæ veniam à ſuperiore Prælato, vel à Romano Pontifice.

Clauſura Monialium ſeruetur, & reſtituatur vbi violata fuerit, ſub pœnis, vt ibi. Moniales ex legitima cauſa quandoque exeant, & ad breue tempus nullus ſepta Monaſterij ingredi audeat ſine Epiſcopi licentia, vel ſuperioris, ſub pœna excommunicationis. Monaſteria Monialium, exiſtentia extra vrbes, reducantur intra vrbes, aut oppida.

Capvt V.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Pius V. ſuper clauſura & reformatione Monialium.*
3. *Idem Pius contra Moniales exeuntes à clauſura.*
4. *Gregorius XIII circa loca, & alia clauſura pertinentia multa edidit.*
5. *Idem reuocat quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria Monialium.*
6. *Prælati & alij Monialium curam habentes earum monaſteria ingredi non poſſunt, niſi in caſibus tantùm neceſſariis.*
7. *Gregorius XIII. reuocat licentias, & quæcunque priuilegia ingrediendi Monialium monaſteria.*
8. *Sixtus V. ſimilem reuocationem fecit.*
9. *Paulus V. ſtatuit circa modum vtendi facultatibus conceſſis à Papa ingrediendi, &c.*
10. *Idem reuocauit omnes licentias ſecularibus mulieribus conceſſas.*
11. *Epiſcopus punit tam Regulares, quam ſæculares delinquentes circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.*
12. *Epiſcopi in omnibus monaſteriis Monialium earũ clauſuram vbi violata fuerit, reſtituere debent.*
13. *Epiſcopus poteſt & debet videre, an clauſura ſeruetur etiam in monaſteriis Monialium, quæ Regularibus ſubduntur.*
14. *Epiſcopus habet iuriſdictionem in Moniales, quæ priuilegio, vel indulto Papæ ſunt immunes in iis, quæ ad clauſuram pertinent.*
15. *Moniales exemptæ poſſunt toties viſitari ab Epiſcopo quoad clauſuram quoties ei videbitur expedire.*
16. *Vicarius generalis ex officio poteſt viſitare clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum.*
17. *Suffraganeus Epiſcopus non poteſt vti talis viſitare clauſuram Monialium abſque ſpeciali commiſſione Epiſcopi.*
18. *Moniales in ciuitate ſituatas, ſed alieno Epiſcopo ſubiectas viſitare poteſt Epiſcopus diœceſis.*
19. *Principes abſque iuſta cauſa hoc auxilium denegantes non peccant, ſecus magiſtratus ſæculares.*
20. *Iudices Eccleſiaſtici poſſunt ſæcularibus magiſtratibus iniungere pœnam excommunicationis vt præbeant auxilium.*
21. *Magiſtratus ſæculares qui.*
22. *Monialibus poſt profeſſionem non licet exire è monaſteriis.*
23. *Nec ex cauſa quæ Epiſcopo legitima videatur, niſi ſit de expreſſis in iure.*
24. *Moniales an poſſint è monaſteriis exire ex aliis caſibus ſimilibus vel vrgentioribus, quàm expreſſis in conſt. Pij V.*
25. *Moniales poſſunt tẽpore belli à monaſterio exire.*
26. *Moniali non poteſt licentia concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperetur ſalus ea non egreſſa.*
27. *Abbatiſſa an poſſit exire pro præſtando iuramento fidelitatis ratione feudi.*
28. *Abbatiſſa non poteſt è monaſterio exire vt viſitet ædificium Eccleſiæ an ſibi placeat.*
29. *Monialis non poteſt egredi vt curam nepotum gerat.*
30. *Moniales quando poſſint tranſire de licentia ſuperioris de vno monaſterio ad aliud.*
31. *Moniales poſſunt ad aliam Religionem perfectiorem tranſire.*
32. *Moniali licitus eſt exitus, quæ dum in proprio monaſterio aliqua de cauſa commodè corrigi non poteſt, ad aliud monaſterium correctionis cauſa transfertur.*
33. *Monialis, quæ adeò incorrigibilis eſt, vt ipſius emendatio in nullo monaſterio ſperetur, eiici non poteſt.*
34. *Monialibus licitus eſt exitus quando auctoritate Prælati totus Monialium Conuentus locum mutat.*
35. *Monialibus conuerſis licitum eſt exire è monaſterio ad petendas eleemoſynas Conuentui neceſſarias*

ceſſarias, dum eas per alios commodè petere non poſſunt.

36. *Moniales conuerſa qua ad queſtuandum mitti poſſint.*

37. *Conuerſa non debent permitti, ut exeant ad effectū claudendi, vel aperiendi ianuā monaſterij.*

38. *Conuerſitarum in monaſteriis, an & quando eis permittatur exire ad queſtuandum.*

39. *Moniali non licet poſt profeſſionem exire è monaſterio niſi ex cauſa cognita & expreſsè in ſcriptis approbata per Epiſcopum.*

40. *Monialibus è monaſterio Sedi Apoſt. aut Regularibus ſubiecto exire non licet, niſi adſit conſenſus communis Epiſcopi diœceſani, & ſuperioris Regularis.*

41. *Vicarius generalis Epiſcopi ex officio poteſt moniali egrediendi licentiam concedere.*

42. *Moniales è ſuis monaſterijs egredientes, extra caſus exceptos ſunt ipſo iure excommunicatæ.*

43. *Monaſterium monialium intra ſepta ingredi nemini licet.*

44. *Monialium clauſuram ingredi nullus poteſt ad conſpergendum aqua benedicta cellas in die Sabbati ſancti.*

45. *Monialis nulla energumena intra monaſterij ſepta à quocunque Presbytero ſeculari, vel Regulari, etiam Confeſſario exorcizetur.*

46. *Monaſterij nomine quid comprehendatur.*

47. *Reges, & Regina non poſſunt Monialium monaſteria ingredi.*

48. *Fœmina non poſſunt monaſteria Monialium ſine licentia ingredi.*

49. *Monaſterium ingrediens abſque ſuperioris licentia animo habitus Regularis aſſumendi & profitendi non incurrit excommunicationem.*

50. *Mulieres qua ſunt in diſcordia cum maritis, debent ſi ſunt in monaſteriis Monialium tolerari.*

51. *Mulier quando debeat permitti ingredi monaſterium Monialium ſi timet ſauitiam mariti.*

52. *Mulieres nupta in monaſteriis Monialium recipi non debent.*

53. *Vidua in monaſteriis Monialium recipi non debent niſi Moniales fieri velint.*

54. *Matribus licentia ingrediendi monaſteria Monialium praſtari non poteſt ad inuiſendas filias morti proximas.*

55. *Infantes diſcretione carentes admitti poſſunt ad clauſtra monialium.*

56. *Pueri ſeptēnes praſumūtur vſū rationis adepti.*

57. *Epiſcopi, ſeu eorum Vicarij ſpeciale mandatum habentes poſſunt concedere facultatem ingrediendi Monialium monaſteria etiam Summo Pont. ſubiecta.*

58. *Prouiſor à Capitulo nominatus poteſt in monaſteriis ſibi ſubiectis hanc licentiam concedere.*

59. *Monialium praefectu poteſt hanc licentiam concedere in caſibus repentinis.*

60. *Facultas ingrediendi monaſteria Monialium Regularibus ſubiecta pertinet ad earum ſuperiores Regulares.*

61. *Epiſcopi ingredientes Monialium monaſteria ſibi non ſubdita ſine ſuperioris licentia in ſcriptis, comprehenduntur hoc decreto.*

62. *Monaſterium ſi auctoritate Pont. cuidam ſoli Pralato Conuentuali ſubiectum ſit, ille ſolum, & non Generalis, aut Prouincialis licentiam ingreſſus in id monaſterium concedere poteſt.*

63. *Abbatiſſa non poteſt facultatem ingrediendi monaſterium concedere.*

64. *Superior iuſtè poteſt licentiam generalem concedere Abbatiſſis concedendi ingreſſus facultatē.*

65. *Fratribus Minoribus interdictus eſt in ſua regula ingreſſus abſque ſpeciali Papa licentia ad monaſteria Monialium.*

66. *Licentia Sedis Apoſt. exigitur ad ingreſſum in S. Clara, & Conceptionis monaſteria ſubiecta Ordini Minorum.*

67. *Licentia ingrediendi intra ſepta monaſterij Monialium debet eſſe ſpecialis.*

68. *Finitur primo actu.*

69. *Extenditur ad ſocium obtinentis.*

70. *Et verbis expreſſis debet eſſe conceſſa.*

71. *Licentia ingrediendi ſepta Monialium in ſcriptis ſub peccato mort. habenda eſt, etiam ſi cauſa ingreſſus legitima ſit.*

72. *Niſi ſuperueniat neceſſitas.*

73. *Monialium clauſtra ingredientes ſine licentia Epiſcopi vel ſuperioris in ſcriptis obtinenda pœnam excommunicationis incurrunt.*

74. *Excōmunicatione reſeruata lata in ingredientes clauſtra Monialium non comprehendūtur niſi intrantes ex praſumptione, & praetextu licentiarum.*

75. *Excommunicatione hac reſeruata non afficitur ille, qui facultatem ingrediendi habet, ſed non ingreditur praetextu illius.*

76. *Cenſura & pœna contra eos, qui aliquem in monaſteria Monialium ingredi faciunt, permittunt, vel admittunt.*

77. *Epiſcopi & ſuperiores Pralati quando poſſint ingredi Monialium monaſteria.*

78. *Facultas ingrediendi clauſtra Monialium concedi non poteſt, niſi ob cauſam neceſſitatis.*

79. *Licentiam ingrediendi clauſtra Monialium obtinens ex cauſa, qua tunc ſuberat, ſed tempore ingreſſus ceſſauit, non eſt tutus in conſcientia ingrediendo.*

80. *Licentiam ingrediendi Monialium monaſteria obtinentes ex cauſa, ſi ingrediantur pro libito, incurrunt ipſo facto excommunicationem Papa reſeruatam.*

81. *Neceſſitas non phyſicè, ſed moraliter in praſenti decreto accipienda.*

82. *Confeſſario quando liceat ingredi clauſtra Monialium.*

83. *Medico quando liceat.*

84. *Superiori cauſa viſitationis quando ſit licitus ingreſſus.*

85. *Monaſteria Monialium licitum eſt introire pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt.*

86. *Baiuli iuſtam ingreſſus cauſam habent.*

87. *Abbatiſſa ad electionem licitus eſt ſuperiori ingreſſus in monaſterium quoties magna ſubornationis ſuſpicio eſt.*

88. *Fœmina intra Monialium monaſterium licitè intromitti poſſunt in obſequium, & famulatum Monialium.*

89. *Collectori Portugalia licet licentiam concedere introducendi mulieres in monaſteria Monialium pro earum ſeruitio.*

90. *Ancilla laica non datur in communi Monialibus S. Clara.*

91. *Ancilla non datur pro educandis.*

92. *Puellarū ingreſſus in monaſterium Monialium licitus eſt educationis gratia.*

93. *Puella in monaſteriis educationis cauſa recipi non poſſunt minores ſeptennio, & maiores vigeſimoquinto.*

94. *Puella poſt prateritum tempus 25. annorum, intra quod in monaſterio morari conceditur educationis cauſa nullam cenſuram incurrit.*

95. Conditiones

95. *Conditiones quæ ſint neceſſaria ad puellas in monaſterio Monialium educationis gratia collocandas.*
96. *Puellæ recipi non poſſunt educationis cauſa in monaſterium Monialium, niſi præcedat omnium conſenſus.*
97. *Moniales in earum monaſteriis quando puellas educationis cauſa recipere poſſint.*
98. *Iudex, alijque viri poſſunt monaſterium Monialium ingredi ad expellendum malefactorem.*
99. *Monaſteria Monialium ex iuſta cauſa & licentia ingredientes peccant mort. & cenſuris afficiũtur ſi finito miniſterio ſtatim non egrediãtur.*
100. *Monaſteria Monialium frequentare interdictum eſt omnibus.*
101. *Collocutoria communia vbi retinenda.*
102. *Religioſi accedentes ad monaſteria Monialium incurrunt pœnas priuationis officiorum, vocis actiuæ & paſſiuæ, ipſo facto incurrendo.*
103. *Regulares cuiuſcunque Ordinis prohibentur accedere ad monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis.*
104. *Regulares reperti abſque licentia cum Monialibus alloqui qualiter puniantur.*
105. *Vicarius Fratrum abſque Apoſt. Sedis licentia Moniales alloquens incidit in pœnas.*
106. *Epiſcopi licentiam dare valent Religioſis alloquendi Moniales ſeruatis certis regulis.*
107. *Sub collector abſque Ordinarij licentia alloquens cum Monialibus poteſt excommunicari.*
108. *Monialium patres, fratres, & filij vt eaſdem alloquantur in temporibus non prohibitis, licentiis non indigent.*
109. *Regulares adeuntes monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia non incidunt in pœnam excommunicationis quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit.*
110. *Moniales exempta alloquentes cum viris contra prohibitionem Epiſcopi non poſſunt ab eo puniri.*
111. *Moniali litteras ſcribens & mittens, an incidat in cenſuram comminatam ab Epiſcopo aduerſus euntes in monaſteria Monialium.*
112. *Excommunicatio Epiſcopalis aduerſus adeuntes monaſteria Monialium comprehendit accedentes ad exempta.*
113. *Licentiam alloquendi Moniales Regularibus ſubiectas an dare poſſit Epiſcopus.*
114. *Doctores de clauſura monaſteriorum virorum quoad ingreſſum fœminarum, agentes.*
115. *Horti & prata Religioſorum comprehenduntur ſub clauſura.*
116. *Monaſteria Monialium intra vrbes, & oppida frequentia reducenda.*
117. *Tranſlatio Monialium ad Vrbes quomodo facienda.*
118. *Moniales ab vno monaſterio in recenter erectum non transferuntur niſi obtenta à Sede Apoſtol. vel à Congreg. ſpeciali facultate.*
119. *Moniales quando transferri poſſint in monaſteria nouiter erecta.*

BOnifacij ª Octaui conſtitutionem, *α qua incipit Periculoſo*, renouans Sancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis, *β ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ*, præcipit, *γ ut in omnibus monaſteriis*, ſibi ſubiectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apoſtolicæ Auctoritate clauſuram Sanctimonialium vbi violata fuerit diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, inobediẽtes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliáſque pœnas, quacumq; appellatione poſtpoſita compeſcentes, *δ inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio* brachij ſæcularis. Quod auxilium vt præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus, *ε & ſub excõmunicationis pœna* ipſo facto incurrenda, omnibus *ζ magiſtratibus ſæcularibus* iniungit. ᵇ *η Nemini autem Sanctimonialium* liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, *θ niſi ex aliqua legitima cauſa, ι ab Epiſcopo approbanda*, indultis quibuſcumque & Priuilegiis non obſtantibus,ᶜ *κ ingredi autem intra ſepta λ monaſterij* nemini liceat, *μ cuiuſcumque generis, aut conditionis, ν ſexus ξ vel ætatis fuerint, ο ſine Epiſcopi, π vel Superioris ρ licentia, σ in ſcriptis obtenta, τ ſub excommunicationis pœna* ipſo facto incurrenda. ᵈ *υ Dare autem tantum Epiſcopus, vel Superior licentiam* debet *φ in caſibus neceſſariis*, neque alius vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi. *χ Et quia monaſteria* Sanctimonialiũ extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus ſine vlla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita, curent Epiſcopi, & alij ſuperiores, ſi ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex iis ad noua, vel antiqua monaſteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, *ψ inuocato etiam auxilio*, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis. Impedientes verò, vel non obedientes, per cenſuras Eccleſiaſticas parêre compellant.

a Cap. periculoſo, de ſtat. mon. in 6. decret. l. 6. de ſtat. reg. cap. 1.

b Conc. Cabilonen. 2. c. 57. 62. 63.

c Concil. Maiiſcon. 1. cap. 2. Conc. Arel. cap. 7.

d Cap. diffinimus 18. q. 2. c. periculoſo de ſtatu mon. in 6.

1. VIde Nauar. *in man. cap. 27. n. 18 & in ſap. non dicatis 12. quæſt. 1. n. 51. & n. 72. & in commento 4. de Regularibus num 39.* Fuſc. *de viſit. lib. 1. c. 18.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib 4. cap. 13. n. 6. cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. mor. p. 1. lib. 12. cap. 8. à princip.* Zerol. *in praxi Epiſcopi. p. 1. verb. Moniales, §. 3. & §. 16.* Fr. Emman. *quæſ. regul. tom. 2. quæſt. 2. art. 7.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 2. cap. 1. n. 47. cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 810. & in praxi rerum fori Eccleſiaſt deciſ. 645. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 531. in 2. edit.* Campan. *in diuerſor. iuris can. rub. 12. cap. 16 n. 18.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom 2. lib. 6. c. 15.* Armend. *in add. ad recop. legum Nauarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religioſibus num. 100. cum ſeqq.* Boët. Epo *ad s. monaſteria 8. n. 1. de vita & honeſt. cler.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp. 21. cum ſeqq.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. c. 25.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ. cap. 4.* Pottel. *in dub. Reg. verb clauſura Monialium,* Gauant. *in man. Epiſcop. eod. verb.* Victorel. *de origine & clauſura Monialium.* Non. *in lucerna Reg. verb. clauſur & verb. licentia,* Laurent. de Franc. *de controuerſ. inter Epiſc. & Regul. q. 6. verſ. 15.* Laurent.

de

de Peirinis *in conſt. ſui Ordinis Minimorũ, conſtit. 6. Pij V. ex num.* 1. Hieron, Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.6.c.*12. Bonacin. *de clauſura, & pœnis cum violantibus impoſitis, q.*4. Galatza *in opuſculo de clauſura Monial.* metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi, p* 3 *alleg.* 102.

2. Pius V. in ſua conſt. incip. *Circa paſtoralis, ſub dat* 4. *Kal. Iulij* 1566. ſuper clauſura, & reformatione Monialium cuiuſcunque Ordinis Bonifacij VIII. conſtitution. *in c. periculoſo, de ſtatu Regul. lib* 6. & Concil. Trid. decretum in præſenti renouauit, quam refero Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.*13. & Laurent. de Peirinis *d. tom.* 1. *conſt. ſui Ordinis Minim. conſt.* 6. *Pij V.*

3. Idem Pius V. aliam edidit conſtitution. incip. *Decori, ſub dat. Kal. Febr.* 1569. contra Moniales exeuntes à clauſura, niſi in quibuſdam caſibus, eáque comitantes, vel receptantes, & contra ſuperiores exeundi licentiam concedentes, niſi in caſibus in ea expreſſis, eſt *in Bullario nouo tom.* 2. *Conſt.* 8. *eiuſd. Pont. pag.* 185. & refert Quarant. *in ſum. Bullar. verb. monaſteria Monialium. pag.* 450. & Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 14.

4. Gregorius XIII. *in ſua Conſt.* incip. *Deo ſacris, ſub dat.* 3. *Kal. Ianu.* 1572. circa loca, & alia clauſuræ pertinentia multa edidit, quam refert Quarant. *d. verb. Monaſteria Monial. pag.* 443. & de ea meminit Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 6.

5. Idem alia *ſua Conſt.* incip. *Vbi gratia*, ſub *dat. Idibus Iunij* 1572. reuocat quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria, & loca Monialium, & virorum cuiuſcunque Ordinis, & prohibet vti licentiis ab Epiſc. vel ſuperioribus conceſſis pro caſibus neceſſariis; niſi in neceſſitatibus vrgentibus, eſt *in Bull. nouo tom.* 2. *conſt.* 28. *eiuſdem Pontif. p.* 395. refert Quarant. *d. verb. Monaſt. Monialium pag.* 447. *& ſeq* Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 33.

6. Idem alia ſua conſtitutione incip. *Dubiis, ſub dat.* 23. *Decembris* 1581. declarauit, quòd etiam Prælati, & alij Monialium curam habentes earum monaſteria ingredi non poſſint, niſi in caſibus tantùm neceſſariis, eſt *in Bullario nouo tom.* 2. *conſtit.* 28. *eiuſdem Pont.* & refert Quarant. *d. verb. monaſteria Monialium, pag.* 447.

7. Idem alia ſua conſtitutione incip. *Quæ ſanctimonialium, ſub dat.* 8. *Septembris* 1584. ſimilem generalem prædictarum licentiarum, & quorumcunque priuilegiorum reuocationem fecit, quam refero *d. alleg.* 102. *n.* 34.

8. Sixtus V. *in ſua conſt.* incip. *Sanctimonialium, ſub dat.* 5. *Ianu.* 1589. ſimilem aliam etiam generalem reuocationem fecit omnium licentiarum quarumcunque ingrediendi monaſteria, & ibi permanendi mulieribus ſæcularibus cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtentibus, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, & Duciſſis conceſſarum.

9. Paulus V. *in ſua conſt.* incip. *Facultatum*, de qua *in Bullar. nouo to.* 3. *conſt.* 52. *eiuſdem Pont.* ſtatuit circa modum vtendi facultatibus conceſſis à Romanis Pontificibus ingrediendi monaſteria Monialium, ac declarauit, & ordinauit, quòd nulla perſona cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtat, vigore licentiarum plura monaſteria pluribus vicibus ingrediatur, ſed quòd licentiæ huiuſmodi reſpectu vniuerſorum, non autem aliquorum, vel ſingulorum monaſteriorum ſuffragentur, ita vt cui bis in anno, ſeu amplius plus monaſteria ingredi conceditur, bis, vel amplius tantùm vniuerſa non autem eorum aliqua, vel ſingula ingredi liceat, etiam ſi prædicta monaſteria in diuerſis ciui[illegible], terris, diœceſibus, & locis exiſtant.

10. Idem alia ſua conſt. incip. *Monialium, ſub die* 10. *Iulij* 1612. reuocauit omnes licentias ingrediendi monaſteria Monialium ſæcularibus mulieribus, etiam Marchionali, & Ducali dignitate fulgentibus, eſt *in Bullario nouo tom.* 3. *conſt.* 74. *eiuſdem Pontificis*, & de illa meminit memoriale clericur. *c.* 9. *n.* 12.

11. Gregorius XV. *in ſua conſt. de exemptorum priuilegiis*; incip. *Inſcrutabili, ſub dat.* 9. *Febr.* 1622. inter alia circa hanc materiam ſic loquitur: *Adhæc tam ſæculares, quàm Regul. huiuſmodi nullis priuilegiis & exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem monaſteriorum Monial. etiam Regul. ſubiectarum ab Epiſc. loci ſimiliter, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.* Hactenus Gregor. conſtitutio ſuper qua ſacra Illuſtriſſimorum Cardinal. Cong. Conc. Trid. interpretum poſtea cenſuit illam in ſupradictis verbis habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantùm, & cum populi ſcandalo, quam declarationem apud Typographiam R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſam vidi. S. D. N. Vrbanus VIII. ſuo motu proprio incip. *Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium, ſub dat.* 27. *Octobris* 1624. ſimiles edidit reuocationes.

α *Quæ incipit, Periculoſo*, &c.] Vide Stephan. Vveyms *ad conſtitut.* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.* 15. *pag.* 134. *cum ſeq.* vbi innouatur *c. periculoſo, de ſtatu Regul. lib.* 6. per decretum Concilij *in præſenti*, & vnum ac alterum optimè declaratur.

β *Sub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ.*] Dummodo id agerent quod poſſent, & quod tempus, locos, aut pertinacia Monialium permitterent. Ita Stephan. Vveyms *d. conſt.* 15. *num.* 15. *pag.* 149.

12. γ *Vt in omnibus monaſteriis*, &c.] Vide Coch. *de iuriſd. ord. in exemptos p.* 2. *q.* 45. *num.* 15. *&* 81. Campan. *in diuerſ. iur. Canon. rub.* 12. *c.* 13. *num.* 83. Sanch. *in præcepta Decal. to.* 2. *lib.* 6. *c.* 15. *ex n.* 20. Bonacin. *de clauſur. q.* 1. *punct.* 2. metipſum *d. alleg.* 102. *ex n.* 3. Stephan. Vveyms *d. conſt.* 15. *n.* 9.

13. Epiſcopum poſſe, & debere videre an clauſura ſeruetur non ſolùm in monaſteriis ſibi ſubiectis, ſed etiam in monaſteriis Monialium, quæ Regularibus ſubduntur, & non poſſe ab ipſis Regularibus impediri quominus ad hunc effectum ea viſitet, quoties id expedire iudicauerit, referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. cenſura* 1. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *ver. Moniales* §. 4. *&* §. 8. *verſ.* 4. Arm. *in add. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſc. n.* 44. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 7. Tambur. *de iure Abbatiſſarum diſp.* 24. *q.* 9. *n.* 4. Nouar. *in lucerna Regul. verb. clauſura n.* 4. Et nouiſſimè *in vna Colimbrien. die* 26. *Maij* 1640. *ſacra Congreg. Concil. cenſuit Epiſcopum Colimbrienſem vti Sedis Apoſtol. delegatum potuiſſe quoad clauſuram monaſter. Monialium Conuentus de Cellas Ordinis Ciſtercienſis Regularib. eiuſdem Ordin. ſubiectum viſitare, etiam aſſumpto ſecum Vicario generali, & Confeſſario earundem Monial. Monialeſque ipſas in iis, quæ ad eandem clauſuram pertinent, examini ſubijcere, ſemotis etiam ſuſpicione violatæ clauſuræ, ac quacumque Superiorum Regul. negligentia ipſiſque inconſultis, & irrequiſitis. Ac inſuper eidem Epiſc. licuiſſe Rectorem Collegij dicti Ordin. ex ſupradicta cauſa inobedientem declarare in pœnam excommunicationis, ac alias comminatas incurriſſe*, I. Cardin. Pamphilius.

Et

14. Et habere Epiſcopum iuriſdictionem in Moniales, quæ priuilegio, vel indulto Papæ ſunt immunes in iis, quę ad clauſurã,& ſpiritualiũ rerum curam pertinent, aſſerit reſolutum Armendar. *in addit.ad recop. legum Nauarræ lib.2. tit.18. l.7. de Relig.n.95.* quẽ refero Ego ipſe *d.alleg.102.num.4.*

15. Et huiuſmodi Moniales exemptas poſſe toties viſitari ab Epiſcopo quoad obſeruantiam clauſuræ, quoties ei videbitur expedire, tenet Galer. *in d. Margarita caſuum conſcientia, verb. Moniales,* 3. citatus per me *d.alleg.102. n. 5.* & faciunt quæ Armendar. *d. lib.1. tit.6.l.3. de viſit. quoad Canonicos n.18.* etiam ſine præſentia ſuorum ſuperiorum, vt per Sellium *in ſelectis Canonicis c.8.n.25.* vbi refert ita deciſum *in Vercellen.12. April.1617.*

16. Facultas viſitandi clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum tributa Epiſcopo tranſit in Vicarium generalem non habentem ad id ſpeciale mandatum,ex Sel. *d.c.8. num.27.* vbi atteſtatur ſic reſolutum *ſub die 15. Maij 1628.*

17. Suffraganeus Epiſcopus vti ſuffraganeus non poteſt viſitare clauſuram Monialium abſque ſpeciali commiſſione, & mandato Epiſcopi, cùm non habeat exercitium iuriſdictionis, niſi ſibi tribuatur ab Epiſcopo, ſed tantùm vſum Pontificalium in diœceſi, ex Sel.*loco citato,* vbi dicit deciſum *ſub die 11. Maij 1630.*

18. Moniales in ciuitate ſituatas,ſed alieno Epiſcopo ſubiectas, viſitari debere ab Epiſcopo diœceſis ſicut alias Moniales ſubiectas Regularibus, dicit deciſum Galer. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb.Monial.4.* quẽ refero Ego ipſe *d.all.102.n 6.*

Contra Sanch.*d.lib.6. c.15.n.11.* Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus, q.1.art.14.n.3.*& Bonacin.*d.q.1 puncto 6.* exiſtimantes non poſſe Epiſcopum ad clauſuram cogere Moniales exemptas ab eis,nec illis licere intrare huiuſmodi monaſteria exempta, Prælatiſque Regularibus ſubiecta; etiam prætextu videndi, an violata ibidem fuerit clauſura, niſi ſolummodo in caſu, quo publicè conſtaret illam eſſe violatam.

19. *δ Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio, &c.*] Principes abſque cauſa iuſta hoc auxilium denegantes minimè peccare, hoc ſolo Concilij Trid. decreto attento, quos ſolùm hortatur, ſecus de magiſtratibus ſæcularibus, quos grauiſſimo præcepto ſub excommunicationis latæ pœna id auxilium impendere iubet,docent Nau. *comment.4. de Regular. n. 46. verſ. ex quibus nota,* Sanch. *d. lib. 6. c. 15.n.22.*Bonacin.*d.tract.de clauſura q.1. puncto 6 n.2.puncto 7.n.4.in fine.*

20. *ε Et ſub excommunicationis pœna.*]Iudices Eccleſiaſticos poſſe omnibus magiſtratibus ſęcularibus iniungere pœnam excommunicationis, vt præbeãt auxilium brachij ſæcularis,aſſerit Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.2. c.1. n.47. in fine.*

21. *ζ Magiſtratibus ſæcularibus.*]Quinam ſint iſti magiſtratus ſæculares,tradunt Mari.Alter.*de cenſur.*vbi de Bulla in Cœna Domini, *lib.5.diſp.2. c. 1. col. 2. verſ.Magiſtratus,*Duard.*in Bullam Cœnæ Domini can.19.q.2.n.2* Bonac. *de clauſur. & pœnis eam violantibus impoſitis q 1.puncto 7. n.4.*

22. *η Nemini autem Sanctimonialium, &c.*] Vide Nau. *in c. ſtatuimus 19.q 3.n 47.*Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 18. ex n. 17.* Gutier. *Canon. lib.1.c.14.ex n. 1.* Ceued. *ad Sextum collect. 31.* Azor.*inſt.moral.p.1 .lib.12.c.8.q.3.* latè Fr.Ioan.à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1.c.5.dub.2.cum ſeqq.*Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6.c.15.n.24.cum multis ſeqq.*Bonac. *d. tract. de clauſura q.1.* metipſum *d. alleg. 101.n.15. cum ſeqq.*Steph.Vveyms *d. conſt.* Barboſ. Collect.in Concil. Trid.

15. *num.17. cum ſeqq. pag.150. & ſeq.* Rota coram Duran. *deciſ.359.* vbi quòd Monialis, quæ monaſterio exiuit, compelli debet ſub cenſuris ad illud redire, prout etiã monaſteriũ ad eam recipiendã.

θ Niſi ex aliqua legitima cauſa.] Non intellexiſſe 23.
quamcunque quæ Epiſcopo legitima videtur,ſed cauſas expreſſas *in c.periculoſo,in princ. de ſtatu regular.lib. 6.* quod innouare prorſus intendebat, aduertit Sanch.*d.c.15.n.31. in fine,& in d. c. periculoſo,*Bonifacius propoſuit hanc, videlicet ſi periculũ morbi ſubſit,putà peſtis,lepræ, epidemiæ, vel ſimilis, propter quod non poſſit tutò, cũ aliis in monaſterio cõmorari,vel ſi periculũ ſubſit ſcandali,incẽdij,vel aliud ſimile, nam in hoc ponit legitimam cauſam è monaſterio egrediendi, ita Steph. Vveyms *d. conſt.15.n.28.p.150.in fine,* Pius autem V. *in ſuo Motu proprio,*incip. *Decori,* declarauit magnum incendium non excludi in contextu,cùm cauſis ibi expreſſis ſit ſimile,immo multo vrgentius, in hæc verba:*Ordinamus nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarúmve Monialium de cætero,etiam infirmitatis, ſeu aliorum monaſteriorum, etiam eis ſubiectorum, aut domorum,parentum aliorúmve conſanguineorum viſitandorũ, aliáve occaſione, & prætextu,niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis, lepræ,aut epidemiæ,&c. à monaſteriis exire,ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere.* Nomine Epidemiæ debere intelligi nõ ſolùm ea,quæ verè peſtis eſt,ſed etiam ſimplicẽ epidemiam,reſoluunt Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 6.c.15.n.35.* Villalob. *in ſum.p. 1. tract. 35.diffic. 45.n.2.*Hieron. Roder. *in compend. q. regul. reſol. 98.n.19.*Sel. *in ſelectis Canon. c. 15.n.4.*vbi refert factam Cõgregationem Epiſcoporum ita reſcripſiſſe Nuntio Hiſpaniarum 8. *Nouembris* 1594. Lezana *in ſum. q. Regul. c. 25.n.20.*Diana *moral.reſol p.2.tract.1. miſcel.reſol.23.*Ego ipſe *d.alleg.102.n.23.*

Vtrùm autem Moniales poſſint è monaſteriis 24.
exire ex aliis caſibus, ſimilibus vel vrgentioribus? Affirmant Nauarr. *commento 4. de Regularibus n. 48. & in c. ſtatuimus 19 q.3.n.49.*Fr. Emman. *q. regul. tom. 1. q. 34.art.3 paulo poſt princ.& art.5.* Azor.*d.part.1. lib.12.c,8.q.1.verſ. tertiò,*Llam.*in methodo curat. in append. §. 10:* Fr. Ioan.à Cruce *de ſtatu relig. lib. 1.c.5.dub.4.*Sanch.*d.lib 6.c.15. n. 37.* Ego ipſe *d.alleg.101.ex n.16.* & me citato *in illo loco,*Bonac.*d.tract.de clauſura q.1.puncto 9. n.6.*Marcel.Vulpe *in praxi iudic.fori Eccleſ.c.4.n. 11.* Lezana *in ſum.q. Regular.c.25.n.20. verſ. probabile etiam,* Diana *moral.reſolut.p.2.tract.1. miſcel. reſol. 23* Doctor Sotus medicus Matritenſ. *in ſpeciali tractatu Hiſpanica lingua conſcripto, porq; cauſas de infirmidad puedenlas monjas ſalir de ſus Conuentos,* Nau.*in lucern.Reg.v.clauſ.n.12.cũ ſeq.*

Contra Collect. Compend. Mendicant. *verb. clauſura Monialium, n.5.verſ quæritur vtrùm miniſter generalis,*Fuſc.*de viſit.lib.2.c.18 n. 17.* Bol. *in OEconom. Canon. claſſ. 3.c. 4.n.10.*Gutier. *Canon. lib. 1. c. 14.* Ceued. *ad Sextu. collect. 3. n. 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop p.1.verb. Moniales §. 16. verſ.ſecundo, & p. 2. eodem verb. in fine,* addit.ad Nau. *conſ. 70. in fine,de Regularib.* Aloyſ. Ricc. *in in praxi rerum fori Eccleſiaſt.deciſ. 545.in 1. edit.* aliàs *reſolut. 541.in 2. edit.*Fr. Ludou.Mirand. *de ſacris Monialibus q. 3. art. 4.* Campan.*d.rubr.12. c. 16. n. 22.* exiſtimantes caſus exceptos in d.Motu proprio Pij V. incip. *Decori,* non extendi ad caſus ſimiles,vel vrgentiores.

Moniales poſſe tẽpore belli è monaſterio exire, 25.
ſeq; in locum tutum recipere,dum bellum contra

hæreticos, aut infideles geritur, periculúmque eſt, vt niſi Moniales monaſterio egrediantur, graui damno afficiantur, reſoluunt Azor. *d. p.1. lib. 13. cap. 8. q. 1. ad fin. verſ. tertiò quæres*, Gutier. *d. c. 14. n. 9.* Nauar. *d. comment. 4. n. 48.* Sanch. *d. c. 15. n. 44.* Bonacin. *d. q. 1. puncto 9. n. 7.* Contra Zerol. *d. verb. Moniales §. 16. dub. 1.*

26. Moniali non poſſe licentiam concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperaretur ſalus ea non egreſſa, niſi morbus adeò contagioſus eſſet, vt in reliqua ſerperet, tenent Gutier. *d. c. 14. ex n. 7.* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus q. 4. art. 4.* Cened. *d. collect. 21. num. 2.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 49. art. 3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. Moniales, in fine*, Sanch. *d. c. 15. num. 39.* Bonacin. *d. q. 1. punct. 9. num. 18.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp. 20. q. 3.* Diana *moral. reſol. p. 5. tract. 3. reſolut. 137.* Ego ipſe *d. alleg. 102. num. 21. in fine.*

Contra Nau. *d. comment. 4. n. 49. & ſeq.* Azor. *d. p. 1. lib. 13. cap 8. q. 1.* Soar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 9.* Laur. de Peirinis *tom. 3. priuil. in addit. ad conſtit. Pij V. c 6. n. 3.* exiſtimantes poſſe Moniali licentiam concedi clauſtro egrediendi cauſa medendi morbo ita periculoſo, vt deſperaretur ſalus ea non egreſſa.

27. Abbatiſſam, vel Priorïſſam, quæ propter feudū tenetur præſtare iuramentū fidelitatis alicui domino ſeculari, ſi illud per procuratorem præſtare nequit, poſſe cum honeſta ſocietate exire, modò ſtatim præſtito iuramento, reuertatur, probat text. *in c. 1. §. verum, de ſtatu Reg. lib. 6.* docent Sanch. *d. c. 15. n. 52.* Bonac. *d. q. 1. punct. 9. n. 9.* aduertentes in hoc caſu ſuperioris licentiam petēdā eſſe, quòd ſi nulla cauſa ductus illam deneget, hoc conſtito poſſe auctoritate iuris Abbatiſſam egredi.

28. Abbatiſſam non poſſe è monaſterio exire, vt viſitet ædificium Eccleſiæ, nom ſibi placeat, vel vt cæmentariis ſignificet qua forma conſtruendum ſit, reſoluunt Sanch. *d. c. 15. n. 52.* Bonacin. *d. q. 1. puncto 9. n. 3.*

29. Monialem non poſſe egredi, vt curam nepotum ſuorum gerat, etiamſi nepotes omnibus aliis propinquis deſtituti ſint, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recep. legum Nauarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 105.* Campan. *d. c. 26. n. 22. prope fin.* Ego ipſe *d. alleg. 102. n. 27.* Bonac. *d. q. 1. punct 9. n. 4.* vbi *n. 5.* ſubdit Monialem egredi non poſſe ad parentes, conſanguineos, aut alios infirmitatis cauſa, ſeu alio prætextu viſitandos.

30. Moniales poſſe tranſire de licentia Superioris de vno monaſterio ad aliud, vel cauſa nouæ fundationis, ſeu correctionis, vel reformationis, aut præfectionis, tradunt Nauarr. *in d. cap. ſtatuimus, n. 48. & conſ. 57 n. 6. de Regul.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q 49. art. 5.* Sanch. *d. c. 15. ex n. 46.* Armendar. *d. l. 7. de Relig. n. 201.* Zerol. *d. p. 1. verb. Moniales, §. 16. & p. 2. eod. verb dub. 8. & 12.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 5. c. 5. n. 11.* Bonac. *d. punct. 9. n. 10.* Portel. *in dub. Regular. verb. clauſura Monialium n. 20. & 25.* Diana *moral. reſol. tract. 2. de dub. Regul. reſol. 99. & 127.* Caſtellin. *de elect. c. 17. n. 6.* Gauant. *in man. Epiſcop. ver. clauſura n. 14.* Tamborin. *de iure Abbatiſſar. diſp. 21. quæſt. 1. cum ſeq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 4. n. 11. in fine,* Lezana *in ſum. q. Regular. c. 25. n. 20. in fine.* Ego ipſe *d. alleg. 102. n. 25.* aduertentes ad hoc tutius eſſe recurrere ad Sedem Apoſtolicam.

31. Moniales poſſe ad aliam Religionem perfectiorem tranſire, docent Tapia, Zerol. Fr. Emman. & alij, quos refert Sanch. *d. lib. 6. c. 7. n. 6.* quibus adde Anton. Ricciul. *d. lib. 5. c. 5. à princ.* vbi *ex n. 4.* ſubdit, neque Concil. Trid. neque conſtitutionem Pij V. prohibuiſſe hanc tranſlationem, Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt. 327.* Bonacin. *d. q. 1. punct. 9. n. 11.* metipſum *ad c. licet, 18 n. 3. de Regul.* contra Azor. *d. p. 1. lib. 13. c. 8. q. 1.*

32. Moniali licitum eſſe exitum, quæ dum in proprio monaſterio aliqua de cauſa commodè corrigi non poteſt, ad aliud monaſteriū correctionis cauſa trāsfertur, tenent Sanch. *d. lib. 6 c 15. num. 47.* Lud. Miranda *de ſacris Monialibus, q. 3. art. 2. verſ. quartus caſus, & art. 3.* Bonac. *d. q. 1 punct. 9. n. 13.* Tamburin. *vbi ſupra diſp. 21. q. 3.* Ego ipſe *in collect. ad ad c. vlt. de Regularib. n. 16.* & quòd locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares ex vno monaſterio in aliud transferre poſſint Monialem ſibi ſubiectam ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati, tradit Sel. *d. c. 8. n. 19.* aſſerens ita reſolutum per S. Congr Epiſc. 27. *Maij* 1603.

33. Vtrùm Monialis, quæ ideò incorrigibilis eſt, vt ipſius emendatio, & correctio in nullo monaſterio ſperetur, ejici poſſit? Negatiuè cenſuit Rota *in Vlixbonen. monaſterij 19. Nouembris 1625. coram R. D. meo Coccino Decano*, & me citato docet Bonacin. *d. punct. 9. num. 14.*

Contra Sanch. *d. lib. 6. c. 9. n. 6.* exiſtimantem talem Monialem in rigore ejici poſſe.

34. Monialibus licitum eſſe exitum quando auctoritate Prælati totus Monialium Conuentus locum mutat, reſoluunt Fr. Emman. *tom. 1. q. 49. art. 5.* Sanch. *d. lib. 6. c. 16. n. 53.* Lud. Miranda *de ſacris Monialibus, quæſt. 3. art. 2. verſ. ſextus,* Bonacin. *d. punct. 9. n. 8.* Ego ipſe *d. alleg. 102. n. 27.*

35. Monialibus conuerſis licitum eſſe exire è monaſterio ad petendas eleemoſynas Conuentui neceſſarias, dum eas per alios commodè petere non poſſunt, ſeruatis conditionibus præſcriptis in Motu Pij V. incip. *Circa paſtoralis*, & in alio Gregorij XIII. incip. *Deo ſacris*, tenet Bonac. *d. q. 1. punct. 9. n. 15.* vbi *n. 16.* ſubdit Moniales conuerſas poſſe adhuc ob receptam conſuetudinem recipi, & ad profeſſionem admitti, & citat pro ſe Sanch. *d. c. 15. n. 59.* Soar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 8. n. 19.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 44. artic. 4. col. 3. verſ. ſecunda aſſertio,* contra Nauar. & Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. q. 1. art. 6.*

36. Conuerſæ Moniales ad quæſtuandum mitti poſſunt, ſi aliter Moniales ſuſtentari non poſſint, dummodo ad minus 40. ætatis annum excedant, non ſint pulchræ, nec modo aliquo extra monaſterij clauſuram pernoctent, & in iſtis monaſteriis, quæ niſi dictas Conuerſas ad quæſtuandum mittant, manuteneri non poſſunt, deinceps puellis monaſticum habitum non tradi, nec educationis cauſa illæ in eis introduci poſſunt abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia, ita Aldan. *in compendio canonic. reſolut. lib. 2. tit. 10. n. 2.* vbi tenet, quòd ita cenſuit ſacra Congregat. Epiſcop. *in Bononien. 14. Aprilis 1615.*

37. Conuerſæ non debent permitti vt exeant, aut videri ſe ſinant ad effectum claudēdi, vel aperiendi ianuam monaſterij, ſed id muneris alteri extra clauſuram degenti committatur, ex Aldan. *d. tit. 10. n. 4.* vbi refert deciſum *ſub die 20. Septemb. 1594.*

38. Conuertitarum in monaſteriis, dummodo ita pauperes exiſtant, vt niſi Moniales ad quæſtuandum tranſmittant, aliunde cōmodè ſuſtentari nequeant, permittendū ad quæſtuandum exire, dummodo ad minus 40. earum ætatis annū excedant, non ſint pulchræ, nec modo aliquo extra monaſterij

ſterij clauſuram pernoctent, ita Aldan. *d. tit.* 10. *num.* 5. referens ſic deciſum *in d. Bononien.*

39. *s Ab Epiſcopo approbanda.* In ſcriptis ſcilicet, definiuit Pius V. prædicto Motu proprio, incip. *Decori,* vbi *ex cauſa cognita, & expreſsè in ſcriptis approbata,* cuius auctoritate ita reſoluunt, Miranda *d. q.* 3. *art.* 6. *concluſ.* 2. Soar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 16. Bonacina *d. puncto* 8. *n.* 4. vbi *n.* 5. ſubdit licentiam non tenere, ſi ſolo verbo detur.

40. Monialibus igitur è monaſterio, Sedi Apoſtolicæ, aut ſuperioribus Regularibus ſubiecto, exire non licere, niſi adſit conſenſus communis Epiſcopi diœceſani, & ſuperioris Regularis, ſi illi ſubiectæ exiſtant, ita vt ſi illæ, quæ poteſtati Regularium ſubiiciuntur, ſine Bulla & licentia Ordinarij egreſſæ fuerint per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia Iuris remedia debent ipſæ, & earum Superiores (de quorum licentia è monaſterio fuerint egreſſæ) ab eodem Ordinario puniri, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, referunt deciſum Campan. *d. rubr.* 12. *c.* 16. *num.* 12. *propè finem,* Steph. Vveyms *d. conſt.* 15. *num.* 19. *pag.* 151. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *n.* 103. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 28. *prope fin.* Ioan. Sanct. *in ſelect. diſp.* 50. *n.* 25. *verſ. obiter,* vbi aduertit diuerſam poni per Concilium licentiam ad exitum è monaſterio, & licentiam ad ingreſſum, quia ad exeundum videtur Concilium neceſſariò requirere licentiam Epiſcopi, nec ſatis eſſe licentiam alterius Superioris, cui ſubiacet monaſterium; ad ingrediendum verò Epiſcopi licentiam deſiderari ſi ei ſubiaceat, vel alterius Superioris tantùm, cui monaſterium ſubditur.

Contra Nauarr. *conſil.* 6. incip. *An Generalis, ſub n.* 6. *de ſtatu Monach & commento* 4. *de Regularib. n.* 60. *verſ. tertio,* Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 49 *art.* 3. Ludou. Miranda *de ſacris Monial. quæſt.* 3. *art.* 6. *concluſ.* 1. Soar *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 13. Bonacina *d. q.* 1. *punct.* 8. *n.* 1. Lezana *d. cap.* 25. *n.* 21. Tambur. *d. diſp.* 20. *q.* 6. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8 *q.* 1. Sanchez *d. lib.* 6. *cap.* 15. *n.* 28. exiſtimantes Moniales in caſibus exceptis poſſe exire è monaſterio, abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo cum ſola licentia ſuorum Generalium, aut Prouincialium Prælatorum, quibus fuerint ſubiectæ, ſine vlla alia approbatione Epiſcopi ſæcularis, aſſerentes in Hiſpania ſolùm Superioris licentiam eſſe neceſſariam.

41. Vicarium generalem Epiſcopi, abſque ſpeciali eius commiſſione, hanc egreſſus Monialis è monaſterio licentiam concedere poſſe, tuentur Llamas *d. q.* 1. *punct.* 8. *num* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 28. *propè fin.* extendentes ad vicarium Capituli Sede vacante, Sanchez *d. c.* 15. *num.* 30. Victorel. *de origine & clauſur. Monial.* §. *an ſolus Epiſcopus,* Tambur. *d. diſp.* 20. *q.* 5.

42. Moniales è ſuis monaſteriis egredientes, extra caſus exceptos, ipſo iure eſſe excommunicatas excommunicatione maiori latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruata, & in eandem incurrere Prælatos eiſdem exeundi licentiam quocumque modo concedentes, necnon & ipſas comitantes, ac perſonas illarum receptatrices, cenſuit Pius V. *in d. ſua conſtit.* incip. *Decori,* & tradunt Nau. *in d. c. ſtatuimus, n.* 57. Zerol. *p.* 1. *verb. Monial.* §. 16 *dub.* 1. Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. *verſ. tertiò quæres,* Fr. Lod. Miranda *d. q.* 4. *art.* 6. Sanch. *d. c.* 15. *n.* 72. Bonac. *d. q.* 1. *puncto* 8. *n.* 6. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 29. & 30. reſoluentes ſupradictam pœnam contra recipientes & concomitantes prædictas Moniales egredientes è ſuis monaſteriis non vi-

deri comprehendere illos qui cõpaſſione quadam naturali, in extrema, vel graui neceſſitate id faciũt.

43. *x Ingredi autem intra ſepta,* &c.] Vide Concil. Bracharen. IV. *act.* 5. *c.* 5. *de Monialib.* Anlea *ad c.* 1. *prætor. fol.* 50. *n.* 29. Lel. Zech. *de caſib. reſeru. caſ.* 10. *in princip.* Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 18. *ex n.* 24. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 1. *cum ſeqq. & q.* 47. *art.* 4. *cum ſeq.* Azor *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 6. & 12. Ioan. de la Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 1. *c.* 5. *dub.* 2. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *c.* 1. *n.* 52. Nau. *in c. ſtatuimus* 19. *q.* 3. *ex n.* 59. Lud. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p.* 1. *caſu* 30. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. monaſteria Monialium,* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. decis.* 648. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 544. *in* 2. *edit.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.* 12. *c.* 16. *ex n.* 24. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 16. Armend. *in add. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Religioſis. ex n.* 106. Fr. Ludou Miranda *poſt man. Prælat. in tract. de ſacris Monialib. q.* 2. & 4. Vgolin. *de offic. Epiſc. c.* 21. §. 3. Bonac. *de clauſura, & pœnis eam violantib. impoſitis, q.* 4. meipſum *d. p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 32. *cum ſeq.* Steph. Vveyms *d. conſt.* 15. *n.* 23. *cum ſeq.*

44. Monialium clauſuram ingredi nullus poteſt ad conſpergendum cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati ſancti, aut quolibet alio tempore, vt per Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 25. vbi refert ita reſolutum per S. Congregation. Epiſcop. *ſub die* 13. *Septembris* 1583.

45. Monialis nulla energumena intra monaſterij ſepta à quocunque Presbytero ſæculari, vel Regulari, etiam confeſſario exorcizetur, ſed ad Eccleſiam exteriorem eiuſdem monaſterij, obtenta priùs à S. Congregat. licentia, ea de cauſa deducatur, vel transferatur; in tranſlatione autem huiuſmodi, ſicut & in actu exorcizationis, honeſtæ perſonæ conſanguineæ, vel aliæ mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuerſationis energumenam comitentur, exorciſta ſit ad actum huiuſmodi ab Ordinario approbatus, exorcizatio minori, quo fieri poteſt, fiat ſtrepitu. Eccleſiæ ianua eouſque occluſa remaneat, quouſque exorcizatione completa ad monaſteria energumena reducatur. Cæterùm tam in reditu, quàm in acceſſu ad Eccleſiam, & monaſterium reſpectiuè, rectè, & ſine diuerticulo tendant, refert deciſum Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 26.

46. *λ Monaſterij.*] Quid nomine monaſterij comprehendatur quando interdicitur hic ingreſſus? Vide Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 1. *in fine,* Coriolan. *de caſib. reſeruat. p.* 2. *caſ.* 3. *q.* 2. *n.* 29. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 11. Soar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 6. & 7. Bonac. *d. tract. de clauſura, q.* 4. *puncto* 1 *n.* 1.

47. *μ Cuiuſcunque generis, aut conditionis.*] Reges igitur, Reginas, Imperatores, Imperatrices, aliáſque cuiuſcunque dignitatis perſonas non poſſe monaſteria Monialium ingredi probabiliter dici poſſe, cenſet Bonacina *puncto* 1. *n.* 4.

48. Contra Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 48. *art.* 1. & Sanch. *d. c.* 16. *n.* 3. Exiſtimantes Regibus, Reginis, Imperatori, & Imperatrici, filiis, ac filiabus eorum, interdictũ non eſſe ingreſſum in monaſteria Monialiũ.

ν Sexus.] Fœminas non poſſe in monaſteria Monialium ſine licentia ingredi, reſoluit Bonacina *d. tract. de clauſura, q.* 4. *puncto* 1. *n.* 3. & monaſteria monialium ingredi deinceps non permittitur mulieribus ſæcularibus, ne quidem fundatricibus aut donatricibus ad breue, vel ad longum tempus, etiamſi à Sede Apoſtolica ſpecialiter hoc eis eſſet indultum, cùm Pauli V. Conſtitutione de anno 1612. edita, id fuerit in genere reuocatum, vt per Sel. *d. c.* 8. *n.* 30.

49. Non incurrere excommunicationem in hoc cap. comminatam, quæ abſque vlla Superioris licentia monaſterium ingreditur animo habitus Regularis aſſumendi, & profitendi, reſoluit Sanchez *d.lib.6.c.16.n.74.*

Verùm autem interdictus ſit hic ingreſſus Moniali ex legitima licentia egreſſæ à ſuo, vt transferatur in aliud monaſterium, vide Llam. *in methodo curat. in append.* §.11. *ad fin.* Sanchez *d.c.16.n.9.&* 10. Bonacina *d. puncto 1.n.3.*

50. Mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, & eorum ſæuitiam timent, ſi extra culpam ſunt, quandiu iuſtam cauſam timendi habuerint, debere, ſi ſunt in monaſteriis, tolerari, in poſterum verò huiuſmodi mulieres non debere recipi, referunt deciſum Zerol. *p.1. verb. Moniales,* §. 12. Campan. *d.c.16.n.30.* Fr. Emman. *in collect. priuileg. tom.2. pag.321.* Ego ipſe *d.allegat.*102.*n.*66. *in med.* me citato Bonacina *d. q.4. punct.3. num.17.* Stephan. Vveyms *d.conſt.15.n.34. pag.155.*

51. Si mulier aliqua venerit in ſuſpicionem mariti, quòd timet ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debere permitti, vt poſſit ingredi monaſteriũ Monialium, ſi modò cõſtitutiones monaſterij non repugnant, & accedat conſenſus ſuperiorũ Abbatiſſæ, & Monialium, & cauſa ceſſante ingreſſus debere inde exire, & ſi ſemel exierit, nunquam poſtea in idem monaſteriũ ingredi poſſe, & teneri ad clauſuram, ſicut alias Moniales ſine ancillis, &c. referunt deciſum Zerol. *d.verb. Moniales.* §.12. Fr. Ioan. à Cruce *d. c.5. dub.2. concluſ.3. in fine,* Campan. *loco proximè citato,* Ego ipſe *d.n.66.in fine.*

52. Mulieres nuptas in monaſteriis Monialium recipi non debere, aſſerit Lud. Mirand. *de ſacris monialib. q.2.art.6. concluſ. vnic.* vbi refert reiectam fuiſſe à ſacra Congregatione petitionem cuiuſdam Comitiſſæ, quæ propter quandam infirmitatem à ſuo marito volebat ſeparari, & cum tribus filiabus ingredi quoddam Monialium monaſterium, refero Ego ipſe *d.n.66. in fin.* Et ſi fuerint intra ſepta monaſterij ſine licentia Sedis Apoſt. ſunt expellendæ, ſecundùm Stephan. Vveyms *d. conſt.13.n.34. princ. pag.155.*

53. Viduas, quæ viris mortuis honeſtatis cauſa ſe contulerunt in monaſterium, modò ſint bonæ exiſtimationis, & famæ, legibúſque Monialium pareant, tolerari debere; de cætero tamen nullas huiuſmodi viduas recipi debere, niſi Moniales fieri vellent, deciſum referunt Ludou. Miranda *d. art.6. concluſ.vnic.* Campan. *d.c.16.n.30. verſ. & reſpectu, & num.31.verſ. eandem,* Lezana *d. c.25. n.28.&* 30. Tambur. *d.diſp.24. q.14. n.3.* Nouar. *verb.eductio, n.14.* Ego ipſe *d.alleg.*102. *n.67.* & me citato *in illo loco,* Homobon. de bonis *in examine Eccleſ.tract.9.q.31.in fine,* reſoluentes etiam non poſſe Epiſcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, ac in habitu laicali permanere, etiamſi toto tempore vitæ ſuæ illic degere, nec ampliùs inde exire vellet, vide Stephan. Vveyms *d.conſtit.15 n 32.& 33. pag.155.*

54. Non poſſe præſtari matribus licentiam ingrediendi monaſteris Monialium, etiam ad inuiſendas filias morti proximas, referunt deciſum Zerol. *p.1.verb. Moniales,* §.8. *verſ. ſecundo,* Quarant. *d.ver.monaſteria Monialium, verſ. ſed an liceat, p. mihi* 453. Fr. Ioan. à Cruce *d. c.5. dub.2. concl.3. nu.3.* Fr. Emman. *to.1.q.46.art.11.* Fr. Lud. Mirand. *de ſacris monialib. q.2.art.8.* Ego ipſe *d.alleg.* 102. *n.68.* Lezana *d.c.25.n.31.* Tambur. *d diſp.24.q.17.*

ξ *Vel ætatis fuerint.*] Infantes diſcretione carentes admitti poſſe ad clauſtra Monialium, nec illas eos admittentes incurrere aliquam excommunicationem, cùm nec ipſi ad peccandum incitare poſſint, reſoluunt Nau. *commento 4.de Regul. n.59.* Henriq. *in ſum.lib.13.c.42.* §.3. *in commento lit.S,* Gambar. *de caſib.reſeruat.c.15. caſ.6.n.37. fol.*147. Sotb. *verb.ingreſſus n.2.* Llam. *in methodo curat. in append.*§.8. Corduba *q.69.* Azor. *d lib.13. c.8. q.5.* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.648. in 1. edit.* aliàs *reſol.* 544. *n.6. in 2. edit.* Ludou. Mirand. *d.q.2. art.1. concl.1.* Fr. Emman. *tom.1.q.46.art.1.* Suar. *de Relig. tom.4. lib.1. c.10. n.2.* Sanch. *d.lib.6. c. 16. ex n.8.* Ego ipſe *d alleg.* 102. *num.*32. Granado *in 1,2. D.Thomæ controu.7. tract.3.p.1.diſp.6.ſect.5.* Hieron. Roder. *in compendio q. Regul.reſol.26.num.7.* Diana *moral.reſol. p.3. tract.2.reſol.67.verſ. nota tertiò,* Lezana *in ſum. q. Reg c.25.n.24.* Tamburin *de iure Abbatiſſar. diſp.* 22.*q* 4. & me citato Bonacin. *d tract. de clauſura q.4.punct.1. n.5.* aduertentes Concilium in præſenti excludens omnes cuiuſvis ætatis, loqui de habentibus vſum rationis, & de illis, qui ad peccandum mouere poſſunt, vt ſunt fatui, qui licèt intrando non peccent, peccant tamen Moniales eos admittentes. Contra Comitol. *reſponſ.moral. lib.6 q.19.num.6.& q.*22. exiſtimantem Moniales puerum, puellámve infantem intra monaſterij ſepta recipientes, eſſe excommunicatas, quem ſequitur Sel. *d.c.18.n.18.* referens ſacram Congregationem Epiſcoporum ſic cenſuiſſe *in Cremen.12.Februarij* 1585.

56. Pueros igitur ſeptennes præſumendos vſum rationis adeptos, ac proinde comprehendi ſub hac prohibitione, ſecus ſi nondum ſeptennes, tenent Sanch. *d c.16.n.7.* Bonacin. *d.punct.1.n.6.*

57. o *Sine Epiſcopi.*] Epiſcopum, aut eius Vicarium generalem ſpeciale mandatũ habentem in monaſteriis ſibi ſubiectis auctoritate ordinaria, in aliis verò Summo Pontif. ſubiectis delegata auctoritate poſſe concedere facultatem ingrediendi Monialium monaſteria, referunt deciſ. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.2.tit.18.l.7. de Relig. n.*109. Bonacin. *d. q.4. puncto 2.n.2.* Tambur. *diſp.* 23.*q.2.num.3 & q.2 n.1.* Nouar. *in lucerna Regul. verb.licentia, n.1.* Ego ipſe *d alleg.*102.*n.*38.

58. Prouiſorem à Capitulo nominatum poſſe in monaſteriis ſibi ſubiectis huiuſmodi licentiam concedere, tenet Fr. Ioan. à Cruce *d. c.5. dub.2. concluſ. 3. n.1.* quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.38. in fine.*

Præfectam Monialium poſſe huiuſmodi licentiam concedere in caſibus repentinis, ſi Epiſcopus longè abſit, tradunt Fr. Emman. *tom.1. q.46. art.2. in fine,* Campan. *d.c.16.n.20.*

59. π *Vel Superioris.*] Facultatem ingrediendi monaſteria Monialium Regularibus ſubiecta pertinere ad earum ſuperiores Regulares, quorum eſt Monialibus clauſuram indicere, non verò ad Epiſcopos, tenent Nau. *d.commento 4.n.60.* Llam. *in method. curat.in append.*§.5. & 6. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ.p.1. lib.4. c.23. n. 6.* Azor. *p.1. lib 13.c.8.q.7.* Fr. Emman. *tom.1. q.46.art.2.* Lud. Miranda *d.q.2. art.2.* Campan. *d.rubr.12.c.16.n.32.* Sanch. *d.lib.7.c 16.n.13.* Suar. *tom. 4. de Relig.tr. 1.lib.1.c.10.n.12.* Laurent. de Peirinis *in conſt. ſui Ordinis Minim.tom.2.conſtit. 6. Pij V. n 29. & in formul.lit. M.c.3.n 3.* Lezan. *d.c.26. n.25.* Tambur. *diſp.13. q.1.n.6.* Andr. Victorel. *de origine & clauſ. Monial. p.31.* Ego ipſe *d. alleg.*102 *n.*40. & 41. me citato Bonacina *d.q 4. puncto 2.n.3.*

60. Contra Ezel. Zech. *de Republ. Eccleſ.tit.de Regularib. c.3. n.5. &* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1.*

verb.

verb: Moniales, § 8.*verſ. quartò*, exiſtimantes Epiſcopum poſſe hanc facultatem concedere in monaſteriis, quæ Regularibus ſubiecta ſunt.

61. Vnde ſub decreto Concilij in præſenti includi Epiſcopos ingredientes Monialium monaſteria ſibi non ſubdita, ſine ſuperioris licentia in ſcriptis, reſoluunt Nauar. *d. num.* 39. *ad med. verſ. quartus*. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 893 *n.* 6. & 20. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 42. Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 24. *q.* 9. *n.* 1. *verſ. & ſignanter*. Et ideo Epiſcopi extra propriam, & in aliena diœceſi commorantes non poſſunt accedere nec ingredi Monialium ſepta ſine licentia Epiſc. prohibentis ne quis accedat ad monaſterium Monialium, vt per Ald. *in comp. Can. reſ. lib.* 3. *tit.* 25. *n.* 8. vbi teſtatur ſic reſolutum *in Ianuen.* 10. *Maij* 1531.

62. Si auctoritate Pontificia monaſterium cuidam ſoli peculiari Prælato conuentuali ſubiectum eſſet, non poſſe Generalem, aut Prouincialem licentiam ingreſſus in id monaſterium concedere, quòd nullam iuriſdictionem in illud habeant, & poſſe dum viſitant inquirere, an Prælatus ille iuſtè vſus fuerit hac facultate, tradunt Fr. Emm. *tom.* 1. *q.* 47. *art.* 5. Bonacin. *d. tract. de clauſura q.* 4. *puncto* 2. *n.* 4. Sanch. *d. c.* 16. *num.* 16. vbi ſubdit propter eandem rationem idem dicendum eſſe de Epiſcopo, reſpectu alicuius ſæcularis, cui ſoli monaſterium illud ſubderetur.

63. Abbatiſſam non poſſe facultatem ingrediendi monaſterium concedere, tenent Nauar. *commento* 4. *de Regularib. n.* 59. *verſ. tertio*, Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *quæſ.* 6. Fr. Emman. *tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 2. *ver. obſerua*, Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 22. Bonac. *d. qu.* 4. *puncto* 2. *n.* 5.

64. Superiorem tamen iuſtè poſſe licentiam generalem concedere Abbatiſſis, aut Confeſſariis, concedendæ huius ingreſſus facultatis in caſibus frequenter occurrentibus, ne paſſim Epiſcopus, ſeu Prælatus Regularis, qui non tamen præ manibus habentur, adiri debeant, tenent Fr. Emman. *d.* ... *art.* 2. *propè fin.* plures apud Sanch. *d. c.* 16. Bon. *d. puncto* 2. *n.* 5. *verſ. hoc tamen*. Con... *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 14.

65. Fratribus Minoribus interdictum eſſe in ſua regula ingreſſum abſque ſpeciali Summi Pontificis licentia ad monaſteria Monialium, aduertunt Fr. Emman. *d. q.* 46. *art.* 3. *in princ.* Sanch. *d. cap.* 16. *num.* 17. & 18. Lud. Miranda *de ſacris monialib. quæſt.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 1. Bonacin. *d. puncto* 2. *n.* 7. hinc inferentes Cardinalem, Epiſcopum, aut alium habentem priuilegium ingrediendi monaſteria Monialium cum ſociis, quos ſecum aſſumere voluerit, non poſſe Fratres Minores eligere; excipiunt tamen Fratres Minores rogatos à Prælatis curam Monialium habentibus, vt ſibi opem in eo miniſterio ferant.

66. Ad ingreſſum etiam in ſanctæ Claræ, & Conceptionis monaſteria Ordini Minorum ſubiecta præter caſus in earum Monialium regula exceptos, exigi Sedis Apoſtolicæ licentiam, tenent Ludou. Mirand. *d. q.* 2. *art.* 3. Sanch. *d. c.* 16. *num.* 20. Bonacin. *d. puncto* 2. *n.* 6.

67. *p Licentia.*] Debere eſſe ſpecialem, & non ſufficere generalem, tenet Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 28. Mirand. *de ſacris monialib. q.* 2. *art.* 2. *ad fin.* Bonac. *d. q.* 4. *puncto* 3. *n.* 1.

68. Et primo actu finiri, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ.* 545. *in* 2. *edit.* Sbroz. *de offic. vic. lib.* 2. *q.* 211. Salas *de legib. diſp.* 17. *ſect.* 13. *n.* 62. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *c.* 23. *q.* 3. Vgol. *de offic. Epiſcop. p.* 1. *q.* 21. *§.* 9. Salas *de legib. diſp.* 17. *ſect.* 13. *n.* 62. Diana *moral reſol. tract.* 2. *de dub. Regul. reſol.* 38. Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 36. *q.* 1. *n.* 2. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *num.* 69. Contra Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 8. Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Et extendi ad ſocium obtinentis, obſeruant Fr. Emm. *tom.* 3. *q.* 6. *art.* 2. Galu. *in margarita caſuum conſcientiæ*, *verb. licentia* 2. Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 649. *in* 1. *edit.* alias *reſol.* 632. *in* 2. *edit.* 69.

q In ſcriptis obtenta.] Licentiam autem iſtam ingrediendi in ſcriptis obtinere voluit Tridentina Synodus, vt maturiorem haberet ſuperioris ſcribentis deliberationē, & quoad ingredientem certiorem datæ licentiæ probationem, vbi aduertit Steph. VVeyms *d. conſt.* 25. *n.* 25. *q.* 152. Victorel. *de origine & clauſura Monialium*, *§. an ad euitandam culpam*, Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 20. *quæſ.* 6. Ego ipſe *d. all.* 102. *n.* 28. *verſ. vtrùm hæc licentia*, & *q.* 57. *in fine*, ſecundùm nouiſſ. Lugdun. impreſſ. Diana *mor. reſ. p.* 3. *tr.* 2. *reſ.* 129. Nullatenus igitur ſufficere tacitam Superioris licentiam quæ ex ſcientia, & patientia eorū facile contradicere potentium colligitur, nec oretenus, & verbis expreſſis conceſſam, aſſerunt Confect. *in priuileg. Mendic. tit.* 20 *c.* 6. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 29. *cum ſeqq.* Bonacin. *d. puncto* 3. *n.* 2. 70.

Vnde hanc licentiæ ſolemnitatem, vt in ſcriptis concedenda ſit, ita obligare, vt lethalis culpa ſit eam omittere, pœnaque contra ingredientes ſine licentia impoſita incurratur, etiam ſi cauſa ingreſſus legitima ſit, atque à legitimo Superiore oretenus conceſſa, reſoluunt Sanc. *d. c.* 16. *n.* 31. Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 3. 71.

Contra Lud. Miranda *de ſacris Monialibus q.* 3. *ar.* 2. *ad fin.* & alios exiſtimantes ſcripturam neceſſariā non eſſe quando cauſa ingreſſus clara eſt.

Si repentina ſuperueniat neceſſitas, quæ aditum ad Superiorem non permittat, licitum videri ad monaſteria ingreſſum ſine licentia in ſcriptis obtenta, quia hic caſus per epiikeiam exceptus videtur, alioquin repentinæ neceſſitati conſultum non eſſet, aſſerūt Nau. *cōmento* 4. *de Regular. n.* 60. *verſ. quartò*, Azor. *part.* 1 *lib.* 13. *c.* 8 *quæſ.* 8. Fr. Emman. *tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 2. *ad fin.* Sanch. *d. c.* 16. *n.* 34. Bonacina *d. q.* 4. *puncto* 3. *n.* 2. *verſ. dixi*, qui duo vltimo loco citati addunt in caſu repentinæ neceſſitatis, quæ aditum ad Superiorem non permittit, pro obtinenda vllo modo licentia, prædictam licentiam ab Abbatiſſa petandam eſſe ſi tempus vacet ad illam petendam. 72.

r Sub excommunicationis pœna, &c.] Ingredientes clauſtra Monialium ſine licentia Epiſcopi, vel ſuperioris, vt ſuprà, in ſcriptis obtenta pœnam excommunicationis incurrere per hunc text. tenent, Bonacin. *d. tract. de clauſur. q.* 4. *puncto* 5. *n.* 1. vbi *n.* 2. *verſ. obſerua*, ſubdit huiuſmodi excommunicationem in hoc capit. comminatam non eſſe reſeruatam, additque præſumentes ingredi monaſteria Monialium prætextu facultatum à Summo Pontifice, Legato, Epiſcop. vel aliis conceſſarum ante Motum proprium Gregor. XIII. incip. *Vbi Gratia*, incurrere ipſo facto excommunicationis pœnam, à qua niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtineri nequeat. 73.

Qua quidem reſeruata excommunicatione non comprehendi, niſi intrantes ex præſumptione, & prætextu licentiarum ab Epiſcop. vel ſuperioribus conceſſarum ſine ſufficienti ratione, & cauſa, vel à Summis Pontificibus iam reuocatarum; intrantes verò ſine tali facultate incurrere tantùm 74.

Google

cenſuram comminatam in hoc cap. quæ cùm non ſit reſeruata, abſolui poſſe ab Epiſc. ex *c. nuper, de ſent. excom.* tenent Llam. *in method. curat. in append.* §. 13 Soar. *de cenſur. tom.* 5. *diſp.* 1a. *ſect.* 6. *ſub n.* 11. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 48. *art.* 2. Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *c.* 31. *n.* 10. Zer. *p.* 1. *verb. Monial.* §. 2. Lud. Miranda *de ſacris Monial. q.* 1. *art.* 12. *concl.* 1. & 2. Camp. *d. rub.* 12. *c.* 16. *n.* 24. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 34. me citato Bonacin. *d. q.* 4. *puncto* 5. *n.* 4.

Contra Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 105. *excom.* 61. & *commento* 4. *de Regular. ſub n.* 62. *verſ. quarto*, Quaranr, *verb. monaſt. Monialium*, *verſ. amplia dictam conſt.* Azor. *d. lib.* 13. *c.* 8. *quæſ. ult.* Ludou. Beia *reſp. caſuum conſcient. part.* 1. *caſu* 3. Coriolan. *de caſibus reſeru. p.* 2. *caſ.* 3. *n.* 40. exiſtimantes ſub dicta excommunicatione reſeruata comprehendi etiam intrantes ſepta monaſterij non habentes licentiam.

75. Reſeruata excommunicatione non affici illum, qui facultatem ingrediendi habet, ſed non ingreditur prætextu facultatis, perinde ſe gerens, ac ſi illam non haberet, reſoluunt Nauar. *d. commento* 4. *n.* 62. *notab.* 4. Sanch. *d. cap.* 16. *n.* 80. Bonac. *d. q.* 4. *puncto* 5. *n.* 5. vbi *num.* 6. ſubdit ingredientem prætextu facultatis inualidè conceſſæ non affici, reſeruata illa excommunicatione Gregorij XIII. ſed Concilij Tridentini *in præſenti*, & *n.* 7. addit eum qui tempore ingreſſus confingeret ſe habere aliquam facultatem ingrediendi clauſtra Monialium, obtentam poſt præfatum Gregorij XIII. Motum, non affici reſeruata illius excommunicatione, ſed Concil. Trident. & *n.* 8. ſubijcit quòd ingrediens Monialium cœnobia, prætextu facultatum, putans ſibi licitum eſſe ingreſſum non incidere in excommunicationem reſeruatam.

76. De cenſuris, & pœnis contra eos, qui aliquem in monaſteria Monialium ingredi faciunt, permittunt, vel admittunt, vide Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 47. *art.* 3. Fr. Lud. Miranda *de ſacris Monialib. q.* 2. *art.* 12. *concluſ.* 3. Sanch. *d. c.* 16. *num.* 82. *cum ſeqq.* Bonac. *d. q.* 4. *puncto* 6.

77. *v Dare autem tantùm Epiſc. vel Superior licentiam, &c.*] Licentiam ingrediendi Monialiũ monaſteria dare tantùm poteſt Epiſcopus, in monaſterijs ſcilicet ſibi ſubiectis, vt tenent citati ſuprà à *n.* 65. Nauar. *in c. ſtatuimus* 19. *q.* 3. *n.* 60. Fr. Emman. *q. Reg. to.* 1. *q.* 46. *art.* 1. nam in non ſibi ſubiectis ſuperior illorum debet licentiam concedere, vt ex Sanch. reſoluit Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp.* 50. *num.* 25. *verſ. deinde*, vbi aduertit quòd licet Concil. in præſenti dicat hanc licentiam dandam fore tantùm ab Epiſcopo, praxis quotidiana teſtatur illam poſſe Epiſcopum cõmittere Vicario, qui cauſam ingrediendi examinat, & ſi ſufficientem eſſe repererit, licentiam præſtet, & citat Sanc. *in præcept. Decal. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 16. *n.* 14. Fr. Emm. *d. art.* 2. & alios. De licentia ad exeundum vide ſuprà *n.* 45. Epiſc. & Superiores Prælatos, viſitationis gratia, ſeu alterius rei neceſſariæ poſſe ingredi Monialium monaſteria, ſibi ſubiecta, dummodo intrent pro tam vrgenti neceſſitate, pro quanta ipſi ad intrandũ licentiã poſſint dare aliis, tradunt Nau. *conſ.* 9. incip. *An Epiſc. de ſtatu Monachor. in nouis*, Hier. Llam. *in methodo curat. in append.* §. 7. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 45. *ar.* 5. *in princ.* Azor *d. l.* 13. *c.* 8. *q.* 9. Sanch. *d. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 25. Lud. Mirand. *d. q.* 2. *art.* 14. *concl.* 1. & 2. Steph. VVeynis *d. conſt.* 15. *n.* 24. *pag.* 152 Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 43. & colligitur ex *d. conſt.* incip. *Dubiis*, Gregor. XIII. vbi imponuntur pœnæ contra Prælatos omnes, tam ſæculares quam Regulares, abſq; neceſſitate monaſteria ſibi ſubiecta ingredientes, de quibus agunt Aloyſ. Ric. *in d. praxi fori Eccl. reſ.* 544. *a* 3. *in* 1. *edit.* Sanch. *d. c.* 16. *ex n.* 98. Bonac. *d. puncto* 4. *n.* 11. *cum ſeqq.*

78. *a In caſibus neceſſariis.*] Facultatem ingrediendi clauſtra Monialium concedi non poſſe, niſi ob cauſam neceſſitatis monaſterij, ſeu Monialium manifeſtam, cui aliter commodè occurri non poſſit, quàm ingreſſu extraneorum in monaſterium, tenet Bonacin. *d. q.* 4. *puncto* 4. *n.* 1.

79. Illum, qui licentiam ingrediendi cœnobia Monialium obtinuit ex cauſa, quæ ſuberat tempore conceſſionis licentiæ, ſed tempore ingreſſus ceſſauit, non eſſe tutum in conſcientia ingrediendo, reſoluit Bonacina *d. punct.* 4. *n.* 19. vbi *n.* 20. tenet eum, qui licentiam obtinuit ex cauſa, quam falsò narrauit ſuperiori, non poſſe licitè ingredi ſi tempore ingreſſus iuſta cauſa ſuperueniat, & *n.* 21. ſubdit non eſſe licitum ingreſſum ſi ſuperior conſcius erat nullitatis cauſæ, & nihilominus licentiam concedere voluit.

80. Obtinentes licentiam ingrediendi ex cauſa ſi ingrediantur pro libito & ſine neceſſaria cauſa, adhuc incurrere ipſo facto excommunicationem Papæ reſeruatam per d. conſt. Gregorij XIII. incip. *Vbi gratia*, obſeruant Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *num.* 55. Galet. *in margarita caſuum conſ. verb. monialis pag. mihi* 174.

81. Neceſſitatem, de qua Concilium *in præcitatis verbis*, Gregor. XIII. *in d. Conſt.* incip. *Vbi gratia*, loquuntur, non eſſe accipiendam phyſicè pro ſtrictiſſima neceſſitate, ſed moraliter, tradunt Fr. Emman. *d. q.* 46. *art.* 4. Ludouic. Miranda *d. q.* 2. *art.* 4. *concl.* 2. Campan. *d. rub.* 12. *c.* 16. *num.* 25. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 40. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 48. me citato Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 2. obſeruantes minorem cauſam requiri in concedenda licentia fœminis, quàm viris, matri, aut ſorori, quàm aliis, & minorem cauſam ſufficere ad ingrediendum in loca ſtatim poſt clauſuræ ianuam exiſtentia, quàm ad loca interiora.

82. I. Iuſtam cauſam Confeſſario ſubeſſe, dum alicuius Monialis confeſſionem ex præcepto regulæ, vel ex peculiari ipſius deuotione, aut conſolatione excepturus eſt quã commodè ad feneſtellã audire non poteſt, vt ſi Monialis ſit ſurda, aut ob infirmitatem decumbat in lecto, tradunt Fr. Emman. *tom.* 1. *quæſt.* 47. *art.* 4. Ludou. Miranda *d. q.* 2. *art.* 7. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 45. Ego ipſe *d. all.* 102. *n.* 4. me citato Bonac. *d. q.* 4. *puncto* 4. *n.* 4. Addit Sanch. *eod. c.* 16. *n.* 46. Sacerdotem Religioſum ſemper poſſe dum monaſterium ingreditur cum vno ſocio ingredi, & *n.* 47. ſubdit, in caſibus, in quibus Sacerdos cum ſocio, cuius opera indiget, ingredi poteſt, neceſſariam non eſſe peculiarem pro ſocio licentiam, ſed ſufficere licentiam ipſi Sacerdoti explicitè conceſſam. Et probabile eſt Confeſſarium poſſe intrare clauſuram non ſolùm quando regula confiteri præcipit, ſed etiam quoties infirma dixerit ſe indigere Sacramento Pœnitentiæ, Portel. *in dub. Reg. verb. clauſura Monialium, n.* 9. Villalob. *in ſumm. tom* 2. *tract.* 35. *diffic.* 47. *n.* 4. Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 67. *verſ. notandum.*

83. II. Medicum cauſa grauis infirmitatis cùm neceſſitas exegerit poſſe ingredi; dũmodo non abſque duobus ſociis de familia monaſterij introducatur, nec ab inuicẽ intra monaſteriũ ſeparentur, aſſerunt Camp. *d. c.* 16. *n.* 17. *verſ. & cùm in ſecunda*, Tamburin. *d. diſp.* 14. *q.* 6. Lud. Miranda *d. q.* 2. *art.* 7. *concl. vnic. verſ. quintus caſ.* Ego ipſe *d. all.* 102. *n.* 52. & 53. vbi obſeruo minimè requiri,

quòd

quòd ſit Doctor, aut graduatus, & *num.* 54. idem dico de minutore, ſiue tonſore, dummodo antea Medicus ſanguinis emiſſionem determinauerit expedire, & neceſſarium eſſe, quòd hæc licentia Medicis, Chirurgis, & operarijs concedi ſolita ſingulis quibuſque trimeſtribus reuocari debeat, reſoluit Sel. *in ſelect. canon.* c. 18. *n.* 28. aſſerens ſic fuiſſe decisum per S. Congreg. Regul. *in Camerinen.* 27. *Martij* 1588.

84. III. Licitum eſſe ſuperiori cum decenti comitatu à Greg. XIII. præſcripto *in d. conſtit.* incip. *Vbi gratiæ*, ingreſſum cauſa viſitandi officinas, Conuentus, cellas Monialium, ſeu dormitorium, ſupellectilem, ædificium conſtruendum, aut minans ruinam, dicunt Llam. *in d. append.* §. 7. Sanchez *d. c.* 16. *n.* 54. Ludou. Miranda *d. q.* 1. *art.* 14. Ego ipſe *d. allegat.* 102. *n.* 6. me citato Bonacin. *d. puncto* 4. *n.* 6.

85. IV. Licitum eſſe introire pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt, veluti ſi ſint fabricatores, & alij lignarij, molitores, puteari), & putatores, & alij artifices ad res neceſſarias, tradunt Llam. *in d. append.* §. 6. Ludou. Miranda *d. concluſ. vnic. verſ. ſeptimus caſus eſt.* Campan. *d. c.* 16. *n.* 26. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 54.

86. V. Baiulos iuſtam ingreſſus cauſam habere, dum aliquod onus in monaſterium deferendum eſt, quod à Monialibus commodè portari nequit, tenent Llam. *in d. append.* §. 6. Ludouic. Miranda *d. q.* 2. *art.* 17. *ſub fin.* Sanch. *d. c.* 16. *n.* 16. Bonacin. *d. puncto* 4. *n.* 8. vbi intelligit modò bauli aliquid portent in vtilitatem monaſterij. Tambur. *d. diſp.* 24. *quæſt.* 6. *n.* 6 *&* *q.* 7.

87. VI. Licitum eſſe ſuperiori ingreſſum in monaſterium ad electionem Abbatiſſæ, quoties magna ſubornationis ſuſpicio eſt, ſeu quoties electio canonicè fieri non poteſt, niſi ipſe in monaſterium ingrediatur, reſoluunt Nau. *d. comment.* 4. *n.* 59. Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 46. *art.* 5. *ad fin.* Ludou. Miranda *d. tract. de ſacris monialibus, q.* 2. *art.* 15. *concl.* 3. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 50. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 46. me citato Bonac. *d. puncto* 4. *n.* 7. Conſecratio autem, & benedictio Monialium fieri poteſt in Eccleſia exteriori, monialibus illis tantummodo adhibitis, quæ erunt neceſſariæ, Sel. *in ſelect. canon.* c. 12. *n.* 25. vbi refert decisum *in Hieracer.* 27. *Iunij* 1627.

88. VII. Intra monaſterium licitè intromitti poſſe, fœminas in obſequium & famulatum Monialium, dummodo ſint honeſtæ vitæ, & è monaſterio non egrediantur, atteſtantur Fr. Emman. *to.* 1. *q.* 47. *art.* 7. *&* 8. Campan. *d. rub.* 12. c. 16. *num.* 28. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 66. Ludou. Miranda *d. q.* 1. *art.* 5. *concluſ.* 2. *&* *art.* 9. Soar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 29. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *num.* 61. & me citato Bonacin. *d. puncto* 4. *num.* 10. multipliciter declarantes.

89. Collectori Portugaliæ licet licentiam concedere Monialibus introducendi mulieres in monaſterio pro earum ſeruitio, ita Sel. *d. c.* 18. *n.* 25. atteſtans ſic decidiſſe ſacram Congregationem Epiſcoporum *in Vlixbonen.* 31. *Ianuarij* 1615.

90. Ancillæ laicæ non dantur in communi Monialibus S. Claræ, ex eodem Sel. *d. loco*, vbi refert ſic reſolutum per eandem S. Congr. *in Tarentina* 12. *Aprilis, &* *in Foglinen.* 22. *Nouembris* 1619.

91. Ancilla non datur pro educandis, ex eod. Sel. *d. cap* 18. *n.* 29. vbi dicit decisum ab eadem ſacra Congreg. *in Neapolitana* 12. *Martij* 1629.

92. VIII. Licitum eſſe puellarum ingreſſum in monaſterium Monialium educationis gratia, tradunt Quarant. *d. verb. monaſteria Monialium, pag. mihi* 449. Zerol. *p.* 1. *verb. Moniales*, §. 10. Pial. *in ſimili praxi Epiſcop. part.* 2. *c.* 3. *n.* 57. Campan. *d. c.* 16. *n.* 28. *verſ. ſecundus*, Azor. *d. lib.* 13. *c.* 8. *quæſ.* 4. Fr. Ioan. à Cruce *d. c.* 5. *dub.* 2. *prope fin.* Fr. Emman. *tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 10. Ludouic. Miranda *d. quæſt.* 3. *art.* 6. Sanch. *d. lib.* 6. *cap.* 16. *ex num.* 61. Soar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 1. *cap.* 1[illegible]. *n.* 21. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 62. me citato Bonac. *d. puncto* 4. *num.* 15. Marcel. Vulpe *in d. praxi iudic. fori Eccl. cap.* 4. *n.* 16. Ginant. *in man. Epiſcop. verb. Monialium educatio*, Lezana *in ſumm. quæſt. regul. c.* 25. *n.* 29. Andr. Victor. *de origine & clauſura Monial.* §. *puellis ſecul. pag.* 42. Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 2. *cum ſeqq.* & in eodem monaſterio pluſquam duæ ſorores educationis cauſa permitti poſſunt; Sel. *d. c.* 12. *n.* 45. vbi ita refert decisum in S. Congregat. Epiſcop. & Regularium.

Et huiuſmodi puellas cauſa educationis in monaſterijs recipi non poſſe minores ſeptennio, & maiores vigeſimoquinto, referunt decisum Zer. *p.* 1. *verb. Moniales* §. 11. Galer. *in margarita caſuum conſcientiæ verb. Monialis* 5. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ.* 641. in 2. *edit.* Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 64. Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 15. *n.* 39. Lezana *d. c.* 25. *n.* 29. 93.

Poſtquam verò præterijt tempus vigintiquinque annorum, intra quod illic morari conceditur ex cauſa educationis ſi ſtatim puella non egrediatur, nec ipſam, nec quamvis aliam excommunicationem, aut cenſuram incurrere, ſed poſſe Epiſcop. terminum conſtituere, intra quem eligat puella vtrum velit Monialis fieri, aut à monaſterio egredi, decisum referunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *c.* 16. *n.* 54. Campan. *d. c.* 16. *n.* 29. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 65. me citato Bonacin. *d. puncto* 4. *n.* 16. Tambur *d. diſp.* 1. *q.* 2. *n.* 9. Nouar. *in Lucerna Reg. verb. educatio* 9.

Conditiones autem neceſſarias ad puellas in monaſterio Monialium educationis gratia collocandas, referunt Quarant. Fr. Ioan. à Cruce & Piaſec. *locis proximè citatis*, Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 28. *cum ſeqq.* Bonac. *d. n.* 19. Ego ipſe *d. all.* 102. *n.* 63. Tambur. *d. diſp.* 1. *q.* 2. 95.

Prima eſt, vt monaſterium conſueuerit huiuſmodi puellas recipere. Secunda, non ſint ſupra numerum præfixum. Tertia, vt adſit conſenſus Abbatiſſæ, & aliarum Monialium, & ſuperioris licentia. Quarta, vt veſtitu honeſto, & virginibus conueniente vtantur. Quinta, vt ancillas ſecum non adducant. Sexta, vt ex ſtent in loco ſeparato à dormitorio Monialium, & à loco in quo Moniales operibus manuum vacare conſueuerunt. Septima, vt è monaſterio non egrediantur, & ſemel egreſſæ nequeant iterum admitti, niſi forte Moniales fieri vellent. Octaua, quòd quolibet ſemeſtri eis anticipata ſoluatur portio, pro alimentis. Et circa ſeptimam conditionem aduertit Steph. VVeyms *d. conſt.* 15. *n.* 32. *in fin.* ſacram Congr. cenſuiſſe quòd licentia dari debeat puellis, quæ educationis gratia in monaſterijs degunt exeundi ad balnea curandæ valetudinis gratia, iiſdemque permitti redire iterum ad idem monaſterium, ſi rectè à balneis eò ſe recipiant eum intentione obſeruandi conditiones, quæ priùs fuerunt præſcriptæ.

Puellæ recipi non poſſunt educationis cauſa in monaſterijs Monialium, niſi præcedat omnium conſenſus ſingulariter præſtitus, & non eſt ſtan- 96.

dum ſimpliciter relationi Abbatiſſæ, vt per Sel. *d.c.*18.*n.*28. qui aſſerit ita reſolutum per S. Congreg. Epiſcop. *in Amelien.* 4. *Ianuarij* 1608.

97. Moniales in earum monaſteriis puellas educationis cauſa, niſi eadem monaſteria capacia, & pro dictis puellis educandis loca particularia deſtinata, & conſtituta ſint, retinere, & reſpectiuè recipere non poſſunt, ex Sel. *d. loco*, vbi refert deciſum ab eadem S. Congreg. *in S. Seuerini* 16. *Ianuarij* 1615.

98. IX. Iudicem, alioſque viros poſſe monaſterium ingredi ad expellendum malefactorem, qui non vult inde exire, tradunt Fr. Emman. *tom.* 1. *quæſt.* 47. *artic.* 4. *ad fin. verſ. nec his obſtat.* Sanch. *d. cap.* 16. *num.* 7. *& ſeq.* Bonacin. *dicto puncto* 4. *num.* 34.

99. Supradictos omnes ex iuſta cauſa monaſteria ingredientes, grauiter peccare contra obligationem clauſuræ, & cenſuris affici, ſi finito miniſterio, cuius cauſa ingreſſi ſunt, ſtatim non egrediantur, tenet Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 21. Breuiter tamen immorantem in inuiſendis officinis, non ſolùm à mortali, verùm etiam à veniali excuſari, reſoluunt Fr. Emman. *tom.* 1 *quæſt.* 47. *art.* 11. Molfeſ. *in ſumm. tract.* 7. *c.* 20. *n.* 43. Ludouic. Miranda *d. q.* 2. *art.* 10. Sanch. *d. c.* 16. *n.* 69.

100. Omnibus tam laicis, quam Clericis, & Regularibus interdictum eſſe à iure communi ad Monialium monaſteria accedere, illaque frequentare, per *cap. periculoſo, de ſtatu Regul. lib.* 6. *& cap. monaſteria, de vit. & honeſt. cleric.* tradunt Zerol. *p.* 1. *verb. Moniales* §. 7. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 393. *n.* 16. *cum ſeqq.* Bonac. *d. tract. de clauſura q.* 3. *puncto* 4. Lezana *d. c.* 25. *n.* 36.

101. Collocutoria communia in monaſteriis Monialium retineri debent in loco claro, & aperto vt Moniales alloquentes ab omnibus commodè perſpici valeant, ac in eorundem Collocutoriorum ianua nil permittatur, quo intus vllo modo claudi valeat, vt per Sel. *d. c.* 18. *n.* 35. vbi refert deciſum à Sacr. Congreg. Epiſc. *in Fauentina* 7. *Martij* 1617.

102. Contra Religioſos accedentes ad monaſteria Monialium, impoſitam eſſe pœnam priuationis officiorum, vocis, actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendæ, patet ex decreto S. Congr. iuſſu Sixt. V. edito *de anno* 1590. quod refert Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 3. vbi *n.* 4. tenet prædictum decretum ſub mortali obligare, & *n.* 5. reſoluit Religioſum præfatis pœnis affici vnico acceſſu, & *n.* 6. ſubdit Religioſum teneri in conſcientia pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ſponte ſubire ante ſententiam iudicis declaratoriam, de hoc decreto meminit Steph. Vveyms *d. conſil.* 15. *n.* 28.

103. Regulares cuiuſcunq; Ordinis, militiæ, Societatis, vel Congregationis ad monaſteria Monialium, etiam ſui Ordinis ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis ſine S. Congr. licentia particulari deſuper edito decreto, accedere prohibentur. Cui prohibitioni etiam ſubiacent milites Regulares Ordinis S. Ioan. Hieroſ. & præter pœnas in prædicto decreto contentas, incurrunt etiam peccatum mortale, & ab huiuſmodi pœnis non poſſunt abſolui, nec rehabilitari ab aliis, præterquam à Sede Apoſt. aut ſacra Congregat. quibus tamen non ſubiacent Regulares accedentes ad monaſteria puellis, vel mulieribus ſæcularibus inibi degentibus loquendi cauſa, nec etiam comprehenduntur ſupradicto decreto litteras ad Moniales mittentes, quamuis tam huiuſmodi Religioſi, quàm Moniales ſint debitè corrigendi, ac puniendi à ſuperioribus, quibus in delinquentes huiuſmodi competit iuriſdictio, vt per Sel. *d. c.* 18. *n.* 40. vbi refert ſic fuiſſe deciſum per ſacram Congreg. Epiſcop. *ſub die* 22. *Auguſti, & 7. Septembr.* 1605. De hoc decreto, & illius materia, vide Bonacin. *de clauſur. q.* 1. *puncto* 4. *n.* 3. Coriolan. *de caſibus reſeru. part.* 2. *caſu* 3. *n.* 42. Campan. *d. cap.* 16. *n.* 45. *verſ. Illuſtriſsimi*, Laurent. de Peirinis *tom.* 2. *priuil. Minimor. in conſt.* 6. *Pij V. n.* 36. Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. cap.* 25. *n.* 37. *verſ. quod decretum*, Diana *moral. reſ. part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 22. Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 25. *q.* 5. Laurent. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. p.* 225.

104. Regulares cuiuſcunque Ordinis, aut Congregationis exiſtant, quotieſcunque abſque ſacræ Congregationis licentia Moniales alloqui reperti fuerint, carcerentur, eorúmque ſuperioribus, iuxta ſacri Concilij decretum puniendi conſignentur, qui ſuperiores deinde ſacram Congregationem, ac Ordinarium de executione certiores reddant, Sel. *d. c.* 18. *n.* 41. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per eandem ſacram Congregat. *in Fauentina* 7. *Martij* 1617.

105. Vicarius Fratrum abſque Apoſtolicæ Sedis licentia Moniales alloquens in pœnas in decreto generali contentas incidit, dummodo idem Vicarius in Prioris abſentia eiuſdem Prioris Officij munus non obeat, Sel. *d. c.* 18. *n.* 43. vbi dicit deciſum ab eadem ſacra Congregatione *ſub die* 1. *Septembris* 1617.

106. Nouiſſimè per ſacram Congreg. Concil. Trid. ſpeciali decreto *ſub dat.* 12. *Kal. Decembr.* 1623. de mandato S.D.N. Vrban. VIII. conceſſum fuit Epiſcopis, vt licentiam dare valeant Religioſis alloquendi Moniales ſeruatis certis regulis, & conditionibus ibidem expreſſis. Regularis abſque legitima licentia accedens ad monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquiis deſtinato cum Moniali colloquens, poteſt ſtante dicta conſtit. fel. rec. Gregor. XV. à diœceſano Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſt. delegato coërceri, & puniri, ita Sel. *d. c.* 18. *n.* 50. vbi refert deciſum *de anno* 1624.

107. Subcollector, abſque Ordinarij licentia alloquens cum Monialibus poteſt excommunicari, vt per Sel. *d. c.* 18. *n.* 51. vbi atteſtatur reſolutum *in Hipporegien.* 13. *Maij* 1628.

108. Monialium patres, ac fratres, & filij, vt eaſdem alloquantur in temporibus non prohibitis, licentiis non indigent, ex Sel. *d. c.* 18. *n.* 54. vbi ait deciſum 15. *Ianuarij* 1616. & 14. *Martij eiuſdem anni.*

109. Regulares adeuntes monaſteria Monialiũ abſq; Epiſcopi licentia non incidũt in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, ſi Regulares habent ex priuilegio non poſſe ab Epiſcopis excommunicari, & aliàs ſic excommunicati non poſſunt abſolui à ſuis ſuperioribus, ſed ab Epiſcopo, qui ſibi hanc abſolutionem reſeruauit; ita plures, quos refero Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 73. quibus addo Marcel. Vulpe *in d. praxi cap.* 4 *n.* 8. Lezana *d. cap.* 25. *num.* 35. Tamborin. *d. diſp.* 25. *q.* 9. & me citato reſoluit Bonacin. *d. puncto* 4. *num.* 8. vbi obſeruat Religioſos hoc tempore alloquentes Moniales abſque licentia, etiamſi alloquantur in monaſteriis Regularibus ſubiectis, puniri poſſe ab Epiſcopo, ex Bulla Gregorii XV. de exemptorum priuilegiis, incip. *Inſcrutabili, ſub dat.* 9. *Februarij* 1622.

110. Conſtitutione Prouincialis Mediolanen. ſtante

quòd

quòd alloquentes cum Monialibus puniantur, dubitatum fuit, an alloquentes ſine licentia cum Monialibus exemptis poſſint puniri ab Epiſcopo, & etiam ipſæ Moniales exemptæ? Fuit reſolutum non poſſe puniri Moniales exemptas, vt teſtatur Sel. *in ſelect. Canon. c.* 30. *n.* 12. *ſub die* 8. *Auguſti* 1621.

110. An autem ſcribens litteras Moniali, & mittens, incidat in præfatam cenſuram communicatam ab Epiſcopo aduerſùs euntes in monaſteria Monialium? Negant Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 65. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *ex n.* 81. & me citato Homobon. de bonis *de examine Eccleſ. tract.* 11. *c.* 3. *quæſ.* 3. *ſuppoſ.* 2. Tambur. *d. diſp.* 25. *q. vlt.* & Illuſtriſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c reatum* 33. *ſub n.* 8. *diſt.* 81. vbi etiam diſſerit, an incurrat excommunicationem, qui ſub illius pœna prohibitus eſt ne ad Monialem ſcribat, ſi tamen ſcribendo, epiſtola non peruenit ad illam. Aduertit tamen Stephan. Vveyms *d. conſt.* 15. *n.* 27. *pag.* 153. Moniales nihil dare, nihil accipere poſſe abſque Superioris licentia, & conſequenter non poſſe dare nec accipere litteras, aut dona, cùm nullum habeant arbitrium, ſed dependeat ipſarum voluntas à voluntate Superioris per ſpontaneam abdicationem, niſi aliquid datum, vel miſſum fuerit loco eleemoſynæ, & litteræ reſpexerint vtilitatem monaſterij.

112. Prædictam cenſuram per ſtatutum, aut edictum Epiſcopale ipſo iure aduerſùs adeuntes monaſteria Monialium, & cum illis alloquentes, comprehendere etiam accedentes ad monaſteria exempta Monialium ſubdita Regularibus, qui non ſubſunt iuriſdictioni Epiſcoporum exiſtentia intra ſuam diœceſim, reſoluunt Roland. à Valle *conſil.* 33. *n.* 32. *vol.* 3. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 393. *n.* 22. *& ſeq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.* 12. *c.* 16. *n.* 45. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 75. & me citato Bonacin. *d. tract. de clauſura q.* 3. *puncto* 4. *n.* 1. *prope fin.* latè Lauren. de Franchis *d. loco pag.* 228. *cum ſeqq.*

113. Facultatem concedendi licentiam adeundi ad colloquium cum Monialibus Regularibus ſubiectis ſpectare ad ipſos ſuperiores Regulares, niſi eſſet conſuetudo legitimè præſcripta, vt huiuſmodi licentiæ, etiam quoad monaſteria, quæ Regularibus ſubſunt ab Epiſcopo tantùm, vel ab Epiſcopo, & ſuperiore Regulari coniunctiuè obtinerentur, referunt Quarant. *d. verb. monaſteria Monialium, verſ. hinc tangenda, pag.* 453. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 3. *n.* 54. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 19. *l.* 7. *de Relig. n.* 99. Campan. *d. c.* 16. *n.* 45. Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 76. & me citato Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 11. *cap.* 2. *quæſ.* 1. *in fine,* Tambur. *diſp.* 26. *q.* 2.

Sed re maturius conſiderata videtur rectiùs licentiam huiuſmodi alloquendi moniales Regularibus ſubiectas concedendam eſſe ab Epiſcopo, ſeu eius Vicario generali, & à ſuperiore Regulari, cui Moniales ipſæ ſubiectæ ſunt, coniunctim, ita vt idem Epiſcopus, ſeu eius Vicarius primo loco ſubſcribat. Idem quoque ſeruandum videtur quoad licentiam eorum, quibus ordinariè intra ſepta Monaſteriorũ earundẽ Monialium ingredi neceſſe eſt, repentinis tamen caſibus extremæ neceſſitatis exceptis, in quibus licentiam alterius ſubſcriptione roborare ſufficit. Edicta verò, quib. perſonis ſæcularibus ad earundẽ Monialium monaſteria acceſſus prohibetur, ab Epiſcopo dumtaxat ſubſcribenda & publicanda ſunt. Sel. *d. c.* 30. *n.* 14. vbi refert ita fuiſſe deciſum per Sacr. Congreg. Epiſcop. *in Camerinen.* 21. *Februarij* 1617.

De clauſura monaſteriorum virorum, quoad ingreſſum fœminarum, vide Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 48. *art.* 3. *&* 4. Fr. Ioan. à Cruce *d. c.* 5. *dub.* 1. *concl.* 1. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.* 544. *n.* 8. *in* 2. *edit.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 17. Bonac. *d. tract. de clauſur. q.* 5. Lezana *d. c.* 10. *n.* 11. metipſum *d. alleg.* 102. *ex n.* 85. & quòd horti & prata Religioſorum monaſterijs eorum contigui comprehenduntur conſtitutione Pij V. ita vt mulieres ſi in eos ingreſſæ fuerint, abſolutione indigeant, tenet Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 12. vbi refert ita fuiſſe reſolutum à Sacr. Congregat. Epiſcop. 13. *Septembris* 1583. & ſacriſtia ebore contigua alicuius monaſterij Religioſorum eſt ſub clauſura comprehenſa, ex eodem Aldan. *citato loco*, vbi teſtatur ita deciſum ab eadem Sacr. Congreg. *in Sulmonen.* 10. *Auguſti* 1615. 114. 115.

χ *Et quia monaſteria, &c.*] Vide Vgolin. *de offic. Epiſcop. c.* 21. *in princ. n.* 1. D. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 21. *n.* 13. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Moniales* §. 17. vbi refert deciſum, iſtam tranſlationem faciendam eſſe ad aliud monaſterium eiuſdem Ordinis, & hoc quando immineret ſcandalum, vel propter ſupereminentem aëris peſtilentis cauſam, & quòd monaſterij tranſlatio debet fieri ſimul cũ introitibus, & redditibus, quos illud habebat, eleganter Stephan. Vveyms *d. conſt.* 15. *n.* 47. vbi ait ideo Trid. Synodum monaſteria Monialium, quæ ruri in pagis, & extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta ſunt intra vrbes, vel oppida frequentia reducenda cenſuiſſe, quia ſæpe ſine cuſtodia ſunt expoſita malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus, & concludit his verbis: Vnde Moniales, quæ habent monaſteria excurſionibus piratarum, vel aliorum malorum hominum expoſita, omninò reduci debent ad vrbes, vel oppida clauſa, adeò vt receptum ſit ex eodem decreto Concilij ipſos Ordinarios tanquam Sedis Apoſtol. Ordinarios (etiamſi iſtam auctoritatem ſpecialiter non expreſſerit Concil.) ſic ad vrbes & oppida cogere, & transferre poſſe monaſteria etiam exempta, & Sedi Apoſt. immediatè ſubiecta. Neq; verò tunc ſolum transferri debent, quando malorum hominum periculis ſunt expoſita; ſed tũc etiam quando ſuperuenit alia finalis cauſa ex cõtagio, vel aëre infecto; quemadmodum Epiſcopo Nolano per Congregationem Interp. pridem reſcriptum fuit, vt Monialibus Collegij Nolani petentibus tranſitum ad aliud monaſterium ſub eadem regula propter peſtilentem quendam aquæ defluxum ex vicino monte, benignè deberet annuere, ſi ita eſſet. Imò verò tranſlatio monaſterij facienda illi immineat ſcandalum publicũ, ſed tamen quando ex tali cauſa fit, non facile ad aliud quàm eiuſdẽ Ordinis monaſterium id fieri debet, & redditus monaſterij ſic tráſlati applicari debent monaſterio, ad quod fit tranſlatio, non etiam applicari poſſunt in aliam cauſam ſimilem, &c. Hactenus Steph. Vveyms *d. loco.* 116.

Et tranſlationem fieri debere in aurora, vt à paucis Moniales conſpici poſſint atque à perſonis grauibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus coniunctis deducantur, aſſerit deciſum Armendar. *in addit. ad recap. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 100. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 102. *n.* 26. 117.

Moniales ab vno monaſterio non transferunt 118.

locorum

locorum Ordinarij, aut ſuperiores Regulares in monaſteria recenter erecta pro nouitiarum in eo introducendarum inſtitutione, niſi obtenta à Sede Apoſtolica, vel à ſacra Congregatione ſpeciali facultate, ita Aldan. *d. tit.* 5. *n.* 14. vbi teſtatur ſic reſolutum à ſacra Congregat. Epiſcoporum *in Tertonen.* 27. *Maij* 1603. quia Monialium tranſlatio Apoſtolica Sede inconſulta minimè fieri poteſt, ex eodem Aldan. *d. tit.* 5. *n.* 15. vbi refert deciſum per eandem ſacram Congreg. *in Barchinonen.* 12. *Aprilis* 1615.

119. Moniales transferri non poſſunt in monaſteria nouiter erecta, niſi eadem monaſteria, auctoritate Apoſtolica, extructa fuiſſe priùs conſtiterit, ipſáque prævia viſitatione earundem Monialium capacia, eiſque accómodata, atq; ita abſoluta reperta fuerint, vt cæmentariis, aliiſve fabris, nulla ædificationis cauſa in ipſa poſtea ingrediendi neceſſitas relinquatur, Aldan. *d. tit.* 5. *n.* 18. vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum *in Vlixbonen.* 17. *Iulij* 1615.

ψ *Inuocato etiam auxilio, &c.*] Vide Stephan. Vveyms *d. conſt.* 15. *n.* 11. *pag.* 147. vbi dicit quòd ad hoc vt maioris efficaciæ hoc decretum haberetur, voluit eadem ſancta Synodus vt contradictores, & inobedientes per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas appellatione poſtpoſita compeſcerentur, inuocato etiam ad id in caſu neceſſitatis auxilio brachij ſæcularis.

Superiores quinque eligantur per vota ſecreta, aliàs Electio nulla ſit.

CAPVT VI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Suffragia ſecretò in rebus grauibus fieri debent.*
3. *Votare ſecretò maiorem libertatem ad votandum habet.*
4. *Electio non deſinit eſſe ſecreta propter puram, & ſimplicem oſtenſionem ſchedulæ.*
5. *Oſtenſio vnius ſchedulæ officit ſecretæ electioni.*
6. *Electio reputatur ſecreta, & Canonica ſi electi fuerunt à ſuperioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant.*
7. *Abbatiſſarum in electione poſſunt vota per Epiſcopum cum Vicario oretenus accipi.*
8. *Electio erit nulla ſi in Bullis confirmationis exprimerentur nomina eligentium.*
9. *Eligentes per ſchedulam aliquo patenti ſigno ſignatam faciunt electionem non ſecretam, & peccant moraliter.*
10. *Capitula permitti non debent vt fiat aliquid ex quo publicari poſſint nomina eligentium.*
11. *Præſidentes Capituli non poſſunt præcipere ſcrutatoribus ne recipiant ſuffragia vltra certum numerum, &c.*
12. *Electio vti non ſecreta quibus caſibus ſit nulla.*
13. *Procuratores legitimè conſtituti ad eligendum non excluduntur, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona.*
14. *Electio dicitur Canonica quamuis quis electorum ante ſcrutinium dicat ſe velle eligere hunc, vel illum.*
15. *Electio Regularium ita debet fieri per vota ſecreta, vt non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis.*
16. *Electio Abbatiſſæ facta per vota non ſecreta per ignorantiam huius decreti non valet, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare.*
17. *Electio irrita eſt ſi aliquis contra huius decreti conſtitutionem electus fuerit.*
18. *Vota an ſufficiant quòd ſint ſecreta, abſque alia forma.*

IN electione Superiorum quorumcunque, Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum, quo omnia rectè, & ſine vlla fraude fiant, in primis ſancta Synodus diſtinctè præcipit omnes ſupradictos eligi debere *α per vota ſecreta*, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquã publicetur. Nec in poſterum liceat, Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumque Titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces & ſuffragia abſentium ſupplere. *β Si verò contra huius decreti conſtitutionem* aliquis electus fuerit, electio irrita ſit, & is, qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiſerit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda inhabilis exiſtat, facultatéſque ſuper his conceſſæ eo ipſo abrogatæ cenſeantur, & ſi in poſterum aliæ concedantur, tanquam ſurreptitiæ habeantur.

1. VIde Nauar. *conſil.* 4. *in antiq.* aliàs *conſil.* 9. *in nou. de electione.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub eodem tit. dec.* 4. Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. Abbatiſſa,* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 6. & 8. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Abbatiſſa* §. 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæſ.* 2. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 1. c. 4. *n.* 32. *& ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. part.* 4. *collect.* 751. *& in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.* 197. *p.* 4. Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 5. *c.* 4. *num.* 183. *cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. tract.* 6. *c.* 16. *n.* 153. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 28. *n.* 11. *cum ſeqq.* Duran. *deciſ.* 232. *n.* 1.

2. *α Per vota ſecreta.*] Quando igitur de rebus grauibus ineunda erunt ſuffragia eadem ſecretò ferantur, vt ſine timore quiſque quod ſenſerit liberè loquatur, vt ait Octau. Frangip. *in direct. Eccleſ. diſcipl. tit. de decanis collegiatis Eccleſiarum n.* 32. votare enim ſecretò minus inconuenientiam, & maiorem libertatem ad votandum 3.
Chriſtianè habere, quàm votare publicè, tradunt Bobad. *in ſua Politica lib.* 3. *c.* 7. *n.* 58. Cur. Philip. *p.* 1. §. 1. *n.* 22. & quamvis in actibus capitularibus de iure non requiratur, quòd vota præſtarentur ſecreta, expedite tamen quòd in omnibus votaretur ſecretò, obſeruant Nicol. Garc. *d. c.* 4. *n.* 185. & Caſtellin. *in d. tract. de elect. pag.* 495.

Puram, & ſimplicem oſtenſionem ſchedulæ ſecretò factã ab aliquo ex electoribus ad effectum, 4.

vt

vt videat quem ipſe eligat, non tollere quin electio ſubſequens immediatè ſit ſecreta, tradunt Nauar. *conſil. 7.in antiq.* aliàs 4. *in nou. de elect.* Fr. Emman. *in ſumm.part.1 cap.202.n.4.* Caſtellin. *in tract. de elect. c. 4. n. 5.* obſeruantes eo caſu electionem eſſe irritam, & nullam, quando electorum vota, culpa, & dolo totius, vel maioris partis Capituli publicarentur, vel quando manifeſtatio vnius, vel plurium votorum eſt realis cauſa, vel præſumptiua rationabiliter, quòd electio ſequatur in hanc vel illam perſonam particulariter ex vi illius oſtenſionis.

5. Vnde ex hoc decreto colligunt Nicol. Garc. *de benef. part. 5.cap. 4.n. 183.* Molfeſ. *in ſumm. p. 1. tract. 6. cap. 16. n. 153.* quòd oſtenſio vnius ſchedulæ, ſiue fiat per malitiam, ſiue per errorem, dummodo non cauſet effectum, de quo *ſuprà*, non officit ſecretæ electioni; ſi tamen maior pars ſuffragiorum oſtenderetur, eſſet nulla electio, ex quo ante publicationem ſcrutinij electio manifeſtaretur contra formam Concilij in præſenti. Verùm Rot. *in Treuer. Abbatia S. Maximini 20. Nouemb. 1614. coram R. D. meo Coccino Decano*, impreſſa per Maſſobt. *in praxi habendi concurſum pral.8.in princ.n.53.& 67.* cenſuit electionem eſſe nullam, etiamſi vnicum tantùm ſuffragium publicetur, prout refert Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.31.ex n.4.*

6. Si electi fuerunt à Superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant, electionem reputari ſecretam, & canonicam, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. c.4.n.189.* Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ. 197. n. 2.part.4.* Caſtellin. *de election cap.4. num.4.* Sigiſmund. à Bononia *in ſimili tract. dubit. 26. num. 11.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. diſp.5 quaſt.6.n.8.*

7. In electione Abbatiſſarum vel alterius Superiorisſæ poſſe vota ſingularum Monialium per Epiſcopum vnà cum Vicario, vel alio viro aſſumpto oretenus accipi, licèt quatuor, aut quinque ea ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum Religionis, referunt deciſum Galer. *in marg. caſuum conſcient. verb. Abbatiſſa*, Nicol. Garc. *d. n.189.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.reſ.637.in 2. edit.* Molfeſ. *d. part. 1. tract. 6.c.16.n.154.* Caſtellin. *d. cap. 4.n.4 & c.5.n.28.* Fr. Sigiſ. à Bononia *d. dub. 27. num.11.* Tamburin. *d. diſputat.28. quaſt. 4.*

8. Ita ſtrictè hoc decretum eſſe intelligendum, vt ſi poſt electionem factam in Bullis confirmationis, ſeu patentibus exprimerentur nomina eligentium, electio eſſet nulla, refert deciſum Caſtellin. *d.c.4.n.61.*

9. Eligentes per ſchedulam aliquam patenti ſigno ſignatam, vt innoteſcat ſcrutatoribus, vel vni ex illis, quòd talis elector eligit illum nominatum in ſchedula facere electionem non ſecretam, & peccare mortaliter, ac proinde ſic electum factum de hoc certum, teneri reſignare prælaturam, ſiue officium, vel petere à Sanctiſſimo confirmationem cum diſpenſatione, referunt deciſum Laurent. de Peirinis *tom. 1. de Relig. ſubdito, & Pralato, q.1.de obedient.cap.21.* Caſtell. *d.c.4.n.61.*

10. Aduertit Fr. Emman. *q. reg. tom.2.q.52 art.9.* intentionem Concilij in præſenti fuiſſe ſtatuere, quòd Capitula facerent electiones ſecretas in hoc ſenſu, id eſt quòd non permittant fieri aliquid, ex quo publicari poſſint nomina eligentium, & ſi tale quid factum fuerit, electio non valet, & ſubdit ex doctrina Nauarr. *d. conſil.9.de elect. in nou.* quòd hoc habet locum in electione per ſcrutinium, non autem in electione per compromiſſum.

Vtrùm autem in electione Superiorum Regularium Præſidens Capit. poſſit præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ & pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus vltra certum numerum electioni inſufficientem, ſed eo completo dicant electoribus ad aures, prout ſeruari dicitur, vt dent aliis eorum vota? Et an electio hoc modo celebrata ſit valida? Deciſum fuiſſe *de anno 1625.* refert. Caſtellin. *d. c. 4. n.66.* hanc eligendi rationem quæ libertati electionis, ac naturali conſenſui aduerſatur, omninò improbari, electionéſque hactenus celebratas ſi ſcrutatores præcepto ſuperioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint, pro Canonicis non haberi. 11.

Electionem eſſe nullam, quando aliqui ex electoribus vnicam ſchedulam recipiunt vnico nomine ſcriptam, & nomen electi notum ſcribæ, vel alteri reponunt in capſola, ſimiliter qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſchedulas, & vnam quam voluerint, reponunt, alteram ſcindunt, quia ſcriba potuit reuelare talem, qui non habuit niſi vnam ſchedulam, vel talem, qui hoc habuit duas, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.4. num.193.* Aluyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ. 197. n. 8. p.4.* Caſtellin. *de elect cap.5.n.25.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 21. num.6.* Rot. *in Treueren. Abbatia S. Maximini an. Nouembris 1624. coram R. D. meo Coccino Decano*, impreſſa per Maſſobt. *in praxi habendi concurſum pralud. 8. in princ. n.69.* ſecundùm Romanam impreſſ. 12.

Procuratores legitimè conſtitutos cum generali mandato ad eligendum ab iis, qui legitimè impediti ſunt, non excludi, dummodo non habeant ſpeciale mandatum de eligenda certa perſona, quia tunc votum non poſſet eſſe ſecretum, refert deciſum Nicol. Garc. *d. c. 4. n.200.* 13.

Si quis electorum ante ſcrutinium verbo dicat ſe velle eligere hunc, vel illum, non propter hoc tolli, quin electio ſit ſecreta, eo quia potuit pro altero ſuffragium præſtare, tradunt Nicol. Garc. *d. cap. 4. num.196.* Caſtellin. *dicto c.5 n.26. in fine.* 14.

Electionem Regularium ita debere fieri per vota ſecreta, vt non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis, referunt deciſum Nicol. Garc. *d.cap.4.num.204.* Caſtellin. *de elect.c.7. num. 7. verſ. ad quorum*, Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 2. num.7.& dub.31.num 24.verſ & inſuper*, contra Fr. Emman. *in ſumm. p.1.cap.202. num. 2. & cap. 105. num.3. & quaſt. regul. tom.2. quaſt.51.art.9.in fine.* 15.

Electionem Abbatiſſæ factam per vota non ſecreta per ignorantiam huius decreti non valere, nec Epiſcopum poſſe diſpenſare, vt valeat, referunt deciſum Aluyſ. Ricc. *d. Neapolit. deciſ. 197. n. 7. p. 4.* Molfeſ. *d. p. 1. tract 6.c.16.n.156.* Nou. *in ſingul.concl.86.n.3.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect.dub.31.n.10.* 16.

§ *Si verò contra huius decreti conſtitutionem*, &c.] Vide Nauar. *conſil. 2. n. 4 de elect. in antiq.* aliàs *conſil 8. num. 2. eod. tit. in nou.* Fr. Sigiſm. à Bononia *dub.8 n.8.* 17.

Vtrùm autem hodie ſufficiat, quòd vota ſint ſecreta ex diſpoſitione prædicti decreti, abſque alia forma? Affirmat Fr. Ludou. Miranda *in man. Pralat. tom. 2. quaſt 23. art. 15 concl.2. circa med.* aſſerens diſpoſitionem text. *in c. quia propter, de* 18.

electi

Google

elect. modò ſublatam eſſe per Concilium in præſenti.

Negant Fr. Emm. *in ſum. p. 1. c. 102. n. 2.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Abbatiſſa, §. 6.* Azor. *inſt. moral. p. 2. lib. 13. c. 10. quæſ. 2.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub 27. n. 10. & 11.* Rota *in Meten. monaſterij 5. Iulij 1621. in fine verſ. Denique, coram R. D. meo Coccino Decano,* & iterum *in Treuiren. Abbatia ſancti Maximini 20. Nouemb. 1624. coram eo,* impreſſ. per Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prel. 8. in princ. n. 68.* ſecūdùm Rom. impreſſ. meritò obſeruantes, quòd quando diſponitur, quòd omnes electiones Regulariū debeant fieri per vota ſecreta, non tamen cenſetur ſublata forma d. c. *quia propter,* ſed adhuc in ſuo robore perſeuerat, ſunt verba Rot. *in d. Meten. monaſt.*

Monialium ſuperior eligatur non minor 40. annis, & quæ poſt octo annos profeſſionis laudabiliter vixerit, & ſi talis non ſit in Monaſterio, eligatur ex alio, vt in text. vel ex eodem Monaſterio vna eligatur, quæ trigeſimum annum compleuerit, & vnicuique Monaſterio ſit vnica ſuperior. Et Epiſcopus in huiuſmodi electionibus ſæcularis ſuperior ſtet ante cancellorum feneſtellam ad audienda ſingulorum vota.

CAPVT VII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Abbatiſſa, vel Prioriſſa eſſe non poteſt illegitima abſque Papæ diſpenſatione, ſeclusis Religionum priuilegiis.*
3. *Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, officij non ſunt capaces illegitimæ, & quæcunque quæ virgines non ſunt.*
4. *Bigama Monialis abſque diſpenſatione in Abbatiſſam eligi non poteſt.*
5. *Infamis non poteſt in Abbatiſſam eligi.*
6. *Abbatiſſa in electione duæ partes concurrere debent ex tripartito numero Monialium.*
7. *Abbatiſſa in electione dare votum non poteſt carum ſuperior in caſu diſcordiæ.*
8. *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ætate 40. annorum quæ ad Abbatiſſatus officium requiritur.*
9. *Electio Abbatiſſæ minoris 40. annorum eſt nulla ſi in monaſterio non deerant aliæ quadragenariæ.*
10. *Conſtitutio Gregorij XIII. habet locum in omnibus Monialium monaſteriis quarumuis militiarum.*
11. *Abbatiſſa expleto officiorum ſuorum triennio non poſſunt denuo eligi ad eadem officia.*
12. *Abbatiſſæ ſoror poteſt ſuccedere in officio ſorori.*
13. *Monialium ſcrutatores in electione Abbatiſſarum non poſſunt ſupplere pro numero votum requiſitarum.*
14. *Abbatiſſa non poteſt duobus monaſteriis præſſe.*
15. *Epiſcopus qui Abbatiſſæ electioni præeſt, clauſtra monaſterij non ingreditur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingulorum audire & recipere debet.*
16. *Epiſcopus poteſt vnà cum ſuperioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum electionibus per ſe, vel per alium intereſſe.*

a Concil. Carthag. 3. Conc. il. Agat. 19. cap. Sanctimon. 20. quæſt. 1.
b Cap. indemnitatib. de elect. in 6.
c Cōcil. Agat. cap. 57. c. vnum 21. q. 1. Concil. Cabilonen. cap. 12.

ABbatiſſa,[a] & Prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur *a non minor annis quadraginta,* & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex iis,[b] quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente, eligatur. [c] *c Duobus verò monaſteriis nulla præficiatur.* Et ſi qua duo vel plura quocunque modo obtinet, cogatur vno excepto, intra ſex menſes cætera reſignare. Poſt id verò tempus, niſi reſignauerit, omnia ipſo iure vacent; *y Is verò qui electioni præeſt Epiſcopus,* ſiue alius Superior, clauſtra monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat. In reliquis ſeruentur ſingulorum Ordinum, vel monaſteriorum conſtitutiones.

1. VIde Fr. Emman. *quæſt. regul. t. 15. art. 3.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 13. cap. 10. à princip.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Abbatiſſa, §. 1.* Piaſec. *in simili praxi part. 1. c. 2. de benedict. Epiſcop. n. 3. pag. 71. & part. 3. cap. 3. n. 57.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 2. c. 1. num. 45. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 166. in princip.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 4. num. 42. & num. 71.* Viuian. *in praxi iurispatronat. part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 7. cum ſeqq.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſiaſt. enarrat. ſub tit. de elect. num. 9.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr. 7. c. 6. n. 89.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract. 6. cap. 7. num. 46.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 12. c. 3. quæſ. 15. ſuppoſ. 4.* Aloyſ. Ric. *in deciſ. curiæ Archiep. Neap. part. 4. deciſ. 283. num. 5. & deciſ. 309.* Portel. *in dubiis regularibus verb. Abbatiſſa, ex n. 3.* Nou. *in ſingularib. concluſ. 13. 87. & 88.* Hieron. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6 cap. 28.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regular. reſol. 2. à num. 1.* Laurent. de Franchis *in controu. inter Epiſcop. & Regular. pag. 153. cum ſeq.* Lezana *in ſum. q. Regul. c. 26.* Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſp. 28.*

Illegitimam non poſſe abſque diſpenſatione Papæ, ſecluſis Religionum priuilegiis, eſſe Abbatiſſam, vel Prioriſſam, tenent Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 10. in fin.* Mendoſ. *de ſignatur. gratiæ, tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. in fine.* Nau. *in man. cap. 27. n. 101. & commento 2. de Regularibus n. 60.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. c. 19. num. 12.* Soar. 2.

tom.

*tom. 5. de cenſur. diſp.50.ſect.5.n.15.*Sayr. *in ſimili tract. lib. 6. cap.11.n.3.in fine,*Flamin. Parisi.*de reſignat. benefic. lib 3.q.12.n.11.*Bellet.*diſquiſit.cleric. part.1.tit. de diſciplin.cleric.§.3.n.50.*Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2.lib.5.c.5.n.19.& 20.* Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub.72.*Sanctarel. *variar reſol.q.40.n. 7.*Ego ipſe *in collectan. ad c. 1. n.7.de filiis Presbyt.* Aldan. *in compend.Canon. reſol. lib. 1. tit. 28. n. 10* vbi refert deciſum *ſub die 27. Aprilis* 1630. electionem Monialis illegitimæ in Abbatiſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica, eſſe de iure irritam, Homobon *de ſtatib.p.2. cap. 24.*Nald. *in ſum. verb.Abbatiſſa n.2.* Azeued. *conſ.24. n. 8.*Caſtellin. *de elect.c.17 n.5.*Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſp 28.q.15.*nouiſſimè D. Felician.de Vega Archiep.Mexican.*in ſelect.ad cap. cùm deputati,n.24.de iudic.*

Contra Fr. Emman. ſibi contrarium *quæſt.regul. tom. 1.q.13.art.1.* Portel.*in dubiis Regul.verb. Abbatiſſa,n.6.*Hieron.Roderic. *d.reſol.2.n.21.*Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialib.q.6.art.3.*Lezana *d.c.26. n.6.*Diana *moral p. 3. tract. 2.reſol. 101.* Sel. *in ſelect. canon. c. 29.n.23.*vbi refert ita deciſum *in Corduben. de anno* 1582. exiſtimantes illegitimam poſſe abſque diſpenſatione Papæ aſſe Abbatiſſam.

3. Nec ſolas illegitimas, ſed etiam quaſcunque, quæ virgines non ſunt, excludi ab Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ officio, per *cap. iuuenculas 20. quæſt. 1.& cap. 21. q. 7.*tuentur Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit.diſpenſatio pro corrupta. ſtatim in princ.& §.ſeq. in addit. ad Lap. alleg.60.lit. N* Sel. *de benef.p.4. quæſt. 7. n. 7.* Maiol.*de irregul lib.1.cap.29.n.13.* Viuald.*in candel.aurea. p.3. c.5. n.13.in 2. edit.*Fr. Emman.*quæſt.regul.tom.2.q.54.art.3.*Lauor. *var. lucubr.tom.1.tit.4.cap.24.n.10.* Caſtellin. *de elect. cap. 17. n. 5. 14. & 17.*Diana *d.part.3.tract.2.reſol.99* Laurent. de Franchis *vbi ſuprà pag.158.in reſp.ad 6.*Lezana *d.cap.26.num.5.*Sel.*in ſelect.Canon.c.29.num.8,*vbi refert reſolutum per S. Congregat. Epiſcop.*in Sarzanen.15.Iulij* 1616. pariter reſoluentes in hoc ſolum Pontificem poſſe diſpenſare.

Contra Sanch. *d. cap. 5.num.22.*Fr.Emman.*in ſum tom. 3. cap. 3.n.9.*Portel.*in dubiis regul.verb. Abbatiſſa n. 10.* Soar. *de Relig.tom.4.c.6.num.16.* Hieron.Roder. *d. reſol. 2. n. 26.* exiſtimantes ad Abbatiſſæ munus non deſiderari virginitatem, niſi vbi mos eſſet impartiendi Abbatiſſis benedictionem ſpecialem Virginum propriam, ſeu conſecrationem.

4. Bigamam Monialem abſque diſpenſatione in Abbatiſſam eligi non poſſe per *cap.2.diſt.78.* reſoluunt Maiol. *d. c. 29. n.14* Viuald.*d.c.5.num.8.* obſeruantes quoad hunc effectum dici etiam bigamam, quæ poſt caſtitatis votum præuaricata eſt, refert Sanch.*d.c.5.n.23.*Lezana *d.cap.26.n.7.* Tamburin.*d.diſp.28.q.13.*

5. Infamem non poſſe in Abbatiſſam eligi, reſoluunt Maiol. *d. c. 29. n. 12.& 13.*Viuald.*d.c.5. n. 11.* Sanch. *d c.5.n.24.*extendentes ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti, Lezana *d.c.16,n.7.in fine,*Portel.*in dub.Regul.verb. Abbatiſſa,n.1.*

6. Ex tripartito numero Monialium duas partes concurrere debere in electione Abbatiſſæ, niſi alia fuerit loci conſuetudo, & ſi fuerint diſcordes, poſſe Epiſcopum nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit, refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſ.p.2.c.3.n.57.verſ.in monaſteriis,* quem citat Zipæ.*d.n. 9.verſ. Abbatiſſa, in fine,*Aldan.*d. tit. 28. n. 26.* vbi aſſerit reſolutum per ſacram Congregationem Epiſcoporum *in Aſſiſien. 20. Nouembris* 1585. Circa verò primam partem adeſt Rot. deciſio *coram Duran. 232. n.3.ibi: Quod verò vlterius deducebatur in electione Abbatiſſæ requiri duas ex tribus partibus Capituli, per text.in c. cùm eſſet in cunctis. & tex. in c. endem mutat.bus. ſanè. in princ.de elect. lib 6.dominis dixerunt non eſſe verum, ſed ſufficere maiorem partem eligentium, habito reſpectu ad Capitulum, vt dictum eſt ex reg text.in c.quia propter 32. de elect. & in c dudum, cū aliis eiuſdem tit. de elect.lib 6 & clarè deducitur ex text. in d. §. ſanè, verſ.verum ſi qua vſq; ad fin.*Nao.*conſ.5.de elect.& in ſpecie* Miranda *in man. Prælat. Regul.t.3.q.23.art.27 concl. 2.& idem in tract.de Monial.q.7.art.4.* Aut.Coch. *inſt.maior.Can.l.4.tit.1.n.291.*Roder.*t.2.q. Regul. q.55. art. 4. qui ibid. art.1.in princ.dicit, hoc idem cautum eſſe in ſtatutis Ordinis Ciſtercienſis Neque obſtat text.in d. §.ſanè in princ. quia quod ibi dicitur de duabus partibus, procedit ad effectū, vt electa à duabus partibus poſſit cōfirmari appellatione remota, etiamſi à minori parte contra eius perſonam defectus obiiciātur. non autē vt propterea electio à maiori parte facta non teneat, quia aliter text.ille eſſet ſibi contrarius in d.verſic.verū.*Mirand.*de monialib.* & Cuch. *vbi ſuprà.* Hactenus deciſioni tamen videtur aduerſari alia eiuſdem Rotæ apud Tambur.*poſt tom.3.de iure Abbatum deciſ.17.n.5.*

In caſu diſcordiæ inter Moniales volentes eligere, non poſſe ſuperiorem ipſarum, aut ſcrutatorem dare votum in electione Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, refert deciſum Lauor.*var lucubrat.tit.4. c.24.n 42.* 7.

u Non minor annis quadraginta] Vide Hieron. 8. Roderic. d. *reſol.2.n.5.*Tamburin.*d.diſp.28.q.2.n. 4.* Laurent.de Franchis *vbi ſupra pag.154.in reſp. ad 1.*Lezana *d. cap.26.n. 3.* Rotam apud eundem Tambur.*poſt to.3.ſui tract. de iure Abbatum deciſ. 17. n. 2.* Circa quam ætatem non poſſe Epiſcopum diſpenſare, refert deciſum Armend. *in addit. ad recop.legum Nauarra lib.1.tit.18.l. 7. de Epiſcopis n.102,*reſoluunt Azor. *inſt. moral. p. 2.lib.6. c. 5. q 9.*Nicol. Garc.*d.c.4.num 71.*Aloyſ.Ricc.*in deciſ.Curiæ Archiep. Neapol.deciſ.309.n.9.part.4.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 62. n.6.*Nauar.*in ſingularib.concl.13.n 2.* vbi *n.3.*contra Garc.*citato loco* tenet, quòd prædicti quadraginta anni non requirantur completi.

Electio Abbatiſſæ, quæ ætatem 40. annorum requiſitam non habebat, ſi in monaſterio non deerant aliæ Moniales quadragenariæ atque habiles, licèt non adeò idoneæ, ſicut electa, eſt nulla, ita Aldan. *d. tit. 28.n.11.*referens ſic fuiſſe deciſum *in Viterbien.16.Maij* 1623. 9.

Conſtitutio Gregorij XIII. ſuper mutatione officij Abbatiſſæ, ac Prioriſſæ Monialium in Italia exiſtentium, ſingulis quibuſque triennis, obſeruari debet in omnibus Monialium monaſteriis quarumvis militiarum, etiam Hieroſolymitanorum, Aldan.*d.tit 28.n.121* dicens ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congregationem Epiſc. *ſub die 22. Maij* 1604. 10.

Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ expleto officiorum triennio non poſſunt denuò eligi ad eadem officia, abſque Sedis Apoſtolicæ, aut ſacræ Congr. licentia, prout aſſerit deciſum Aldan. *d. loco.* 11.

Abbatiſſæ ſoror poteſt ſuccedere in officio ſorori, ſi Canonicè eligatur, dummodo nō adſit aliquod impedimētum legitimum circa eius perſonam vel prohibeatur per conſtitutiones Ordinis, ita Ald. *d. tit.28.n.15.*vbi refert deciſum ab eadem S. Congr. *in Vlixbonen. 19. Aprilis* 1619. 12.

13. Monialium ſcrutatores in electiooe Abbatiſſarum, & aliotum ſuperiotum, non poſſont ſupplere pro numeto vocum requiſitarum in huiuſmodi electione, ſeu io caſu diſcordiæ. Aldan. *d. tit.* 28. *num.* 28. vbi aſſerit reſolutum *ſub die* 24. *Maij* 1621.

14. *ß Duobus verò monaſteriis nulla præſ.iatur.*] Vide Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 9. *q.*18. *n.* 40. vbi *n.*43 ſubdit Abbatiſſam non poſſe præfici, & habere duo monaſteria, etiam ſi vnum habeat in titulum, aliud verò in commendam.

15. *γ Is verò, qui electioni præeſt Epiſcopus,* &c. Vide Nauarr. *in cap. ſtatuimus* 19. *q.* 3. *n.*59. Franc. Leon. *d. part.* 2. *cap.* 1. *n.*46. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *q.*46. *art.* 5. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 1. *c.* 5. *dub.* 2. *concl.* 3. *notab.* 3. *propè fin.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. to.* 2. *q* 2. *art.* 15. *concl.* 3. *& q.* 7. *art.* 5. *concl.* 3 Sanch. *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib,* 6. *c.* 16. *n.* 50. Hieron. Venero *in examine Epiſcop. lib* 6. *c.* 18. *n.* 7. *&* 8. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 102. *n.*46. obſeruantes, quòd ſi Prælati prudenter iudicent non poſſe fieri canonicè dictam electionem ipſis non intrantibus ob inquietudinem Monialium, & ſuſpicionem ſubornationis votorum inter ipſas ſubortæ, aut ob alias iuſtas cauſas à ſuperioribus prudenter arbitrandas, tunc ſolum licitè poterunt prædicta ingredi monaſteria, ibique ipſarum Monialium vota audire.

Nouiſſimè Gregor. XV. fel. rec. in ſua conſtit. de exemptorum priuil. incip. *Inſcrutabili, ſub dat.* 9. *Februar.* 1622. circa hanc materiam electionis Abbatiſſarum ſtatuit in hæc verba: *Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus vnà cum ſuperioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum, Priorìſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorundem monaſteriorum quocunq, nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, abſque vlla tamen ipſorum monaſteriorum impenſa.* Hactenus dicta conſtitutio, ſuper quo poſtea facta Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinal. Concil. Trid. interpretum cenſuit ius confirmandi Abbatiſſas, minimè fuiſſe Epiſcopis per eiuſmodi conſtitutionem attributum, quam quidem declarationem originalem præ manibus habui, impreſſamque vidi in Typographia Cameræ Apoſtolicę de anno 1624. 16.

Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta deputent perſonas quolibet triennio, que liberè ſtatuant, & deliberent, ac viſitent, & ſi negligentes fuerint, ſuppleat Metropolitanus Prouinciæ.

CAPVT VIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Capitulum generale triennale ſi non conuocauerint Regulares à quibus ad id ſint compellendi.*

MOnaſteria omnia, quę generalibus Capitulis, aut Epiſcopis nõ ſubduntur, nec ſuos habent ordinarios regulares Viſitatores, ſed ſub immediata Sedis Apoſtol. protectione, ac directione regi conſueuerunt, teneantur infra annum à fine præſentis Concil. & deinde quolibet triennio ſeſe in cõgregationes redigere, iuxta formam conſtitutionis Innoc. III. in [a]Concilio generali, quæ incipit: In ſingulis, ibique certas regulares perſonas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac ſtatutis in eis exequẽdis deliberent, & ſtatuant, *a Quòd ſi in his negligentes* fuerint, liceat Metropolitano, in cuius prouincia prædicta monaſteria ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, eos pro prędictis cauſis conuocare. Quod ſi intra limites vnius prouinciæ non ſit ſufficiens talium monaſteriorum numerus ad erigendam congregationem, poſſint duarum, vel trium prouinciarum monaſteria vnam facere congregationem. Ipſis autem congregationibus conſtitutis illarum generalia Capitula, & ab illis electi Præſides, vel Viſitatores eandem habent auctoritatem in ſuæ congregationis monaſteria, ac regulares in eis commorantes, quam alij Præſides, ac Viſitatores in cæteris habent Ordinibus, teneanturq; ſuæ congregationis monaſteria frequenter viſitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obſeruare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc ſacro Concilio ſunt decreta. Quòd ſi etiam, Metropolitano inſtante, prædicta exequi non curauerint, Epiſcopis, in quorum diœceſibus loca prædicta ſita ſint, tanquam Sedi Apoſtolicæ delegatis, ſubdantur.

a Cap. in ſingulis de ſtatu monach.

1. VIde Nauar. *commento* 3. *de Regular. n.* 3. *verſ. ſextò, & in cap. ſtatuimus* 19. *qu.* 3. *num.* 22. *verſ. quartò,* Hieron. Venero y Leyua *in examine Epiſcopor. lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 7. nouiſſimè Stephan. Vveyms *ad conſtitutiones* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Conc. Trid. innouatas, conſt.* 14 *pag.* 125. *cum ſeqq.* vbi dicitur innouari cap. *in ſingulis Regnis, de ſtatu monach.* per hoc decretum Conc. & vnum ac alterum diuerſimodè declarant.

2. *a Quòd ſi in his negligentes,* &c.] Regulares, qui ob Prælatorum negligentiam, Capitulum generale triennale non conuocauerint, à Metropolitano Prouinciæ, vbi monaſteria eorum ſunt, ad id compellendos eſſe; ſin verò illo inſtante, nedum ſe in Congregationem redegerint, nec Capitula triennalia fecerint, Epiſcopis ordinariis loci tanquam à Sede Apoſtolica ad id delegatis, ſubiici per hunc textum, conſuluit Nau. *conſil.* 83. *de Regularib. in antiq.* aliàs *conſil.* 18. *de ſtatu Monach. in nouis,* & tenent Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. de Regularib. deciſ.* 89. Hieronym. Venero *d. lib.* 6. *c.* 8. *n.* 12.

Monaſteria

Monaſteria Sanctimonialium Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta ab Epiſcopis locorum gubernentur.

CAPVT IX.

1. *Doctores de materia cap.agentes.*
2. *Moniales Sedi Apoſtolicæ ſubiecta ab Epiſcopo ſunt gubernandæ ſpirituali gubernio, ſed non temporali.*
3. *Adminiſtratores bonorum temporalium Monialium quis deputare valeat.*
4. *Officiales, & miniſtri monaſteriorum Monialium quibus qualitatibus eligendi.*
5. *Moniales in refectorio communi comedere, & in loco etiam communi laborare debent.*
6. *Monialibus non cõmittitur clauis cuſtodia ſanctiſſimi Sacramenti.*
7. *Reliquiæ non in monaſteriis Monialium, ſed in exterioribus Eccleſiis aſſeruari debent.*

MOnaſteria Sanctimonialium, ſanctę Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, etiã ſub nomine Capitulorum ſancti Petri, vel ſancti Ioannis, vel aliàs quomodocumque nuncupentur,[a] ab Epiſcopis tanquam dictæ Sedis delegatis gubernentur, non obſtantibus quibuſcumque. Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis regularibus reguntur, ſub eorum cura & cuſtodia relinquantur. a Cap. conquoniam, 18.q.2.

1. VIde de materia Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6.cap.21.n.5.* Stephan. Daluin.*de poteſt.Epiſcop. & Abbatum, c. 30. n. 6.* Non poſſunt hæc monaſteria exempta viſitari à Capitulo, Sede Vacante, Abb.*in c. cum olim n. 3. & ibi* Felin.*n.3.ad fin.de maiorit.& obedient.*Rota *in Burg.iuris viſitandi 1. Iulij 1596.coram Orano.*

2. Moniales Sedi Apoſtolicæ ſubiectas ab Epiſcopo eſſe gubernandas ſpirituali gubernio, ſed non temporali. refert deciſum Armend.*in addit. ad recop.legum Nauarra lib. 2. tit.18.l.7.de Relig. n. 93. vbi n.ſeq.*ſubdit pariter reſolutum per hoc decretum nullam iuriſdictionem eſſe conceſſam Epiſcopo in monaſteriis Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, niſi in concernentibus ſpiritualia, in temporalibus verò nihil agere poſſe.

3. Ordinarij, nec Regulares, etiã in Capitulis eorũ generalibus, non poſſunt deputare adminiſtratores bonorum temporalium Monialium particulares Religioſos cuiuſcunque gradus aut præeminentiæ, etiamſi ſuperiores monaſteriorum fuerint, vt refert deciſum Sel. *in ſelect.Canon.c.29.n.12.*

Quoad officiales, aut miniſtros monaſteriorum Monialium, ætas nulla determinata eſt, ſed eligendi ſunt, qui morum grauitate, virtutúmque ornamentis, & aliis honeſtis qualitatibus ſunt prædit i, vt per Sel. *d.c.29.n.13.* 4.

Moniales in refectorio communi comedere & in loco etiam communi laborare debent, ex cod. Sel.*citato loco,* qui refert ita deciſum à Sacr. Congreg.Epiſcop.*in Meſſanen.1.Auguſti* 1603. 5.

Monialibus non committitur clauis cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti, ſed penes eum Sacerdotem ſemper eſſe debet, ad quem ſpectat illud adminiſtrandi cura, Sel. *d. c. 9 n.25.* vbi aſſerit ita reſolutum ab eadem Sacr.Congregat. *in Vall ſoletana 12. Ianuarij 1604.* 6.

Reliquiæ non in monaſteriis Monialium, ſed in exterioribus Eccleſiis aſſeruari debent, vbi de locis decentibus prouideatur. vt per Sel. *d. cap. 29.n.28.* qui dicit ita fuiſſe ab ead.Sac. Congreg. deciſum *in Fauentina 7. Martij 1617.* 7.

Monialibus bis, aut ter in anno ab Epiſcopo, vel Superioribus offeratur extraordinarius Confeſſor. Iuxta ſepta Monaſterij non conſeruetur ſanctiſſimum Chriſti Corpus, ſed in publica Eccleſia.

CAPVT X.

1. *Doctores de materia cap.agentes.*
2. *Præceptum obligatorium non eſt vt Moniales ſaltem ſemel ſingulis menſibus confiteantur.*
3. *Moniales ſaltem ſemel ſingulis menſibus confiteri, & SS. Euchariſtiam ſuſcipere debent.*
4. *Confeſſores in monaſteriis Monialium, quæ ſub cura Regularium exiſtunt, non ſunt examinandi ab Epiſcopo.*
5. *Monialibus etiam exemptis in certis caſibus dandus eſt per Epiſcopum loci Confeſſarius extraordinarius.*
6. *Ordinarij ex decretis Concil. nullam iuriſdictionem poſſunt ſibi vendicare in confeſſarios Monialium Regularibus ſubiectarum.*
7. *Confeſſores Monialium etiam Regularibus ſubiectarum tam ordinarij quam extraordinarij hodie non deputantur, niſi priùs approbentur ab Epiſcopo.*
8. *Confeſſores extraordinarij Monialium nullatenus poſſunt confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo diœceſano approbentur.*
9. *Niſi ante Conſtitutionem deputati fuerint.* Barboſ.Collect.in Concil. Trid.
10. *Regulares ab Epiſcopo generaliter approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium nequaquam cenſentur approbati ad audiendas confeſſiones Monialium.*
11. *Et approbati ad audiendas confeſſiones Monialium vnius monaſterij non poſſunt audire alterius.*
12. *Epiſcopi ſi amoueant confeſſores Regulares Monialium, nõ tenentur amotionis huiuſmodi cauſam ſignificare ſuperioribus Regularibus.*
13. *Sanctiſſimũ Sacramẽtum intra chorum. vel ſepta monaſterij Monialium prohibetur aſſeruari.*
14. *Confeſſario Monialium certa annua merces conſtitui debet & ille nihil amplius ab eis recipiat.*
15. *Confeſſarij extraordinarij Monialium à Religionis oneribus exeuſantur.*
16. *Confeſſarius Monialium munere fungi non poteſt habens curam animarum.*
17. *Confeſſiones Monialium ſui Ordinis audire nõ licet Generali abſque Epiſcopi deputatione.*
18. *Confeſſarij Monialium ab eis nominati non poſſunt remoueri niſi ex rationabili cauſa.*

19. *Confeſſarius dum Monialis infirma confeſſionem audierit cella ianua aperta remaneat.*
20. *Confeſſarius Monialium clauſuram ingreſſus ad adminiſtranda ſacramenta recta via eat, redeatque.*
21. *Confeſſarius Regularis Monialium, eiuſque ſocius adminiſtrationis Sacramentorum, & confeſſionis caſibus exceptis eas alloqui non poſſunt.*
22. *Confeſſario Monialium quis ſocius aſſignandus?*
23. *Confeſſarij Monialium poſt adminiſtrata ſacramenta non amplius intra clauſtra moretur.*
24. *Moniales vigore facultatis in Bulla Cruciata conceſſa non poſſunt eligere Confeſſarios.*
25. *Confeſſionalia vbi collocanda.*

ATtendant diligenter Epiſcopi, & cæteri Superiores monaſteriorum Sanctimonialium, vt in conſtitutionibus earum α *admoneantur* ſanctimoniales,ᵃ β *vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus* confeſſionem peccatorum faciant, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant: vt eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas. γ *Præter ordinarium autem confeſſorem*, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis ſuperioribus, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat. δ *Quòd verò ſanctiſſimum Chriſti* Corpus intra chorum vel ſepta monaſterij, & non in publica Eccleſia conſeruetur, prohibet ſancta Synodus nonobſtante quocumque indulto, aut priuilegio.

a Clement. in agro. § ſanè, de ſtatu monach.

1. VIde Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.* 12. *c.* 16. *n.* 51. *cum multis ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 3. *n.* 57. *verſ. prohiberi*, Hieronym. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 26. metipſum *de officio & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 25. *num.* 46. *cum ſeqq.*

2. α *Admoneantur.*] Non eſſe obligatorium præceptum, reſoluunt Vuald. *in Canael. aureo rub. de confeſſ. n.* 41. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Moniales* §. 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib.* 29. *n.* 73. *in fine*, Soar. *tom* 4. *de pœnit. diſp.* 36. *ſect.* 5. *n.* 7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 18.

3. β *Vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus*, &c.] Vide Fr. Emm. *qu. regul. tom.* 1. *q.* 62. *art.* 1. Soar. *tom.* 3. *q.* 80. *art.* 1. *diſp.* 66. & *tom.* 4. *diſp.* 36. *ſect.* 5. *n.* 7. Zerol. *d.* §. 7. Fr. Lud. Mirand. *de ſacris Monialib. q.* 10. *art.* 1. Molfeſ. *in ſumm. tract.* 7. *cap.* 10. *n.* 21. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tr.* 8. *c.* 2. *quæſ* 3. Trulleneb. *in præcepta Decal. lib.* 3. *cap.* 5. *dub.* 2. *n.* 1. Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 18. In Clem. *ne in agro* 1. §. *ſanè, de ſtatu Monach.* præcipitur Religioſis nigris Ordinis S. Bened. vt ſingulis menſibus crimina ſua confiteantur, & ideo Religioſos dicti Ordinis habentes conſcientiam peccati mort. teneri ſingulis menſibus confiteri ſub peccato mortali, reſoluunt poſt gloſſ. *in d. Clemen.* Sot. *in* 4 *diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 3. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tr.* 9. *q.* 5. Can. *in relect. de Pœn. p.* 5. Sylueſt. *in ſum. verb. Confeſſio* 1. *n.* 4. Nauar. *in c. placuit, dub.* 6. *n.* 122. Iacob. de Graff. *in aur. deciſ. lib* 3. *c.* 5. *n.* 106. licèt oppoſitum non ſit omnino improbabile, imò probabilius illud dicunt, Henriq. *in ſumm. lib.* 8. *de Euchariſt. c.* 5. Suarez *in* 3. *p. diſp.* 86. *ſect.* 5. Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 4. *c.* 2. *n.* 54. Tanner *tom.* 4. *diſp.* 5. *q.* 8. *dub.* 5.

4. γ *Præter ordinarium autem Confeſſorem*, &c.] Confeſſores in monaſteriis Monialium, quæ ſub cura Regularium ſunt, non eſſe examinandos ab Epiſcopo, deciſum refert Arm. *in addit. ad recop. legum Nauar. l.* 4. *t.* 28. *l.* 1. §. 1. *de confitendo ſemel in anno, n.* 17. relatus per me *d. alleg.* 25. *n.* 47. Sed ſufficere ſi examinati fuerint à ſuperiore Ordinis ad audiendas confeſſiones Monialium, reſoluunt Sorb. *in ſuis annot. ad compend. Mendicant. verb. Moniales, verſ. quod præter.* Azor. *inſt moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæſ.* 2. *verſ quæres an Confeſſar.* Campan. *d. cap.* 16. *n.* 5. vbi aſſerit deciſum, poſſe Epiſcopum dare confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus, quæ nulla ratione induci poſſunt, vt ſuis Regularibus peccata confiteantur, refero Ego ipſe *d. alleg.* 25. *n.* 48.

Monialibus etiam exemptis in certis caſibus dandum eſſe per Epiſcopum loci Confeſſarium extraordinarium, deciſum refert Galet. *in margar. caſuum conſcientiæ, verb. confeſſio, & verb. Monialis.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.* 633. *in* 2. *edit.* Armend. *citato loco n.* 17. & 18. 5.

Nullam auctoritatem, vel iuriſdictionem poſſe ſibi Ordinarios vẽdicare ex decretis Conc. Trid. in Confeſſarios Monialium, quæ ſubiectæ ſint Regularibus, refert deciſum Arm. *in add. ad rec. legum Nauarra, lib.* 1. *t.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 98. 6.

Hodie verò aliter ſe res habet ex nouiſſima conſtit. Greg. XV. felicis recordationis de exemptorum priuilegiis, in c. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij* 1622. in hæc verba: *Confeſſor. verò, ſiue Regulares, ſiue ſæculares, quomodocunque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ad Confeſſiones Monialium etiam Regularibus ſubiectarum audiendas nullatenus deputari valeant, niſi priùs ab Epiſcopo diœceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur obtineant, liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa ſuperiores Regulares admonere, & eiuſmodi Confeſſores admoneant, iiſque ſuperioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit.* Hactenus dicta conſtitutio. 7.

Super qua conſtitutione facta Conc. Trid. Congreg. aliquas declarationes S. D. N. Vrban. VIII. approbante edidit, & typis cameralibus imprimi iuſſit de an. 1623. & refert Aloyſ. Ric. *in deciſ. cur. Arch. Neap. dec.* 244. *poſt n.* 12. *p.* 4. in hæc verba:

Confeſſores extraordinarios Monialium nullatenus poſſe poſt conſtitutionem illarum Confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo diœceſano idonei iudicentur, & approbentur: ordinarios verò Confeſſores ante conſtitutionis publicationem deputatos poſſe durante triennio ab eorum deputatione inchoando pergere in Confeſſionibus Sanctimonalium audiendis, abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi. Quòd ſi contingat, vt eorum facultas à Sede Apoſtolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Epiſcopo examinari, & approbari. 8.

Superiores Regulares electos, ſeu deputatos ante ipſius conſtitutionis deputationem, quibus alioquin facultas competebat, audiendi Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, poſſe durante eorum officio pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in confeſſionibus audiendis illarum tantum, quæ ſponte, ac proprio motu id ab eis petiuerint. At verò eos, qui poſt conſtitutionem eligentur, aut quoquomodo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, ſeu 9.

digotta

dignitatibus, expleto iam tempore à conſtitutionibus cuiuſque Ordinis, vel alias legitime praefinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe Sanctimonialium Confeſſiones audire, niſi prius à diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

10. *Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones perſonarum ſaecularium, nequaquam conſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum, ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.*

11. *Regularem ad audiendas Confeſſiones Monialium unius monaſterij ab Epiſcopo approbatum minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius monaſterij.*

Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſc. ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas haud poſſe pluries in vim approbationis eiuſmodi aliarum Confeſſiones audire, ſed ab Epiſcopo toties eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit.

12. *Epiſcopum, cui licet ex rationabili cauſa iuxta dictam conſtitutionem ſuperiores Regul. admonere, ut amoueant Confeſſores Monialium, atque adminiſtratores bonorum ad earundem Monialium monaſteria pertinentium, iiſque ſuperioribus id facere detrectantibus, habereque facultatem praedictos Confeſſ. & adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit, non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare Superioribus, Regularibus, ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentia Epiſcoporum, quorum conſcientiam ſacra Congregatio ſeriò onerauit.*

13. *ſ Quod vero Sanctiſſimum Chriſti, &c.*] Vide Fr. Emmen. *quaeſt. reg. tom. 1. q. 47. art. 4.*

14. Confeſſario Monialium certa annua merces conſtitui debet, quae iuxta morem, & qualitatem regionis victui illius ſufficiat, ea denique merces monaſterio in quo degit idem Confeſſarius, ſi Regularis ſit, perſoluatur. Caeterum Ord. locorum prohibeant Monialibus aliquibus poenis, non tamen cenſurarum, ne vltra mercedem illam aliquid communiter vel priuatim eidem Confeſſori, vel aliis quibuſcunque Fratribus tribuant, eiſdemque Fratribus, ne à Monialibus etiam ſponte oblatum aut donatum recipiant, ſub iiſdem poenis inhibeant, ita Ald. *in compend. Can. reſ. lib. 1. tit. 28. n. 10.* Sel. *in ſelect. canon. c. 30. n. 15.* qui referunt reſolutum *per S. Congr. Epiſcop. & Reg. ſub die 29. Nouembris 1605.*

15. Confeſſarij extraordinarij Monialium, à monaſteriorum, in quibus degunt, aut Religionis oneribus, pro eo tempore dumtaxat, quo confeſſionibus audiendis occupantur, excuſantur, ita Sel. *d. c. 30. n. 16.* vbi atteſtatur ita deciſum *ab eadem S. Congr. 10. Martij 1593.*

16. Confeſſarij Monialium munere fungi non poteſt habens curam animarum, Aldan. *d. tit. 25. n. 13.* referens deciſum ab eadem S. Cong. *in Parmen. 10. Aprilis 1615.*

Confeſſiones Monialium ſui Ordinis audire non licet Generali abſq; Epiſcopi ſpeciali deputatione, Sel. *d. c. 30. n. 18.* vbi teſtatur ita reſolutum per eandem S. Cong. *ſub die 23. Nou. 1627.* 17.

Confeſſarij Monial. ab eis nominati, non poſſūt remoueri niſi ex rationabili cauſa, ex eod. Sel. *cit. loc.* qui aſſerit ita de[...]ſum *ſub die 11. Iul. 1620.* 18.

Confeſſario Monialis infirmae Confeſſionem audiente cellae ianua apertè remaneat, & ambae comitatrices ad eiuſdem cellae ianuam morentur, ita vt & Confeſſarius, & infirma ab eis commodè cerni poſſit, ita Aldan. *d. tit. 25. n. 13.* vbi ait ſic fuiſſe reſolutum per eandem ſacram Congregationem *ſub die 13. Septembr. 1583.* 19.

Confeſſarius Monialium clauſuram ingreſſus ad adminiſtranda ſanctiſſima Sacramenta recta via, & abſque diuerticulo eat, redeatque, nec in aliam monaſterij partem diuagetur, etiam occaſione viſitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum adminiſtratio minimè eſt neceſſaria, refert deciſum Aldan. *loco citato.* 20.

Confeſſarius Regularis Monial. eiuſq; ſocius confeſſionis, ac Sacramentorū adminiſtrationis, caſibus exceptis, eaſdem Moniales abſq. S. Congregationis licentia, alloqui non poſſunt, Sel. *d. c. 30. n. 19.* vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum per eandem S. Congr. *in Nolana 21. Februar. 1617.* 21.

Confeſſario aſſignari debet ſocius, qui ipſi iuxta ſacrae Congregationis decreta aſſiſtat, ſitq; aetatis vltra 50. annorum, vitaeque exemplaris, ſine quo monaſterij ſepta Monialium aegrotantium confeſſionum audiendarum gratia ingredi non poteſt, ex eod. Sel. *d. loco.* 22.

Confeſſarij Monialium, poſtquam adminiſtrauerint ſacramentum Extremae Vnctionis Monialibus infirmis, atq; animas earum Altiſſimo commendauerint, nonampliùs ibi morentur, ſed & hortari eas ad benè moriendum aliis Monialib. ſit cura. Ald. *d. tit. 25. n. 19.* vbi dicit ita fuiſſe deciſū per eandem S. Cong. *13. Sept. 1583.* addens Confeſſarios nullatenus ingredi poſſe monaſterij Monialium ſepta praetextu comitandi operarios, medicos, chirurgos, vel alios. 23.

Moniales vigore facultatis in Bulla Cruciatae cōceſſae (quatenus ad eas pertineat gratia ex dicta Bulla) non poſſunt, alios Confeſſarios, praeter eos, qui ad audiendas ipſarum Monialium confeſſiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere, refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. part. 2. c. 5. n. 64.* 24.

Confeſſionalia ex ſacriſtiis, & locis occultis, ac remotis amoueri debent, & collocari in Eccleſiis exterioribus Monialium, vt per Aldan. *d. tit. 25. n. 16* qui refert ita deciſum ab ead. S. Cong. *ſub die 29. Nouembr. 1605.* & ſi Moniales in hoc renitentes fuerint, interdici debent, ex eod. Ald. *cit. loco*, vbi teſtatur ita reſolutum ab ead. S. Congr. *in Fauentina 7. Martij 1617.* 25.

Perſonae ſaeculares, ſeu Regulares exercentes curam animarum perſonarum ſaecularium imminentem in Monaſterijs virorū, & mulierum, ſubiectae ſunt viſitationi, & correctioni Epiſcoporum locorum, exceptis Monaſteriys, de quibus in text.

CAPVT XI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Eccleſia Militum S. Ioan. Hieroſ. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario ſunt ſubiecta.*
3. *Rectores, ſeu Parochi in Eccleſiis S. Ioannis Hieroſol. curam animarum ſaecularium exercentes in omnibus viſitationi, & correctioni Epiſcopi ſubſunt.*

4. *Eccleſia etiam Regulares, in quibus exercetur cura animarum ſæcularium, in iis, quæ ad curam animarum & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, ſubſunt viſitationi Epiſcopi.*

5. *Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni & viſitationi Epiſcopi in iis, quæ ad dictam curam pertinent.*

6. *Viſitare non poteſt Epiſcopus ex hoc decreto tam Abbatiam, quam loca ſibi ſubiecta, ſi Abbatia habet vtramque iuriſdictionem.*

7. *Regulares in emolumentis percipiendis ex cura animarum perſonarum ſæcularium prohiberi poſſunt per Epiſcopum ne excedant taxam ab eo præſcriptam.*

8. *Epiſcopi in Eccl. Regularium, quibus non imminet cura animarum, non habent facultatem viſitandi ſacra vaſa, ſacriſtiam, Altaria &c.*

9. *Synodo Epiſcopi intereſſe non tenentur rationе parochialium exēpti, qui actu exercent vtramque iuriſdictionem.*

10. *Vicarij in monaſterijs, quibus cura animarum incumbit, à quibus ponendi.*

11. *Parochia Toletana in monaſterium erecta, & vnita Ieſuitarum Collegio à quibus gubernetur.*

12. *Congregationes caſuum conſcientiæ obeunda ab exercentibus curam animarum, etiam in parochialibus Religionis Hieroſol.*

13. *Caſtra in quibus Abbas iuriſdictionem Epiſcopalem & temporalē in Parochos, & Parochianos exercet, non ſubſunt viſitationi Epiſcop.*

14. *Epiſcopus poteſt procedere contra Regulares non exequentes decreta in viſitatione facta circa curam animarum, &c.*

15. *Perſonæ etiam Regulares ſubſunt immediatè Epiſcopis in iis, quæ ad curam animarum, vel in dependentibus ab illa pertinent.*

16. *Epiſcopis licet oſtia frangere, vimque inferre ſi Regulares illis viſitantibus in caſibus ſibi permiſſis ea claudant.*

17. *Epiſcopus poteſt excōmunicare impedientes viſitationem etiam non adhibitis monitionibus in ipſo actu manifeſta violentia.*

18. *Curam animarum exercentes, vel ibi ſe ingerentes tam Regulares, quam ſeculares etiam quomodolibet exempti viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi ſubiiciuntur.*

19. *Regulares exēpti quibus cura animarū perſonarum ſecularium non incumbit, non ſubiiciuntur.*

20. *Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit cura animarum perſonarum ſæcularium, non licet Epiſcopis viſitare.*

21. *Regularis delinquens extra Sacramentorum adminiſtrationem & curam animarum non ab Epiſcopo puniri poteſt.*

22. *Eccleſia Militum S. Ioannis Hieroſ. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario ſunt ſubiecta.*

23. *Epiſcopus quoſcunque etiam exemptos ad curam animarum exercendam conſtitutos examinare, & viſitare poteſt.*

24. *Curam animarum exercentes Regular. puniri debent ad arbitrium ſuperiorū ipſorū Regularium.*

25. *Ordinariis data facultas viſitādi perſonas exercentes curam animarum in monaſteriis intelligitur data cumulatiuè, non priuatiuè.*

26. *Capellam exiſtentem intra monaſterium viſitare nō poteſt Ordinarius, ſed bene poteſt viſitare perſonas exercentes curam animarum in ea.*

27. *Non habet locum in monaſt. in quibus Abbates vtramque iuriſdictionem in Paroch. habent.*

28. *Prælatus inferior habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet iuriſdictionem de qua in hoc decreto.*

29. *Curam animarum exercentes Regulares non deputantur niſi præuio examine per Epiſcopum aut eius Vicarium faciendo.*

IN monaſteriis ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, pręter eas, quę ſunt illorum monaſteriorum, ſeu locorum familia, *a perſonæ, tam Regulares*, quàm ſæculares huiuſmodi curam exercentes, *β ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam*, & ſacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, *γ & correctioni Epiſcopi*, in cuius diœceſi ſunt ſita.[a] Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amouibiles deputentur, niſi eiuſdem conſenſu, ac præuio examine per eum, *δ aut eius Vicarium* faciendo, exempto monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, exceptis etiam iis monaſteriis, ſeu locis *ε in quibus Abbates*, Generales, aut Capita Ordinum ſedem ordinariam principalem habent, atque aliis monaſteriis, ſeu domibus in quibus Abbates aut alij regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem & temporalem in Parochianos exercent: ſaluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent.

a Cap. qui religioſis, 18. q. 2.

1. VIde Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 16. à princ.* Frat. Emman. *quæſt. reg. tom. 1. q. 56. art. 4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. n. 46.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. c. 18. n. 105.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. dec. 736. & 608. in 1. edit. alias reſ. 513. & 532. in 2. edit & in praxi aurea, reſol. 176.* Mari. Antonin. *variar. reſol. lib. 1. reſol. 17. n. 3.* Fr. Mich. Agia *de exhibendis auxil. fund. 5. verſ. Abbates pag. 23.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p. 2. lib. 1. c. 3. num. 31. verſ. nec etiam*, Campan. *in diverſ. iuris canon. rubr. 12. c. 13. num. 51. cum ſeqq. & n. 115.* Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib. 6. cap. 11. ex n. 2.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. c. 20. §. 4. & c. 21. §. 5.* Modern. *de ſupplic. ad Sanctiſſ. p. 2. cap. 15. n. 27. cum ſeqq.* Ioan. de Solorz. *de iure Indiarum to. 2. lib. 3. c. 17. num. 51. cum ſeqq.* latè Fr. Steph. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. & Abbat. & c. 14. per tot. & c. 21. in fine*, Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 15. q. 11. n. 45. cum ſeqq. & n. 88.* meipſum *p. 3. alleg. 74. ex n. 18.*

a Perſona tam Regulares]Parochial. vnitas monaſteriis, quæ iuriſdictionem habent, Ordinarij viſitare poſſunt, perſonas tantū quoad ea, quæ ad curam animarū pertinēt. In iis quoq; Parochialibus poſſunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles dummodo approbati ſint ab Epiſcopis, prout deciſū refert Fr. Steph. Daluin. *d. c. 14. n. 1.* vbi *n. 2.* quærit an per Capellanū à Monachis in huiuſmodi Parochialibus aſſumendum, intelligendus ſit Monachus, aut Regularis, an ſæcularis tantùm. Eccleſias Militum ſancti Ioannis Hieroſolym. quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam 2.

curam

curam Ordinario eſſe ſubiectas, & ab eodem viſitari poſſe, ex reſcripto Pij V. incip. *Expoſcit, ſub dat. 22. Septemb.* 1571. tradunt, Eraſm. à Cochier. *de iuriſdict. ordin. in exempt. p. 2. quæſt. 45. num. 11.* Piaſec. *in praxi Epiſc. part. 2. c. 3. num. 46.* Vgolin. *d. §. 4. n. 2.* Aloyſ. Ric. *in praxi aurea reſol.* 176. Ego ipſe *d. alleg. 74. n. 26.*

3. Rectores, ſeu Parochi in Eccleſiis ſancti Ioannis Hieroſolymitan. curam animarum ſæcularium exercentes, ſubſunt in omnibus viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, qui poteſt ratione viſitationis procurationes exigere, niſi in contrarium adſit conſuetudo, vt per Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib. 2. tit. 8. num. 38.* vbi dicit ita deciſum *in Auguſtana. 26. Iunij* 1627. me citato in hoc loco Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p. 1. lib. 2. c. 3. n. 31. ante med.* & Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 5. q. 11. n. 49.*

4. Eccleſiæ, in quibus exercetur cura animarum ſæcularium, quamvis Regulares, ſubſunt in iis, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, vt per Sel. *in ſelectis Canon. c. 112. n. 8.* vbi dicit ita deciſum *ſub die 5. Iunij* 1627.

5. Regulares exercentes curam animarum ſubſunt iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in iis tamen, quæ ad dictam curam pertinent, non obſtant Breui ſanctæ memoriæ Pij V. *ſub dat. Romæ 24. Martij* 1567. Ita Ald. *d. tit. 8. n. 40.* vbi dicit ita reſolutum per ſacram Congreg. Epiſcop. *ſub die 6. Februarij* 1617.

6. Viſitare non poteſt Epiſcopus ex hoc decreto tam Abbatiam, quàm loca ſibi ſubiecta, ſi Abbatia habet vtramque iuriſdictionem, temporalem ſcilicet, & ſpiritualem, Aldan. *d. tit. 8. n. 41.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Theatina 7. Novembr.* 1620. & in alia *ſub die 17. Iunij* 1617.

7. Regulares curam animarum ſæcularium perſonarum exercentes, in emolumentis legitime percipiendis prohiberi poſſunt per Epiſcopum ne excedant taxam ab eo præſcriptam, Sel. *d. c. 112. n. 11.* vbi dicit reſolutum *in Lim. 18. Sept.* 1625.

8. Epiſcopi, aut alij locorum Ordinarij vigore cuiuſvis decreti Concil. Trident. nullam habent facultatem quovis tempore in monaſterij domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, viſitandi ſacriſtias, vaſa ſacra, altaria, & cætera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pyxidem, in qua ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur, vt refert deciſum Sel. *d. loco, n. 13.*

9. Synodo Epiſc. intereſſe non tenentur ratione Parochialium Eccleſiarum exempti, qui actu exercent vtramque iuriſdictionem, ſpiritualem, & temporalem, in Parochos, & parochianos iuxta hoc decretum, vt per Sel. *vbi ſuprà n. 14.*

10. Vicarij perpetui, & temporales non poſſunt ab Ordinario poni in monaſteriis, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis, ſed tantùm à ſuperioribus eorum, præuio tamen examine ipſius Ordinarij, iuxta præſcriptum huius decreti, vt refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. n. 46.*

11. Parochia Tolerana in monaſterium erecta, & vnita Ieſuitarum Collegio gubernari poteſt à deputato ab ipſis, modò ſit approbatus ab Ordinario, vt teſtatur reſolutum Piaſec. *d. n. 46.*

12. Congregationes, quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſcientiæ diſſerendos habentur, obeundæ ſunt ab exercentibus curam animarum, etiam in Parochialibus Hieroſolymitanæ Religionis, ex Sel. *d. loco n. 10.* vbi dicit reſolutum *ſub die 3. Martij* 1598.

Viſitationi, iuriſdictioni, ac correctioni Epiſcopi non ſubſunt caſtra in quibus Abbas iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercet, Sel. *d. loco, n. 25.* vbi refert deciſum *in Theatina 11. Septembris* 1621. 13.

Epiſcopus poteſt Regulares in iis, quæ curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, viſitare & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in viſitatione facta procedere, ipſoſque cogere ad exequendum, Sel. *d. loco n. 28.* vbi atteſtatur reſolutum *in Camerinen. 20. Martij* 1621. 14.

§ Subſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, &c.] Vel in dependentibus ab illa, intelligunt Marc. Anton. *d. lib. 1. reſol. 12. caſu 30. propè finem*, Marc Antonin. de Amatis *deciſ. 89. num. 5.* Campan. *d. c. 15. n. 53.* Ego ipſe *d. alleg. 74. num. 20.* Tambur. *de iure Abbatiſſarum diſp. 17. q. 3. n. 3. in fine*, Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 17. num. 51. cum ſeqq.* Veluti ſi inquiratur quomodo conſeruetur ſanctiſſimum Sacramentum, & Eccleſiaſtica ornamenta. Seraphin. *deciſ.* 1067. & vt Calices, & decentia paramenta ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum prouideantur, vt referunt deciſum Franc. Leo *d. p. 2. c. 31. num. 2.* Campan. *d. c. 13. n. 49.* Ego ipſe *d. alleg. 74. n. 18. in med.* & in terminis Regularium doctrinas Indorum habentium, vide Fr. Emman. *q. Regular. tom. 1. quæſt. 36. art. 3. & 4. tom. 2. q. 64. art. 1.* Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. q. 42. art. 1. cum ſeqq.* D. Felician. à Vega Archiep. Mexican. *ad c. coterum 5. de iudic. n. 36.* 15.

Licere Epiſcopis ſi dum ipſi ingredi volunt monaſteria Regularium exempta ob cauſam prædictæ viſitationis, renuant Regulares illos intromittere oſtia claudendo, illa frangere, vimque inferre, docent Innoc. *in c. 1. verſ. item alia ratione*, vbi Abb. *n. 5. verſ. ad ſecundum verò, de immunit. Eccl.* Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 16. poſt n. 1.* Campan. *d. cap. 13. n. 31.* Tambur. *de iure Abbatiſſarum diſp. 17. q. 3. n. 4. in princ.* Ego ipſe *d. alleg. 74. n. 22.* 16.

Poſſeque Epiſc. impedientes viſitationem excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ pro defenſione ſuorum iurium, reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neap. c. 18.* Campan. *d. c. 13. n. 53.* Ciarlin. *contron. forenſ. lib. 1. c. 65. n. 31. & 12.* Tambur. *d. q. 3. n. 4.* 17.

Nouiſſimè Gregor. XV. felicis recordationis *in ſua conſt. de exemptorum priuilegiis*, incip. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Febr.* 1622. circa iuriſdictionem, & correctionem Epiſc. in Regulares curam animarum habentes ſic ſtatuit: *Hac generali, ac perpetuò valitura conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, vt deinceps tam Regular. quàm ſæculares quomodolibet exempti, ſiue animarum curam perſonarum ſæcularium monaſter. ſeu domibus Regularibus, aut quibuſvis aliis Eccleſiis vel beneficiis, ſiue Regularibus ſiue ſæcularibus incumbentem exerceant, ſiue aliàs Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis miniſtrent prævia Epiſcopi licentia, & approbatione, ſiue quoquo modo in dicta curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicuius ex illis adminiſtratione de facto abſque vlla auctoritate ſe ingerant, in his, quæ eiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omnimodæ iuriſ-* 18.

Google

dictioni, viſitationi, & correctioni diœceſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati plenè in omnibus ſubiiciantur. Hactenus dicta conſtitutio.

Super qua ſacra Cardinalium Concilij Trid. interpretum Congregatio inter aliquas declarationes S. D. N. Vrbano VIII. approbante, quas originales & authenticas, & deindè in Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſas vidi de anno 1623. cenſuit:

19. *Eam nequaquam ſubiicere Regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit, Epiſcoporum iuriſdictioni in his, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cùm in Sacramentis perſonis ſæcularibus adminiſtrandis, iidem Regulares delinquunt.*

20. *Epiſcopis non licere in vim eiuſdem conſtitutionis viſitare Altaria Eccleſiar. Regularium quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſæcularium, nec loca, vbi in eiſdem Eccl. aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſæcularium audiuntur.*

In vim illius conſtitutionis non poſſe Epiſc. Regularibus præſcribere, vt certis tantùm in locis, aut temporibus, aut certorum perſonarum confeſſiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia in Sacramentis adminiſtrandis reſtringere, aut moderari, quòd ſi aliunde Epiſcopis huiuſmodi facultas competat, illam non fuiſſe ab eadem conſtitutione ſublatam, poſt primam huius operis impreſſionem refert Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 5. q. 13. n. 47.*

21. γ *Et correctioni Epiſcopi.* Regularem tamen delinquentem extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis ſuperioribus puniri, referunt deciſum Galer. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Parochus* 3. Aloyſ. Ric. *d. reſ. 513. n. 2. & reſ. 631.*

22. δ *Nec ibi aliqui etiam ad nutum,* &c.] Quod ita ad Epiſc. pertinet hæc poteſtas viſitandi monaſteria, tam Regularia, quàm ſæcularia circa ipſorum curam, & Sacramentorum adminiſtrationē, vt nulli, etiam ad nutum amouibiles, poſſint deputari niſi de Epiſcopor. ordinariorum conſenſu, & prævio per eum, & eius Vicarium, & examinatores ſynodales, examine, refert Franc. Leo *in theſauro fori Eccl. part. 1. c. 8. n. 20.* vbi ſubdit, quòd Clemens VIII. mandauit ita ſeruari hoc decretum, excipiendo aliqua monaſteria, & capita Ordinum, non obſtante conſtitutione Pij V. qua voluit, vt in omnibus Eccleſiis Parochialibus, in quibus cura animarum, etiam laicorum exercetur habeant Ordin. facultatem eius Eccleſias & perſonas viſitandi, ac corrigendi.

23. Epiſcopum quoſcunque Canonicos, & Dignitates, ac alios clericos exemptos, & non exemptos ad curam animarũ exercendam conſtitutos quoad inhabilitatem, non obſtante quocumque priuilegio, aut conſuetudine in contrarium, examinare, & viſitare poſſe, conſulit Nau. *conſ. 4. de temp. ordin. in antiq.* aliàs *conſil. 8. de priuileg. in nouis,* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de tempor. Ordin. deciſ. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 74 n. 19.*

Curam animarum exercentes, ſiue ſæculares ſiue Regulares ſint, poni debere ad arbitrium ſuperiorum ipſorum Regularium, non autem ad arbitrium Epiſcopi, niſi quòd examinari & approbari prius ab eo debent, antequam ponantur, deciſum aſſerunt Piaſec. *dicta p. 2. cap. 3. n. 46. pag. 182.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 3. n. 34.* 24.

Facultas ex hoc decreto data Ordinariis viſitandi perſonas exercentes curam animarum in monaſteriis virorum, aut mulierum, intelligitur data cumulatiuè, non autem priuatiuè ad eam, quæ competit Abbati, & aliis ſuperioribus Regularibus. Ita Rota *in Piſcien. iuriſdictionis 15. Iunij 1590. coram Plato, in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia.* 25.

Si capella in qua exercetur cura animarum, exiſtat intra monaſterium, tunc ius viſitandi datum Ordinario in hoc c. intelligitur ſolùm reſpectu perſonarum exercentium curam animarum in capella, non autem, quòd poſſit viſitare ipſam capellam, Rot. *in d. Piſcien. coram Plato, & in Ciuitaten. viſitationis 11. Febr. 1594. coram Cardin. Seraph.* 26.

Hoc decretum non habet locum in monaſteriis, in quibus Abbates habent vtramque iuriſdictionem, Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, Rot. *in Marſicana iuriſdictionis 27. Iunij 1587. coram Robuſterio, & in eadem 23. Octobr. 1589. coram Comitulo, & in Legionen. ſancti Facundi 19. Mart. 1590. coram Card. Pamphilio ſeniore, & in nullius 11. Febr. 1594. coram eodem.* 27.

Iuriſdictio, de qua in hoc decreto, in perſonas exercentes curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, competit etiam Ordinario inferiori habenti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Rot. *in Piſcien. iuriſdict. 16. Octobr. 1580. & 5. Maij 1589. coram Giptio, & in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia, & 15. Iunij 1590. coram Plato.* 28.

ε *Aut eius Vicarium faciendo.* Vide Sbroz. *de offic. Vicar. lib. 2 q. 111. n. 9. & 10.* Refert Steph. Daluin. *d. c. 14. n.* [illegible] ſacram Congr. [illegible] cenſuiſſe quòd nominatio, ſ[illegible] o electio Vicarij ſpectat ad Abbatem ſiue Rectorem, vtrique p[illegible]atiuum, approbatio ad [illegible] cop. de c[illegible] conſenſu Vicarius amouibilis eſt deputandus ad nutum; poteſt amoueri ab Abbatibus & Rectoribus, non autem ab Epiſcopo, niſi ex cauſa legitima atque approbata, præterquam, etiam ſi perpetuus eſſet, priuari poſſet. 29.

ζ *In quibus Abbates,* &c.] Vide Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. n. 91.* quem refert Ego ipſe *d. allegat. 74 n. 12. in fine.*

Regulares in ſuis Eccleſiis publicent, & ſeruent cenſuras & interdicta emanata nedum à Sede Apoſtolica, ſed promulgata etiam mandante Epiſcopo. Dies feſti præcepti ab Epiſcopo per Regulares etiam ſeruentur.

CAPVT XII.

1. *Doctores de materia primæ partis huius c. agentes.*
2. *Priuilegia iure communi conceſſa Regularibus celebrandi tempore interdicti an ſint reuocata per hoc decretum.*
3. *Feſtos dies, quos in ſua diœceſi Epiſcop. ſeruandos præcipit, Regular. quoque ſeruare tenentur.*

4. Regula

4. *Regularium ritus feſtis diebus ſemper permanere debent quoad Miſſas celebrandas.*
5. *Regulares non prohibentur dies ſeſtos & ieiunia in ſuis Eccleſiis annuntiare.*
6. *Epiſcopus non poteſt compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum monaſteriis ad intereſſendum diuinis in diebus ſanctorum Protectorum.*
7. *Regulares per Epiſcopum compelli poſſunt cenſuris ad obſeruantiam feſtorum per illum, cum approbatione populi indictorum.*
8. *Sed quoad octauam non poſſunt.*
9. *Iudices laici poſſunt pœnas imponere contra non obſeruantes dies ſeſtos.*

CEnſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atq; ſeruentur. a *Dies etiam feſti* quos in diœceſi ſeruandos idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, ſeruentur.

1. VIde Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 15. n. 62.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. c. 42. §. 9. in fin.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ fol. mihi* 29. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib. 2. c. 7. dub. 1.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. cap. 8. n. 19.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 3. num. 47. verſ. cenſuras,* Vgolin. *de offic. Epiſcop.* c. 20. §. 3. n. 3. Campan. *in diverſ. iuris Canon. rubr. 12. c. 13. num. 114. cum ſeq.* Aloyſ. Ric. *in praxi aurea reſol.* 210 *verſ. quinto*, Homoboo de Bonis *de examine Eccleſiaſtico tract. 11 c. 12. q. 13. ſuppoſit. 2. & 3.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exempt. p. 2. quæſt. 45. n. 46.* Laurent. de Peirinis *in conſtitut. ſui Ordinis Minimor. tom 1. conſtit. 26. Leonis X. n. 33. cum ſequentibus,* Hieronym. Veneto y Leyua *de examine Epiſcop. lib. 6. c. 8. n. 13 cum ſeqq.* Laurent. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. q. 6. verſ. quintò fallit, & q. 20.* reſoluit quòd ſi Regularis ſit excommunicatus à Iure, poteſt Epiſcopus mandare ipſum denuntiari publicè vt euitetur, Sanch. *in conſil. moralibus tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 3. n. 10.* latè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 5 q. 11. n. 53.* meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat. 105. n. 43.*

Non poſſe Epiſcopum denuntiare Regulares incidiſſe in excommunicationem à Iure, vel Apoſtolicis Conſtitutionibus inflictam, reſoluunt Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 42. n. 25.* Nauarr. *in lucerna Regularium, verb. interdictum n. 2.*

2. Vtrùm autem priuilegia Regularibus conceſſa *in cap. cum & plantare, §. quod ſi Templarij, & in c. vt priuilegia, de priuileg. & in cap. vltim. eod. tit. in 6. & in c. alma mater, de ſentent. excomm eod. lib.* & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & admittendos laicos ad Diuina eodem tempore, ſint reuocata per hoc decretum, & aliud *infrà c. 12.*

Affirmatiuam partem conſtanter tuetur Nau. *in man. c. 27. n. 190.* & latiùs *conſ. 7. de priuileg. in nonis*, cuius ſententiam veriſſimam eſſe contendit Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2. ex n. 278.* & conſultos ab Epiſcopo Abulenſi Illuſtriſſimos Cardinales Concilij Trident. interpretes, ita reſpondiſſe teſtis eſt ipſe Garc. *ad tract. de benefic. part. 5. c. 8 n. 87. verſ. ad* 8. idem aſſerit Armeod. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib 2. tic. 18. l. 7. de Relig. n. 73.* quem ſecuto Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 105. n. 44.*

Contra Henriq. *in ſumm. lib. 13. p. 48. §. 1.* Fr. Emman. *in Bullam Cruciata §. 5. n. 15. & in addit. n. 13. & 35. & quæſt. regular. tom. 2. q. 112. art. 1.* Sayr. *de cenſur. lib. 5. c. 13. n 24. & 25.* Fr. Ioan. à Cruce *d. c. 7. dub. 2. concluſ. 2.* Bonacin. *de cenſur. extra Bull. Cœnæ diſp. 2. quæſt. 8. part. 14. num. 11.* Fr. Lud. Miranda *in Man. Prælat. tom. 2. quæſt. 37. art. 12.* Homobon. de Bonis *d. q. 25. reſol. 1.* exiſti[...]ites ſpecialia Regularium priuilegia, vt pro ſuis feſtis vel aliis certis diebus non ſeruent interdicta, Tridentino huiuſmodi decreto non eſſe reuocata.

a *Dies etiam feſti; &c.*] Dies feſtos, quos in ſua diœceſi Epiſcopus ſeruandos præceperit, Regulares quoque ſeruare teneri, per hunc text. tradunt Fuſc. *de viſitat. lib 2. c 15. n. 63.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 70. art. 1. & 2. & q. 108. art. 5. in fine,* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. c. 3. n. 47. verſ. dies feſtos,* Aloyſ. Ric. *in praxi aurea, reſol.* 210 *verſ. ſexto,* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap. 20. §. 3. n. 1.* Campan. *in diverſ. iuris canon. rub. 12. cap. 13. ex n. 91.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part. 2. quæſt. 45. n. 53.* Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimor. ts. 1. conſtit. 28. Leonis X. à n. 2.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ. c. 42. n. 10.* Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. quæſt. 6. verſ. ſextò fallit,* Nauar. *in lucerna Regular. verb. feſti dies,* Trullench. *in expoſit. Decalogi lib. 3. c. 1. dub. 2. n. 12.* nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 15 q. 11. n. 54.* Sed aduertit Sel. *in ſelect. canon. c. 17. n. 8.* hoc decretum non tribuere Epiſcopis maiorem facultatem dies feſtos indicendi quàm habeant à iure communi, & refert ita deciſum *ſub die 15. Decembris 1629.* 3.

Decretum huius cap. ita intelligendum eſſe, vt Regularium ritus illis feſtis ſemper permaneant quoad Miſſas celebrandas, & cætera diuina Officia, tam publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſoluenda, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe, quòd ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri, verùm quoad conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Euangeliis & Epiſtolis quibus clerus ſæcularis vtitur illis diebus feſtis, referunt deciſum Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. priuilegia Regularium;* Piaſec. *citato loco,* Vgolin. *de officio Epiſcopi c. 20. §. 3. n. 3.* Laurent. de Peirinis *d. conſtit. 18. Leonis X. n. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 105. n. 34. & 35.* Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 15. q. 11. ſub n. 54.* 4

Regulares non prohiberi dies feſtos, & ieiunia in ſuis Eccleſiis annuntiare per ſacram Concilij Congregationem *ſub die 2. Iulij 1610.* deciſum refert Laurent. de Peirinis *in conſt. ſui Ordinis Minimorum, tom. 2. conſt. 7. n. 13. Pij V. verſic. ad primum, pag. 193.* Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 15. q. 11. n. 54. in fine.* 5.

Epiſcopus non poteſt compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum monaſteriis, vel aliis eiſdem vnitis ad intereſſendum officiis diuinis diebus Sanctorum Protectorũ ciuitatis in Eccleſia Cathedrali, ita Sel. *in ſelectis can. c. 2. n. 3.* vbi refert, deciſũ *ſub die 5. Decemb. 1626.* 6.

Regulares

Google

7 Regulares per Epiſcopum compelli poſſunt cenſuris ad obſeruantiam feſtorum per illum cum approbatione populi indictorum, Sel. *d.c.* 2. *n* 18. vbi teſtatur ita reſolutum *in Hoſtica*. 31. *Iulij* 1627.

8 Regulares quoad feſtum poſſunt cogi ad eius obſeruationem, ſed quoad octauam non poſſunt, at ſeruandæ ſunt rubricæ Breuiarij & decreta nouiſſima S.Congreg. Rituum, Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 10. vbi dicit ſic deciſum fuiſſe *ſub die* 21. *Iulij* 1629.

Iudices laïci poſſunt pœnas imponere contra non obſeruantes dies feſtos, verùm ſi Epiſcopus dederit licentiam alicui laboranti in die feſto, non poſſunt propterea dicti iudices laïci illum punire vt tranſgreſſorem feſtorum, ſtante licentia obtenta ab Epiſcopo, Aldan. *d. tit.* 31. *n.* 15. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 9. *Nouembris* 1619. 9.

Epiſcopi locorum componant lites præcedentiæ inter Regulares, omni appellatione remota. Et vocati ad Proceſſiones accedant omnes, etiam exempti clerici tam ſæculares, quàm Regulares.

CAPVT XIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopi præcedunt iuxta tempus ordinationis.*
3. *Commendatarij in Concilijs quo loco ſedere debeant.*
4. *Societas ſanctiſſimi Sacramenti in omnibus actibus diei feſti Corporis Chriſti præcedere debet.*
5. *Collegiata inſignis ab eius erectione præcedit alias Collegiatas quamvis antiquiores.*
6. *Minores de Obſeruantia & Ieſuati quomodo procedant.*
7. *Controuerſias ortas ſuper præcedentiis inter Regulares ipſos componit Epiſcopus quando ex ipſis controuerſiis ſequitur ſcandalum.*
8. *Epiſcopus controuerſias de præcedentiis omni appellatione remota componit.*
9. *Quoad effectum ſuſpenſiuum dumtaxat.*
10. *Breui manu, ſummariè, & de plano.*
11. *Conſuetudo loci attenditur in præcedentiis.*
12. *Etiam ſi conſuetudo iuri repugnet.*
13. *Poſſeſſio etiam contra ius eſt manutenibilis, quando eſt alicuius temporis conſiderabilis.*
14. *Poſſeſſio præcedentiæ debet attendi tam in publicis, quàm in priuatis proceſſionibus.*
15. *Confraternitates antiquiores, & quæ prius ſatis viſæ fuerint, deficiente conſuetudine ſunt præferendæ.*
16. *Epiſcopus quarumcunque Confraternitatum etiam laicorum controuerſias componere poteſt.*
17. *Exempti omnes tam ſæculares, quàm Regulares quicunque etiam Monachi ad accedendum ad publicas proceſſiones compelli poſſunt.*
18. *Regulares quantumvis exempti tenentur accedere ad omnes & quaſcumque proceſſiones publicas, & conſuetas.*
19. *Regulares, qui non accedunt ad proceſſiones ab Epiſcopo indictas, ab ipſo puniri poſſunt per cenſuras.*
20. *Regulares degentes in monaſteriis, quæ per dimidium milliare diſtant à ciuitate, non tenentur accedere ad proceſſiones.*
21. *Sacerdotes Religionis Hieroſol. inſeruientes Eccleſiis vocari & compelli poſſunt ad proceſſiones.*
22. *Clerici omnes diœceſani quantumvis exempti etiam beneficia ſimplicia in diœceſi obtinentes poſſunt per Epiſcopum compelli ad proceſſiones.*
23. *Epiſcopus poteſt cogere Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, vel officia Eccleſiaſtica obtinentes vt accedant ad publicas proceſſiones,*
24. *Illi qui ſunt nullius diœceſis, non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
25. *Degentes extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
26. *Confraternitates laicorum inuitari, non autem compelli poſſunt vt vadant ad proceſſiones.*
27. *Confratres ad conueniendum ſolitis proceſſionibus compellere poteſt Epiſcopus ſub pœnis arbitrio illius.*
28. *Confraternitates poſſunt compelli accedere ad proceſſiones præcedente monitione, & à pœnis in principio abſtinendum.*
29. *Fratres Prædicatores in proceſſione facienda per ipſos Dominica infra octauam Corporis Chriſti debent manuteneri ab Epiſcopo.*
30. *Monachus curam animarum exercens cogitur ire ad proceſſiones.*
31. *Fratribus non licet Feria V. in Cœna Domini, nec in feſto Corporis Chriſti facere proceſſionem cum ſanctiſſimo Sacramento.*
32. *Monachi ſanctiſſimæ Trinitatis Cauen. non poſſunt cogi ad proceſſiones.*
33. *Societatis Ieſu Religioſi & perſonæ, ad proceſſiones accedere non cogantur.*
34. *Clerici Regulares Matris Dei ſcholarum piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſſiones.*
35. *Epiſcopus eſt manutenendus in poſſeſſione cogendi confratres laicos accedere ad proceſſiones.*
36. *Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus in ſua diœceſi commorantibus vt eant ad proceſſiones publicas.*
37. *Beneficiati non tenentur niſi ad eas proceſſiones, ad quas reliqui omnes tenentur accedere.*
38. *Clerici ſæculares in fundatione Eccleſiæ exempti à iuriſdictione Ordinarij poſſunt ab eo compelli accedere ad proceſſiones.*
39. *Proceſſionibus intereſſe compellendi non ſunt ab Epiſcopo Sacerdotes nullum officium, aut beneficium habentes.*
40. *Proceſſiones publicæ quæ dicantur.*
41. *Proceſſiones dirigendæ ſunt, quo voluerit Epiſcopus cum conſilio Capituli.*
42. *Proceſſiones edicere, decernere, dirigere, atque deducere Epiſcopi eſt cum conſilio tantum Capituli.*
43. *Proceſſiones dirigere, & eas determinare, quæ non ſunt de iure, ſpectat ad Epiſcopum.*
44. *Proceſſiones dirigere pertinet ad Epiſcopum non obſtante etiam immemorabili conſuetudine.*
45. *Proceſſiones facere per parochiam ad Curatos ſpectat.*

CONtrouerſias omnes de præcedentia, *a quæ perſæpè cum ſcandalo oriuntur* inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares quàm regulares, cùm in proceſſionibus publicis,

publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & aliis ſimilibus, *β Epiſcopus, amota omni appellatione*, & non obſtantibus quibuſcumque, *γ componat*, *δ exempti autem omnes*, tam clerici ſæculares, quàm regulares, quicunque, etiam monachi, *ε ad publicas proceſſiones* vocati, accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt.

1\. VIde Fuſc. *de viſitat. lib.2.cap.15.n.65. & 66.* Menoch. *conſ.126. n. 2. cum ſeqq.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. præcedentia*, Valenz. *conſ. 1. vol. 1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop p.1.cap 3. num.48.* Stephan. Gratian. *Marchia deciſ.222.num 3. cum ſeq.* Mich. Aggia *in tract. de exhibendis auxil fundam.5.* Valenzuela *conſil.1. n.5. cum ſeqq. & conſil. 184.* Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Reg. c.6. verſ.2.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.42.num.8.* Sanch. *in conſil. moral. tom.2.lib.6.c.9 dub. 3.num.11.* nouiſſimè Tamborin. *de iure Abbatum tom.3 diſp.5. quæſ.11.num.55. & n.81.* Perez de Lara *de anniuerſar. & capellan. lib. 1.c.24.n.19.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rub. 12. & cap.12. & cap.13.num.117. cum multis ſeqq.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.1. cap.8. num.18.* Mari. Antonin. *variar. reſol. lib.1 reſol.112. caſ.35.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.362. in 1. edit.* aliàs *reſol.308 in 2. edit. & in praxi aurea reſol. 102. & 103.* vbi de intellectu Bullæ Gregorianæ Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.1. tit.14. l.24. §.31. de proceſſionibus*, Eraſm. à Cochlec *de iuriſdict. ordin. in exemptos, p.2 q 45.n.50. & n.109.* Hieron. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib.6. cap.18.* latiſſimè Salgado *de protect. Regia, tom 1. part.2. c.9.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.3. alleg.78. num.26. cum ſeqq.* Rot. *in Romana præcedentiæ 24. Maij 1600. coram Card. Lancelloto, & in Colonien. præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram Vbaldo.* Circa præcedentias in funeralibus latè agit Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.1. tit.2. c.3. ex num.207.* Quis autem modus in controuerſiis de præcedentiis componendis ſeruandus ſit, declarauit Gregor. XIII. *ſua conſt.* *Expoſcit, 15. Iulij 1583.* quam referunt Quarant. *d. verb. præcedentia. p. 396.* aliàs 404. in noua edit. Piaſec. *d. c. 3. num.48.* Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiep. Neapol. c. 52. in fine*, Salgado *d.c.9.n.26. & 27.* & illius meminit Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſiaſt. q.16 n.3.*

2\. Pro præcedentia Epiſcoporum in Conciliis Prouincialibus attendendum eſt tempus ordinationis, non autem dignitas Eccleſiarum, vel earum ordo, & præeminentia, Sel. *in ſelect. canon. c.13. num.28.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die 19. Aprilis 1596.*

3\. Commendatarij monaſteriorum, ſiue Abbatiarum in Conciliis prouincialibus ſunt recipiendi inter Abbates, eiſque Canonici Cathedralis ſunt præferendi quando capitulariter procedunt, ſed extra hunc caſum Abbates titulares, vel habentes vſum Mitræ debent præcedere Commendatariis, poſt hoc locum obtinent dignitates, & poſt dignitates collocandi ſunt procuratores Eccleſiarum cathedralium, refert deciſum Sel. *d.c.13. n.40.*

4\. Societas ſanctiſſimi Sacramenti in omnibus actibus diei feſti Corporis Chriſti præcedere debet etiam in deferendo baldachinum, dummodo accedat ad alias proceſſiones, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.1. tit.23. n.2.* vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Rit. *in Lauden. 12. Iulij 1628.*

5\. Collegiata inſignis ab eius erectione præcedit aliis Collegiatis, quamvis antiquioribus, ex Ald. *d. loco*, qui refert ita deciſum per eandem S. Congregat. *in Firmana 24 Maij 1612.*

6\. Præcedere debent illis ex Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, & Ieſuatorum, quorum monaſterium, ſeu domus eodem in loco prius extructum fuerit, Aldan. *d. tit. 23. num.5.* vbi dicit reſolutum per S. Congregat. Epiſc. *Iulij 1616.* Et hoc iuxta Bullam Gregorij XIII. incip. *Expoſcit paſtoralis, die 15. Iulij 1583.* vbi inter alia ſtatuitur quòd inter mendicantes præfertur, & præcedit Ordo, qui prius monaſterium habuit in loco differentiæ, cuius Bullæ meminit Valenzuela *conſil. 1. num.78.* vbi ſubdit eam non habere locum in Religionibus non Mendicantibus. Et affirmat Gama *Luſit. deciſ.1.n.7.* quòd non ſemel vidit Romæ in proceſſione publica, in qua ſummus Pont. incedebat, vt Monachi, qui loca ſummo Pont. proximiora occupabant, cæteris præeuntibus anteferri cenſerentur. Primum enim locum obtinebant Canonici Regulares S. Saluatoris in Lauro; ſecundum de Pace; tertium Monachi S. Pauli; quartum qui vocantur ſancti; quintum ſancti Petri in Vinculis; ſextum ſancti Alexij; ſeptimum ſancti Dominici; octauum Seruitæ. Deinde præibant Monachi S. Clementis, poſtea Carmelitani, deinde S. Auguſtini Obſeruantes, poſtea S. Auguſtini, ſanctæ Mariæ de Populo, Obſeruantes S. Franciſci. Item Clauſtrales S. Franciſci, Capuccini Franciſcani, S. Stephani Rotundi, Sanctiſſimæ Trinitatis, S. Iuofrij, Ieſuati, quod an hodie ita obſeruetur Romæ, nunquam obſeruaui; adſunt tamen hac de re plures ſacræ Congregat. Rituum, & Epiſcoporum declarationes in occurrentibus caſibus, quarum plures adduxi *in tract. de iure Eccleſiaſtico vniuerſo lib.1. cap. 43. n.183. cum ſeqq.* Non deſunt etiam nonnullæ ſacræ Rotæ deciſiones, quas tranſcripſit Tamburin. *in fine tom.3. de iure Abbatum deciſ.110.* vbi fuit tantum quòd Oliuetani in locis vbi collegialiter viuunt, præcedunt Monachis Montis Virginis viuentibus vti ſingulis, & priuatis, & *dec.111.* quòd Monachi Religionis poſteriùs approbatæ collegialiter viuentes præcedunt Monachos alterius Religionis priùs inſtitutæ, viuentibus tamen vti ſingulis, & priuatis, & idem probat *deciſ.112.*

7\. *α Quæ perſæpe cum ſcandalo oriuntur.*] Facultatem datam Epiſcopo in hoc decreto ad ſedandas controuerſias ſuper præcedentiis ortas inter ipſos Regulares intelligi tantùm, quando ex ipſis controuerſiis ſequitur ſcandalum, non ita ſi illud non ſequatur, exiſtimant Decian. *conſil. 63.n.10. lib.2.* Cened. *Canon. quæſt. lib.1.q.26.n.17.* Salgado *d.c.9.n.101.*

8\. *β Epiſcopus amota omni appellatione.*] Vide Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.3. q.37. art.3.* Piaſec. *d.cap.3. n.47. verſ. controuerſias*, Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. proceſſiones, verſ. ad tertium*, Campan. *d.c.12. num. vlt. & d.c.13.n.120.* Aloyſ. Ricc. *p.1. deciſ.90.n.1.*

9\. Procedere quoad effectum ſuſpenſiuum dumtaxat, aſſerit reſolutũ Salgado *de protect. Regia to. 1.p.2.c.9.n.99.* & Armendar. *d.tit.14. l.28. §.31. n.10.* quem refero Ego ipſe *d. alleg.78. n.26.* & hoc decretum non tollere appellationem deuolutiuam,

Digitized by Google

litiuam, cenſuit Rot. *in d. Colonien. præcedentia, verſ. non obſtat, quod in Conc.* impreſſa per Poſtium poſt ſuum tract. *mandati de manutenendo dec.* 35.

10. *Componat.*] Breui ſcilicet manu, ſummariè, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, prout deciſum referunt Franc. Leo *d. c.* 8. *n.* 18. Campan. *d. c.* 13. *n.* 120. Salgado *d. cap.* 9. *num.* 15. Armend. *d. num.* 10.

Obſeruans, quòd in Alma vrbe omnium magiſtra ſeruatur, ſecundùm Quarant. *d. verb. præcedentia*, & Piaſec. *d. n.* 48.

11. Et attendens conſuetudinem loci, vt per Medic. *Marchia dec.* 21. Seraph. *dec.* 335. & 663. & 964. *n.* 1. Aloyſ. Ricc. *in coll. deciſ. p.* 4. *coll.* 1069. In materia enim præcedentiarum ius defert conſuetudini, Bald. *in c. cùm olim, num.* 1. & *ſeq. de conſuet.* Felin. *in cap. ſtatuimus; in princ. de maiorit. & obedient.* Card. *conſ.* 62 *n.* 1. Dec. *in l. cùm quid, n.* 39. & *ibi* Cagnol. *n.* 41. *ff. ſi cert. pet.* Rim. iun. *conſ.* 95. *n.* 22. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 62. *in fine* Menoch. *conſil.* 51. *n.* 49. & *conſil.* 126. *num.* 2. & 3. Caualer. *dec.* 649. *n.* 1. Campan. *d. rub.* 12. *ſub n.* 11. Molfeſ. *ad conſuet. Neapol. part.* 1. *cap.* 5. *ſub num.* 21. Salgado *d. cap.* 9. *num.* 18. Beſoid. *in diſſert. iuridica politica de præced. & ſeſſionis prærogatiuis c.* 3. *n.* 8. Valenz. *tom.* 2. *conſil.* 201. *n.* 42. *cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *c.* 106. *à n.* 8. & *tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 8. & *tom.* 3. *cap.* 590. *n.* 93. D. Conteſlor. *de præced. num.* 6. Mich. Ferr. *de præcedent. Eccleſiaſt. qu.* 18. *à num.* 7. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 81. & *in fine tractatus deciſ.* 1. *num.* 30 & fuit dictum *in Seguntina præcedentia* 22. *Iunij* 1609. *coram Cardin. Pamphilio, & in eadem* 8. *Martij* 1613. *coram bonæ memoriæ Vbaldo, & in d.*
12. *Colon. præcedentia.* Quod procedit etiam ſi conſuetudo iuri repugnet. Menoch. *conſil.* 51. *n.* 51. Seraph. *deciſ.* 964. *num.* 1. Gregor. *deciſ.* 114. *n.* 2. &
13. 4. & ideo etiam ſi poſſeſſio ſit contra Ius, eſt manutenibilis, quando eſt alicuius temporis conſiderabilis, Franc. *in cap. ad decimas, n.* 8. *in* 4. *notab. de reſtitut. ſpoliat. in* 6. Cuuarr. *in practic. cap.* 17. *ſub n.* 6. *verſ.* 4. Rot. *deciſ.* 534. *n.* 7. & *deciſ.* 195. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ. & inter recent. deciſ.* 685. *n.* 3. *part.* 1. Gregor. *deciſ.* 360. vbi adden. *ſub n.* 10. & fuit dictum *in Calesat. decimarum* 10. *Iunij* 1611. *coram Card. Pamphilio iun. & in Oueten. iuriſdictionis* 22. *Martij* 1626. *coram Vbaldo*, Tamburin. *vbi ſuprà.*

14. Si autem nulla ſit conſuetudo demonſtrans prælationem, nullaque quaſi poſſeſſio præcedentiæ, quæ etiam debet omninò attendi, tam in publicis, quàm in priuatis proceſſionibus, Perez de Lara *de anniuerſ. & capel. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 26. Camp.
15. *d. c.* 12. *n.* 12. Salgado. *d. c.* 9. *n.* 19. tunc antiquiores Confraternitates, & quæ priùs ſachia vſæ fuerint, meritò præferendæ ſunt. Gratian. *d. dec.* 231. *n.* 2. Perez de Lara *d. c.* 24. *num.* 17. Zerol. *d. verb. proceſſiones verſ. ad tertium*, Campan. *d. c.* 12. *n.* 12. *verſ. ſed cùm in proceſſionibus.* Salgad. *d. cap.* 9. *num.* 16. vbi *n.* 27. ſubdit idem eſſe tenendum inter Religiones, & *n.* 29. *cum ſeqq.* ait conſtare ex dicta Bulla Gregorij, vt inter Mendicantes, quaſi poſſeſſio præcedentiæ attendatur, ſin minus de hac quaſi poſſeſſione conſtiterit, illos præferendos eſſe, qui priùs in illa ciuitate, villa, ſeu loco ſuum monaſterium habuerint, & *n.* 34. concludit, quòd ſi de prioritate, vel poſterioritate non conſtiterit, digniores præferendos eſſe.

16. Decretum in præſenti cum ſupradictis reſolutionibus eſſe extendendum, & intelligendum in quibuſcunque Confraternitatibus, etiam laicorum, vt in eis ordinarios Eccleſiaſt. poſſit pariter componere controuerſias, tumultus incidentes & contingentes, & quod inter eos definierit eſſe appellatione remota executioni mandandum, reſoluunt Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 35. Gratian. *d. deciſ.* 232. *num.* 1. Zerol. *d. verſ. ad tertium*, Perez de Lara *d. c.* 24. *num.* 29. & 31. Campan. *d. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 122. Salgado *d. c.* 9. *n.* 2.

Exempti autem omnes, &c.] Exemptos omnes tam ſæculares, quàm Regulares quoſcunque etiam Monachos ad accedendum ad publicas proceſſiones compelli poſſe, tradunt Marc. Ant. Cuch. *inſt. maral. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 55. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 18. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 18. Stephan. Gratian. *Marchia deciſ.* 232. Perez de Lara *de anniuerſ. & capellan. part.* 1. *cap* 24. *num.* 14. Campan. *d. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 117. Cened. *canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 26 *n.* 15. latè Salgado *d. c.* 9. *n.* 101. *cum ſeqq.* Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 12. & *cap.* 15. *n.* 64. Zer. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. proceſſiones*, §. 2. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 36. *art.* 1. Mari. Antonin. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 103. *n.* 16. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 8. Leaana *in ſumm. q. Regul. c.* 9. *num.* 47. 17.

Regulares quantumvis exemptos teneri accedere ad omnes, & quaſcunque proceſſiones publicas, & conſuetas, aut edictas pro bono publico, aut honore, reſoluunt Fr. Emman. *d. art.* 1. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p.* 4. *c.* 2. *n.* 143. Vgolin. *de officio Epiſcop. cap.* 20. §. 2. *n.* 4. Eraſm. à Cochier. *de iuriſd. ordinar. in exemptos, p.* 1. *q.* 45. *n.* 109. Arm. *d. loco n.* 15. Ego ipſe *d. all.* 78. *n.* 14. Valenz. *conſil.* 1. *n.* 4 & 5. 18.

Regulares, qui non accedunt ad proceſſiones ab Epiſc. indictas, ab ipſo puniri poſſe per cenſuras, & pœnas arbitrarias, quas ſuprà memini *n.* 1. referunt deciſum Perez de Lara *d. cap.* 24. *n.* 14. Zerol. *p.* 1. *verb. proceſſiones*, §. 1. *verſ. ad ſecundam*, Cened. *d. q.* 29. *n.* 16. Salgado *d. c.* 9. *num.* 109. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſ.* 308. *n.* 5. & 6. & *in praxi aurea reſol.* 210. *n.* 1. *verſ. ſecundo*, Armend. *d.* §. 31. *de proceſſionibus n.* 7. Stephan. Gratian. *Marchia deciſ.* 232. *num.* 15. Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Regular. & Epiſcopos qu.* 6. *verſ. ſecundò fallit*, Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1 *c.* 50. *num.* 21. Sacra Congregat. R t. *in Ferrarien.* 27. *Iulij* 1609. & *in Toletana* 4. *Iun.* 1615. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 23.

Contra Henriq. *in ſumm. lib.* 7. *c.* 15. §. 6. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *c.* 74. *num.* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 33. *n.* 23. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 4. *n.* 17. Portel *in addit. ad dub. Regul. verb. Epiſcopus n.* 5. & *verb. proceſſiones n.* 1. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regular. reſol.* 118. *n.* 1. Scott. *in Bullis ſelect. theorem.* 393. *verſ. ſi autem*, Laut. de Peirinis *p.* 1. *Rinaldi notab.* 3. & *tom.* 1. *in Conſtit. ſui Ordinis Minimor. conſtit.* 2. *Sixti IV. n.* 60. Tamborin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 19. *quæſt.* 7 *n.* 7. Diana *moral. reſolut p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 76. exiſtimantes ab Epiſcopo cenſuris diſtringi non poſſe.

Monachos, ſeu Regulares degentes in monaſteriis, quæ per dimidium milliare diſtant à ciuitate, non teneri, nec ab Epiſcopo compellendos eſſe accedere ad proceſſiones, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 308. *num.* 2. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 47. *in fine.* Vgolin. *d. c.* 20. §. 2. *num.* 5. *verſ. ſecundo*, Armend. *d. loco num.* 11. & 14. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 21. Salgado *d. c.* 6. *num.* 104. 20.

Nullæ

21. Nullæ immunitates Religioni Hieroſolymitanæ obſtant quominus eius Sacerdotes inſeruientes Eccleſiis vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi accedant etiam compelli, prout dicit deciſum Armendar. *d. loco n.* 5. quem refero Ego ipſe *d.alleg.*78.*n.*11. Cened. *d.q.*26.*n.*17. Salgado *d.c.*9.*n.*10.

22. Clericos omnes Diœceſanos quantumvis exemptos etiam beneficia ſimplicia in diœceſi obtinentes, vel officia, putà ſi deſeruiant pro Capellano etiam in Eccleſiis exemptis, poſſe per Epiſcopum compelli ad proceſſiones accedere, refert deciſum Aloyſ Ric. *d.reſol.*307. *n.* 3. *& in collectan.deciſ. p.*4. *collect.* 882. *in princ.* Salgado *d.c.*9 *n.*107.

23. Epiſcopum poſſe cogere Canonicos, & alios Presbyteros, Beneficia, vel Officia Eccleſiaſtica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quaſcunque proceſſiones publicas, vel indictas pro bono publico, vel honore, dicit reſolutum Armendar. *vbi ſupr.n.*13.

24. Sub hoc decreto non comprehendi eos, qui ſunt nullius diœceſis, reſoluit Franc.Leo *d. c.* 8. *n.*18. & refert deciſum Armend. *d.loco n.*10. Salgado *d.c.*9.*n.*105.

25. Nec quoque comprehendi degentes extra ciuitatem in locis, in quibus habent plebem, quia cum illa plebe debent facere proceſſionem, vt poſt Franc. Leo aſſerit deciſum Campan. *in diuerſ. iuris Canon rub.*12.*c.*13 *n.*117.

26. Confraternitates laicorum inuitati, non autem compelli poſſe vt vadant, referunt deciſum Piaſec.*d.c.*3.*n.*32 Marc. Anton. Genuenſ *in praxi Archiep Neapol.c.*63 *n.* 7 Siyr. *in florib. deciſ. ſub tit de offic.Ordin. deciſ.*5. Campan *d.c* 13. *n.* 122. Armend. *d.loco n.*10.*in fine.* Steph. Gratian. *Marbia deciſ.*132.*n.*6. Perez de Lara *d.q.* 26. *n.* 16.*&* 17. Salgado *d.c.* 9. *n.* 110. Vgolin. *de offic. Epiſcops c.*11. *in princ.n* 6. Garol. de Graſſ. *de effectib.cler.c.eff.*1.*n.*613. Hieron. Venero, y Leyua *d. c.*18.*&* 22. Ego ipſe *d alleg.* 78.*n.*24.

27. Confratres ad conueniendum ſolitis proceſſionibus compellere poteſt Epiſcopus ſub pœnis arbitrio illius, maximè ſtante poſſeſſione illos vocandi per edicta, vt per Aldan. *in compendio Canon.reſol.lib.*2.*tit.*8.*n.*12 vbi refert deciſum *ſub die* 21.*Ianuary* 1622.*&* 8.*May* 1627.

28. Societates poſſunt compelli accedere ad proceſſiones ſanctiſſimi Sacramenti in Plebania. vel Parochiali, ſed monendæ priùs, & à pœnis in principio abſtinendum, ita Sel. *in ſelect. Canon.* *c.*110.*n* 8. vbi atteſtatur reſolutum *in Florentina* 13. *Nouembris* 1627.*&* 18.*February* 1618.

29. Fratres Prædicatores debent manuteneri ab Epiſcopo in ſua poſſeſſione circa proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti per ipſos faciendam Dominica infra octauam corporis Chriſti, Sel. *d.cap.* 110.*n.* 10. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum per Sac. Congregat. Rituum *in Brundiſina de anno* 1624. Et illis non licet in proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti, quam faciunt in Dominica intra octauam Corporis Chriſti, mutare, aut variare vias, & loca, per quas proceſſionaliter prima vice inceſſerunt, quando dictam proceſſionem facere cœperunt, Sel. *d.c* 110.*n.*21. vbi dicit deciſum per eandem Sac. Congr. *in Moretana* 10. *Iulij* 1629.

30. Monachus curam animarum exercens in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio Ordinis ſancti Benedicti Cutien. diœceſis, cogi poteſt ire ad proceſſiones, Aldan. *d.tit.* 8.*n.*14. vbi refert deciſum *ſub die* 5. *Aprilis* 1631.

Fratribus non licet Feria 5. in Cœna Domini, nec in feſto Corporis Chriſti facere proceſſionem cum ſanctiſſimo Sacramento poſt Veſperas extra eorum Parochiam, vt per Aldan. *d.tit.*8.*n.* 16. vbi refert reſolutum per Sac. Congregat. Rit. *in Aretina* 11. *Decembris* 1613. 31.

Monachi ſanctiſſimæ Trinitatis Cauen. quorū monaſterium eſt immediatè ſubiectum Sedi Apoſtolicæ, non poſſunt ex hoc decreto cogi ad proceſſiones, tum quia nullius, tum quia non poſſunt dici exempti qui nunquam ſubditi fuerunt per pactum confirmatum à Sede Apoſtolica, quod non tollitur *c.*22.*hac eadem ſeſſ.* ita Aldan. *d. tit.* 8.*n.*17. vbi dicit deciſum *ſub die* 13. *Aug.*1579. 32.

Et quòd Religioſi, & perſonæ Societatis Iesv ad publicas proceſſiones accedere non cogantur, ſtatuit Gregorius XIII. in ſua conſtitut. incip. *Quacunque, ſub dat.* 16.*Iulij* 1576. eſt *in Bullario nouo, tom.*2. *pag.*404. de qua meminit Sanch. *in conſil. moral.tom.*2.*lib.*6.*c.* 9. *dub.* 3.*n.* 12. vbi aduertit ex Henriquez *lib.*7 *de Indulg. c.*26. *n* 3. *&* 4. quòd per hoc Religioſi Societatis Iesv aliquando ad proceſſiones factas ad publicam & grauiſſimam cauſam accedant ſponte, & non compulſi ab Epiſcopo, non cenſentur renunciare huic priuilegio, licèt expediret vt coram Notario in forma Collegij proteſtentur ſe accedere ſaluo priuilegij iure: & addit ad renunciandum priuilegio toti Religioni conceſſo, requiri vt ea Religio permittat illos actus per 40. annos. 33.

Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati ad proceſſiones, & actus publicos accedere non cogantur, vt indulſit Sixtus V. *conſt. ſua* 5. incip. *Rationi*, *ſub dat. Kalendis Maij* 1585. *in Bullario nouo tom.*2. *p.*490. 34.

Clerici Regulares Matris Dei ſcholarum piarum ſunt exempti ab acceſſu ad proceſſiones, Aldan. *in compend. Canon.reſol.lib.*2.*tit.*8. *n.* 13. vbi atteſtatur fuiſſe ita deciſum *ſub die* 22. *Maij* 1629.

Epiſcopus, qui eſt in quaſi poſſeſſione per edicta pœnalia monere Confratres laicos diſciplinantes, ac per pœnarum exactionem, & alia Canonica, & opportuna remedia cogere eoſdem ad conueniendum ſolitis proceſſionibus, eſt manutenendus, Sel.*d.c.*110.*n.*20. vbi dicit reſolutum *in Papien.*21. *Ianuarij* 1623. 35.

Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus in ſua diœceſi commorantibus, vt eant ad proceſſiones publicas, vt in feſto Corporis Chriſti, litaniis, & Iubilæis publicis faciendis, dummodo proceſſiones ſint eius generis quæ comprehendantur in Bulla ſanctæ memoriæ Pij V. incip. *& ſi mendicantium*; & dummodo Regulares non ſint ex illius Conuentibus, Collegiis nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur, vt per Ald.*d.tit.*8.*n.*25. 36.

Beneficiati non tenentur, niſi ad eas proceſſiones, ad quas reliqui omnes tenentur accedere, vt per Aldan.*d tit.*8 *n.*26. qui refert ita deciſum *in Brixien.*8. *Auguſti* 1621. 37.

Clerici ſæculares alicuius Eccleſiæ in fundatione illius exempti à iuriſdictione Ordinarij, intra cuius diœceſim exiſtunt, poſſunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas proceſſiones ex hoc decreto, *& c.*22. *hac eadem ſeſſ.* vt per Sel. *d.c.*110.*n.*25. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 21.*Martij* 1602. 38.

Proceſſionibus intereſſe non ſunt ab Epiſcopo compellendi Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Eccleſiaſticum in ciuitate, vel diœceſi obtinentes, Sel.*d.c.*110.*n.*18. referens ita deciſum 9.*May* 1597.*&* 26.*Februarij* 1632. 39.

40. a *Ad publicas proceſſiones, &c.*] Illas ſcilicet, quę fiunt in Litaniis maioribus, atque minoribus, vel pro bono publico, vt imminente peſte, alioq; flagello, vel in aduentu noui Epiſcopi, vel in feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti, & quæ Epiſcopo videbuntur, aut illo abſente eius Vicario generali. Priuatæ verò ſunt, quæ à Capitularibus, & Clericis Cathedralium tantum fiunt, ob aliquas cauſas, vt reſoluunt Proſp. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. verb. præcedentia*, Aloyſ. Ric. *d. reſol.* 308. *n.* 7. *& in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *deciſ.* 379. *n.* 3. Vgolio. *d. §.* 2. *n.* 6. Campan. *d. c.* 13. *n.* 118. Armendar. *d. loco n.* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 1. Valenzuel. *conſ.* 184. *n.* 25. *&* 26. *tom.* 2.

41. Proceſſiones dirigendæ ſunt, quò voluerit Epiſcopus cum conſilio Capituli, ad eundem enim cum eodem conſilio ſpectat rationem proceſſionum præſcribere, nam eas per ſe ſolum indicere, & dirigere non poteſt, ita referunt deciſum Fr. Leo *in thes. auro fori Eccleſiaſt. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 145. Armendar. *d. loco n.* 2. Aloyſ. Ric. *Neapol. deciſ. p.* 4. *dec.* 379. *n.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 4. Valenzuel. *conſ.* 184. *n.* 13. *vol.* 2. *n.* 31. *&* 32.

42. Proceſſiones edicere, decernere, dirigere, atque deducere Epiſcopo eſt da conſilio tantùm Capituli, non autem conſenſu, quod in omnibus proceſſionibus ſeruari debet, Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 30. vbi refert ſic fuiſſe reſolutum per Sac. Congreg. Rit. *in Elboren.* 28. *Martij* 1628. Quicquid dicat Valenzuel. *d. conſ.* 184. *n.* 46. *cum ſeqq.*

Proceſſiones publicas edicere, & dirigere ſpectat ad Vicarium generalem abſente Epiſcopo cum conſilio Capituli, prout poſſet Epiſcopus ſi præſens eſſet, vt per Armend. *vbi ſupr. n.* 3. quem refero *d. alleg.* 78. *n.* 5. Ald. *d. tit.* 8. *n.* 31. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Vigilien.* 28. *Septembris* 1630. de hoc Aloyſ. Ric. *in deciſ. Curiæ Arch. Neapol. p.* 4 *deciſ.* 389. *n.* 4. Valenz. *d. conſ.* 184. *n.* 24.

Proceſſiones dirigere, & eas determinare, quæ non ſunt de iure, ſpectat ad Epiſcopum, non obſtante, quòd Capitulum, vel alij ſint in quaſi poſſeſſione contraria per longum tempus, Ald. *d. tit.* 8. *n.* 32. vbi atteſtatur reſolutum *ſub die* 16. *Februarij* 1619. 43.

Proceſſiones dirigere à quocumque loci diſceſſerint, & iuerint, pertinet ad Epiſcopum, non obſtante etiam immemoriali conſuetudine, ex Sel. *d. c.* 110. *n.* 31. vbi ait deciſum *in Camerinen.* 24. *Auguſti* 1619. 44.

Proceſſiones facere per parochiam ad Curatos ſpectat, & ſine eorum conſenſu nullus etiam Regularis illas dirigere valet, ex Sel. *d. c.* 110. *n.* 32. vbi dicit ita fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Rit. *in Hiſpalen.* 26. *Februarij* 1618. Et non licere Regularibus proceſſiones facere extra Eccleſias, & ambitum illarum, refert deciſum Laurent. de Peirinis *in conſt. ſui Ordinis Minimor. tom.* 2. *conſtit.* 7. *Pij V. num.* 13. *verſ. ad* 8. *p.* 193. & ſic obſeruari vidiſſe teſtatur Campan. *d. c.* 13. *n.* 118. *in fine*, & reſoluit Diana *moral. reſol. p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 77. *verſ. non reticeam*, Ego ipſe *d. alleg.* 78. *n.* 7. vbi ex Laurent. de Peirinis *citato loco*, refero poſſe proceſſionem Roſarij fieri per totam ciuitatem, ſi ita habeat conſuetudo à decem retro annis ſeruata. 45.

Regularis non ſubditus Epiſcopo, ſi extra clauſtra deliquerit, ſi à Superiore inſtante Epiſcopo non puniatur, poteſt ab ipſo Epiſcopo puniri.

CAPVT XIV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Superiores non punientes ſuos ſubditos iuxta formam huius decreti incurrunt pœnam priuationis, &c.*
3. *Epiſcopus quomodo inſtabit vt ſuperior monachum delinquentem puniat.*
4. *Regulares degentes de licentia Superiorum in domo ad erectionem monaſterij deſtinata, ſi ibi viget Regularis obſeruantia, comprehenduntur ſub diſpoſitione huius cap.*
5. *Epiſcopi iuriſdictionem impedientes, &c. quacumque exemptione non obſtante ab Epiſcopo puniri poſſunt.*
6. *Regulares cum ſcandalo intra Eccleſiam delinquentes ſubſunt diſpoſitioni huius text. non ita ſi intra clauſtra.*
7. *Qualitas quòd notoriè, & ſcandaloſè Regularis delinquerit, non eſt probanda, ſed ſufficit eã allegare.*
8. *Epiſcopus ſufficit quod vnica vice ſuperiorem Regularem moneat.*
9. *Superior Regularis huic decreto ſatisfacit ſi de punitione ipſa, & ſententia executione Epiſcopum certiorem faciat.*
10. *Epiſcopus an poſſit punire Regulares per cenſuras.*
11. *Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, poſſunt ab Epiſcopo publicè denunciari excommunicati.*

REgularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterij degit, a *& extra ea ita notoriè* deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, γ *Epiſcopo inſtante*, à ſuo Superiore intra tempus, ab Epiſcopo præfigendum ſeuerè puniatur, δ *ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat*: a ſin minus à ſuo Superiore officio priuetur, ε *vt delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.*

a Cap. fin. §. vero de Regul. Mon.

1. VIde Nauarr. *commento* 2. *de Regular. n.* 63. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 2. *art.* 6. *& q.* 63. *art.* 4. *& qu.* 64. *art.* 11. Aldret. *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 35. *& in aliq. pro omnimoda reg. exemp. p.* 1. *c.* 6. *n.* 9. Armend. *in addit. ad rec. op. legum Nauarra, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 2. *de Relig. n.* 59. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 50 *in* 1. *edit. alias reſol.* 546. *in* 2. *edit. & in deciſionib. Curiæ Arch. Neap. deciſ.* 202. *n.* 6. *verſ. verum, p.* 4. Portel. *in dubiis regularib. verb. Epiſcopus n.* 2. *& n.* 8. Laurent. de Peirinis *in conſt. ſui Ordinis Minim. t.* 1. *conſtit.* 2. *Sixti IV. n.* 61. *cum ſeqq & in formul. Regul. lit. P. c.* 7. Cened. *pract. q.* 26. *n.* 33. Ioan. Franc. Leon. *in theſauro fori pænit. p.* 1. *c.* 8. *n.* 13. *cum ſeqq.* Sanch. *in conſil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 9. *dub.* 2. *n.* 1. *ac vltimè* Tamburin. *de iure Abbatum t.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. *n.* 62 Hieron. Venero, Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 8. *n.* 5.

Nald.

Nald. *in ſum.ver.Epiſcop.n.*28. Villalob. *in ſum. tom.*2 *tract* 35.*diffic.*5.*n.* 5. Duar. *in Bull.Cœna, lib.*1.*cap.*1.*q.*4.*n.*129.*ad fin.* Diana *moral.reſol. p.*3. *tract.*2 *reſol.*132. Ciarlin. *forenſ. controuerſ. lib.*1. *cap.*50.*n* 2.*&* 9. *cum ſeqq.* D.Felician.de Vega *ad c.cæterum,a n* 34.*de iudic.*meipſum *de offic. & poteſt Epiſcop p.*3.*alleg.*105.*n.*18.*cum ſeqq.& in collect.ad c.vlt.n.*8.*de ſtatu monach.*

2. Contra Superiores non punientes ſuos ſubditos iuxta formã huius decreti ſub pœna priuationis ipſo facto dignitatum,officiorum, & inhabilitatis, emanauit conſtit.Clementis VIII. incip. *Suſcepti muneris ſub dat.*18. *Martij* 1596. quam referunt Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. exemptio,* Fr.Emman.*q. reg.t.*2.*q.*2. *art.* 6.Eraſm. à Cochier *de iuriſ.ord.in exempt p.*1 *q* 17. *n.* 29. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Arch. Neap. c.*59. *num.*5. Franch. Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.*1.*c.* 8. *n.* 14. Ciarlin. *d.c.*50.*n* 9. latè Sperell. *deciſ.*38. *num.*12, *cum ſeqq* Portel.*d.verb.Epiſc.n.*8. Piaſec.*in praxi Epiſc.p.*2.*c.*3.*n.*44. vbi *n.*43. reſoluit poſſe Regularem in caſu huius decreti deprehenſum in delicto deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto,dummodo ſine mora ſumatur, remitti cum copia proceſſus ad ſuum ſuperiorem puniendum cum præfinitione termini ad puniendum, de quo etiam Marc. Anton. Genuenſ. *d.c.*59.*n.*3. Vgolin. *de Epiſcop.p.*1.*c.*30. §.8.*n.*2 *verſ ímmo comprehendi*, Ciarlin. *d. c.*50.*n.* 10, Portel. *in addit.ad dub.Reg.verb. punitio Relig. extr.Conuent.n.*17.Lezan.*in ſum.q.Reg.c.*16. *n.*27.

3. Et dicit Fuſc *de viſitat. l.*2.*c.*17.*num.*11. quòd Epiſcopus loci litteras ſcribat ſuperiori Monachi delinquentis de delicto commiſſo & exceſſibus,de ſcandalo populo illato, & inſtabit, vt intra talem terminum proximum ipſum punire velit, & de punitione facta ipſum Epiſcopum certiorem reddat, aliàs ipſo ſuperiore negligente, poterit ipſe Epiſcopus eum punire, & illas litteras, quas Requiſitorias vocamus, de punitione Monachi delinquentis in præſentia duorum teſtium ex communi practica aſſignari faciet.

Nouiſſimè Gregorius XV. *in ſua conſtit.* incip. *Inſcrutabili ſub dat. Nonis Februarij* 1622.ſtatuit vt Regulares circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram ipſam delinquentes ab Epiſcopo loci tanquam ad hæc Sedis Apoſt.delegato quoties,& vbi opus fuerit,puniri & corrigi poſſint,quod Lotter.*de re benefic.lib.* 1.*q.*14.*n.* 66. & 67.tenet non intelligi de notoriis tantum delictis, & quæ ſunt ſcandalo toti populo,quaſi quòd Cõſtitutio debeat ſumere hanc interpretationem ab hoc decreto,ſed de omnibus indiſtinctè, cùm in legibus indefinita oratio æquipolleat vniuerſali. Vnde reſoluunt Cochier *de conſeruat p.*2. *q.* 102. *à n.*5.& Laurent.de Peitinis *in formul. Reg. lit. P. c.*7.*num.*3. quòd ſi Regularis delinquat ita intra clauſtra, vt delictum extra clauſtrorum metas exiens, generet in populo ſcandalum, non per hoc tamen poteſt ab Epiſcopo in caſu negligentiæ ipſius Superioris puniri,nec poteſt Epiſcopus hoc caſu Prælato inſtare vt talem delinquentem puniat;nam hoc delictum non eſt commiſſum extra clauſtra,quod neceſſario requiritur ad hoc vt Epiſcopus poſſit Superiori inſtare vt puniat.

4. Regulares degentes de licentia Superiorum in domo ad erectionẽ monaſterij deſtinata, comprehendi ſub diſpoſitione huius text. ſi in ea domo vigeat Regularis obſeruantia,refert deciſum Armend. *in addit.ad recop. legum Nauarra lib.*2.*t.*18. *l.*7.*de Relig.n.*60.Sanch. *d.lib.*6.*c.*9.*dub.*2. *num.*4. Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

Iuriſdictionem Epiſcopi impedientes, vel officiales curiæ Epiſcopalis in actu exercendi ſuum officium offendentes, quacunque exemptione non obſtante ab Epiſcopo coërceri,& puniri poſſunt, vt refert deciſum in vna Panormitana Aldan.*in Compend.Canon.reſol lib.*1.*tit.*8. *n.*11. 5.

α *Et extra ea &c.*] Facultatem Epiſcopo attributam in Regulares notoriè, & cum ſcandalo extra clauſtra delinquentes,vendicare ſibi locum etiam cùm Regulares notoriè, & cum ſcandalo intra Eccleſiam delinquunt,non ita ſi intra clauſtra, refero deciſum *in collectan.ad cap.vlt. n.* 8. *in fine, de ſtatu Monach.* 6.

β *Ita notoriè, &c.*] An qualitas quòd notoriè, & ſcandaloſè Regularis deliquerit, probanda ſit ad effectum, vt Epiſcopus illum punire valeat? Negat, iudicans ſufficere illãm allegare, & probare, Aloyſ.Ric.*d.reſol.*546.*n.*8.*cum ſeqq.* 7.

γ *Epiſcopo inſtante.*] Sufficere,quòd Epiſcopus vnica vice ſuperiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad caſtigandum ſubditi delictum, & ideo neceſſe non eſſe Epiſcopum monere, ac requirere dictum ſuperiorem duabus, vel tribus vicibus, vt aliqui opinãtur, refero deciſum *in collect.ad d.c.vlt. n.* 8. *in med.* vbi etiam reſolutum alterò Epiſcopum ſtatim habita notitia delicti poſſe capere informationem, & illam ad ſuperiorem Regularem mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam præſumere, & me citato idem dicit Fr. Hieron. Roder. *in compendio qu. Regul.reſol.*62.*ſub n.*8. 8.

δ *Ac de punitione Epiſc.certiorem faciat.*] Non ſufficere,vt ſuperior Regularis ſententiã, aut acta omnia ſuper delicto actitata ad Epiſcopum tranſmittat,ſed opus eſſe, vt de punitione ipſa,& ſententiæ executione Epiſcopum certiorem faciat,reſoluo Ego ipſe *in collect.ad d.c.vlt. n.* 8. & me citato Hieron.Rod.*d.n* 8.*verſ.tertio.*in ſcriptis, ſcilicet,& per legitima documenta, ſicut tenet Aldan. *in compend.Canon.reſol.lib.*1.*t.*8.*n.*10. vbi refert deciſum *in Lucana* 14. *Decembris* 1630.cuius etiam meminit Tamborin. *d.t.*3.*diſp.*5.*q.*11.*n.*64. 9.

ε *Et delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.*] Non per cenſuras, vt docent Portel. *in addit. ad dubia Regularia,verb. Epiſcopus n.* 5. Sanch. *de matrim. lib.*7.*diſ.*33.*n.*23.*in præcepta Decalogi,l.*6.*c.*8.*n.*14. Villalob.*p.*2.*ſum tract.*35.*diffic.* 5.*num.*17. Hieronym.Roder.*in compendio q.regul.reſol.*50.*n.*16. & *reſol.*61.*n.*7. Tamburin.*de iure Abbatum t.*3.*diſp.*5. *q.*11.*n* 63.maximè ſi habeat Regulares priuilegiũ ne poſſint ab Epiſcopis cenſuris ligari, Marcel. Vulpe *in praxi iudic.fori Eccleſ.c.*42.*n.*26. Lezan. *in ſum.q.Reg.c.*11.*n.*14. Laurent. de Franchis *in controu. inter Epiſcop.& Regul.q.*7. Verùm poſſe Epiſcopos, Regulares in caſibus, in quibus eius iuriſdictioni ſubſunt, cenſuris inuoluere, tenent Marc.Ant.Genuenſ. *d.c.*59.*verſ.aliud eſt dubium,* Zerol. *in praxi Epiſc.p.*1.*verb. excommunicationis cauſa materialis,*§.4. Lazar. *de blaſphem.q.*10. *à n.* 55. Mari. Ant. *var.reſ.lib.*1 *reſol.vlt caſu* 35.Nou. *in lucerna Reg.verb.excommunicare,à princ.* Mend. de Caſtr. *in praxi Luſit.tom.*2.*lib.*2.*c.*1. *n.*5. 10.

Regulares exempti,qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, poſſunt ab Epiſcopo publicè denuntiari excommunicati, vt ab aliis euitentur,ſed quia erat difficultas in eo, quòd Epiſcopus in huiuſmodi cauſa debeat citare, & citatio eſt actus iuriſdictionis, quam Epiſcopus non poteſt in huiuſmodi perſonas exemptas exercere,ideò placet pro ſolutione doctrina Felin. *in c. non poteſt,n.*3.*de ſentent. & re iud.* 11.

Profeſſio à Regularibus, tam viris, quam mulieribus, non fiat ante 16. annum expletum, & poſt annum ſuſcepti habitus.

Capvt XV.

1. *Profeſſio in quacunque Religione ante decimum ſextum ætatis annum expletum facta, eſt nulla.*
2. *Milites Regulares hoc decreto nō comprehendūtur.*
3. *Milites S. Stephani non comprehenduntur hoc decreto.*
4. *Fratres tertij Ordinis S. Franciſci non comprehenduntur hoc decreto.*
5. *Milites Hieroſ. nō cōprehendūtur ſub hoc decreto.*
6. *Puella ad profeſſionem ante decimum ſextum annum ætatis non admittuntur.*
7. *Puella niſi duodecim annis ſit maior, recipi prohibetur cauſà induendi habitum probationis in Religione.*
8. *Puella ſponſa de præſenti nondum matrimonio conſummato, ſi Religionem ingrediatur in 12. anno conſtituta, cogendus ſponſus per quatuor annos expectare.*
9. *Malitia non ſupplet ætatem requiſitam ad profitendum.*
10. *Profeſſionem emittens infra annum probationis non eſt obligatus ad Religionem nec in genere, nec in ſpecie.*
11. *Profeſſio in ſuprema die 16. anni emitti poteſt, ſed contrarium receptius.*
12. *Profeſſio facta poſt 16. annū, ſed ante 18. requiſitum ab ſtatuto Ordinis Minimorum eſt valida.*
13. *Profeſſiones emiſſæ iuxta diſpoſitionem Concilij ſunt validæ, quamuis contra particulare ſtatutum maiorem ætatem requirens.*
14. *Ordinarius poteſt profeſſionem ante expletum annum 16. emiſſam nullam declarare.*
15. *Habitum Regularem ſuſcipiens debet per annum in probatione ſtare, ita vt profeſſio ante facta ſit nulla.*
16. *Prælati Ordinum Minorum iam non poſſunt cum conſilio Fratrum Diſcretorum admittere ad profeſſionem anno probationis non expleto Religioſos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem.*
17. *Profeſſus in vna Religione etiam ſtrictiori tranſiens ad aliam indiget nouitiatu.*
18. *Profeſſus nulliter volens ſuam profeſſionem ratificare non tenetur nouitiatus annum iterare.*
19. *Moniales Ordinis Prædicatorum habentes ſexdecim annos, in mortis articulo poſſunt profiteri, quamvis nondum integrum nouitiatus annum peregerint.*
20. *Annus probationis à momento in momentum poteſt & debet computari.*
21. *Nouitius ſi compleat probationis annum die 24. Februarij anno biſſextili, non dicitur expletus bis annus niſi ſecunda die.*
22. *Annus ex quo Gregorius XIII. abſtulit decem dies, reputatur integer.*
23. *Profiteri poteſt in Religione qui permanſit per annum integrum in Religione, & poſtmodum retento habitu fuit aliquandiu domi ſuæ.*
24. *Annus probationis debet neceſſariò eſſe cōtinuus.*
25. *Annus probationis tunc interrumpitur quando Nouitius dimiſſo Religionis habitu egreditur monaſterium animo deſerendi Religionem.*
26. *Nouitiatus interruptus non poteſt continuari etiam in ordine Minorum.*
27. *Nouitius dimiſſo Religionis habitu à monaſterio recedens eo ipſo interrumpit annum probationis, licèt interpellatio ſit modica.*
28. *Nouitius de licentia Superioris cum habitu aliqua iuſta de cauſa extra monaſterium egrediens non interrumpit annum probationis.*
29. *Nouitius ſi habitu Religionis indutus monaſterium ex ſui Superioris licentia exeat, non interrumpit annum probationis.*
30. *Nouitius ob malam valetudinem manens extra monaſterium non interrumpit annum probationis.*
31. *Nouitiatus non interrumpitur ſi nouitius retento habitu perterritus ſeueritate ſuperioris abditè exeat cauſa ſe celandi.*
32. *Nouitiatus poteſt ex iuſta cauſa prorogari completo probationis anno.*
33. *Nouitius & monaſterium poſt Concil. Trid. nullatenus poſſunt anno nouitiatus renuntiare.*
34. *Annus probationis poteſt impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum decimumſextum.*
35. *Conuerſi ea eo ipſo, quod ingrediuntur monaſterium poſſunt profiteri.*
36. *Habitus Regularis à Nouitio deferendus eſt de eſſentia atque ſubſtantia anni probationis.*
37. *Profeſſiones tacitæ non tolluntur per hoc decretū.*

a t. Gonſaluus, 17.q.2. c. ad Apoſtolicam, de regul. & c. non ſolum, eod. tit. in 6. b c. ad noſtrā c. cum virum & c. poſtulaſti, eod. tit. & c. 1. eod. tit.

IN quacunque Religione,[a] tam virorum,[α] *quam mulierum*, profeſſio non fiat [β] *ante decimum ſextum annum expletum*, nec qui minore tempore,[γ] *quam per annum* [δ] *poſt ſuſceptum habitum* in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. [b] Profeſſio autem ante facta ſit nulla, nullámque inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruationem, aut ad alios quoſcumque effectus.

1. PRofeſſionem in quacunque Religione ante decimum ſextum ætatis annum expletum factam nullam eſſe, nullámque inducere obligationem, aut alicuius regulæ, vel Religionis, ſeu Ordinis obſeruantiā, per hunc text. tradunt Nau. *conſil.* 23. *de Regul. in antiq.* quod deeſt in nouis, Sayr. *in floreb. deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 97. Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Moniales*, §. 2. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 2. *trattado de las Religiones en commun, c.* 7. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 1. *§.* 8. *dub.* 2. & 4. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 22. & *in præcepta Decalogi t.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *à princ.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *c.* 1. *n.* 36. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.* 12. *c.* 11. *n.* 1. Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 11. *cum ſeqq.* Fr. Lud. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 24. *art.* 2. Rot. *deciſ.* 173. *num.* 6. *p.* 1. *recent.* Laur. de Peirinis *de ſubdito Religioſo, tom.* 1. *c.* 20. §. 3. Hieron. Rodetic. *in compendio quaſ. regular. reſolut.* 101. *num.* 30. *cum ſeqq.* Lezana *in ſum. quæſt. Regular. c.* 2. *ex n.* 9. Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 6. *q.* 4. Nouar. *in lucerna Regular. verb. profeſſio à n.* 8. nouiſſimè idem Tamburin. *tom.* 3. *de iure Abbatum diſp.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 82. nouiſſimè D. Hieronym. Venero y Leyua, Archiepiſc. Montis Regalis *in examine*

mino Epiſc. lib. 6. c. 15. Duran. *deciſ.* 207. *n.* 1. Ego ipſe *de offic.* & *poteſt. Epiſc.p.* 3. *alleg.* 101. *n.* 4. *cũ ſeq.*

2. Milites Regulares decreto huius cap. non comprehendi, reſoluunt Nauar. *conſil.* 23. *n.* 10. *de Regular. in antiq.* aliàs *conſ* 10. *n.* 10. *eod. tit. in nouis*, Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 172. Iacob. de Graff. *conſil.* 11. *de Reg. to.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 4 *q* 2. Ludou. Beia *reſp. caſuum conſcientiæ, p.* 4 *caſu* 28. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 8. *n.* 54 & *à n.* 61. Flam. Parit. *de reſignat. benefic. lib.* 6. *q.* 2. *n.* 117. *cum ſeq.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 44. *n.* 8. & *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 17. Seraphin. *deciſ.* 121. *n.* 2. quæ repetitor impreſſa *p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 591. Barth. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, l.* 1. *q.* 169. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatũ nouitiis, diſp* 11. *dub.* 2. *n.* 4. Narbona *l.* 8. *gloſſ. vnica n.* 14 *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopil.* Mich. de Reinolo *obſeruat. iuris obſer.* 1. *n.* 24. & 25. Tamburin. *tom* 3. *de iure Abbatum diſp.* 6. *q.* 11. *n* 6. & *q.* 12. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 5. refert deciſum Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 7.

Contra Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 6. *n.* 2. *concl.* 1. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 363. *n.* 27. D. Hieronym. Veneto, y Leyua *d. cap.* 15. *n.* 7. exiſtimantes huiuſmodi milites in emittenda profeſſione comprehendi ſub hoc decreto.

3. Vnde Milites S. Stephani non comprehendi hoc decreto, cenſuit Rot. *deciſ.* 591 *p.* 1. *diuerſ.* cuius meminit Aloyſ. Ric. *in praxi rerũ fori Eccleſiaſt. dec.* 1. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 617. *n.* 6. *in* 2. *edit.* & Ego ipſe *d. all.* 101. *n.* 6 Tãb. *d. t.* 3. *d.* 6. *q.* 11. *n.* 10.

4. Et Fratres tertij Ordinis S. Franciſci pariter hoc decreto non comprehendi, cenſuit. Rot. *deciſ.* 591. *n.* 7. cuius etiam meminit Aloyſ. Ric. *d. reſol.* 617. *n.* 4. Tamburin. *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſp.* 6. *q.* 11 *n.* 7. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 7.

5. Hieroſolymitanus verò Milites comprehendi ſub hoc decreto ex peculiari ipſorum ſtatuto illi adhærenti, referunt deciſum Flamin. Pariſ *d. quæſ.* 2. *n.* 120. Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 16. Fr. Barth. de Vecch. *d. dub.* 2. *n.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 8. Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 172. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 369. *n.* 27. Narbona *vbi ſuprà n* 12.

6. α *Quàm mulierum.*] Non admittendas puellas ad profeſſionem ante dictum decimum ſextum ætatis annum completum, refert deciſum Armendar. *d l.* 7. *de Relig. n.* 41.

7. Receptionem verò puellæ cauſa induendi habitum probationis in Religione prohiberi, niſi duodecim annis ſit maior, tradunt Azor. *inſt. moral p.* 1. *lib.* 12. *c.* 18. *q.* 55. & 56. Fr. Emman. *q. reg. to.* 3. *q.* 12. *art.* 2. qui teſtatur huius ſententiæ fuiſſe omnes Patres, qui ad Cõcilium Prouinciale Toletanum conuenerunt, Nald. *verb. habitus, n.* 6. & *verb. Monialis, n* 5. Fr. Barth. de Vecch. *d. praxi obſeruandæ in admittendis ad Religionis ſtatũ nouitiis, diſp.* 2 *dub.* 6. *n* 16. Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 43. vbi refert deciſũ non eſſe diſpenſandum, vt puella, quę duodecimũ anñũ nõ cõpleuerit, poſſit habitum in monaſterio ſuſcipere, Aldan *in cõpendio canon. reſol. lib.* 1 *tit.* 15. *n.* 3. vbi teſtatur ita reſolutũ per S. Cong. Epiſc. in *Neap. de anno* 1582.

Contra Mich. Medin. *de ſacrorum hominũ continent. lib.* 4. *controuerſ.* 9. *c.* 41. Ludou. Miranda *in man. Prel. in fine,* & *in tract. de ſacris monialib. q.* 8. *art.* 2. *in concl.* Sanch. *in præcepta Decalogi, to.* 1. *l.* 4. *c.* 18. *n.* 33. Suar. *to.* 3 *de Relig. l.* 5. *c.* 1. *n.* 9. exiſtimantes circa præfatam puellarum receptionem nullam limitationem eſſe conſtituendam.

Quòd ſi puella in duodecimo ætatis anno matrimonio coniuncta, & Religionem illo nondum conſummato ingreſſa ſit, cogendum ſponſum per quatuor annos expectare, vſque dum profiteatur, dicit deciſum Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 42. quem refero Ego ipſe *d alleg* 101. *n.* 11. 8.

β *Ante decimum ſextum annum expletum.*] Vnde malitiam non ſupplere dictam ætatem, reſoluunt Fr. Emman. *q. regul. tom.* 3. *q* 15. *art.* 3. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 2. Hieron. Roder. *in compendio q. regul reſol.* 101. *n.* 37. 9.

Et profeſſionem emittens infra annum probationis non eſt obligatus ad Religionem, neque in genere, neque in ſpecie, nec etiam in foro conſcientiæ vlla inducta eſt obligatio, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benef p.* 11. *c.* 9. *n.* 6. 10.

Profeſſionem in ſuprema die 16. anni emitti poſſe, emiſſá mque ſubſiſtere, reſoluit Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub* 7. *c.* 6. *n.* 129 & *rub.* 12. *c.* 11. *n.* 1. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 13. ex iis, quæ in ſimilibus adducit Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp* 24. *n.* 22. 11.

Contra Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. profiteri, pen* & Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. dec.* 656. *in* 1. *edit.* aliàs *reſ.* 549. *in* 2. *edit.* exiſtimantes nullam eſſe profeſſionem, ſi deficiat vnus dies ante dictum decimum ſextum annum expletum. Et etiam non completo anni circulo adhuc per duas horas, ex Sel. *in ſelect. canon.* c. 18. *n.* 3. vbi refert deciſum 23. *Ianuarij* 1617. Vnde Religioſus, qui ſua profeſſione facta tribus horis ante completũ annũ probationis à Religione diſceſſit, & in habitu clericali laudabiliter vixit, ſi poſtea redeat ad Religionem, debet ratificare profeſſionẽ, & ei locus debetur à die ratificationis, vt ipſemet teſtatur deciſum *ſub die* 1. *Februarij* 1632.

Validam eſſe profeſſionem poſt decimum ſextum annum factam, ſed ante decimum octauum requiſitum à ſtatuto Ordinis Minorum non annullante, aut irritante factam, tenent Lud. Miranda *in man. Prelat. tom.* 1. *q.* 24 *art.* 1. *concl.* 2. Peirin. *de ſubdito Religioſo, to.* 1. *c.* 26. §. 3. Hieron. Veneto, y Leyua *d c.* 15 *n.* 10. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 15. refert deciſum Armend. *d. l* 7 *de Relig n.* 14. 12.

In conſtitutionibus Religionis Sanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captiuorum eſt conſtitutio confirmata auctoritate Apoſtolica ante, & poſt Concil. quòd in Religione aliquis non reciplatur, antequam annum 20. videatur compleuiſſe. Hoc ſtante quæritur per ſuperiores Religionis, an pro validitate profeſsionis in dicta Religione ſufficiat illam emiſiſſe poſt 16. annum iuxta diſpoſitionem Concil. S. Congr. *die* 2. *Augusti* 1631. & 24 *Aprilis* 1642. cenſuiſſe profeſſiones emiſſas iuxta diſpoſitionem Concilij eſſe validas, refert Sel. *in ſelect. canon c.* 18. *n.* 3. 13.

Ordinarium poſſe profeſſionem ante expletum annum decimum ſextum emiſſam nullam declarare, aſſerit deciſum Armend. *d. l.* 7. *de Relig n.* 11. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 1. 14.

γ *Quàm per annum, &c.* Suſcipientem habitum Regularem debere per annum in probatione ſtare, ita vt profeſſio ante facta ſit nulla, docent Fr. Emman. *q reg. tom.* 2. *q.* 2. *art* 7. & *to.* 3. *q.* 15. *art.* 1 *cum ſeq.* Azor. *inſt. moral. p.* 1. *l.* 12. *c.* 2. *q.* 6. *cum ſeq* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l.* 18. *n.* 385. *cum ſeqq.* Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 4. *cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rubr.* 12. *c.* 3. *à princip.* Ludou. Miranda *d. tom.* 1. *quæſt.* 22. *art.* 1. *cum ſeq.* Sanchez *in præcepta Decalogi, to.* 2. *lib.* 5 *cap.* 4. *num.* 8. *cum ſeqq.* Barth. à S. Fauſto 15.

in theſauro Relig. lib.5. q.160. cum ſeq. Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis.q.2. puncto* 10 *diffic.*2.§.2. Illuſtriſſ.D.Roder.à Cunha *in comment. ad c.*1.*num.*19.*diſt.*54. Fr Barthol.de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.*11.*dub.*2. Tamburin. *d.diſp.*6.*q.*4.*num* 2.*& de iure Abbatum tom.*3. *diſp.*6.*q.*7. *n.*1.*cum ſeq. & q.*11.*à princ.* Ego ipſe *d. alleg.*101.*num.*16.*cum ſeq.* ita vt emittens profeſſionem ſic intra annum probationis non ſit obligatus, neque ad Religionem in genere, neque in ſpecie, nec etiam in foro conſcientiæ illi indicta ſit obligatio, prout deciſum refert Barth. de Vecchis *vbi ſuprà diſp.*13.*dub.*11.*ſub n.*2.

16. Per hoc decretum Concilij abrogatum fuiſſe Leonis X priuilegium relatum *in compendio priuileg. Mendicant.verb. nouitius n.*27. quo conceditur Prælatis Ordinum Minorum poſſe cum conſilio Fratrum Diſcretorum admittere ad profeſſionem anno probationis non expleto Religioſos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem, tradunt Nau. *conſ.* 61.*n.*4. *& conſ.*66.*n* 4 *de Regularib. in nouis,* Fr.Emman. *d. tom.*3.*q.*15.*art.*11. Leſſ. *de iuſt. lib.*2.*c.*41.*dub.*13. *n.*101.Sanch.*lib* 7.*de matrim.diſp.*37.*n.*47.Fr.Lud. Miranda *in Man.Prælat tom.*1.*q.*22 *art.*2.*concl.*3. Fr.Barth.de Vecchis *d.diſp.*11.*dub.*2.*n.*5.illuſtriſſ. D. Roder.à Cunha *in comment. ad d. c.*1. *num.*21. *in fine,* Tamburin. *d.tom.*3.*diſp.*6.*q.*11.*n.*5.

Contra Sorb. *verb. nouitius,* vbi *de nouitiorum profeſſione, verſ. Sed an requiratur,&* pact.*c.*2. *art.* 15. *n.*65. exiſtimantes prædictum Leonis X. priuilegium non eſſe contra diſpoſitionem Concilij in præſenti.

17. Profeſſum in vna Religione, etiam ſtrictiori, tranſeuntem ad aliam, indigere nouitiatu, quem requirit Conc.in præſenti, tenent Nauarr. *ſub tit. de Regular.conſ.*49.*n.*4 *& conſ.*53.*num.*5. *in antiq.* aliàs *conſ.*61 *num.*4 *& conſ.*62.*n.*5 *& conſ.*77.*n.*4. *eod tit.in nouis,*Hieron.Roder. *d.reſolut.*101.*n.*46, Fr.Emman. *in ſumm.tom.*2.*c.*6.*n.*10.*& q.reg.to.*3. *q.*19.*art.*11. Sanch. *d. lib.*5.*c.*4. *n.*12. Illuſtriſſ.D. meus Rod.à Cunha *in comment. ad c.*1. *n.*21. *diſt.* 54. Peregr. *d.p.*2.*c.*1. *lit.C.*§.19. vnde Regulares diſcalceatus Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis de licentia Sedis Apoſtolicæ ad laxiorem Calceatorũ tranſeuntes debere annũ probationis, non tamen emittere profeſſionem, reſoluit Sel. *d.loco,* aſſerens deciſum *in Montis Regalis* 13.*Nouembris* 1627.

18. Profeſſum nulliter volentem ſuam profeſſionem ratificare, non teneri nouitiatus annum iterare, ſi alias fuit validus, reſoluit Sanch. *de matrim. lib.*7.*diſp.*37.*n.*45.& Peregr. *in comment.ad conſt.Cleric. Reg p.*2.*c.*2. *lit.C.*§.2. Si verò Nouitiatus fuit factus poſt pubertatem, & fuit continuus, non eſſe iterandum ex quacunque cauſa ſit irrita profeſſio, tenent Sanch.*diſp* 37. *ex n.*47.*& in præcepta Decalogi lib.*5.*c.*14.*n.*14. Azor. *inſtit. moral. p.*1.*l.*12.*c.*1.*q.*6. Barth. à S. Fauſto *in theſaur Relig. lib.*5.*q.*97. Peregr. *vbi proximè,* contra Nau.*conſ.*10.*n.*17.*&* 19.*Reg.* exiſtimantem nouitiatum etiam ex alia cauſa præter defectum ætatis, aut continuationem, inualidum eſſe iterandum.

19. Moniales Ordinis Prædicatorum habentes ſexdecim annos in mortis articulo conſtitutas profiteri poſſe, & ſi nondum integrum nouitiatus annum peregerint, conceſſit Pius V.in quodam Motu proprio incip. *Summi Sacerdotij cura,* cuius tenorem refert Fr. Emman. *q.regul.to.*3.*q.*15.*art.*6. vbi ſubdit hoc hodie fieri poſſe, dicens non eſſe reuocatum à Gregor. XIII. tradunt idem Fr.Emman.*in ſum.tom.*4.*c.*63.*n.*5.Lud.Miranda *in Man. Prælat.tom.*1.*q.*22.*art.*10.Sanch.*d.l.*5.*c.*4.*num.*16. Barthol. à S. Fauſto *in ſuo theſauro Religioſ. lib.*5. *q.*167. Peregr. *d.c.*1.*lit.C.*§.10. Hieron.Roder.*d. reſol.* 101. *n.*40.Tambur.*d.tom.*3.*diſp.*6 *q* 11.*n.*9.

20. Et huiuſmodi probationis annum à momento in momentum poſſe & debere computari, id eſt, ab hora diei, in quo habitum quis ſuſcepit, vſque ad eandem horam vltimi diei eiuſdem anni, tradunt Iacob.de Graff.*tom.*1.*conſil.lib.*3. *conſ.*6.*n.*2. *de Regularib.* Zanard. *in direct. Theolog. p.*2.*c.*26. *n.*12.*verſ. nota autem,* Leſſ.*d.l.*2.*c.*41.*dub.*7.*n.*59. Sanch *lib.*1.*de matrim. diſp.*16.*n.*2. *& in præcepta Decalogi tom.*2.*l.*5.*c.*4. *n.*31. *in fine,* Fr.Lud. Miranda *d.q.*22. *art.*3.Soar.*to.*3. *de Relig.lib* 5.*c.*15. *n.*1.Barth.à S.Fauſto *d.l.*5.*q.*160.*n.*2. Fr. Barth de Vecchis *d. diſp.*11, *dub.*4. Peregr. *in conſt. cleric. Regul. p.*2. *c.*1. *lit. C.* §.6. Hieron. Roder. *d reſol.* 101.*n.*38.Ciarlin. *controu. forenſ. lib.*1.*c.*108.*n.*20. Nal. *in ſum.verb. profeſſio n.*6.Tambur.*de iure Abbatiſſar. diſp* 4.*q.*9.Nou.*in lucerna Reg.verb.annus, n.*2. idem Tamburin.*de iure Abbatum to.*3.*diſp.*6. *q.* 7. *n.*8.*& q.*11. *n.*12. Ego ipſe *d.alleg.*101. *n.*22. *in fine,* ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

Contra Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ. tom.*3. *c.*413.*n.*21. & Campan. *d.rub.*12.*c.*13. *n.*4. *in fine,* Diana *moral.reſol. p.*5 *tract.*5. *reſol.*18. exiſtimantes poſt factam profeſſionem non eſſe computandum annum probationis ab vno puncto & inſtanti ad idem punctum, & inſtans, quia eſſet aſſertio nimis rigoroſa.

21. Vnde ſi nouitius compleat probationis annum die 24. Februarij anno biſſextili, non dici expletum hunc annum, niſi ſecunda die, quæ etiam appellatur 24.id eſt, 25.die, quare emittere non poſſe profeſſionem, niſi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarij præcedentis anni in quo ſuſcepit habitum, arg. tex. *in l.*3.§. *minorem.ff. de minorib. & in l. cum biſſextus ff. de verb. ſignif.& in c. quæſiuit, eod.tit.* tradunt Fr.Emman.*d.tom.*4.*q.*13.*art.*4. *&* 5.Iacob. de Graff. & Fr. Lud. Miranda *citatis locis,* Bonac. *de Sacramentis diſp.*8. *q.vnica puncto* 5.*n.*25.*& de clauſura q.*2.*puncto* 10. *diffic.* 2. §.3. *n.*4. Molin. *de iuſt. tract.*2. *diſp.*573.*verſ.atque vt à minori ætate,*Sanch. *de matrim. lib.*2. *diſp.*24. *n.* 22 *verſ. ſimiliter credo,* Leſſ. *d.n.*59.*verſ. hinc ſequitur,* Fr.Barth.de Vecchis *d. dub.*4.*n.*3.Peregr. *in conſt. cleric.Reg. p.*1.*c.*1. *lit.C.*§.7. Hieron. Roder. *d.reſol.*101.*n.*39. Tambur. *d.diſp* 4.*q.*9.*n.*2. *& d.to.*3.*diſp.*6.*q.*11.*n* 13. Iul.Lauor.*var.lucubr tom.*1. *tit.*1. *de comitiis, c.*6.*n.*15. qui oretenus mihi retulit S.Congr.Concilij *in vna Patauina* 3.*Iulij* 1627. *& in Andegauen.* 2. *Auguſt.*1627. cenſuiſſe non valere profeſſionẽ reſpectu anni biſſextilis cuiuſdam, qui ingreſſus eſt Religionem 27. Martij, & die 26. eiuſdem menſis ſequentis anni, currente anno biſſextili emiſit profeſſionem, & ſic non expectato lapſu diei, qui illi anno accreſcit.

Contra Fornar. *de Ordine c.*3. *n.*4. Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. poſt reſol.*76. *in notabil. de materia Sacramenti Ordinis, verſ. quo ad interſtitia,* Barth. à S.Fauſto *d.lib.*3.*q.*161. exiſtimãtes ad hanc profeſſionẽ in Religione emittendam anno biſſextili ſatis eſſe ad probationem compleuiſſe dies 365.

22. Annum, ex quo Greg.XIII. abſtulit decem dies, hoc eſt, à quinto die Octobris, vſque ad decimũ ſextum anni 1582. reputari integrũ, nec ſupplendos eſſe illos decem dies ex alio anno, quia quãvis ille annus non fuerit integer naturaliter, & ſecundùm curſum ſolarem, fuit tamen integer ciuiliter,

&

& politicè, docent Henriq. *in ſumm. lib* 10.*c.*19. §. 2. *& lib.*13.*c.*40.§.1 *in comment. littera O*, Bonacin. *d. puncto* 5 *n.* 14. Fr. Ludouic. Miranda *d. art.* 3. *concluſ.* 2. *in fin.* Fr. Emman. *d tom.*3.*q.*15. *art.* 15. Leſſ. *d.lib.*2.*c.*41.*dub.*7. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5 *q.*162. Sanchez *d. tom.*2.*lib.*5.*c.*4. *n.* 5. vbi extendit ad ſacros Ordines, & ad quæcunque officia, & beneficia, refero Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 21. Tamburin. *d. tom.* 3 *diſp.*6.*q.*21. *num.* 13.

23. Profiteri poteſt in Religione ille, qui cùm eſſet duodecim annorum, permanſerit per annum integrum in nouitiatu, poſtmodum habitu retento fuit commoratus domi ſuæ vſque ad tempus 16. annorum requiſitum ad profeſſionem emittendam, & cùm fuerit reuerſus ad Religionem, petit admitti ad profeſſionem, ſi aliud illa non opponat, ita Sel. *d.c.*18 *n.*4. vbi refert deciſum *ſub die* 20. *Martij* 1621.

24. Continuum debere neceſſariò eſſe huiuſmodi probationis annum, & non ſufficere interpellatum, docent Nauar *conſil.* 2. *n.*2. *& conſil.* 34 *n.*2. *& conſil.*36.*n.*1. *& conſil.*42. *n.* 2. *&* 4. *de Regularibus in antiq. & conſil.* 9.*n.*2 *& conſil* 32. *n.*4 *ſub eod. tit. in nouis*, Henriq. *lib.* 13. *de excommun.c.*40 *n.*2. Emman. Sa *verb. Religio num.* 9 Fr. Emman. *in ſumm. tom.*2 *cap.*8.*n.*4. *& tom.*3.*q.*15. *art.* 8. Iacob. de Graff. *in aureis deciſionib. lib.* 3. *c.* 5.*n.*15. Sorb. *in verb. Nouitius*, vbi de Nouitiorum profeſſionis emiſſione, *verſ. ſecundò eſt*, Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 3.*q.*13. *num.* 11. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.* 12.*c.*2. *quaſ* 8. Fr. Lud. Miranda *d.q.*22.*art.*4.*concluſ. unica*, Nald. *verb. Nouitius*, *num.*4. Leſſ. *d. lib.* 2 *c.* 41. *dub.* 7. *n.* 59. Sanch. *d. lib.* 5.*cap.*4. *num.* 1. Stephan. Gratian. *Marchia deciſ.*35.*n.*3. *in addit.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5. *q.* 163. Bonac. *de clauſura q.* 2. *puncto* 10. *diffic.* 1. § 2. *num.*3. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.*15.*n.*3. Ego ipſe *d. alleg.*102. *n.* 25. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.*15. *diſt.* 54 Peregr. *in conſt. cleric. Regul. p.* 2. *cap.*1. *littera C.* § 8. Tamburin. *d. diſp* 4. *qu.* 8. *n.* 3. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.*108. *num.* 15. Diana *moral. reſol. part.*5. *tract.*5. *reſol.* 19. idem Tamburin. *de iure Abbatum to.*3. *diſp.*6.*q.*7. *n.* 9. *& quaſt* 11. *n.* 15. Hieron. Roderic. *d. reſol.* 101. *num.*42. Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp.* 11. *dub.* 3. *num.* 1. vbi *num.*5. cum Soar. *d cap.*15. *à n.*8. ampliat, vt hæc continuatio non ſolùm eſſe debeat per annum expletum, ſed etiam vſque ad profeſſionem, ita vt ſi nouitius completo anno probationis egrederetur monaſterium, & poſtea iterum rediret, profeſſionem emittere non poſſet, virtute præfatæ vnius anni probationis, ſed iterum inchoare deberet nouitiatum.

25. Contra Franc. Angel. Sylueſt. *verb. Religio* 3. *quaſt* 4. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5 *quaſt.* 165. & Bonacin. *d. puncto* 10. *diffic.*2.§.2. *n.* 4. exiſtimantes non eſſe neceſſariam continuationem probationis cum profeſſione, & contra F. Emman. *d. q.* 15. *art.* 10. *verſ. aduertendum denique*, qui idem cenſet circa nouitius Monialium.

26. Annum probationis tunc interrumpi, quando Nouitius dimiſſo Religionis habitu egreditur monaſterium animo deſerendi Religionem, ita vt ſi poſtea pœniteret, iterúmque reciperetur, deberet ex integro à principio inchoare nouitiatum, referunt proximè citati Doctores, & præcipuè Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.*3 *n.*6. Tamburin. *d. tom.*3.*diſp.*6.*q.*21.*n.*17.

Et ideo per trat. in præſenti reuocatum eſſe priuilegium Iulij II. conceſſum Minoribus, vt nouitiatus interruptus poſſit continuari, tradunt Fr. Ludou. Miranda *d. qu.*22 *art.*4. *verſus finem*, Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5.*q.*166. Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp.* 11. *dub.*3.*n.*6. *in med.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.*3. *diſp.*6 *q* 21. *ſub n.*17.

Contra Sorb. *verb. Nouitius*, vbi de Nouitiorum profeſſionis emiſſione, *verſ. ſed Iulius*, Fr. Emman. *d. qu.* 15. *art.*8 *&* 20. *verſ. aduertendum tandem*, exiſtimantes iuxta prædicti priuilegij tenorem poſſe etiam hodie tempus prioris receptionis cum tempore poſterioris ad perficiendum probationis annum computari.

Dimiſſo Religionis habitu à monaſterio Nouitium recedentem, eo ipſo interrumpere annum probationis, licèt interpellatio ſit modica, & paulo pòſt intra diem pœniteat, tenent Nau. *conſ.* 42. *n.* 4. *de Regul.* Galet. *in Margar. caſuum conſcientiæ verb. Nouitius*, Sanch. 2 *d.c.*4.*n.*32. Soar. *d. c.*15.*n.*3. Peregr. *d. part.*2.*cap.*1 *littera C.* § 8. *verſ. Sed quid*, Barthol. à S. Fauſto *d lib.*5 *q.* 164 Fr. Barth. de Vecchis *d. dub.*3.*n.*7 Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *vbi ſuprà n.* 17. Ego ipſe *d. alleg.*101.*n.*25. 27.

Contra Leſſ. *d. lib.* 2.*c.*41.*dub.*7 exiſtimantem paucorum dierum interpellationem non impedire, & contra Sorb. *d. loco verſ. ſecundò eſt*. Lorich. *in ſuo theſauro tit. de Regul.* §. 9. *verſ. ſi autem ſine licentia*, Nald. *d. verb. Nouitius n.*4 qui cùm dicant interrumpi nouitiatum per exitum Nouitij à clauſtro per tres, aut quatuor dies ſine licentia ſui ſuperioris, videntur docere exitum vnius, vel duorum dierum non eſſe ſufficientem ad hanc interruptionem inducendam.

Si tamen Nouitius de licentia Superioris cum habitu aliqua iuſta de cauſa intra annum probationis extra monaſterium egrediatur, & ibidem per aliquos dies commoretur, poſt acceſſum poſſe licitè profiteri, annúmque per hoc non dici diſcontinuum, reſoluunt Nauar. *conſil.*10.*n.*3. *de Clericis non reſid. & conſil.* 42. *de Reg.* Peregr. *in comment. ad conſt cleric. Regular. p.* 2.*c.*1 *littera C* §. 8. Hieron. Roderic. *d. reſol.* 101.*n.*44. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.* 3.*c.*5. *poſt n.* 18. Flamin. Pariſ. *d. q.* 13. *num.*12. Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de Regularibus deciſ.*15. Fr. Emman. *d. q.*15. *art.*8. Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p.*4 *caſ vltim. in fine*, Lorich. *d.* §.9. *verſ.*4. Campan. *d. rub.* 12. *c.* 3.*n.*3. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.*501. *in* 1 *edit.* alias *reſol.*392 *n.*3. *in* 2. *edit.* Armendar. *d.l.*7. *de Religioſ. n.*13. Bonacin. *de clauſur. q.*2. *puncto* 10. *diffic.* 2.§.2. *n.* 6. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 6. *n.*14. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 6.*c.*14.*n.*13. Diana *moral. reſol. p.*3. *tract.*2. *reſol.*84. Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 4. *quaſt.*8. *à num.*1. Ciarlin *d. lib.* 1.*cap.* 108. *n.* 24. idem Tambur. *de iure Abbatum to.* 3. *diſp.* 6. *quaſt.* 7. *num.*12. *&* 15. *& q.*11. *n.*18. *&* 19. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.*3. *num.* 10. vbi *n.* 11. cum Soar. *eod. c.* 14. *n.* 14. contra Nauarr. intelligunt etiamſi illicitè, & ſine rationabili cauſa conceſſa fuiſſet Nouitio licentia. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 27. Lud. Miranda *d.q.*22 *art.*5. *concl. vnic.* vbi in fine ait huiuſmodi licentiam ad exercendum poſſe tantùm concedere Miniſtros Prouinciales ſi adſint, in ipſorum verò abſentia, & quando facilis ad eos non habetur recurſus, vrgétque neceſſitas, id ipſum poſſe facere Guardianos, & alios Prælatos conuentuales, niſi aliqua ordinatione Generali, ſeu Prouinciali, aut particulari mandato fuerit interdictum. 28.

Google

29. Vnde non interrumpi tempus probationis ſi Nouitius habito Religionis indutus monaſterium ea ſui Superioris licentia exeat cauſa peregrinandi ad ſtationes, vel ad alia loca, vel viſendi parentes, aut cognatos ægrotantes, vel mendicandi, vel recreandi, aut alia huiuſmodi cauſa, benè notant Iacob. de Graff. *d. c.* 5. *n.* 18. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 7. *n.* 16. Fr. Emman. *d. q.* 15. *art.* 8. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.* 11. *dub.* 3. *n.* 12.

30. Hinc etiam non interrumpi dictum tempus probationis ſi Nouitius ex licentia ſuperioris, ob malam valetudinem maneat extra monaſterium, reſoluunt Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *diuerſ. iuris argument. lib.* 2. *cap.* 15. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 166. *n.* 14. *& in addit. ad Marchia deciſ.* 35. *n.* 2. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 3. *n.* 13. vbi refert ita fuiſſe deciſum. Quare ſi Nouitius durante probationis anno curandæ valetudinis cauſa de licentia Superiorum à monaſterio exierit, & poſt reuertatur, eodem tempore profeſſionem emittere poſſe, ac ſi nunquam egreſſus fuiſſet, dicit reſolutum Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 13.

31. Hinc pariter non interrumpi nouitiatum, ſi nouitius retento habitu perterritus ſeueritate, vel iracundia, aut minis, ſeu odio ſuperioris, aut Magiſtri monaſterio tum abditè exeat cauſa ſe celandi, dummodo animum habeat redeundi, tradunt Galuan. *conſil.* 12. *n.* 9. & Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 3. *n.* 15. vbi intelligit dummodo exitus extra monaſterium non ſit talibus circumſtantiis factus, quòd probabiliter præſumi poſſit Nouitium animo deſerendi Religionem egreſſum fuiſſe, de quo etiam Tamburin. *d. to.* 3. *diſp.* 6. *q.* 7. *n.* 18.

32. Completo probationis anno nouitiatum obueniente aliqua rationabili, ſeu iuſta cauſa poſſe prorogari, tradunt Nauar. *conſil.* 30. *de Regularib. in nouis*, Emman. Sà *verb. Religio, n.* 3. Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 10 Galet. *d. verb. profiteri vltim* Leſſ. *d. dub.* 7. *n.* 59 Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 168. Fr. Ludouic. Miranda *in ſuo man. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 11. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. Peregrin. *dict. cap.* 1. *littera* C. §. 11. Aldan. *d. tit.* 25. *num* 10. vbi refert deciſum *ſub die* 31. *Maij* 1597. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 3. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſput.* 11. *dub.* 5. *num.* 3. vbi *n.* 4. poſt Galuan. *conſil.* 12. *à princip.* obſeruat differri non poſſe profeſſionem illorum Nouitiorum, quos ſuperiores expleto probationis anno habiles inuenerint.

33. Nouitium, & monaſterium poſt Concil. Trid. nullatenus poſſe anno nouitiatus renuntiare, tenent Nauar. *conſil.* 33. *ſub tit. de Regularibus in antiq.* aliàs *conſil.* 62. *n.* 5. *in nouis*, Ludou. Beja *d. caſu vlt. verſ. tertio*, Hieron. Roderic. *d. reſol.* 101. *num.* 41. Fr. Emman. *d. tom.* 4. *quæſt.* 14. *art.* 7. *& in ſumm. tom.* 2. *c.* 6. *num.* 10. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 4. *quæſ.* 4. *&* 9. Sanchez *d. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 18. Ludouic. Miranda *d. quæſt.* 22. *art.* 7. *concl. vnic.* Peregr. *dict. cap.* 1. *littera* C. §. 12. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *quæſt.* 170. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 11. *n.* 22. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 32. Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *n.* 22. *diſt.* 54. vbi ſubdit validè diſpenſare Præpoſitum Generalem Societatis IESV poſt exactum integrum annum nouitiatus (non tamen ante illum) cum Nouitio ſuo, vt profiteatur, vel incorporetur in eadē Societate ante decurſum biēnij nouitiatus.

Probationis annum poſſe impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum decimum ſextum, & vi talis probationis poſſe probatum admitti ad profeſſionem expleto decimoſexto anno, aſſerunt Nauar. *conſil.* 30. *n.* 1. *de Regular. in* 1. *edit.* aliàs *conſil.* 20. *n.* 1. *eod. tit. in* 2. *edit.* Henriq. *lib.* 13. *c.* 40. § 2. *in fin.* Galet. *verb. profiteri* 3. Azor. *d. lib.* 12 *c.* 4. *quæſ.* 9. *in fine*, Fr. Emman. *tom.* 3 *q.* 15. *art.* 2. *in fine*, Valer. Reginald. *d. lib.* 18. *n.* 385. *propè fin.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 22. *in fine*; Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 31. 34.

Conuertitur eo ipſo, quòd ingrediuntur monaſterium, poſſunt emittere profeſſionem, iuxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, quæ non eſt ſublata per hoc decretum, & quòd infrà *c.* 18. *in fine*, hac eadem ſeſſ. præſeruantur earum conſtitutiones; ergo multo magis hoc priuilegium Pontificis, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 16. vbi refert deciſum *ſub die* 11. *Ianuarij* 1620. 35.

b Poſt ſuſceptum habitum, &c.] Habitum Regularem à Nouitiis deferendum eſſe de eſſentia, atque ſubſtantia anni probationis, tradunt Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 1. *quæſ.* 9. Fr. Emman. *d. q.* 15. *art.* 9. Sanch. *d. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 19. Fr. Ludouic. Miranda *d. q.* 22. *art.* 6. *concl. vnic* Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 177. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.* 11. *dub.* 7. Reginald. *d. lib.* 18. *n.* 384. Tamburin. *d. diſp.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 6. *& de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 7. *n.* 7. *& quæſt.* 8. *num.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 29 Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c.* 1. *n.* 12. *diſt.* 53. vbi *n.* 13. limitat, niſi regula alicuius Religionis à Pontifice approbata aliud præſcriberet, vel vſus legitimè præſcriptus id obtinuiſſet, limitat etiam niſi talis eſſet Religio, quæ habitum proprium non haberet, vt non habet Societas IESV, cuius Religioſi ex vſu regionis, in qua habitant, veſtiuntur, ſecundum Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6 *c.* 8. *n.* 70. Vnde licet Nouitius deferre debeat habitum, quo regula, vel ſtatutum, aut conſuetudo cuiuſcunque Religionis vti vult, non eſſe tamen de ſubſtantia anni probationis Nouitium induere habitum Nouitiorum ab habitu profeſſorum diſtinctum, reſoluunt Soar. *tom.* 5. *de Relig. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 10. Fr. Barth. de Vecchis *d. dub.* 7. *n.* 3. Tambur. *d. tom.* 3. *diſp.* 6 *q.* 8. *n.* 5. *&* 6. 36.

Per text. in præſenti non tolli profeſſiones tacitas, ſed in ſuo priſtino valore manere, aſſerunt Nauar. *conſil.* 28. *n.* 5. *de Regular. in* 2. *edit.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 42. Sorb. *verb. Nouitius*, vbi de Nouitiorum profeſſione, *verſ. quid autem dicendum*, Azor. *d. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *quæſ.* 6. Fr. Emman. *d. tom.* 3 *q.* 17. *art.* 1. Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. num.* 6. *&* 8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 640. *n.* 34. adden. ad Gregor. *deciſ.* 385. *n.* 6. D. Hieronym. Venero, y Leyua *d. c.* 15. *n.* 5. Fr. Barthol. de Vecchis *in d. praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.* 11. *dub.* 8. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3 *diſp.* 6. *quæſt.* 13. *n.* 10. Rot. *in Vlixbonen. profeſſionis* 10. *Decembris* 1631. *coram R. P. D. Merlino*, Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 5. *cap.* 3. *à n.* 36 Hieron. Roderic. *d. reſol.* 101. *n.* 53. Profeſſionem tacitam inducere Ordinis ſuſceptionem, reſoluit Sel. *d. c.* 18. *n.* 50. aſſerens ſic fuiſſe reſolutum *in Beneuentana* 20. *Decembris* 1619. refert Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 13. *n.* 12. 37.

Renuntiatio,

Renuntiatio,aut Obligatio non poteſt fieri à Nouitiis,etiam fauore cauſæ piæ,niſi cum licentia Epiſcopi,vel Vicarij,finito tempore nouitiatus Superiores admittant Nouitios ad profeſſionem,vel eos è Monaſterio deiiciant,quibus reſtituantur omnia, quæ dederunt Monaſterio ante profeſſionem,vt in text.

CAPVT XVI.

1. *Doctores de materia cap.agentes.*
2. *Obligationis nomine in præſenti intelliguntur omnes contractus lucratiui.*
3. *Donationes inter viuos comprehendit hoc decretum.*
4. *Renuntiationem officiorum publicorum temporalium comprehendit.*
5. *Fideiuſſionem comprehendit.*
6. *Liberationem comprehendit, qua Nouitius tutorem ſeu curatorem ſuum à reddendis ratiociniis liberat.*
7. *Eleemoſynas per Nouitios factas non comprehendit dummodo non ſint modicæ.*
8. *Donationem Deo, ſeu B. Mariæ, vel Sanctis oblatam non comprehendit.*
9. *Victum, & veſtitum, quem pro ſe tribuit Nouitius monaſterio,non comprehendit.*
10. *Expenſas factas pro ſuſtentatione nouitiæ, & Monialium, & pro ſolemnitate profeſſionis, non comprehendit.*
11. *Oblationes, & donationes factas monaſterio à parentibus, vel conſanguineis Nouitiorum ex propriis bonis,non comprehendit.*
12. *Contractus emptionis,venditionis, permutationis,& locationis non comprehendit.*
13. *Renuntiationem beneficij non comprehendit.*
14. *Teſtamenta, codicillos, & donationem cauſa mortis non comprehendit hoc decretum.*
15. *Donatio Nouitij facta cum ſolemnitate huius decreti vt ſit firma, requiritur profeſſionis validitas.*
16. *Profeſſione ratificata ſi illa nulliter emiſſa fuerit, cenſetur quoque renuntiatio ratificata & valida.*
17. *Nouitius ſi iuxta formam huius decreti renuntiauerit legitimam,& facta profeſſione Epiſcopus ſit factus, recuperat ius ſuccedendi in dicta legitima.*
18. *Sæcularis ante habitus ſuſceptionem, & Nouitiatus ingreſſum poteſt etiam intuitu eiuſdem ingreſſus validè de ſuis bonis diſponere illa renuntiando abſque ſolemnitate huius decreti.*
19. *Nouitius poteſt reuocare teſtamentum à ſe factum ante ingreſſum Religionis,& durante eodem Nouitiatu aliud condere.*
20. *Teſtamentum ante profeſſionem factum reuocare non poteſt profeſſus.*
21. *Religioſus profeſſus poteſt teſtamentum ſuum ante profeſſionem confectum declarare.*
22. *Reſeruatio aliquorum bonorum facta per Religioſum ad effectũ teſtãdi de illis non ſuſtinetur.*
23. *Licentia Epiſcopi obtenta requiritur in renuntiatione facienda per nouitium.*
24. *Epiſcopus confirmatus nondum conſecratus poteſt Nouitio licentiam dare ad renuntiandum.*
25. *Archiepiſcopus etiam qui fuerit conſecratus quamvis nondum pallium receperit.*
26. *Capitulum Sede vacante.*
27. *Abbates,& alij Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Epiſcopo ſubiecti.*
28. *Prælati Regulares non poſſunt Nouitio facultatem concedere ad renuntiandum etiam in monaſteriis exemptis,& ſibi ſubiectis.*
29. *Renuntiatio facta ad fauorem Patrum Societatis Ieſu per Nouitium in d. Societate valet, quãvis non fuerit facta cum licentia Epiſcopi.*
30. *Renuntiatio à Nouitio per duos menſes ante profeſſionem facta ſine licentia Epiſcopi, ſeu eius Vicarij eſt ipſo iure nulla.*
31. *Formam laicorum ſtatuto præſcriptam nequaquam oportet ſeruare in renuntiationibus quæ fiunt à Nouitiis.*
32. *Moniales poſſunt finito probationis anno renuntiare dummodo per duos menſes ante profeſſionem.*
33. *Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante poteſt Nouitio licentiam concedere ad renuntiandum.*
34. *Vicariis foraneis non eſt integrum hanc licentiã concedere abſque expreſſa commiſſione ſibi facta.*
35. *Renuntiationem per Nouitium ſufficit fieri toto bimeſtri ante profeſſionem.*
36. *Bimeſtre,quo debet fieri renuntiatio per Nouitiũ computandum eſt de momento ad momentum.*
37. *Profeſſionem differre ex quacunque cauſa facta ſemel renuntiatione bimeſtri illo nihil refert.*
38. *Renuntiatio per Nouitium facta abſque ſolemnitatibus decreti eſt nulla.*
39. *Prælatus, & Conuentus,vel Capitulum dilationem ad profitendum Nouitio poſt annum nouitiatus probato iuſta de cauſa concedere poteſt.*
40. *Nouitij finito nouitiatus anno ad profeſſionem admittuntur.*
41. *Nouitij Societatis I E S V non comprehenduntur hoc decreto.*
42. *Patres Societatis I E S V ſunt verè Religioſi.*
43. *Patres Societatis IESV tria tantum vota ſimplicia emittentes retinent ius & dominium bonorum ſuorum,beneficia,& penſiones.*
44. *Monaſterio nihil tribuendum à parentibus, & conſanguineis Nouitij ante eius profeſſionem.*
45. *Nouitij pater non poteſt dare paramentum Altaris Religioni vbi filius erat in nouitiatu.*
46. *Dotare validè poteſt monaſterio puella exiſtens in eo educationis cauſa.*
47. *Monialibus non licet recipere pecunias, vel aliã rem anticipatò ad cõputũ eleemoſynæ dotalis.*
48. *Nouitio abeunti omnia, quæ ſua erant, reſtitui debent.*
49. *Vnà cum fructibus inde perceptis.*
50. *Exceptis fructibus, quos in eo alendo monaſterium fecit.*
51. *Habitus Religioſus Nouitio exeunti non eſt reſtituendus.*
52. *Dos Nouitiæ intra tempus probationis decedentis hæredibus Nouitiæ reſtituenda.*

NVlla quoque renuntiatio,aut obligatio *antea facta*, etiam cum iuramento,vel in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ valeat, *niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij*

Vicarij fiat *t intra duos menſes proximos ante profeſſionem*, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter verò facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renuntiatione, etiam iurata, *u ſit irrita, & nullius effectus.* ² *b Finito tempore nouitiatus*, Superiores, *t nouitios*, quos habiles inuenerint, ad profitendũ admittãt, aut è monaſterio eos eiiciãt. Per hæc tamẽ ſãcta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, *x quin religio Clericorũ Societatis Ieſu* iuxta pium eorum inſtitutum, *à ſancta Sede Apoſtolica approbatum*, Domino, & eius Eccleſiæ inſeruire poſſint, *μ ſed neque ante profeſſionem*, excepto victu, & veſtitu nouitij, vel nouitiæ illius temporis, quo in probatione eſt, quocũque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, nec facilè ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit, quin potiùs præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante profeſſionem *v omnia reſtituantur, quæ ſua erant*, quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.

u Cap. cum cauſam, in fin. de elect.

1. VIde Nauarr. *conſ.* 7. & 8. *de don. in antiq* aliàs *conſil.* 81. & 82. *de Regul. in nou.* Fr. Emmãn. *quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 47. *art.* 8. Ceuall. *com. nun. contra commun. q.* 806. *n.* 3. *cum ſeqq.* Aluar. Valaſc. *de partit. cap.* 16. *n.* 1. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 2. *collect.* 454. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 50. *verſ. renuntiatio*, Fr. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 2. *c.* 1. *num.* 38. *cum ſeqq.* Steph. Gratian. *Marchia deciſ.* 37. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 139. *verſ. antequam*, Leſſ. *in ſimili tract. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 4. *n.* 40. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *n.* 397. Mat. Antonin. *variar. reſol. lib.* 1. *reſolut. vltim. caſu* 62. Campan. *in diuerſ. iuris canonici, rub.* 12. *cap.* 3. *n.* 10. *cum ſeqq.* & *cap.* 4. *n.* 1. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *qu.* 99. *n.* 18. *cum multis ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 18. *cum ſeqq.* Benedict. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. p.* 4. *§.* 2 *per tot.* Fr. Lud. Miranda *in manual. Prælator. tom.* 1. *qu.* 23. Nicol. Garc. *de beneſic. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 10 *cum ſeqq.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 5. Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 20. *§.* 7. metipſum *in ſimili tract. part.* 3. *alleg.* 99. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib.* 5. *à quæſt.* 178 *vſque ad q.* 200. Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. Regul. reſol.* 53. *ex n.* 10. & 101. *n.* 48. *cum ſeqq.* Portel. *in dubiis regul. verb. Nouitij*, *num.* 37. *cum ſeqq.* D. Hieron. Venero, y Leyua Archiep. Montis Regalis *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 15. *n.* 17. *cum ſeqq.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.* 8. *dub.* 7. *cum ſeqq.* Laurent. de Peirinis *in conſtit. ſuæ Religionis Minimorum, conſt.* 1. *Sixti IV. à n.* 72. latè Peregrin. *in conſt. cleric. Regul. part.* 2. *c.* 1. *littera G. pag.* 151. *cum ſeqq.* Alzedo *de præcellentia Epiſcop. dignitatis part.* 2. *c.* 8. *n.* 44. Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. qu.* 42. *cum ſeqq. pag.* 357. Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp.* 4. *q.* 10. *cum ſeq.* Nouar. *in lucerna Regular. verb. diſpoſitio bonorum*, Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c.* 42. *n.* 13. Sanchez *in conſil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 9. *dub.* 2. *n.* 13. eundem Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. *n.* 83. & latiùs *diſp.* 6. *q.* 10.

2. *a Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio,* &c.] Nomine obligationis in præſenti intelligi omnes contractus lucratiuos, docent Fr. Emman. *in ſum. to.* 2. *c.* 7. *n.* 4. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 179. Laurent. de Peirinis *in conſt. Sixt. IV. n.* 75. Sãch. *d. lib.* 7. *c.* 5. *ex n.* 31. Peregr. *d. p.* 2. *c.* 1. *litt. G. §.* 13.

Vnde textum in præſenti comprehendere donationes inter viuos, tenent Nauarr. *conſil.* 81. & 82. *de Regular. in nouis*, & *comment.* 2. *de Regularib. n.* 51. *in fine*, Menoch. *de arbitr. caſu* 437. *n.* 8. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 139. *col* 9. *verſ. ambiget præterea*, Fr. Emman. *in ſumm. p.* 2. *c.* 7 *n.* 8. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *quæſt.* 180. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 11. *princ. n.* 30. Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 10. Peregrin. *d. part.* 2. *cap.* 1. *litt. G. §.* 6. Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſputat.* 4 *qu.* 10. *n.* 8. *in princ.* Nouar. *in Lucerna Regular. verb. diſpoſitio bonorum numer.* 1. idem Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 4. & *num.* 11. 3.

Habere etiam locum in renuntiatione officiorum publicorum temporalium, vt ſi Nouitius eſſet tabellio, vel aliud huiuſmodi officium haberet, tenent Sanch. *d. c.* 5. *n.* 43. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.* 8. *dub.* 7. *n.* 7. intelligentes ſi fiat renuntiatio officij quatenus ſtatim transferatur in eum, in cuius fauorem fit renuntiatio. Tamburin. *d. diſp.* 4. *q.* 10. *num.* 8. *verſ. idem*, & *d. diſp.* 6. *q.* 10. *n.* 13. 4.

Fideiuſſionem comprehendere hoc decretum, tradunt Sanch. *d. cap.* 5. *num* 34. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.* 8 *dub.* 7. *n.* 8. Tamburin. *d. diſp.* 4. *q.* 10. *n* 8. *verſ. fideiuſſionem*, & *d. diſp.* 6. *q.* 10. *num.* 13. 5.

Liberationem, qua Nouitius tutorem, ſeu curatorem ſuum à reddendis ratiociniis liberat, comprehendere, affirmant Nauarr. *conſil.* 83. *de Regular.* & Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp.* 8. *dub.* 7. *n.* 9. ſubdentes ſecus eſſe ſi hæc liberatio facta ſit à Nouitio in teſtamento non alterando naturam teſtamenti, Tamborin. *d. diſp* 4. *q.* 10. *n.* 8. *verſ. comprehenduntur.* 6.

Eleemoſynas per Nouitios factas non comprehendere, dummodo ſint modicæ, conſideratis facultatibus ipſius Nouitij, aſſerunt Nicol. Garc. *d. c.* 9. *n.* 17. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *quæſ.* 2. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub.* 7. *n.* 11. *verſ. ex dictis*, vbi intelligit de eleemoſynis paruis, vel moderatis. Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. c.* 14. *nu.* 55. *verſ. poſſunt*, Tamburin. *d. q.* 10. *n.* 9. & *d. diſp.* 6. *q.* 10. *n.* 17. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.* 5. *q.* 180. *in fine*, Sanchez *d. lib.* 7. *c.* 5. *n.* 12. Peregrin. *d. p.* 2. *c.* 1. *litteru G. §.* 7. vbi *in verſ. & adueniente*, poſt Sanch. *d. n.* 22. *in fine*, ſubdit, quòd in euentu quo Nouitius exeat à Religione, non teneatur monaſterium dictas eleemoſynas erogatas Nouitio reſtituere. 7.

Donationem Deo, ſeu B. Mariæ, vel Sanctis 8.

oblatam

oblatam non comprehendere, docent Fr.Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 47. *art.*5. Sanch. *d.c.*5. *n.*28. licet Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub.* 7. *n.*11. *in princ.* contrarium teneat, dummodo attentis Nouitij facultatibus ſit alicuius momenti, Tamburin. *d. quæſt.*10. *n.*9.

9. Victum, & veſtitum, quem pro ſe tribuis Nouitius monaſterio, non comprehendere, aſſerit Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.*7. *n.*12. Lezana *d. c.* 24. *n.* 35. *verſ. idem dico.*

10. Quod tribuitur monaſterio, vel Monialibus in ipſa profeſſione, non pro ipſa, ſed pro ſuſtentatione Nouitiæ, & Monialium, & pro ſolemnitate & feſtiuitate profeſſionis iuxta conſuetum morem, non includi ſub hoc decreto, reſoluit Soar. *to.* 5. *de cenſur. diſp.* 21. *ſect.*5. *n.* 15. & idem credit Sanchez *d. c.* 5. *n.*12 de conuiuio facto in ingreſſu in nouitiatum, & de conſuetis tunc dari Monialibus. Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.*6. *q.*10. *n.* 10.

11. Oblationes, donationeſve factis monaſterio, ſeu Religioſis à tutoribus, curatoribus ac conſanguineis Nouitiorum ex propriis bonis, non ex bonis Nouitiorum, minimè comprehendi ſub hoc decreto, aſſerunt Soar. *de Relig. to.* 3. *lib* 5. *c.* 9. *n.*16. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dubit.* 7. *num.*14. idem dicendum de donatione facta à parentibus Nouitij ex propriis ipſorum parentum bonis, non in dotem Nouitij, obſeruat Sanch. *d. c.*5. *n.* 23. Tamburin. *d. tom* 3. *diſp.*6. *q* 10. *n.*12.

12. Contractus emptionis, venditionis, permutationis, locationis, & alios huiuſmodi, in quibus tantundem recipit Nouitius, quantum dat, non comprehendere, reſoluunt Sanchez *d. c.*5. *n* 35. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. dub.* 7. *n.* 11. Laurent. de Peirinis *vbi ſuprà n.* 75. Lezana *d. c.* 24. *n.* 35. *verſ. idem etiam dico*, Tamburin. *dict. diſp.* 4. *quæſt.*10. *n.*11.

13. Renuntiationem beneficij ſub hoc decreto non comprehendi, ac proinde Nouitium habentem beneficium Eccleſiaſticum, poſſe validè illi renunciare, non ſeruata ſolemnitate huius decreti, docet Nicol. Garc. *p.*11. *c.*9. *n.*12. & 13. quem refero, & ſequor Ego ipſe *d. alleg.*99. *n.*9.

Contra Maiol. *de irregular. lib.* 3. *c.* 6. *poſt n.*1. Flamin. Paril. *de reſignat. benefic. lib.* 3. *quæſt.* 13. *à n.* 4. Campan. *d. rubr.* 11. *c.*3. *num.*10. Azor. *inſtit. moral. part.*2. *lib.*7. *cap.*20. *quæſ* 6. Muſſel. *tom.* 1. *ad conſuet. Neapol. part.* 4. *tit. de renuntiat. q.*16. *n.*34. & 35. & *in ſumm. moralis Theolog. tract.* 6. *cap.* 12. *n.* 18. *in fine*, Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 121. *num.*4. & 5. Fr. Ludou. Miranda *tom.*1. *quæſt.*23. *art.*5. Mari. Anton. *in. variar. reſol. d. lib.*1. *reſol.*11. *caſu* 61. Sanch. *d. lib.*7. *c.*5. *n.*38. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *cap* 16 *n.*12. Barthol. à S. Fauſto *in theſaur. Relig. lib.* 5. *q.*181. & *ſeq.* Peregr. *in comment. ad conſtit. cleric. Regul part.*1. *cap.* 1. *littera* G. §. 1. Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp.* 8. *dub.* 7. *num* 4. D. Hieronym Venero, y Leyua *d. cap.* 15. *num.*13. Sperell. *deciſ.*16. *n.*49. Nouar. *in lucerna Regul. verb renuntiatio bonorum, num.* 4. nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum to.* 3. *diſp.*6. *quæſt.* 10. *n.* 3. æſtimantes diſpoſitionem huius decreti vendicare ſibi locum in reſignatione beneficij.

14. Teſtamenta, codicillos, & donationem cauſa mortis ſub hoc decreto non comprehendi, ſcribunt Nau. *comment.* 2. *de Regular. n.*50. & *conſil.* 83. *n.* 2. & 3. *ſub illo tit. de Regular. in nouis*, Gaſp. Theſaur. *deciſ.*56. Tap. *in auth. Ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. ideòque nec de his, c.*1. *n.*15. *in fine*, Humad. *l.*7. *gloſſ.*3. *à n.*4. *zit.*7. *p.*1. Caualcan. Frinz. *deciſ.* 3. *n.* 113. *p.* 3. *ſub tit. de vltim. volunt.* Menoch. *in addit. ad lib.* 2. *de arbitr. caſu* 456. *n.* 16. Molin. *d. diſp.* 139. *verſ. ambiges fortaſſe*, Gutier. *in c. quamvis pactum, de pactis lib.*6 *verb. dum nuperè tradebatur, n.* 4. & *Canon. q. lib.* 2. *c.*1. *n.*6. *cum ſeqq.* Fr. Emman. *in ſumm. tom* 1. *c.*90. *num.*5. & *tom.* 2. *cap.* 7. *n.* 8. & 9. & *quæſt. regular. tom.*3. *q.* 16. *art.* 1. & *tom.*2. *quæſt* 47. *art.* 10. Azor. *d. p.*1. *lib.* 12. *cap.* 2. *quæſ.* 4. *in fine*, & *lib.* 13. *cap.* 9. *quæſ.* 2. Vega *in ſumm. tom.* 1. *c* 91. *caſu* 4 & 14. 1. *c.*50. *caſu* 3. Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ collect.* 584. Emman. Sà *verb. Religio n.*5. Lælij. Zech. *de republ. Eccleſiaſt. tit. de Regularibus cap.* 3. *n.*10. Leſſ. *d. cap.* 41. *num.* 40. Aluar. Valaſc. *d. c.* 6. *à num.*15. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt* 63. *num.*7. & *q.* 121. *n.* 4. Cenod. *ad Decretum collect.* 50. *in fine*, Nicol. Garc. *de benefic. part.*11. *cap.*9. *num.*7. Sanchez *d. cap* 5. *n.*13. Benedict. Ægid. *d.* §. 2. *n.*1. *cum ſeqq.* & *num. vltim.* Fr. Ludou. Miranda *dict. quæſt.* 23. *art.* 4. optimè Campan. *d. rubr.* 2. *c* 13. *num.* 12. Bartholom. à S. Fauſto. *d. lib.*5. *q.*88. & 189. Laurent. de Peirinis *in conſt. ſui ordinis Minimor. conſt.* 1. *Sixt. IV. n.*74. Peregrin. *in comment. ad conſt. cleric. Regular. part* 2. *cap.* 1 *littera* G. § 4. vbi plures refert, Franc. Molin. *d. quæſt.* 99. *n.*26. Armendar. *d. l.* . *de Religion. num.* 21. Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.* 5. *n.*11. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 587. *num.*30. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.* 8. *dub.*10. *num.*5. Ego ipſe *d. alleg.* 99. *num.*12. Hieron. Rodetic. *in compendio quæſt. regul reſol* 51. *n.*10. Tamburin. *d. diſp.* 4. *quæſt.* 10. *n.*12. & *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.*6. *q.*10. *n.*12.

Contra Spin. *in Speculo teſtament. gloſſ.* 12. *princ. n.*50. exiſtimantem nullam renuntiationem, donationem, aut teſtamentum valere eius, qui monaſterium ingreditur, niſi ſeruata huius decreti forma.

Ad hoc vt donatio Nouitij facta cum ſolemnitate huius decreti ſit firma, requiri vt profeſſio valida exiſtat, reſoluunt Barth. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 87. Laurent. de Peirinis *d. conſt.*2. *Sixt. IV. n.*78. Sanchez *d. lib.*7. *c.*5. *n.*55. Peregrin. *in d. cap.* 1. *littera* G. § 17. Lezana *d cap.*24. *num.* 36. Tamburin. *d. diſp.* 4. *quæſt.*12. *n.*3 & *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.*10. *n.*1. Vnde non ſequuta profeſſione, quia mortuus eſt Nouitius antequam eam faceret, vel ad ſæculum rediit, donationem eſſe irritam, & nullam, docent Nauar. *conſil.* 1. *de ſtat. monach. in nouiſ.* alias *conſil.* 9. *de ſucceſſ. ab inteſtat. in nouis*, Fr. Emman. *in ſumm. p.* 1. *c.* 50. *n.* 6. & *tom.* 3. *quæſt regul. q.*47. *art.*11. Paſſarel. *in priuil. Minorum c.* 37. Peregrin. *dict. cap.* 1. *littera* G. §. 14. Sanchez *d c* 5. *n num.* 48. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*5. *quæſt.*87. Ego ipſe *d. alleg.* 99. *n.* 11. *in fine*, Honded. *conſil.*73. *à n.*16. *vol.* 2. Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſp.*8. *dub.*8. *n.*3. & *dub.*9. *n.*6 Laurent. de Peirinis *d. conſtit.*2. *Sixti IV. n* 76. 15.

Ratificata verò profeſſione, ſi illa nulliter emiſſa fuerit, cenſeri quoque renuntiationem ratificatam, & validam, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 146. *p.* 4. Tamburin. *dict. diſp.* 4. *q.* 12. *n.* 2. & Sanch. *d. lib.*7. *c.*5. *n.*56. vbi ait, quòd ſi profeſſio eſſet nulla non ratione ætatis, ſed quia facta eſſet anno non integrè tranſacto, vel ex metu, aut aliis de cauſis, in hoc caſu cùm renuntiatio ab initio valuerit, cuiúſque firmitas pendeat à profeſſione validè emiſſa, quamvis profeſſio fuerit initio irrita, & ſic non confirmarit renuntiationem, cùm tamen ea adhuc 16.

in

in ſuo priſtino valore perſeueret, confirmabitur quoties illa profeſſio ratificata fuerit alia profeſſione, ſiue expreſſa, ſiue tacitè valida, refert Peregr. *d.p.2.c.1, littera G.§.17.*

17. Religionem ingreſſus, qui ſeruata forma huius decreti renuntiauit legitimam paternam, & ius ſuccedendi in materna ad fauorem ipſius monaſterij, emiſſa deinde profeſſione, ſi poſtea ad Epiſcopatum ſit promotus, viuente eius matre, recuperat ius ſuccedendi tam in paterna, quàm in materna legitima, etiam quoad renuntiata, ad fauorem tamen ſuæ Eccleſiæ, ita Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 2. tit. 9. n.* 10. vbi refert ſic ☞ fuiſſe deciſum *ſub die 21. Ianuarij* 1631.

18. *β Antea facta.*] Intelligi de renuntiatione tantùm facta poſt ingreſſum Religionis, non autem de facta ante ingreſſum, ac proinde ſæcularem ante habitus ſuſceptionem, & nouitiatus ingreſſum, poſſe etiam intuitu eiuſdem ingreſſus validè de ſuis bonis diſponere, illa renuntiando, donando, ſeu obligando, abſque ſolemnitate in hoc decreto petita, reſoluunt Mandoſ. *conſil.22.à n. 8. vol.* 1. Paſſarel. *in compend. Minorum, c.37.* Confect. *in priuil. Mendicant. tit. 13. c. 12. & 13.* Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. monaſteria, & conuentus, verſ. dubium illud,* Menoch. *in addit. ad lib. 2. de arbitr. caſ. 456 à num. 3.* Sorb. *in ſuis addit. ad compend. Mendicant. verb. Nouitius, verſ. Sed hic ſunt aliqua aduertenda,* Aluar. Valaſc. *d.c.16. n.21. cum ſeq.* Zanard. *in direct. Theolog. p.2.c.17. verſ. primò ſi ſit facta,* Pottel. *in dub. Regul. verb. nouitius n.* 41. Villalob. *in ſumm. to. 1. tract. 35. diffic. 17. n.4.* Veg *in ſumm. tom. 1. c.91. caſu 4. & tom. 2. c. 50. caſu 3.* Theſaur. *q. forenſ l b.2.q. 56. n.8. & 9.* Megal. *1.2. lib.2.c.27.n.25. & 26.* Nald. *verb. Relig. n.* 1. Fr. Emman. *to.2.q 42. art.8.* Steph. Grat. *Marchia deciſ.* 37. Benedict. Ægid. *in repet. d.l.1. p.4.§.2.n.22. ad fin.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 99. n.30.* Caſtil. *controuerſ. lib.1. de vſufructu c.65. n.7.* Camp. *d. rubr. 12. c.3. n.17.* Nicol. Gare. *d.p.12. c.9. n.15.* Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. Religioſus, pag.226. col.1. & verb. Nouitius* 1. Vgol. *de poteſt. Epiſcopi c. 20. §.7. n.1.* Armend. *d. l. 7. de Religion. n.20. & 25.* Sanch. *d. lib.7. c. 5. n. 4. cum ſeqq.* Barth. à S. Fauſto *d. lib.5. q.183.* Peregr. *d.p.2.c.1. litt. G.§.2.* vbi *in verſ. quintò* ita declarauit, refert declarationem, me citato *in hoc loco,* Aloyſ. Ric. *in deciſ. Curiæ Arch. Neapol. deciſ. 295. ad fin. p.1.* Fr. Barth. de Vecchis *d. diſp.8. dub. 8. n. 4.* Tambur. *de iure Abbatiſſar. diſp.4.q.10.n. 1.* Galet *de renunt. lib. 3. c.7. n.7. pag.217.* Cutelli *de donat. to. 1. tract. 1. diſcurſu 2. p.3 num. 152. & 153.* Nou. *in lucerna Regul. verb. renuntiatio bonorum à n. 9. pag.228.* Melch. Phœbus *deciſ.137. n. 13.* idem Tambur. *de iure Abbatum to.3 diſp.6. q.10. n.20* Ego ipſe *d. alleg. 99. n.17.* & tenuit Rot. ☞ *in Parmen. tranſlationis 20. Decembris 1627. coram R.P.D. Duran verſ. tandem non obſtat,* vbi etiam fuit dictum in donatione facta ab eo, qui adhuc non eſt ingreſſus Religionē, ſed cogitat de ingreſſu, eſſe adhibēdam ſolemnitatem legis ſeu ſtatuti ſæcularis, & ideò donationem factam per filium patri per paucos dies ante ingreſsū in Religione, ſeu habitus ſuſceptione intuitu, & contemplatione eiuſdem Religionis eſſe validam, tuetur Ald. *in compend. Canon. reſol. lib. 2. tit.8. n.15.* vbi ☞ refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die 13. Aprilis* 1630.

Contra Nauar. *conſil.7. & 8. de donat. in antiq. alias conſil. 81. & 82. de Reg. in nouis,* Molin. *de inſtit. tract. 2. diſp.139. verſ. ambiges, & diſp.149. verſ. quoad Eccleſiam, & diſp. 604. n.2.* Cancer. *var. lib. 2. c.18. n.81.* Flamin. Pariſ. *de reſign benef. lib. 3. q.13. n.9.* Fuſc. *de viſit. lib. 2. c.18. n.37.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.12. prin. n.5.* Menoch. *conſil. 388. n. 7.* Emmau. Sà *verb. Religio num.5.* Rojas *in epit. ſucceſſ. c.7. n.30. & 31.* Gut. *in c. quamuis pactū, de pactis lib.6. §. dum nuptui tradebatur, in fin.* Ceuall. *d. q. 115. in fine, & q.121. n.4. & 5.* Azor. *inſt. moral. p. 1. lib.13. c.9. q.2.* Leſſ. *d. lib.2. c.41. n. 39. & 40.* Mari. Anton. *var. reſol. lib.1. reſol. vltim. caſ.* 42. Miranda *d. tom.1. q.23. art.2.* exiſtimantes renuntiationem, ſeu donationem factam ab exiſtente adhuc in ſæculo, prætexto, & intuitu ingreſſus Religionis, nullam, & inualidam eſſe.

Nouitium poſſe reuocare teſtamentum à ſe 19.
factum ante ingreſſum Religionis, & durante eodem nouitiatu aliud condere, communis tenet ſententia, de quo tamen vide Barth. *in auth. Ingreſſi, n. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Butr. *in c. in præſentia n.34. de probat.* Cou. *in c. 2. n. 4. de teſtam.* Clar. *§. Teſtamentum q.28.* Craſſ. *eod. verb. q.34. n. 2.* Guriet. *Canon. lib. 2. c.1. & in d.c. quamuis pactum, verb. dum nuptui tradebatur, n.4.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 9. à n.34.* Gom. *l.3. Tauri num.23.* Fachin. *contrtouerſ. lib 6. cap.14. n.15.* Carol. Tap. *in auth. ingreſſi, verb. ideòque nec de his, à n.46.* Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effect.4. n.31. & 32.* Menoch. *de ſucceſſ. creat. lib.2. §. 20. n. 29. & de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. §.1. n 58.* Marien. *l.1. gloſſ. 3. n. 4. tit. 4. lib.5. noua recopil.* Fr. Emman. *q. Regul. to.3. q.3. art.8.* Ceuall. *commun. contra commun. quaſt. 61. & q. 221.* Azor. *d. p.1. lib.12. c.8.* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 23. art. 8.* Gam. *Luſit. deciſ. 316. n.5. & 6. & deciſ. 375. n.5.* Coſt. *in cap. ſi pater, verb. teſtatorem, n.8. & 10. de teſtament. lib. 6.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem n. 59. & de nominat. emphyt q.6. n.5. cum ſeqq & de poteſt. eligendi c. 3. n. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 18. n.* 397. Aluar. Valaſc. *d.c.16. n.14.* Franc. Molin. *d. q.99. n.23. & 24.* Caſtill. *controu. lib. 1. de vſufructu c. 65. n.6. & lib. 3. cap.12. n.3.* Molin. *d. tract. 2. diſput. 139. dub. vltim. & diſp.64. num.3.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. qu.* 332. latè Sanch. *d. tom. 2. lib.7. c.3. num. 24. cum multis ſeqq.* Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. regul. reſol. 101. n.49.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp.4. q.13.*

Profeſſo tamen integrum non eſſe teſtari etiam 20.
ad pias cauſas, Bartholom. à S. Fauſto *in libello de vitio proprietatis quaſt.* 31. nec teſtamentum ante profeſſionem factum reuocare, tenent Abb. *in c. in præſentia n.61. de probation.* Nauar. *comment. 2. de Regularibus n.* 53. Couarr. *in cap. 2. num. 9. de teſtament.* Gutier. *Canon. lib. 2. c.1. à n.37.* Tap. *in d. auth. Ingreſſi, verb. ideòque nec de his, c. 1. n.67.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 6. rubr. in fine,* Fach. *d. lib. 6. c.15. verſ. ego ſententiam,* Angel. *de meliorum. l. 1. gloſſ.3. n.12.* Fr. Emman *in ſumm. p.2. cap. 32. n.1. & quaſt. regul. tom.3. quaſt.16. art.4. & q. 69. art. 3.* Azor. *d.p.1. lib.12. cap.6. quaſ.5.* Valaſc. *d. cap. 16. n.* 18. Molin. *d. tract. 2. diſput. 140. verſ. vtrùm verò Religioſus* Bened. Ægid. *in repet. d.l.1. part. 4. §. 1. num.6. in fine,* Sanchez *d. tom. 2. lib.7. cap.11.* Mirand. *d. tom.1. q.14 art.10.* Valer. Reginald. *lib.18. c. 27. num.397.* Theſaur. *lib.2. quaſt. forenſ. quaſt.56. n.* 1. Hieron. Roderic. *in compend. quaſt. regul. reſolut. 135. num.1.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt q.268* Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp. 8. dub.12.* Peregr. *d.p.2. cap.1. littera G.§.15.*

Contra DD. *in l.1. ff. de teſtament.* vbi Bart. *n.7.* & Cuman. *num. 5.* Xuar. *alleg. 20. à num* 25. Tell.

l.17.

*l.17.Tauri,n.6.*Decian.*conſil.*31. *lib.*3. Burg.de Pace *l.3.Tauri,n.*688.Matien. *l.1.gloſſ.3. n.4.tit.6.lib.5.noua recop.* Cald.Pereira *de nominat. emphyt. c.3. num.*17. exiſtimantes integrum eſſe profeſſo teſtamentum ante profeſſionem factam reuocare.

21. Religioſum profeſſum poſſe teſtamentum ſuum ante profeſſionem confectum declarare, præcipuè ſi teſtamentum dubiæ, & obſcuræ voluntatis interpretatione indigeat, ipſeque Religioſus declarationem verbis conuenientem proferat, reſoluunt Gozad.*conſ.*41.*n.*15.16.*&* 17.vbi optimè declarat Fr. Emman.*to.3.q.69.art.*3. Valer. Reginald. *d.lib.*18. *c.27.n.*397.Hieron.Roder. *d.reſol.*135.*n.*3. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.7.cap.11.num.*17.Monet. *de commut.vlt.volunt.c.5.q.1.n.*14.Fr.Barth.de Vecchis *d.diſp.*8.*dub.*12.Peregr.*d.c.1.lit.G.§.*36.

Contra Gouar. *in c.1.de teſtam.n.5.&* 9. Nauar. *in cap.non dicatis,ex n.*43. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.1.q.23.art.*10. exiſtimantes non poſſe Religioſum profeſſum teſtamentum ante profeſſionem à ſe factum, poſt profeſſionem declarare.

Hoc decretum vendicare ſibi locum etiam in iis, qui excedunt annum decimum ſextum, & illa verba huius decreti *antea facta*, non referri ad ætatem renunciantis, ſed ad duos menſes proximos ante profeſſionem, reſoluunt Gutier. *canon.lib.2.cap.1. num.*34.Cened.*ad decretam collect.*50.*n.*5.Peregr. *d.p.2.c.1.lit.G.§.*3.Campan.*d.c.3.n.*18. Fr. Emman. *tom.2.q.4.a.*13.benè Franc.Molin.*d.q.99.n.*43.Valaſc.*d.c.16.a.*27. Sanch. *d.c.5.n.*7.Ego ipſe *d.alleg.*99.*n.*18.refert deciſum Armend.*d.l.7.de Religionib. n.*36. & Fr.Barth.de Vecchis *d.diſp.*8.*dub.*8. *num.*1. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. tit. de renunciat. q.16. n.31.cum ſeqq.* Sperel. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ.*16. *n.*48.Lezana *d.c.24.num.*34. *verſ.intelligitur tamen*, contra Menoch. *de arbitr.caſu* 436.*n.*8. & Theſaur. *q.forenſ.lib.2. q.56. n.*7. exiſtimantes renunciationem à Nouitio excedente hanc ætatem, abſque ſolemnitate huius decreti factam non eſſe inualidã.

22. Reſeruatio de aliquibus bonis, quam facit ſibi Miles Hieroſolymitanus in renunciatione facta bonorum ante profeſſionem, ſub prætextu vt de reſeruatis teſtari poſſit, non ſuſtinetur, vt per Aldan: *d.tit.9.n.*4. vbi dicit reſolutum *in Neapolitana 5.Iulij* 1628. At profeſſio, reſeruata ſibi facultate teſtandi de ſuo patrimonio, eſt omninò valida, ex eodem Aldan.*loco citato*, vbi refert deciſum *ſub die 14.Decembris* 1613.

23. *y Niſi cum licentia.*] Obtentam ſcilicet requiri aſſerunt Sanch.*d.c.5.à num.*76.Peregr.*d.p.2.cap.1. lit.C.§.*32.Ego ipſe *d. alleg.99. num.*10. Barth.à S. Fauſto *d.lib.5.q.*191. Laurent. de Franchia *in controuerſ. inter Epiſcopos & Regulares*, *q.42. pag.*357. non tamen in ſcripis deſiderari, obſeruant Barth. de Vecchis *d.diſp.8.dub.9. n.*5. Laurent.de Franchis *d.q.42. pag.* 359. Barthol. à S. Fauſto *citato loco*, *q.*200. vbi *q.*199. ſubdit hanc licentiam poſſe delegari, de quo etiam Sanch. *d.c.5.n.*53. Ego ipſe *d. alleg.99.n.9.* Peregr. *d.part.2. cap.1.lit.C. §.*29. Et neceſſe eſſe, quòd interueniat huiuſmodi licentia in ipſo actu renunciationis, poſt Cened. *canon.q. lib.1. q.6. n.*14. firmauit Rot. *in Romana fideicommiſſi 15.Nouembris* 1624. coram bon. mem. Remboldo, vbi etiam fuit dictum, quòd hæc licentia ob hoc non præſumitur ex lapſu plurium annorum, vnde refert deciſum Fr.Barth.de Vecchis *d. diſp.8. dub.9.n.*3. omiſſa hac licentia, & profeſſione ſecuta nullam eſſe renunciationem.

24. *d Epiſcopi.*] Epiſcopum confirmatum, nondum tamen conſecratum, poſſe hanc licentiam in ſua diœceſi impertiri, reſoluit Sanch.*d.c.5.n.*66. quem refero Ego ipſe *d.alleg.99.n.*3. Peregr. *d.p.2.cap.1. lit.C.§.*25.

25. Archiepiſcopum conſecratum, qui nondum pallium recepit, poſſe huiuſmodi licẽtiam in ſua diœceſi impertiri, reſoluit Sanch.*d.c.5.n.*66. quẽ refero Ego ipſe *d.all.99.n.*4. Peregr. *d.p.2.c.5. lit.C.§.*26.

26. Capitulum Sede vacante poſſe eandem licentiam concedere, tradunt Sanch.*d.c.5.n.*67. Barth. à S.Fauſto *d.lib.5.q.*195.Peregr. *d.p.2. cap.1. lit.C.§.* 261.Tamburin. *d.q.10.n.*3.

27. Abbates, & alios Prælatos habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nullique Epiſcopo ſubiectos, in ſuis diœceſibus poſſe huiuſmodi licentiam concedere, aſſerunt Sanch. *d.cap.5.n.*68. vbi etiam quòd Archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei non habet poteſtatem concedendi hanc licentiam, niſi Epiſcopo eam denegante deuolueretur per appellationem cauſa ad ipſum, Barth. à B.Fauſto *d.lib.5. q.*196.Ego ipſe *d.all.99.n.*6. Fr. Barth. de Vecchis *d.diſp.8.dub.2.n.*2.Peregr.*d.p.1.c.1.lit.C.§.*17.

28. Prælatos regulares eam facultatem concedere non poſſe in monaſteriis exemptis, & ſibi ſubiectis, quia Concil. in præſenti ſolùm Epiſcopi licentiam ad hanc renunciationem petit, obſeruant Fr. Emman. *quæſt.regul.tom.2.q.47.art.*14.Fr.Lud.Miranda *in manual. Prælat.tom.1.q.23.art.6. concluſ.*2. Fr.Barthol. de Vecchis *d.diſp.8.dub.9. n.*2. Peregr. *d.p.2.c.1.lit.C.§.*30. Sanch. *d.cap.5.n.*74. vbi *n.*75. cum eodem Fr.Emman. *in ſumma tom.2. c.7.n.1.in fine*, & Vega *tom.2.c.50.caſu* 3. aſſerit in aliquibus Religionibus in deſuetudinem abiiſſe hanc licentiam petendi ab Epiſcopo, quod ille approbat, ſi conſuetudo fuerit legitimè præſcripta, vt contra hoc Concilij decretum vires obtineat.

29. Renunciatio facta ad fauorem Patrum Societatis Iesv per Nouitium inter Patres dictæ Societatis, eſt valida, non obſtante, quòd non fuerit facta cum licentia Epiſcopi, vt per Sanch. *d.c.5.n.9.cum ſeqq.*Hieron.Roder.*in compend.q.regul.reſol.*53.*num.*15.Sel.*in ſelect.canon.c.19.n.*15. vbi refert deciſum *in Neapolitana 20.Martij* 1621.

30. Renũciatio à Nouitio per duos menſes ante profeſſionem facta ſine licentia Epiſcopi, ſeu eius vicarij, eſt ipſo iure nulla, vt per Rot. *in Romana fideicommiſſi 15.Nouẽbr.1624.corã R.P.D.meo Pirouano.*

31. Formam laicorum ſtatuto præſcriptam nequaquam oportet ſeruare in renunciationibus, quæ à mulieribus profeſſionem emiſſuris habitu Regulari ſuſcepto intra probationis annum factæ fuerint, nec huiuſmodi ſtatuti omiſſio tales renunciationes inualidat, aut nullas, & irritas reddit, vtpote ab his perſonis, ſcilicet Nouitiis factas, quæ ſecundùm præſentem ſtatum, tanquam Eccleſiaſticæ cenſentur, ac proindè legibus laicalibus ſolemnitatem inducentibus ſubiacere non debet, vt per Aldan.*d.tit.9.n.*11.vbi refert deciſum *de anno* 1606. & idem tenuit Rota *in Parmen.tranſactionis 20.Decembris* 1627.*coram R.P.D.Duran.*

32. Moniales poſt lapſum annum probationis, non tamen emiſſa profeſſione, minimè impediuntur renunciare bonis ſuis per duos menſes ante profeſſionem, vt per Aldan.*d.tit.9.n.*12.vbi ait ſic fuiſſe deciſum *in Nucerina 21. Auguſti* 1627.

33. *e Seu eius Vicarij.*] Vicarium Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante poſſe hanc licentiam concedere, tradunt Sbroz. *de officio vicarij lib.2.q.*170. Peregr. *d.p.2.c.1.lit.G.§.*18. Barthol. à S. Fauſto *d.lib.5.q.*197. Sanch.*d.c.5.n.*69. vbi *n.*70. Idem dicendum putat de vicariis quorumcunque Prælatorum iuriſdictione Epiſcopali in ſua diœceſi gaudentium: refero Ego ipſe *d.alleg.99.n.*8. Tamb.*d.q.10. n.*16.

34\. Vicariis verò foraneis non eſſe integrum hanc licentiam concedere abſque expreſſa commiſſione ſibi facta, referunt Sanchez *d.c.5. num.72.* & Barthol.à S.Fauſto *d.lib.5.q.*198.Fr.Barth.de Vecchis *d.diſp.*8.*dub.*9.*num.*2.Peregr.*d.part.*3.*c.*1.*lit.G.§.*28. *verſ.idem dicendum.*

35\. *ζ Intra duos menſes proximos ante profeſſionem.*] Non requiri, vt renunciatio fieri debeat integro bimeſtri ante profeſſionem, ſed ſatis eſſe, vt toto eo bimeſtri ante profeſſionem fiat, quamvis immediatè ante profeſſionem, tenent Sanch. *d.c.5. num.*80.Barth.à S.Fauſto *d.lib.5.q.*192.Peregr.*d.p.2.c.*1. *lit.G.§.*20.

36\. Bimeſtre hoc computandum eſſe de momento ad momentum, & ſecundùm quod occurrit menſis in Kalendario, tradunt Sanch.*d.cap.5.num.*81.Barthol.à S.Fauſto *d.lib.5.quaſt.*193.Fr.Bartholom.de Vecchis *d.diſp.*8.*dub.*9.*num.*5.Peregrin. *d.c.*1.*lit.G. §.*20. *verſ. probatur quia.*Tamburin. *d.quaſt.*10.*n.*4. Spetell.*d.deciſ.*16.*n.*54. Vnde renunciationem factam à Moniali per diem ante duos menſes præfixos in hoc decreto non valere, tenent Aldan. *in compend. canon. reſol. lib.*4. *tit.*3.*n.*8. Vbi refert deciſum *ſub die* 21.*Ianuary* 1617. Tamburin. *d.q.*10. *num.*10.

Contra Lel. Zech. *de republ. eccleſ.tit.de Regular.cap.*3. *num.*14. & Zerol. *in praxi Epiſc. part.*1. *verb. Monachus, in fine*, exiſtimantes id bimeſtre non debere eſſe mathematicum, ſed morale, ac proinde eam renunciationem non eſſe irritam, ſi paulò ante id bimeſtre fiat.

37\. Nihil referre facta ſemel renuntiatione bimeſtri illo ante profeſſionem legitimè faciendam, vt quia tranſacto bimeſtri eſt completa ætas, & annus nouitiatus, differre profeſſionem ex quacunque cauſa dilatio contingat, reſoluit Sanch. *d.c.5.num.*81. & deciſum aſſerit Armend. *d.l.7. de Relig.num.*18.*& n.*27. ſubdit Concilij verba ſupradicta, *intra duos menſes*, verificari, etiamſi vltra plures menſes anni probationis profeſſio fiat, & *num.*22.refert pariter reſolutum tenere renunciationem, quam aliquis fecerit ante profeſſionem per duos menſes, licèt ante expletum decimumſextum annum. Ex quacunque enim cauſa contigerit profeſſionem vltra annum protrahi ſuo valore non deficere renunciationem poſt decimum nouitiatus menſem factam refert deciſum Fr.Barch.de Vecchis *d.diſp.*8. *dub.*9. *n.5.in fine.*

Quid autem ſtante diſpenſatione Apoſtolica, vt Nouitius nono menſe profeſſus ſit, vel minor ſexdecim annis? Vide Sanch.*d.c.5.n.*83.Peregr.*d.p.*2. *cap.*1.*lit.G.§.*11.

38\. *a Sit irrita, & nullius effectus.*] Vide Nauar.*conſil.* 7.*&* 8.*de donation.in antiq.* aliàs *conſil.*81. *&* 82. *de Regular.in nouis*, Azor.*d.p.*1.*lib.*12.*cap.*18. *verſ.*52. Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.*13. *dub.*2. *n.*2. Et quòd renunciatio huiuſmodi ſine licentia Epiſcopi, ſeu eius vicarij facta ſit ipſo iure nulla, cenſuit Rot. *in Romana fideicommiſſi* 15. *Nouembris* 1614.*coram R.P.D. meo Pirouano*, vbi teſtatur ſic declaraſſe S.Congregationem, & refert Mol.*de iuſt.tract.*1.*diſp.*139. *verſ. antequam*, Cened. *canon. q.*6.*a.*3.*&* 4.

39\. *β Finito tempore nouitiatus*, &c.] Prælatum, & Conuentum, vel Capitulum dilationem ad profitendum Nouitio poſt annum nouitiatus probato à ſe pro idoneo, non obſtante hoc decreto, iuſta de cauſa concedere poſſe, reſoluunt Nau. *conſil.*19. *in antiquis*, aliàs 30.*in nouis de Reg.* Sayr. *in fl rib. dec. ſub illo tit. deciſ.*35. Fr.Emman. *in ſum. part.*1. *c.*8. *num.*3. *& quaſt. regul. tom.*1. *q.*15.*art.*10.*in fine*, *& quaſt.*17. *art.*6. Barthol. à S.Fauſto *d. lib.*5. *q.*168. Leſſ.*de iuſtit.lib.*2.*cap.*41.*dub.*7. Sanch. *in præcepta Decalogi,lib.*5.*cap.*4.*num.*6.Hieron. Roder. *in compend.quaſt.Regul.reſol.*101. *n.*83. qui duo poſteriores aſſerunt in Ordine Minorum vſque ad decimum octauum poſſe dilatari profeſſionem iuxta eorum regulam.

40\. *ι Nouitios.*] Loqui de Nouitiis virorum educatis, non autem de Nouitiabus dicit Barthol. à S. Fauſto *d.q.*168. *n.*3. vbi obſeruat ſæpè profeſſionem Monialium differri, donec dotem competentem habeant, de quo etiam Sanch. *d.lib.*5. *cap.*4. *num.*21.Hieron.Roder.*d.reſol.*101. *n.*53. Et reſpiciunt hæc verba tantùm ad habiles, non autem ad inhabiles, vt declarauit ſacra Cong. cuius verba referunt Barth. de Vecchis *in praxi nouit. diſput.* 2. *dub.*1.*a.*3.Tamburin.*de iure Abbatum tom.*3.*diſp.*6. *q.*18.*n.*5.

41\. *κ Quin Religio clericorum Societatis Ieſu*, &c.] Hoc Concilij decretum non habere locum in Nouitiis Societatis IESV, ac proinde eos poſſe renuntiare bona in fauorem Societatis, vel cuiuſcunque, non ſeruata hac forma, nec expectato bimeſtri ante profeſſionem, vel ante vota biennij, tenent Fr.Emman. *quaſt.reg.to.*2.*q.*47.*art.*8.Emman. Sà *verb Religio,a.*5.Molin. *d.tract.*2.*diſp.*139. *verſ. antequam*, Leſſ.*d.lib.*2.*c.*41.*dub.*4.*n.*41. quos refert, & ſequitur Sanch. *d.c* 5. *num.*9. & Ego ipſe *d.alleg.*99.*num.*23.& addit Aldan.*in compend.Canon.reſol.lib.*1.*tit.*16. *n.*10. fuiſſe deciſum, quòd Patres Societatis IESV hoc decreto non ſolùm excepti ſunt quoad emittendam profeſſionem, ſed etiam quoad obligationes, & renunciationes, adeò vt hæ etiam ab eorum nouitiis quandocunque & ſine cuiuſvis licentia factæ nullitati dicti decreti minimè ſubiaceant.

42\. *λ A ſancta Sede Apoſtolica approbatum.*] Patres Societatis IESV eſſe veros Religioſos ſtatuit Gregorius XIII. *in ſua conſt.* incip. *Quanto fructuoſius*, *Kalend. February* 1582. *& in alia* incip. *Aſcendente Domino*, 8. *Kalend. Iuny* 1584. & per eas probant Nau.*comment.*1.*de Reg. a.*19. Mandoſ. *conſil.*83.*n.*3. Fr.Emman. *tom.*1.*q.*1.*art.*4. *& q.*56. *art.*1. Tapia *in auth. Ingreſſi, Cod. de ſacroſ.Eccleſ. verb. monaſteria,cap.*10. *n.*4. Azor. *inſtit. moral.p.*1. *lib.*13.*cap.*7. *quaſ...* Fr.Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.*1.*c.*2. *concluſ.*5. *verſ. ex dictis*, Aldret.*in allegat. pro omnimoda Regular. exemptione, part.*2. *cap.*7.*n.*6. Sanch. *de matrim.lib.*7. *diſp.*15.*n.*15. Nicol. Garc. *de benefic.p.*7.*c.*10. *num.*53. *verſ. & clarius*, Rota *in Capmaquen.penſionis* 18. *Aprilis* 1616. *coram bon. mem. Martino Andrea.*

43\. Statuit præterea Gregorius XIII. in dictis conſtitutionibus, vt qui ex dictis Patribus emiſerint tria vota ſimplicia, poſſint retinere ius, & dominium bonorum ſuorum ad effectum ea diſtribuendi in pios vſus, item & beneficia, ac penſiones, nec poſtea dimiſſi eis priuati remanerent, ita fuit reſolutum per Rot.*in d.Capmaquen.penſionis.*

44\. *μ Sed neque ante profeſſionem*, &c.] Vide Fr. Emman.*quaſt.regul.tom.*2.*q.*47.*a.*5. *& quaſt.*48. *art.*5. Valaſc.*de partition.c.* 16.*n.*32. Stephan. Gratian. *diſcept.foreaſ.cap.*363.*n.*18.*&* 19. Villalob.*in ſum. p.*2.*tract.*35.*diffic.*19.*num.*4.Fr.Ludou. Miranda *de ſacris Monial.lib.q.*9.*art.*9.Hieron.Roder. *in compendio quaſt.regul.reſol.*101.*n.*94.

45\. Nouitij pater non poteſt dare paramentum Altaris Religionis, vbi filius erat in nouitiatu, ex Sel. *in ſelectis Canon.cap.*32.*a.*3. quò loci atteſtatur, ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 12. *Auguſti* 1617.

Donare

46. Donare velidè poteſt ipſi monaſterio virgo, quæ diutius permãſit in monoſterio in habitu Nouitiarum cũ licentia permanendi educationis cauſa, quia non eſt Monialis, ita Sel. *citato loco*, vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Fauẽſinu* 31. *Iulij* 1627.

47. Monialibus nullatenus recipere licet pecunias, vel aliquam aliam rem anticipatè ad computum eleemoſynæ dotalis, quam quætis puella habitum monachalem ſuſceptura perſoluere debet, alioquin tam recipientes, quàm perſoluentes anathemati hoc decreto contento ſunt ſubiecti, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.* 2. *tit.* 25. *n.* 8. vbi teſtatur reſolutum per S. Congregat. Epiſcop. *in Camerinen. de ann.* 1580.

Nouitiæ quando veſtiuntur, vel profeſſionem emittunt, non licet Epiſcopis à propinquis, vel ab alio quocunque donatum, tam comeſtibilia, quàm lintea, etiã parui valoris accipere, neque ab Abbatiſſis in ingreſſu officij, neque ab eiſdem comeſtibilia tantùm in aliquibus ſolemnitatibus nomine totius monaſterij, quãvis antiquiſſima inoleuerit conſuetudo, Aldan. *cit. eo loco*, vbi refert deciſum *ab eadem S. Congreg. in Auerſana* 22. *Ianuary* 1591.

Frater in ingreſſu ſororis ad monaſterium ſe obligans ad alimenta, & alia ſcuta centum, quotieſcunque ſoror non vult emittere profeſſionem frater non tenetur ad centum promiſſa, vt per Aldan. *d. tit.* 25. *n.* 10. qui teſtantur ita deciſum *ſub die* 12. *Auguſti* 1617.

48. *γ Omnia reſtituantur quæ ſua erant.*] Nouitiis nolentibus profiteri, ſed à Religione volentibus egredi, ſunt reſtituenda omnia bona, quæ tempore ingreſſus detulerunt in monaſterium, nec quid minimum ex eis retinere valent Religioſi; quod, vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellere poterit Superiores regulares. Nauar. *conſ.* 1. *de ſtatu monach. in antiq. aliàs conſ.* 9. *de ſucceſſ. ab inteſtat. in nouis.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit. de ſtatu monach. deciſ.* 11. Zerol. *in prax. Epiſcop. p.* 1. *verb. Moniales* § 3. & *p.* 2. *eod. verb. verſ.* 11. Ioan. Valer. *de differens. inter vtrumque forum, verb. Regularis, differens.* 8. Carol. Tap. *in auth. Ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. verb. ſuaſ.* 14. *n.* 16. Cald. Pereira. *in l. ſi curatorem, verb. implorare, à n.* 27. *C. de in integr. reſtit. min.* Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *quaſ.* 2. Carol. de Graſſis *de effectib. clericat. effect.* 4. *ſub n.* 25. Campan. *in diverſ. iuris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *à n.* 125. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 190. Hieron. Venero, y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 16. Laurent. de Franchis *de controu. inter Epiſcop. & Reg. q.* 5. *n.* 10. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. c.* 42. *n.* 11. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 10. *n.* 8. meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 101. *n.* 37.

Vnà cum fructibus inde perceptis, vt intelligit 49.
Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. Nouitius* 5.

Non teneri tamen ſoluere fructus, quos in eo 50.
alendo monaſterium fecit, tenent Barthol. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 191. Sanch. *d. c.* 5. *num.* 25. Villalob. *in ſum. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 16. *n.* 6. Suar. *de Relig. to.* 3. *lib.* 5. *c.* 11. *n.* 5. Diana *moral. reſol. p.* 1. *tract.* 2. *de dub. Regul. reſol.* 16. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 9. *n.* 5.

Habitum religioſum Nouitio exeunti non eſſe 51.
reſtituendum, ſed pretium illius ei eſſe ſoluẽdum, deciſum refero ego ipſe *d. alleg.* 101. *n.* 39. Lezana *in ſum. quæſt. Reg. c.* 25. *n.* 38. *verſ. pro eiſdem, in fin.* Nouar. *in lucerna Religioſ. verb. habitus, n.* 6.

Dotem nouitiæ intra tempus probationis de- 52.
cedentis monaſterio iam ſolutam hæredibus nouitiæ eſſe reſtituendam vnà cum fructibus, ſi quos monaſterium percepiſſet, deducto tamen victu, & veſtitu, refert deciſum Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 50.

Mulieres volentes habitum Religionis aſſumere, ſint maiores 12. *annis, & examinentur ab Ordinario, ſicut & ante emiſſionem profeſſionis. Proinde Præfecta monaſterio certiorem faciat Epiſcopum ante menſem finiti nouitiatus.*

Caput XVII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Puella recipi prohibetur ad habitum probationis in Religione niſi duodecim annis ſit maior.*
3. *Nouitia an bis, vel ſemel ante profeſſionem per Epiſcopum examinanda.*
4. *Pius V. circa examen Nouitiarum.*
5. *Vicarius, niſi Epiſcopo impedito, non poteſt voluntatis Nouitiarum explorationem facere.*
6. *Exploratio voluntatis puellarum profiteri volentium ad Epiſcopum pertinet.*
7. *Epiſcopus intra quod tempus teneatur perficere examen puellarum profiteri volentium.*
8. *Puellis nouitiis qui terminus præfigi debeat ab Ordinario ad liberandum.*
9. *Epiſcopus poteſt Abbatiſſis prohibere ſub Eccleſiaſticis cenſuris, ne quæ puellæ profeſſionem emittant, niſi priùs explorata illius voluntate.*
10. *Epiſcopus etiam in monaſteriis ſuperioribus Regularibus ſubiectis bis examinat eas, quæ Moniales fieri volunt.*
11. *Puella, quæ inconſulto Epiſcopo habitum ſuſcepit Religionis, antequam profiteatur, ab Epiſcopo examinanda eſt.*
12. *Epiſcopus non ingreditur clauſuram pro exploranda voluntate Nouitiæ.*
13. *Monialis, aut Nouitia ſi neget ſe eſſe profeſſam, audire poteſt eam Epiſcopus etiam extrà monaſterium.*
14. *Tertiariarum voluntates Epiſcopus explorare non debet, ſi domi degunt.*
15. *Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in monaſterio ad petitionem illius, qui vult eam in vxorem ducere.*
16. *Epiſcopus poteſt etiam cenſuris coercere Præfectas monaſterio patientes in Religione profiteri Moniales ſine voluntatis exploratione.*

Libertati profeſſionis virginum Deo dicandarũ proſpiciens ſancta Synodus, ſtatuit, atque decernit, vt ſi puella, quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, *α maior duodecim annis ſit, β non antè eum ſuſcipiat, nec poſtea* ipſa, vel alia profeſſionẽ emittat, quàm explorauerit Epiſcopus, vel eo abſente, *γ vel impedito, eius Vicarius*, aut aliquis eorum

ſumptibus ab eis deputatus Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, & ſi voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requiſitas iuxta monaſterij illius, & Ordinis regulam, nec non monaſterium fuerit idoneum liberè ei profiteri liceat, cuius profeſſionis tempus ne Epiſcopus ignoret, *d teneatur Præfecta monaſterii* eum ante menſem certiorem facere. Quod ſi Præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, quandiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2, *c.*18. *n.* 40. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 12. *art.* 2 Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Moniales, pag. mihi* 252. Piaſec. *in ſimili praxi part.* 2. *c.* 2. *n.* 55. *verſ. explorare.* Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 1. *quæſ....* Fr. Ioan. à Cruce *de Relig. lib.* 1. *c.* 8. *in fine,* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 37. *&* 44 *cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 32. *cum ſequentib.* Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialibus q.* 8. *art.* 2. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.* 12. *c.* 16. *à n.* 11. Nauar. *in ſingul. Canon. concluſ.* 89. Hieron. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 9. *c.* 25. meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 100. Hieron. Roder. *in compend. quæſt. reg. reſol.* 101. *n.* 81. *cum ſeqq.* Laurent. de Peyrinis *in formul. Reg. lit. M. c.* 6. *n.* 2. Naoar. *in lucerna Regul. verb. exploratio,* Lezana *in ſum. quæſt. Regul. c.* 25. *n.* 12. Gauant. *in man. Epiſcop. verb. monialium receptio, à n.* 21. Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 4. *q.* 2. *n.* 8. *cum ſeqq.* Sanch. *in conſil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 9. *dub.* 2. *n.* 33.

2. *a Maior duodecim annis ſit,* &c.] Receptionem puellæ cauſa induendi habitum probationis in Religione prohiberi, niſi duodecim annis ſit maior, tradunt Fr. Emman. *quæſt. reg. tom.* 3. *q.* 12. *a.* 1. vbi teſtatur huius ſententiæ fuiſſe omnes Patres, qui ad Concilium Prouinciale Toletanum conuenerunt. Azor. *inſt. moral. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 18. *quæſ.* 55. *&* 56. Nald. *in ſum. verb. habitus* 6. *& verb. Monialis* 5. Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis diſp.* 2. *dub.* 6. *n.* 16.

Contra Mich. Medin. *de ſacror. homin. continent. lib.* 4. *controu.* 9. *cap.* 4. Fr. Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. q.* 8. *art.* 2. *in concluſ.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 33. Soar. *tom.* 3. *de Relig. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 9. Portel. *in dub. Regularib. verb. Nouitia, n.* 1. Villalob. *in ſum. p.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 12. *n.* 2. Hieron Roder. *d. reſol.* 101. *n.* 24. exiſtimantes in hoc decreto non prohiberi puellas duodecim annis minores ingredi Religionem, immo aiunt in eo ſupponi recipi poſſe, aliàs non loqueretur Concilium ſub conditione, *ſi maior duodecim annis fuerit.*

3. *b Non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea,* &c.] Ergo ante ingreſſum, & ante profeſſionem examinari debet ab Epiſcopo; ſed in Hiſpania vſu receptum eſt, eas ſemel tantùm ante profeſſionem examinandas eſſe ab Epiſcopis, & nunquam ante ſuſceptum habitum, ita referunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 12. *a.* 3. Fr. Lud. Miranda *de ſacris Monialib. q.* 8. *art.* 4. Sanch. *d. lib.* 5. *c.* 4 *n.* 84. Villalob. *in ſum. p.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 8. *n.* 2. Hieron. Roder. *d. reſol.* 101. *n.* 84. Portel. *d. verb. Nouitia* 3.

4. Pius V. *in ſua conſtit.* 7. §. 17. *&* 18. hac de re ſic ſtatuit: *Volumus etiam, quòd puellarum Deo dicandarum an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, non niſi infra quindecim dies, poſtquam iuxta Concil. Trid. Epiſcopi, vel eorum Vicarij requiſiti fuerint, fieri poſſit, quibus elapſis amplius in hoc ſe illis intromittere non liceat, cuius occaſione nec Epiſcopus, nec eius vicarius intra ſepta monaſterij ingrediantur, ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quàm eas, quæ præfatum Concilium Trid. iubet eis fieri omninò prohibemus. Ac ſimiliter volumus, quòd puella, ſeu Nouitia ipſa ad alias interrogationes reſpondere minimè teneatur,* pro vt refert Hieron. Roder. *d. reſol.* 101. *n.* 81.

5. *c Vel impedito eius Vicarius.*] Vicarium niſi Epiſcopo impedito non poſſe huiuſmodi voluntatis explorationem facere, reſoluunt Sbroz. *de offic. Vicarij lib.* 2. *q.* 208. Narbona *de appellat. à vicario ad Epiſcopum p.* 1. *n.* 237. Ego ipſe *d. alleg.* 100. *n.* 8.

6. Exploratio voluntatis puellarum profiteri volentium iuxta hoc decretum ad Epiſcopum pertinet, quamvis monaſterium ab eius iuriſdictione exemptum exiſtat, vt refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 37. & Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *c.* 3. *n.* 55. *verſ. explorare.*

7. Poſtquam Epiſcopus à Præfecta, de tempore profeſſionis Nouitiæ ante menſem certior factus fuerit, intra 25. dies examen perficere tenetur, quibus elapſis ampliùs in eo non ſe intromittat, ita reſolutum atteſtantur Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 45. Campan. *d. c.* 16. *n.* 10. Ego ipſe *d. all.* 100. *n.* 2. *in fine.*

8. Puellis, quæ ſumpſerunt ſacrum habitum in aliquo monialium monaſterio, debet ab Ordinario certus dierum numerus 15. vel 20. præfigi, intra quem deliberent, vtrùm velint profiteri, vel non: ſi noluerint, remittendæ ſunt ad domos conſanguineorum, vel affinium, vt referunt deciſum Armend *d. l.* 7. *de Relig. n.* 49. Campan. *d. c.* 16. *n.* 16. Ego ipſe *d. alleg.* 100. *n.* 2.

9. Epiſcopus poteſt prohibere Eccleſiaſticis cenſuris, & aliis pœnis ſibi benè viſis contra Abbatiſſas, & ſuperiores Regulares Monialium ipſis Regularibus ſubiectarũ, ne quæ puella profeſſionem emittat, niſi priùs explorata illius voluntate ab Ordinario ad præſcriptum Concil. in præſenti, ita Sel. *in ſelectis Canon. c.* 35. *n.* 15. vbi atteſtatur ſic reſolutum *in vna Burgen.* 4. *Decembris* 1627. Tamburin. *d. q.* 2. *n.* 8. *cum ſeqq.*

10. Epiſcopus in monaſteriis etiam ſuperioribus Regularibus ſubiectis bis examinat eas, quæ Moniales fieri volunt, primò ſcilicet quando habitum ſuſcipiunt, ſecundò verò tempore profeſſionis, & ideo poterit earundem Rectores compellere, ne habitum Nouitiæ dent, niſi priùs Epiſcopum certiorem faciant, vt puellæ voluntatem explorare valeat, ex Sel. *d. c.* 35. *n.* 18. vbi ait deciſum *in Liman.* 19. *Septembris* 1625. Hodie vſu iam receptum eſt, ſaltem in Hiſpania, ſemel tantùm, id eſt, ante profeſſionem dictas puellas examinare, vt per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 12. *art.* 2. Laurent. de Peyrinis *d. c.* 6. *n.* 2. Miranda *de ſacris Monialib. q.* 8. *art.* 4. Diana *moral. reſol. tract.* 2. *de dub. Regularib. reſol.* 47. Lezana *d. c.* 25. *n.* 12. *verſ. conſuetud.*

11. Puella, quæ inconſulto Epiſcopo habitum ſuſcepit Religionis, antequam profiteatur, ab Epiſcopo examinanda eſt diligenter, vt referunt deciſum Armend. *d. l.* 6. *de Relig. n.* 46. Ego ipſe *d. alleg.* 100. *n.* 4.

12. In hac voluntatis exploratione, ſeu alio ſimili actu, quando fit in ipſo monaſterio, Epiſcopus non ingrediatur clauſuram, ſed ſtet ante feneſtellam cancellorum examinando mentem ipſius puellæ,

puellæ,vt aduertit Paul.Fuſc. *d.n.40.in fine*, & decisum atteſtatur Campan. *d. c.16.num.*15. quem refero Ego ipſe *d.all.*100.*n.6.in fine*. Gauant. *verb. Monialium profeſſio*, *n.*14. & 15. Lezana *d.cap.*25. *n.*12. *in fine*. Nauar. *in lucerna Regul. verb. clauſura. num.6.*

13. Si Monialis, aut Nouitia neget ſe eſſe profeſſam, audire poteſt eam Epiſcopus etiam extra monaſterium, prout reſolutum fuiſſe refert Armend. *d.l.7.de Religion.n.47.*

14. Tertiariarum voluntates Epiſcopus explorare non debet,ſi domi degunt,& ibi votum cælibatus emittant, ex Sel. *d.c.*35.*num.*20. vbi ait ſic deciſum *ſub die* 8.*Nouembris* 1620.

15. Ordinarius non debet explorare volontatem puellæ, quæ habitũ recipit in monaſterio ad petitionem illius,qui vult illam in vxorem ducere, ſed expectandum tempus faciendæ profeſſionis,& tũc ſi ſit ſuſpicio quòd inueſtigetur à Monialibus, pro ſuo officio curabit inde duci in exteriorem Ecclesiam monaſterij,vel in aliam propinquiorẽ, & commodiorem, prout magis conuenire iudicabit, vbi volũtatem eius exquirere poſſit. At ſi nulla ſit ſuſpicio,& nullã aliam iuſtam cauſam ſubeſſe apparebit, tunc non in alio loco,quam ad crates ferreas monaſterij voluntatem puellę explorabit.Ita referunt decisum Armend. *d. lib.7. de Religi.n.48.* Campan.*d.c.* 16.*num.*15. Ego ipſe *de alleg.*100.*n.6.*

δ Teneatur Præfecta monaſterio, &c.] Epiſcopum poſſe coërcere Præfectas monaſterio patientes in Religione profiteri Moniales ſine voluntatis exploratione, non ſolùm pœnis in hoc decreto ſtatutis,& præſcriptis, ſed etiam Ecclaſiaſt.cenſuris & aliis iuris remediis,non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, reſoluit Campan.*d.cap.*16. *n.*17. quem refero Ego ipſe *d. alleg.*100. *n.*12. 16.

Anathematizantur quicunque cogentes puellam, viduam, aut quamcunque mulierem ad ingrediendum monaſterium, emittendam profeſſionem,& ad id fauorem dantes, & quoquo modo eidem actui conſentientes. Excipiuntur caſus iuris.

CAPUT XVIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Rex, & Imperator non comprehenditur in hoc decreto.*
3. *Parentes qui cogunt filias Religioſam vitam ſuſcipere, vel eas ab eo vitæ genere prohibent, incidunt in excommunicationem hîc latam.*
4. *Metus reuerentialis parentum an inducat excommunicationem incutientibus illum.*
5. *Intelligitur de vi coactiua,& non inductiua.*
6. *Viros ad Religionem cogentes non ligantur cenſura huius decreti.*
7. *Fœminam cogens ingredi monaſterium, non vt ibi profiteatur, non ligatur cenſura huius decreti.*
8. *Cogentes mulierem monaſterium ingredi, non excommunicantur ingreſſu non ſequuto.*
9. *Cogentes fœminam ad monaſterij ingreſſum, non vt profiteatur, ſed vt ibi ſæculari habitu retento, educetur, non incurrit hanc excommunicationem.*
10. *Conſilium, auxilium, vel fauorem dans vt mulier cogatur ad ingrediendum monaſterium, incidit in excommunicationem huius decreti.*
11. *Doctores agentes de excommunicatione contra retrahentes fœminas à Religione.*

ANathemati ſancta Synodus ſubiicit *α omnes, & ſingulares perſonas*, cuiuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quàm laicos, ſeculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocunque *β coëgerint* aliquam virginem, vel viduam, *γ aut aliam quamcunque mulierem* inuitam, *δ præterquam in caſibus in iure expreſſis*, *ε ad ingrediendum monaſterium*, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque religionis, vel ad emittendam profeſſionem, *ζ quique conſilium*, auxilium, vel fauorem dederint: quique ſcientes eam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint *η*. a *Simili quoque* anathemati ſubiicit eos, qui ſanctarum virginum, vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo ſine iuſta cauſa impedierint. Eaque omnia, & ſingula, quæ ante profeſſionem vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſeruentur non ſolùm in monaſteriis ſubiectis Epiſcopo, ſed & in aliis quibuſcumque. b Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes, aut Conuertitæ appellantur: in quibus conſtitutiones earum ſeruentur.

a Conc. Tolet.3. c.10. c. puella.20. q.2.c.vlt.12. q.2.

b Conc. Tolet.cap.54. in fin.

1. VIde Nau. *conſil.*55. & 56. *de ſentent. excommun.in antiq.*aliàs *conſ.*5.6. & 7. *de Regul. in nouis*, Sayr. *in florib. deciſ. ſub illo tit.de ſentent. excommun. deciſ.*51. & 52. Paul. Fuſc. *de viſitat.lib.*2. *c.*15.*n.*68. Henriq.*in ſumm. lib.* 11. *cap.*19. §.4. *verſ. ſecundo*, Iacob.de Graff. *in aureis deciſ. p.*1. *lib.*4.*c.*24.*n.*7. Geneb. *ad decretum collect.* 49. *n.*2. & *ad Decretal. collect.*165. *n.*5. Fr.Emman. *q. reg. tom.*3. *q.*14. *art.*3. & *q.*17. *art.*18. & 19. Petr.Ledeſma *in ſum. p.*2. *tract. del ſtado de los Religioſos.c.*5.*concluſ.*8. Zerol.*in praxi Epiſcop. p.*1. *verb. Moniales*, §.22. Soar. *tom.*5. *de cenſur.diſp.*23.*ſect.*5.*n.*8. *de Relig.to.*3.*lib.*5.*c.*9. Azor. *inſt. moral. p.*1. *lib.*13. *c.*9. *quaſ.*2. *verſ. præterea*, Sayr. *in claui Regia,lib.*5.*c.*1. *à n.*27. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib.*18.*n.*375. Fr.Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.*1. *q.*17.*art.*4. *concluſ.*2.& *de ſacris monialib. q.*8. *art.*5. Fr.Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.*1. *c.*8. *dub.*4. *verſ. nota*, Iarè Sanch. *in præcepta Decalog. tom.*1. *lib.*4. *cap.*4. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra*, *lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *de Relig. num.*62. Memoriale Clericor. *c.*9. *num.*60. & 61.

Filliuc. *in quæſt. moralib. tract.* 14. *cap.* 6. *quæſ.* 5. *n.* 89. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.* 5. *q.* 35. *cum ſeq.* Bonacin. *de cenſur. diſp.* 2. *q.* 6. *puncto* 3. & nouiſſimè *de cenſuris extra Bullam diſp.* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 2. *&* 3. Fr. Barth. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis, diſp.* 1. *dub.* 5. *concl.* 4. Hieron. Roder. *in compend. qq. regul. reſol.* 101. *num.* 31. *& num.* 79. *&* 80. Portel. *in addit. ad dubia Regularia verb. Monialis, num.* 5. *cum ſeqq.* Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſp.* 1. *q.* 4. *& diſp.* 2. *q.* 1. meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 104.

2. α *Omnes, & ſingulas perſonas*, &c.] Non tamen Reges, & Imperatores, quia ſpeciali nota digni ſunt, ita Sanch. *in præcepta Decalogi to.* 1. *lib.* 4. *c.* 4. *num.* 1. Bonacin. *de cenſuris extra Bullam, diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 2. *num.* 13. Portel. *d. verb. Monialis, numer.* 6. Contra Soar. *d. tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 5. *n.* 8. *verſ. quæ cenſura eſt generaliſſima.*

3. Parentes, qui cogunt filias Religioſam vitam ſuſcipere, vel eas ab eo vitæ genere prohibent, incidunt in excommunicationem latam in hoc decreto, vt reſoluunt Nau. *in man. c.* 14. *n.* 17. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *q.* 17. *art.* 4. *concl.* 2. Azor. *d. q.* 2. *propè fin. & p.* 2. *lib.* 2. *c.* 21. *q.* 13. Portel. *in dub. Regul. verb. clauſura Monialium, n.* 9. Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 2. *q.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 104. *n.* 9.

4. An autem metus reuerentialis parentum incuſſus ex eo, quòd manifeſtant puellæ ſtatum monachalem illi conuenire ob iuſtas cauſas, v. g. non ſufficientis dotis pro matrimonio, & ſimilium, inducat dictam excommunicationem illum incutientibus? In quo dubio partem negatiuam ſuſtinent Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 708. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 599. *in* 2. *edit.* Portel. *in addit. ad dubia Reg. verb. Moniales, num.* 12. Hieron. Roder. *d. reſol.* 101. *n.* 80. Tambur. *d. tract. diſp.* 3. *q.* 2. *n.* 2. quia parentes, vel conſanguinei in illo timore incutiendo non ſe habent actiuè, ſed ipſa puella metum concipit ob reuerentiam patris, hancque eſſe praxim in tota ferè Eccleſia aſſerunt; immò etiam addit idem Portel. ſi parentes, vel alij importunis precibus ſuaderent puellæ, vt ingrederetur, vel non ingrederetur, non incurrere, quia ſuaſio etiam importuna, non eſt coactio, quod intelligit Hier. Roder. *vbi ſuprà*, caſu quo talis metus reuerentialis incuſſus non excedat limites ſimplicis perſuaſionis: nam ſi metus grauis ſit, & cadens in virum conſtantem, omninò, & abſque dubio præfatam excommunicationem incurrere ſuadentes, ſeu metum incutientes exiſtimat.

5. β *Coëgerint*,] Intelligendum eſſe de vi coactiua, & non inductiua, deciſum atteſtatur Armend. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 62. quem refero Ego ipſe *de all.* 104. *n.* 3. reſoluit Azor. *d. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *q.* 2. *verſ. quæres*, vbi ſubdit hanc pœnam non incurrere illum, qui hæredem inſtituit mulierem ea lege, vt Monialis fiat. Tamburin. *d. tract. diſp.* 3. *q.* 1. *n.* 1. vbi *q.* 3. tenet non eſſe prohibitum puellæ Religionis ingreſſum perſuadere, vel beneuolentiam muneribus abſque vllo pacto captare.

6. γ *Aut aliam quamcumque mulierem*, &c.] Ergo cogentes viros ad Religionem non ligantur cenſura huius decreti, vt per Soar. *d. diſp.* 23. *ſect.* 5. *n.* 8. Sanch. *d. c.* 4. *n.* 3. Filliuc. *in q. moral. tract.* 14. *c.* 5. *quæſt.* 7. *n.* 89. *verſ. dico ſecundò.* Portel. *in addit. ad dubia Regul. verb. Moniales, num.* 7. Bonacin. *d. diſp.* 2. *q.* 2. *puncto* 2. *n.* 15. Fr. Ludou. Miranda *d. concluſ.* 2.

7. δ *Præterquam in caſibus in iure expreſſis.*] Veluti, ſi quis cogeret fœminam ad ingrediendum monaſterium in pœnam alicuius peccati, vel ad cautionem pudicitiæ, vel alia iuſta de cauſa à iure permiſſa, vt per Soar. *d. ſect.* 5. *n.* 9. Filliuc. *d. n.* 89. *verſ. tertiò.* Bonac. *d. puncto* 2. *n.* 14. *verſ. dixi.*

8. ε *Ad ingrediendum monaſterium*, &c.] Cogentes mulierem monaſterium ingredi non excommunicari ingreſſu non ſequuto, reſoluunt Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 51. *& d. conſil.* 55. *de ſentent. excommunic. in antiquis,* aliàs *conſil.* 5. *de Reg. in nouis.* Sayr. *d. deciſ.* 51. *de ſentent. excommunic.* Fr. Ludou. Miranda *d. concluſ.* 2. Ego ipſe *de all.* 104. *n.* 7.

9. Cogentes fœminam ad monaſterij ingreſſum, non vt profiteatur, nec vt habitum ſumat, ſed vt ibi ſeculari retento educetur, donec ætatis aptæ matrimonio ſit, in hanc anathematis pœnam non incidere, tradunt Nau. *conſil.* 56. *de ſentent. excommun. in antiq.* aliàs *conſil.* 6. *de Reg. in nouis*, Zerol. *d. verb. Moniales,* §. 13. Soar. *de ſect.* 5. *num.* 9. Ego ipſe *d. alleg.* 104. *num.* 5. Filliuc. *in q. moral. tract.* 14. *c.* 6. *n.* 89. Portel. *in addit. ad dubia Regularia, verb. moniales, num.* 14. Diana *moral. reſol. p.* 2. *tract.* 1. *miſcel. reſol.* 56. Id tamen limitant Sanch. *d. c.* 4. *n.* 12. Portel. *d. verb. Moniales, numer.* 14. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 8. *n.* 10. Hieron. Roder. *d. reſol.* 101. *n.* 79. quando coactio iſta eſt in ordine ad ſuſcipiendum poſtea Religionis habitum, ſiue ſuaſionibus Monialium, ſiue alia ratione; & addit Portel. *citato loco, n.* 15. quòd hanc cenſuram incurrunt qui puellam liberè ingredientem, vt maneat ibi in habitu ſeculari educationis gratia, poſt ingreſſum cogunt, vt habitum ſuſcipiat Religionis.

10. ζ *Quique conſilium, auxilium*, &c.] Vide Portel. *in addit. ad dubia Reg. verb. Moniales, n.* 17. Hier. Roder. *d. reſol.* 101. *n.* 31. Bonac. *d. punct.* 2. *n.* 10.

11. η *Simili quoque*, &c.) De excommunicatione contra retrahentes fœminas à Religione, latè Bonac. *de cenſuris extra Bullam, diſp.* 2. *q.* 2. *puncto* 3. Soar. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect.* 7. *n.* 9. *&* 10. Filliuc. *tract.* 14. *c.* 6. *quæſt.* 5. *ad fin. n.* 90. Sanch. *d. c.* 4. *n.* 15. Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *c.* 1. *n.* 27. *cum ſeqq.*

Quando, & quomodo ſit audiendus, qui prætendit ſe per vim, aut metum, ſeu ante debitam ætatem profeſſum fuiſſe.

CAPVT XIX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Comprehendit Moniales.*
3. *Habet locum in Regularib. etiam Ordinũ Regulariũ.*
4. *Metus reuerentialis an annullet profeſſionem.*
5. *Profeſſus nulliter non poteſt ſine crimine apoſtaſia ad ſeculum redire.*
6. *Regularis non auditur ſuper nullitate ſuæ profeſſionis niſi intra quinquennium cauſas deduxerit coram Superiore ſuo & Ordinario.*
7. *Quinquennium ad reclamandum quando incipiat.*
8. *Reclamare poteſt etiam poſt quinquennium qui intra illud reclamare non potuit.*
9. *Religioſus vt poſſit audiri poſt quinquennium, quid facere debet.*

10. *Reſti*

10. *Reſtitutio aduerſus lapſum quinquennij quo caſu hodie concedatur.*

11. *Ignorantia, vel impedimentum reclamandi intra quinquennium non poteſt probari iuramento ipſius ignorantis, vel impediti.*

12. *Minor ætate, qui in foro conſcientiæ ſuæ profeſſionis nullitatem ſciuit, nec illam ratam fecit intra quinquennium, tranſacto illo adhuc in foro exteriori poteſt reclamare.*

13. *Profeſſionem quis ratificare præſumitur in dubio intra quinquennium eo tranſacto.*

14. *Religioſus, & verè profeſſus non eſt qui ob vim, vel metum profeſſionem emiſit, ſi illam non ratificauit, & ſolum in foro externo præſumitur eſſe Religioſus.*

15. *Religioſus per vim & metum non tenetur etiam poſt lapſum quinquennij in foro conſcientiæ ex vi voti ſeruare occultè regulas Religionis, nec vota, ſecluſo ſcandalo.*

16. *Religioſus volens ratificare priorem profeſſionem irritam fit verus Religioſus, nec requiritur vt annum nouitiatus iteret.*

17. *Conſenſus, & acceptatio ſuperioris de nouo non requiritur vbi Religioſus ſuam profeſſionem irritam ratificat.*

18. *Profeſſus nulliter neceſſariò ſcire debet ſuam profeſſionem eſſe inualidam, ac eam ratificet, vt de irrita valida fiat.*

19. *Inhabiles ad profitendum poſſunt reclamare etiam tranſacto quinquennio.*

20. *Profeſſi nulliter ob non ſeruatam formam præſcriptam à Sixto V. ea eorum informatione, poſſunt poſt quinquennium reclamare.*

21. *Regularis deducens intra quinquennium nullitatem profeſſionis, tenetur eam probare coniunctim coram Ordinario, & proprio ſuperiore Regulari monaſterij in quo profeſſionem emiſit.*

22. *Superior monaſterij non Religionis.*

23. *Cauſa nullitatis profeſſionis nulla proponendæ ſunt coram ſuperiore & Ordinario copulatiuè.*

24. *Profeſſionem nullam allegare non poteſt habitum ſponte dimittens.*

25. *Si habitum temerè, & abſque cauſa dimiſerit.*

26. *Regularis nullus vigore cuiuſcunque facultatis ſe transferre poteſt ad laxiorem Religionem.*

27. *Papa poteſt ſolum licentiam concedere ad tranſeundum ad laxiorem.*

28. *Papa non ſolet concedere licentiam tranſeundi ad laxiorem, niſi ex iuſtis & legitimis cauſis.*

29. *Prælatus Papa inferior poteſt exiſtente legitima cauſa diſpenſare Regularem ad laxiorem Religionem.*

30. *Decreti in præſenti intellectus à Doctoribus citatis præſtitus.*

31. *Cauſa legitima, & iuſta, quibus diſpenſari poſſit Religioſus quatenus de vna Religione ad aliam laxiorem tranſire valeat, referuntur.*

32. *Regularibus ad ſtrictiorem Religionem tranſire volentibus ſufficit petita, licèt non obtenta licentia à ſuis ſuperioribus.*

33. *Religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis non poſſunt ad alium quemcunque etiam Mendicantium Ordinem ſe transferre, niſi, &c.*

34. *Regulares Ordinum Mendicantium non poſſunt tranſire ad alium Ordinem, præterquam ad Carthuſianos.*

35. *Regulari non eſt concedenda licentia occultè ferendi habitum.*

36. *Habitum ſine cauſa occultantes Religioſi incidunt in excommunicationem.*

37. *Regularis deferens habitum coopertum habitu alterius Religionis an incidat in cenſuras.*

38. *Epiſcopus Monachus tenetur portare habitum ſuæ Religionis.*

39. *Religioſus factus Epiſcopus ſi ſine cauſa habitum Religionis deponat, non incidit in cenſuras.*

40. *Epiſcopi Regulares retento colore habitus ſuæ Religionis poſſunt ſe conformare cum Epiſcopis ſæcularibus in forma.*

a QVicumque β *regularis* prætendat,[a] ſe per vim, γ *& metum* ingreſſum eſſe religio- a Cap. puella 10. q. 1. c.
nem, δ *aut etiam dicat, ante ætatem* debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, ve- cum virum,
litq; habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam eum habitu diſcedere ſine li- de regul.
centia Superiorum, non audiatur, ε *niſi intra quinquennium* tantùm à die profeſſionis, &
tunc non aliter, niſi cauſas quas prætenderit, deduxerit ζ *coram Superiore ſuo, & Ordina-* b Concil.
rio.[b] η *Quod ſi antea habitum* ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandam quamcunque Arelat. 1. c. vlt. Concil.
cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & tanquam apoſtata puniatur, Arelat. 2. c. 5.
interim verò nullo priuilegio ſuæ religionis iuuetur. Nemo etiam regularis cuiuſcumque facultatis vigore θ *transferatur ad laxiorem religionem*, nec detur licentia cuiquam Regulari ι *occultè ferendi habitum* ſuæ religionis.

VIde Nauar. *comment. 4. de regular. num. 73. & 77.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. profeſſio. §. 2. verſ. verum,* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 17. artic. 16. & ſeq.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 12. princip. num. 62. cum ſeq.* Flamin Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 13. quæſt. 5. num. 45. cum ſeq.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. c. 8. dub. 4. verſic. ſecunda concluſio,* Franciſc. Leon. *in theſauro Eccleſiaſtic. parte 2. cap. 1. num. 42.* Ludou. Beja *reſponſ. caſuum conſcient. part. 4. caſu 18.* Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 657. in 1. edit.* aliàs *reſol. 629. in 2. edit. & in praxi aurea, reſol. 18. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitanæ, part. 4. deciſ. 48.* Azor *inſtitut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. q. 10.* Campan. *in diuerſorio iuris canon. rubric. 12. cap. 13. num. 129.* Sanchez de *matrimon. lib. 7. diſp. 37.* Porcel. *in dub. regul. verb. profeſſionis nulla reclamatio, num. 45. cum ſeq.* Villalob. *in ſumma p. 2. tract. 35. difficult. 25. num. 4. cum ſeq.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 41. dub. 7. n. 63.* Flores de Mena *variarum lib. 3. q. 23. n. 68.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 38. & 51.* Fr. Ludouic. Miranda *in manual. Prælator. tom. 1. q. 30. art. 1. cum ſeqq.* Sanctarel. *variarum reſol. quæſt. 48. per tot.* Ioan. Valer. *de differen. inter vtrumque forum, verb. Regulares, different. 2.* Nouar. *in ſingular. Canon. concluſ. 116.* Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q. 2. puncto 10.* Hieron. Roderic. *in compend. qq. regular. reſol. 101. n. 68. cum ſeqq.* Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 35. diffic. 25.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. cap. 2. à n. 7.* Diana *moral. reſolut. part. 3. tract. 2. reſol. 62.* Nouar. *in lucerna Reg. verb. nullitas,* Rota in *Meten. profeſſionis 2. Iulij 1636. coram R. P. D. Carrillo,* impreſſa per Tamburin. *de iure Abbatiſſar. deciſ. 3. n. 16.* D. Felician. de Vega Archiepiſcop. Mexican. *ad c. vene-*

rabilis 20. num. 17. de indic. idem Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum. diſp. 5. q. 21. num. 84. & diſp. 6. q. 25. cum ſeq.* meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 104. num. 10. cum ſeqq.*

2. α *Quicunque.*] Seu *quæcunque*, vt ait Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Monialis, verſ. ad ſecundum reſpondetur.*

3. β *Regularis.*] Etiam Ordinum Militarium, vt refert deciſum Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 8. n. 62.* & nuncupatim hoc decreto comprehendi Milites S. Ioannis Hieroſolymitani teſtantur reſolutum Armend. *d. l. 7. de Religioſibus, n. 51.* Gonzal. *d. gloſſ. 8. n. 61.* Narbona *l. 8. gloſſ. vnic. num. 15. tit. 5. lib. 1. Recop.*

4. γ *Et metum.*] Regularem, qui profeſſionem per vim, vel metum celebrauit, poſſe contra illam reclamare, per hunc text. reſoluit Tamburin. *d. to. 3. diſp. 6. quæſt. 26. n. 7.* Sed quid ſi metus reuerentialis ſit, an annullet profeſſionem, vide Couar. *de ſponſal. part. 2. c. 3. §. 6. num. 7. & 8.* Henriq. *in ſumm. lib. 11. cap. 9. §. 5.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de Regular. deciſ. 91.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 932. propè fin. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 247.* Vbi loquitur de matr. Sanch. *de matrimon. lib. 4. diſp. 6. num. 18. & in præcepta Decalogi in om. 6. lib. 4. c. 5. n. 24. & 26.* Hieronym. Roderic. *d. reſol. 101. num. 78.* Rot. *deciſ. 175. n. 5. p. 1. recent. & in Toletana profeſſionis 19. Nouembris 1614. coram bo. mem. Vbaldo,* meipſum *in collect. ad cap. cum virum n. 8. de Regular.*

5. δ *Aut etiam dicat ante ætatem,* &c.] An nulliter profeſſus poſſit ſine crimine apoſtaſiæ ad ſæculum redire? Negat Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. p. 4. deciſ. 84.*

6. ε *Niſi intra quinquennium,* &c.] Vide Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 12. princip. à n. 61.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 13. q. 5. num. 45. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. profeſſio, §. 1.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 12. c. 4. quæſ. 10.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 744. in 1. edit.* alias *reſol. 629. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 1. deciſ. 182. n. 4.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſium c. 412.* nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 6. q. 25. n. 5.*

Vtrùm autem idem procedat ex parte Religionis, ita ut ea poſt quinquennium eiicere non poſſit Religioſum, quem nouit habuiſſe in profeſſione aliquem defectum? vide Laurent. de Peirinis *tom. 1. de ſubdito Religioſo, q. 1. obedient. c. 25. §. 4.* Lezana *in ſumm. q. Regul. c. 2. n. 7.* qui tenent hoc decreto Concilij non obſtante poſſe Prælatos Religionis etiam tranſacto quinquennio eiicere Religioſum, quem nouerint habuiſſe in profeſſione defectum alicuius conditionis irritantis illam, quia Concilium ſolum videtur determinare illud quinquennium pro reclamatione profeſſorum.

7. Quinquennium prædictum in profeſſione expreſsè facta incipere à die, quo quis illam emiſit, in tacita verò à die quo fecerit actus ſolummodo profeſſis proprios, tradunt Franc. Leo *d. cap. 1. n. 4.* Azor. *d. cap. 4. quæſ. 10. verſ. poſtremò.* Nouat. *in lucerna Reg. verb. reclamare, n. 3. pag. 213.* Tamburin. *d. diſp. 6. quæſt. 25. num. 5. & 6.* Fr. Ludou. Miranda *d. quæſt. 30. art. 1. concluſ. vnica, propè fin.* Ego ipſe *allegat. 104. num. 16.* Bonacin. *d. puncto 10. diffic. 4. num. 1.* vbi *num. 2.* reſoluit diem illam computandam eſſe de momento ad momentum, & *num. 3.* ſubdit præfatum quinquennij ſpatium computandum eſſe à die profeſſionis, etiam in illo, qui tunc temporis laborabat ignorantia inualiditatis profeſſionis, aut alio impedimento.

8. Non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit impeditus, vel quia ignorauit iuſta ignorantia ſuam profeſſionem eſſe irritam, vel ob defectum ætatis poſſe reclamare etiam poſt quinquennium, & vti remedio extraordinario beneficij reſtitutionis in integrum, vt audiatur, reſoluunt Nauar. *commento 4. de Regular. n. 71. verſ. tertio,* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 17. art. 16. ſub fin. & art. 17. verſ. ex quibus,* Azor. *d. lib. 12. cap. 4. quæſ. vltim. in fine,* Sanchez *d. diſput. 37. num. 22.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 550. num. 6. verſic. tandem, & in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapolit. part. 1. deciſ. 182. num. 3. & 4.* Flores de Mena *d. quæſt. 23. n. 68.* Sanctarel. *variar. reſolut. quæſt. 48. num. 3.* Ego ipſe *d. allegat. 104. à n. 17.* Villalob. *part. 2. ſumm. tract. 35. diffic. 25. n. 5. 8. & 9.* Portel. *in dubiis Regular. verb. profeſſio, num. 45.* Hieron. Rodetic. *in compendio quæſt. regul. reſol. 101. n. 68.* Nouat. *in lucerna Regul. verb. reclamare, n. 4.* Leſſ. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 41. dub. 7. n. 66.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 413. num. 9. & cap. 440. num. 25.* Diana *moral. reſol. part. 3. tract. 2. reſol. 53.* Lezana *in ſumm. quæſt. Reg. cap. 2. num. 7.* vbi ait Concilium in præſenti eſſe intelligendum, niſi aliter profeſſi allegauerint legitimas cauſas, ob quas non potuerint intra prædictum tempus reclamare, Tamburin. *d. diſp. 6. q. 25. n. 7.*

Contra Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 13. quæſt. 5. n. 46.* & Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 19.* exiſtimantes elapſo quinquennio dato per hoc decretum non poſſe prætendentem per vim, & metum ſe eſſe ingreſſum Religionem, reclamare, etiamſi toto quinquennio durauerit eadem cauſa, vis, & metus. Item contra Ceual. *comm. contra commun. q. 500. in fine,* & Bonacin. *dicto puncto 10. difficultat. 4. n. 4.* arbitrantes in hoc cap. aſſignari quinquennium ingredientibus Religionem ad reclamandum contra profeſſionem per vim, vel metum factam, ita tamen, vt elapſo illo quinquennio non competat reſtitutio.

9. Sed hodie, vt quis poſſit audiri poſt quinquennium, addit Romæ ſacram Congregationem Concil. Tridentin. ſeu alteram Regularium negotiis præpoſitam, quæ priùs cognitis ſaltem ſummariè nullitatibus deducendis, & iuſto impedimento non reclamandi intra quinquennium, reſtitutionem illius concedere ſolet, & ita non ſemel fieri vidi, quod inſinuarunt Portel. *d. num. 45. verſ. circa quod,* & Hieron. Roderic. *d. reſol. 101. num. 71.* Niger Cyriac. *controuerſ. forenſ. tom. 2. controuerſ. 371. num. 37.* Nouat. *in lucerna Reg. verb. profeſſio, n. 31. pag. 26.*

10. ☞ Vnde *in vna Colimbrien. 27. Aprilis 1630. S. Congregat. Concil.* me informante, conceſſit reſtitutionem in integrum aduersùs lapſum quinquennij puellæ Colimbrien. prætendenti per vim, & metum parentum ingreſſam monaſterium, & profeſſionem emiſiſſe, de quo reclamauit intra quinquennium apud conſanguineos, & alios examinatos, & mortuis parentibus poſt quinquennium apud Collectorem Portugaliæ, & quòd profeſſio fuerit facta in 14. ætatis anno.

11. Ad probandam præfatam ignorantiam, vel impedimentum reclamandi intra quinquennium non ſufficit iuramentum ipſius ignorantis, vel impediti, licèt in aliis cauſis ſufficiat, quia tranſacto quinquennio ius præſumit ſcientiam habere talis decreti, ita Fr. Emman. *in addit. ad ſum. tom. 4. c. 65. n. 6.* Sanch. *d. diſp. 37. n. 14.* Portel. *d. verb. profeſſio, n. 50.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 101. n. 72.*

12. Minor ætate, qui in foro conſcientiæ ſuæ profeſſionis nullitatem ſciuit, nec illam ratam fecit, intra quinquennium, tranſacto illo adhuc in foro exteriori poteſt reclamare, allegando iuſtè ignorantiæ cauſam. Quod ſi ſub iuramento interrogetur an ignorauerit ius, quo poterat intra quinquennium reclamare, licitè poterit iurare ſe ignoraſſe, intelligens apud ſe habuiſſe ignorantiam, & non ſcientiam, cum qua ratificauerit profeſſionem ſuam quam præſumit Concilium ratificaſſe intra quinquennium, ex quo præcipit, vt non audiatur poſt illud elapſum; ſicut qui rogatur à iudice ſub iuramento iuridico, an tranſierit per locum, vbi iacebat homo occiſus, & inde iudex inferat, an ſit talis criminis reus, poteſt vtique licitè iurare nullo modo tranſiſſe, etiamſi à parte rei per talem locum ipſe tranſitus ſit, intelligens intra ſe non tranſiſſe culpabiliter, ſed innocenter, quare ita reſoluunt Sanchez *d. diſp.*37.*n.*18. Portel. *d. verb. profeſſio, n.*51. Sanctarel. *d.quæſt.*48.*n.*15. Hieron. Roder.*d.reſolut.*101.*n.*73. vbi *num.*75. ſubdit profeſſum abſque legitima ætate, vel ſine præuia informatione iuxta conſtitutionem Sixti V. vel ex metu culpabili ex parte ſua non teneri ad ratificandam profeſſionem, ſed poſſe in Religione perſiſtere, vſquequò commoda occaſio egrediendi ſe offerat.

13. In dubio intentionis de ratificanda profeſſione intra quinquennium, eo tranſacto præſumitur illam ratificaſſe, in dubio enim in fauorem Religionis, quæ poſſidet, præſumendum eſt. Nauarr. *conſil.*13.*n.*10.*de Reg.* Villalob.*dict. diffic.*25.*num.*7. Hieron.Roder.*d.reſol.*101.*n.*75.*in fine*, Vide Dian. *p.*4.*tract.*4.*reſol.*40.

14. Non eſſe in foro conſcientiæ verum profeſſum, & Religioſum, qui ob vim, metum, vel aliquod ſimile profeſſionem emiſit, ſi illam non ratificauit, & ſolùm in foro externo præſumi eſſe Religioſum reſoluunt Nauar. *conſil.*23.*num.*5. *& conſil.*89.*n.*6. *& 7.de Regularibus*, Henriq. *in ſumm. lib.*11. *cap.*6. *in comment. & cap.*8. §.9. *in commento.* Sanchez *de matrimon.lib.*7. *diſp.*37. *num.*9. Sanctarel. *d.q.*48. *num.*18. Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis diſp* 14. *dub.*3.*num.*5. Rot. *in Vlisbonen. profeſſionis* 10.*Decembris* 1621.*coram R.P.D.meo Merlino.*

15. Vnde in eodem foro conſcientiæ non teneri, etiam poſt lapſum quinquennij ex vi voti ſeruare occultè regulas Religionis, nec vota, ſecluſo ſcandalo, tradunt Henriq. *d* §.9. *in commento littera S.* Fr. Emman. *in ſumm. part.*2.*c.*92.*concluſ.*5. Sanch. *d.lib.*7.*diſput.*37.*n.*36. Azor. *d.part.*1. *lib.*12.*cap.*5. *quæſ.*1. Bonacina *d.puncto* 10. *diffic.*1. *num.*1. Sanctarel.*d.quæſt.*48.*ex num.*24. vbi *à num.* 21. reſoluit quòd Prælatus regularis cui conſtat talem profeſſum non ratificaſſe ſuam profeſſionem, poteſt occultè illum à Religione dimittere, etiam elapſo quinquennio.

16. Religioſum volentem ratificare priorem profeſſionem irritam, fieri verum Religioſum, nec requiri, vt annum nouitiatus iteret, tradunt Nauarr. *conſil.*27. *n.*2. *de Regularibus*, Azor. *d. lib.*12. *cap.*1. *quæſ.*6.*verſ.ſi quæras*, Portel.*d.verb. profeſſio.num.*53. Villalob.*d.tract.*35.*diffic.*24. *num.*5.6. *&* 8. Bonacin. *d.puncto* 10.*diffic.*1. *num.*5. Sanctarel. *d.q.*48. *num.*53. *cum ſeqq.* Hieron Roderic. *d.reſolut.*101. *num.*76. Sanchez *d.diſp.*37. *num.*49. *cum ſeqq.* Leſſ. *de iuſtit.lib.*2.*cap.*41.*num.*66. Soar. *tom.*3.*de Relig. lib.*7.*cap.*1.*num.*8. Barthol.de Vecchis *d.diſput.*14. *dub.*5.*à princ.* vbi declarat multipliciter, & præcipuè *num.*6. cenſet non eſſe iterandum nouitiatum, etiamſi publica eſſet nullitas profeſſionis, & nouitiatus, ob profeſſi inhabilitatem.

17. Conſenſum, & acceptationem Superioris de nouo non requiri vbi Religioſus ſuam profeſſionem irritam ratificat, cum Nauarr. Fr. Emman. & aliis docet Sanctarel. *d.quæſt.*48. *num.*30. Soar. *de Relig.tom.*3.*lib.*7.*cap* 1.*num.*16. Leſſ. *de iuſtit.lib.*2. *cap.*41.*num.*67. Bartholom. de Vecchis *vbi ſuprà dub.*4.*num.*7.

Contra Sanchez *de matrimon. lib.*2. *diſp.*35.*n.*4. *& lib.*7.*diſp.*37.*n.*64. Bonacin. *d puncto* 10.*diffic.*1. exiſtimantes in hoc caſu non ſatis eſſe ſolo interno actu profeſſionem reuocari, ſed oportere iterum profeſſionem recipi actu externo, & monaſterij ſuperiore denuò admittente.

18. Notátque tamen Sanctarel. *d.quæſt.*48.*num* 40. *cum ſeqq.* neceſſariò requiri ad hoc vt profeſſio irrita, valida fiat, & conualeſcat, quòd profeſſus ſciat ſuam profeſſionem eſſe inualidam, eamque poſtea ratificet; cuius tamen contrarium videtur cenſuiſſe ſacram Congregat. vt teſtatur Rota *in Meten. profeſſionis* 2. *Iunij* 1636 *coram R.P.D.Carrillo*, impreſſa per Tamburin. *poſt tract. de iure Abbatiſſar.deciſ.*3.*num.*12. Et idem Sanctarel. *d q.*48. *num.*45.*verſ.dico duodecimò*, ſubdit, quòd ſi huiuſmodi profeſſus dubitet an priorem profeſſionem inualidam ratificauerit, debet tranſacto quinquennio præſumere, quòd eam ratificauerit, & *numero* 50. tenet minimè eſſe credendum profeſſo dicenti ſe intra quinquennium non ratificaſſe profeſſionem.

19. Inhabiles ad profitendum, putà habentes perpetuum impedimentum, poſſe reclamare etiam tranſacto quinquennio, quia iſti ratione inhabilitatis numquam præſumuntur tacitè profeſſi, neque Concilium loquitur de huiuſmodi perſonis, obſeruant Nauar.*conſil.*26.*n.*12. *& vltim.de Regularibus*, Bonacin.*d.puncto* 10.*diffic.*4.*n.*7. Sanctarel. *d.q.*48 *n.*36. Portel.*d. verb. profeſſio.n.*5. Villalob. *vbi ſuprà n.*8. Hieron.Roder.*d. reſol.*101. *num.*74. Tamburin.*d.diſp.*6.*q.*26.*n.*9.

20. Nulliter profeſſos, quia non fuit in eorum informatione ſeruata forma præſcripta à Sixto V. de qua latè Fr.Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouitiis, diſp.*6. poſſe etiam poſt quinquennium reclamare, cùm eorum profeſſio annulletur propter bonum commune Religionis, atteſtatur ab eodem Sixto V. declaratum Aloyſ.Ricc. *d. praxi fori Eccleſ. reſol.*550.*in fine*, quem refero Ego ipſe *d.alleg.*104. *n.*2. Villalob.*in ſumm.part.*2.*tract* 35. *diffic.*25. *n.*8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*5. *cap.* 440. *num.*14. Rota *deciſ.*175. *num.*3. *part.*1. *recentior.* Hieron Roderic. *d.reſol.*101.*n.*74. vbi ſubdit hoc debere intelligi in profeſſo ante conſtitutionem Clementis VIII. qui anno Domini 1602. abſtulit huiuſmodi impedimentum irritans profeſſionem ſine præuia informatione.

21. [*Coram Superiore ſuo, & Ordinario.*] Regularem deducentem intra quinquennium nullitatem profeſſionis, teneri eam probare coniunctim coram proprio Superiore Regulari illius monaſterij, in quo profeſſionem emiſit, & coram Ordinario illius loci, vbi exiſtit monaſterium, deciſum fuiſſe *ſub die* 1.*Decembr.*1593. teſtatur Armend. *d.alleg.*104. *Religion.n.*18. quem refero Ego ipſe *d. alleg.*104. *num.*12. Vide Fr.Emman. *tom.*1. *quæſt.*36.*art.* 3. Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ p.*4.*caſu* 18. *fol.mihi* 424.*verſo*, Bonacin. *d. puncto* 10 *diff.* 3.*n.*3. Nouar. *in lucerna Regular. verb. nullitas* 1. *pag.*177.

Tamburin.

22. Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 26. n. 3.* Superior autem, cui commiſſiones ſuper nullitate profeſſionia ex præſcripto Concilij in hoc loco directæ ſunt, vnà cum Ordinario, intelligitur de Superiore monaſterij, non Religionis, ita Sel. *in ſelectis Canon. cap. 80. n. 10.* vbi refert deciſum *in Meten. & Romana 7. Aprilis 1629.*

23. Vnde colligit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 20. reſolutum fuiſſe cauſas nullitatis profeſſionis nullæ ita proponendas eſſe coram ſuperiore & Ordinario copulatiuè, vt ſi ſuperior per ſe ſolum profeſſionem nullam declaret, Religioſumque è monaſterio eiiciat, illum teneatur ad monaſterium reuocare, refert Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 6. q. 26. num. 3.*

24. *Quòd ſi antea habitum, &c.*] Vide Nauar. *dict. comment. 4. de Regul. num. 77. & 78.* Azor. *d. part. 1. lib. 12. cap. 5. quæſ. 10. in fine.* Franc. Leo *d. c. 1. n. 42.* Portel. *d. verb. profeſſion. 46.* Fr. Ludou. Miranda *d. quæſt. 30. artic. in princip. & concluſ. 1.* aſſerit reclamationem de nullitate profeſſionis faciendam eſſe cum habitu, atque habitu Religionis retento, aliàs reclamantē non exaudiri, refero Ego ipſe *d. allegat. 104. num. 12.* Lezana *d. cap. 2. num. 8.* Dimiſſionem tamen habitus non impedire vt Regularis non audiatur ſuper nullitate profeſſionis, ſi poſteà eundem habitum reaſſumat, reſoluunt Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr. 12. c. 11. n. 18.* Soar. *de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 3. n. 14.* Portel. *in dub. Regular. verb. profeſſionis nullitas, n. 45.* Gratian. *d. c. 413. n. 7. & 8.* Villalob. *in ſumm. tom. 2. tract. 35. diffic. 15. num. 4.* Diana *moral. reſol. part. 3. tract. 2. reſol. 53. in fine* Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 26. num. 2.*

25. Et hoc eſſe intelligendum, quando habitum temerè abſque cauſa dimiſit, ac proinde ſi haberet iuſtam cauſam admittendi, debere audiri tradunt Azor. *d. cap. 4. quæſ. vltim.* Nauar. *dict. comment. 4. num. vltim.* Fr. Emman. *tom. 3. quæſt. 57. artic. 17. circa med.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 37. n. 3.* Aloyſ. Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. deciſ. 48. n. 7. & 8. part. 4.* Bonac. *dict. puncto 10. diffic. 3. n. 1.* Tamburin. *d. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 26. n. 2.* Quodque etiam intelligendum eſt procedere in foro exteriori, non in interiori, ſi cauſa ſubſit aliter faciendi, Lezana *d. c. 2. n. 8.*

26. *Transferatur ad laxiorem Religionem.*] Nullum Regularem vigore cuiuſcunque facultatis ſe tráſferre poſſe ad laxiorem Religionem, tradunt Nauar. *conſil. 56. num. 3. de Regularib.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 55.* Azor. *d. p. 1. lib. 12. c. 14. quæſ. 14. verſ. in Concilio Tridentino.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 3. collectan. 521.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 434.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. c. 29. n. 412. cum ſeqq.* latè Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib. 1. c. 7. dub. 3.* Barth. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 5. q. 345.* Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, q. 2. puncto 9. §. 3. diffic. 1. num. 13.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 8. c. 5. n. 4.* Villalob. *in ſumm. p. 2. tract. 35. diffic. 13.* Portel. *in dub. regul. verb. Religionis tranſitus,* Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol. 123. à n. 55.*

27. Ad tranſeundum enim ad laxiorem Religionem nulla legitima cauſa exiſtente ſolum Romanum Pontificem poſſe licentiam concedere, reſoluunt Nauarr. *conſil. 88. n. 2. de Regular. in nouis, & commento 4. de Regularibus, n. 10. verſ. 2. addo,* Fr. Emman. *tom. 3. quæſt. 52. art. 10.* Azor. *d. c. 14. quæſt. 8. in fine,* Leſſ. *de iuſt. lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 102.* Fr. Ludouic. Miranda *in Man. Prælat. tom. 1. q. 31. art. 5. & concluſ. 3.* Sanchez *in præcepta Decalogi to. 2. lib. 6. cap. 7. num. 67.* Stephan. Gratian. *d. c. 434. num. 6.* Soar. *de Religione tom. 4. lib. 3. cap. 11. num. 17. cum multis ſeqq.* Anton. Ricciul. *de iure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib. 8. cap. 4. n. 1.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 123. num. 63.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis diſput. 15. dub. 5. n. 1.* Huiuſmodi autem tranſitum ſic abſque iuſta cauſa factum, Religioſum in foro conſcientiæ tutum minimè reddere, obſeruant Nau. *d. conſil. 88. num. 2.* Stephan. Gratian. *d. cap. 434. n. 17.* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 31. art. 6.* Anton. Ricciul. *d. cap. 4. num. 3.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt. 347.* Fr. Emman. *tom. 4. ſum. c. 113. n. 7.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 123. n. 91. & 65.*

Et ideò Papam non ſolere concedere licentiam tranſeundi ad laxiorem, niſi ex iuſtis, & legitimis cauſis, pluries in facti contingentia ſe expertum fuiſſe refert Anton. Ricciul. *d. c. 4. num. 4.* qui licèt *ibidem in verſ. dubitari ſolet,* teneat requiri hoc caſu denegationem Concilij in præſenti, contrarium tamen tanquam tutius reſoluunt Nauarr. *conſil. 62.* aliàs *65. in fine, de Regularibus,* Stephan. Gratian. *d. c. 434. n. 20.* 28.

Exiſtente legitima cauſa, poſſe Prælatum Pontifice inferiorem diſpenſare Regularem ad laxiorem Religionem, quamuis ad Pontificem facilis ſit aditus, concludunt Nauarr. *commento 4. de Regularibus, n. 11. verſ. quintò,* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 31. art. 6. concl. 3.* Fr. Emman. *d. tom. 3. q. 52. art. 9. ſtatim in princ.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 2. c. 7. num. 53.* Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib. 5. quæſt. 345. in princ.* Sanctarel. *de apoſtaſ. c. 8. num. 27.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 5. ex num. 2. & ex num. 7.* probat ad hunc tranſitum legitimè faciendum, neceſſarium vnà cum licentia ſuperioris eſſe aſſenſum Conuentus. 29.

Ad decretum Concilij in præſenti prohibentis Regulari cuiuſcumque facultatis vigore transferri ad laxiorem Religionem, reſpondent infrà citandi intelligendum eſſe ſine iuſta cauſa, & ſine conſenſu Capituli, aut non præmiſſa cauſæ cognitione, vt olim interdum fiebat ab aliquibus Prælatis obtentu ſuorum priuilegiorum; non autem per facultates cum iure communi congruentes, quales ſunt quæ conceduntur iuſtis de cauſis, & ſeruato debito iuris ordine, ita Nauarr. *conſil. 56. n. 2. de Regularibus, & commento 4. de Regular. n. 11.* Sayr. *d. deciſ. 55.* Fr. Emman. *in ſumm. to. 2. cap. 6. n. 8.* Azor. *d. lib. 12. c. 15. quæſ. 1.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 103.* Sanchez *d. c. 7. n. 68.* Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 5. quæſt. 345. n. 2.* Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt. 31. art. 13. ad fin.* Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub. 5. num. 6.* 30.

Legitimas, & iuſtas cauſas, quibus diſpenſari poſſit Religioſus, quatenus de vna Religione ad aliam laxiorem tranſire valeat, adducunt Doctores infrà citandi, veluti ſi Religioſus, ob infirmitatem, aut corporis debilitatem ferre nequeat auſteritatem Religionis, ad quam ſe primò contulit, ita Syluest. *verb. Religio 4. q. 2.* Leſſ. *d. lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 102.* Fr. Emman. *d. quæſt. 52. art. 9.* Azor. *d. cap. 14. quæſ. 8. verſ. quartò,* Sanchez *d. c. 7. n. 72.* Fr. Bartholom. de Vecchis *d. diſput. 15. dub. 6. n. 2.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 123. n. 64.* Aut ſi Religioſus in priori Religione odio habeatur à cæteris Religioſis, aut indignè, & malè tractetur, ſecundùm Azor. & Sanchez *citatis locis.* Aut ſi aliis ſit exoſus, Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. c. 29. num. 414.* Aut ſi propter ſuam ſimplicitatem nun 31.

intellexit

intellexit ſufficienter regulam, vel conſtitutiones tempore profeſſionis, & poſtea vult laxiùs viuere, aut ſi habens parentes in graui neceſſitate conſtitutos non poſſit in priori Religione eorum neceſſitati ſuccurrere per modos ſuæ regulæ congruentes, Fr. Emman. *d. art.* 9. Sanchez *citato loco*, Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt.* 31. *art.* 6. *concluſ.* 2. Fr. Barthol. de Vecchis *d. diſp.* 15. *dub.* 6. *n.* 3. vbi *dub.* 7. reſoluit difficultatem grauem, quam experitur Religioſus in obſeruandis ſuæ Religionis auſteritatibus eſſe ſufficientem cauſam ad diſpenſandum ad laxiorem Religionem, ſi ratione huius difficultatis vehementer tranſgreſſionis regulæ, ſeu ſtatutorum probabilitas immineat, & *dub.* 8. tenet ſuperiorem antequam diſpenſet ſubditum ad laxiorem Religionem, debere cauſæ huius diſpenſationis cognitionem præmittere.

32. Regularibus ad ſtrictiorem Religionem tranſire volentibus, ſi beneuolos in ea inueniant receptores, ac deuotionis feruore ductis, nõ autem alicuius criminis perpetrati pœnam ſubterfugituris, ſufficit petita, licèt non obtenta licentia à ſuis Superioribus, Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 1. vbi refert ita fuiſſe reſolutum per S. Congr. Epiſcop *ſub die* 13. *Septembris* 1583.

33. Religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis non poſſunt ad alium quemcumque etiam Mendicantium Ordinem ſe transferre, niſi petita à ſuperioribus licentia, cognitáque, & approbata priùs ab eadem S Congregat tranſitus cauſa, ac inuentis in Religione, ad quam tranſire intendunt, beneuolis receptoribus, nec non ſeruata, vbi opus fuerit, felic. recordat. Sixti Papæ V. conſtitutione *ſub die* 15. *Martij* 1616. cuius meminit Tamburin. *d. to.* 3. *diſp.* 7. q. 2. *n.* 8.

34. Regulares Ordinum Mendicantium non poſſunt tranſire ad alium Ordinem, præterquam ad Carthuſianos, inter quos poſtmodum Mendicantes huiuſmodi iuxta conſtitutionem Clementis VIII. voce actiua & paſſiua carent, atque ad quæuis officia, & miniſteria, ac gradus iſtius Religionis perpetuò inhabiles exiſtunt, ita Aldan *d. tit.* 16. *n.* 5. vbi dicit ita reſcripſiſſe eandem S. Congregat. Generalis Carthuſianorum *de menſe Martij* 1596. Idem Minores Obſeruantes non poſſe ad Minimos tranſire niſi de licentia ſummi Pont. & à conuerſo per Conſtit. Pij V. confirmatam à Gregorio XIII. atteſtatur Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 10.

Patres Societatis IESV poſt emiſſa vota ſecundùm eorum Conſtitutiones, non poſſunt ad aliam Religionem transferri, excepta Carthuſiana, niſi de expreſſa licentia Præpoſiti generalis eiuſdem Societatis, aut Sedis Apoſt. ita Tamburin. *d. to.* 3. *diſp.* 7. *q.* 2. *n.* 9.

Capuccini ad laxiorem Religionem abſque ſpeciali Sedis Apoſtol. licentia tranſire non poſſunt: ad Carthuſienſes verò, ſeu quemcumque alium Ordinem vel Congregationem, niſi de Miniſtri generalis pro tempore exiſtentis licentia in ſcriptis obtenta quouis prætextu, aut ex quauis cauſa tranſire non poſſunt. Ita S.D.N. Vrbanus VIII. in ſua conſtit. incip. *Iniuncti*, 9. *Auguſti* 1628. cuius meminit Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp.* 7. q. 2. *n.* 11. & ex Bartholom. de Vecchis *in praxi nouit. diſput.* 15. *dub.* 3. *n.* 6. dicit quòd nullus Capuccinos ad Ordinem ſancti Franciſci de Paula, & nullus frater ſancti Franciſci de Paula ad Capuccinos vllo vnquam tempore, & quantumcunque iuſtiſſima de cauſa etiam de licentia ſuorum Superiorum ſe transferre poteſt.

Cætera, quæ occurrere poſſunt circa materiam tranſeundi de vna Religione ad aliam, & quis poſſit licentiam concedere, latè tractaui *in collect. ad cap. licèt* 18. *de Regularibus*, & ibi citatis addo nouiſſimè Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 7. *q.* 1. *cum ſeqq.*

Occultè ferendi habitum, &c.] Vide Iabob. de Graff. *in aureis deciſ. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *de Regularibus, num.* 72. Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 76. *artic.* 3. Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 23. *ſect.* 4. *num.* 34. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *num.* 406. Fr. Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. lib.* 1. *c.* 7. *dub.* 4. 35.

Habitum ſine cauſa occultantem eo modo, vt à circumſtantibus cognoſci nequeat, cuius Ordinis Religioſus ille ſit, incidere in excommunicationem contra dimittentes habitum latam, tradunt Caietan. *in ſumm. verb. excommunicatio, c.* 61. Nauar. *in manual. cap.* 27. *numer.* 131. Bañes 2. 2. *diſputat.* 1. *quæſt.* 12. *puncto* 1. *in fine*. frater Emman. *tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 2. & *tom.* 2. *quæſt.* 76. *articul.* 6. *notab.* 2. Azor. *d. part.* 1. *lib.* 12 *c.* 13. *quæſt.* 5. *caſu* 16. & *cap.* 17. *quæſ.* 10. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Religioſi, pag.* 126. Curiolan. *de caſibus reſeruat. part.* 2. *caſ.* 2. *de apoſtaſia, num.* 2. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *capite* 8. *numer.* 63. 36.

Quid ſi Regularis deferat habitum coopertum habitu alterius Religionis? Vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. deciſ.* 214. *p.* 4. & quid ſi ſuæ Religionis habitu depoſito alterius Religionis amictum aſſumat, vide Sanchez *d. c.* 8. *num.* 65. 37.

Epiſcopum Monachum teneri portare habitum ſuæ Religionis, nec poſſe ſuper illum veſtibus Epiſcopalibus indui, docent Henriquez *in ſumm. lib.* 10. *c.* 32. §. 5. & *c.* 33. *in fine*, Valent. 2. 2. *diſp.* 10. *quæſt.* 3. *puncto* 8. Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 7. *quæſ.* 4. Fr. Emman. *in ſumm. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. Leſſ. *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 14. *num.* 113. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 2. *tract.* 31. *cap.* 3. *ad fin.* frater Ioan. à Cruce *d. lib.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 4. Sanchez *d lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 22. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Relig. lib.* 6. *quæſt.* 199. 38.

Religioſum factum Epiſcopum, ſi ſine cauſa habitum Religionis deponat, in excommunicationem non incidere, cenſent Azor. *d. lib.* 12. *c.* 7. *quæſt.* 4. Fr. Emman. *tom.* 2. *quæſt.* 58. *art.* 3. Sanch. *d. c.* 6. *num.* 13. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *q.* 200. Sanctarel. *de apoſtaſia, cap.* 1. *num.* 15. Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis, quæſt.* 2. *puncto* 2. *num.* 26. 39.

Contra Maiol. *de irregular. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Fulu. Pacian. *conſil.* 132. *num.* 42. *volum.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 79. *n.* 10 Henriq. *lib.* 10. *c.* 33. *in fine*, & alios exiſtimantes Epiſcopum Regularem omittentem habitum, & aſſumendo illam albam, & candidam veſtem, quæ ab Epiſcopis exteriùs defertur, incurrere excommunicationem latam contra Monachos omittentes habitum *in c.* 2. *ne clerici, vel Monachi, lib.* 6.

Aduertunt Sanchez *d. c.* 6. *n.* 22. & Bartholom. à S. Fauſto *d. q.* 200. *n.* 5. quod in Rituali Romano per Clementem VIII. reformato conceſſum eſt Epiſcopis Regularibus, vt retento colore habitus ſuæ Religionis poſſint ſe conformare cum Epiſcopis ſecularibus in forma, ſeu figura illius, & ita ſeruatur modò in praxi. 40.

Abbates

Abbates, vbi ſunt Ordinum Capita, & cæteri ſuperiores Ordinum Epiſcopis non ſubiecti, viſitent monaſteria & Eccleſias ſibi ſubiectas.

CAPVT XX.

1. *Abbates, & alij Regularium præfecti habent ius viſitandi monaſteria, aliaque loca ſibi ſubiecta.*
2. *Epiſcopi non poſſunt viſitare Eccleſias Ordinum Militarium exigendo rationem à Rectoribus.*

ABbates, qui ſunt Ordinum Capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Superiores, α *Epiſcopis non ſubiecti*, quibus eſt in alia inferiora monaſteria, Prioratúſve legitima iuriſdictio, eadem illa ſibi ſubdita monaſteria, & Prioratus, ſuo quiſque loco, atque ordine, ex officio viſitent, etiamſi commendata exiſtant. Quæ cùm Ordinum ſuorum Capitibus ſubſint, declarat ſancta Synodus, in iis, a quæ alias de viſitatione monaſteriorum commendatorum definita ſunt, non eſſe comprehenſa, teneantúrque quicumque prædictorum Ordinum monaſteriis præſunt, prædictos Viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipſa quoque monaſteria, quæ ſunt Ordinum Capita, iuxta ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & cuiuſque Ordinis conſtitutiones viſitentur. Et quamdiu durabunt huiuſmodi commendæ, Priores clauſtrales, aut in Prioratibus Conuentum habentibus, Superiores, qui correctiones, & ſpirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipſorum Ordinum Viſitatoribus inſtituantur. β *In cæteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia*, & facultates, quæ ipſorum perſonas, loca & iura concernunt, firma ſint, & illæſa.

a Supra ſeſſ. 21. de refor. cap. 8.

1. ABbates, Priores, alióſque Regularium Præfectos viſitandi ius habere monaſteria, aliaque ſibi ſubiecta loca, per hunc text. reſoluit Azor. *inſt. moral. p. 1. lib. 12. c. 18. verſ. ſexto, & p. 2. lib. 3. cap. 40. quæſt. 9.* Ego ipſe *in collect. ad cap. vltim. n. 3. de ſtatu Monach.*

2. α *Epiſcopis non ſubiecti.*] An Epiſcopi poſſint viſitare Eccleſias Ordinum militarium exigendo rationem à Rectoribus, & ab œconomis viſitando Confratrias: Negat Fr. Emm. *q. reg. tom. 1. q. 36. a. 3.* β *In cæteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia,* &c.] Vide Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 17. art. 9.*

Monaſteria, & Prioratus prouideantur de perſonis Regularibus, qui vitam monaſticam, & regularem obſeruari faciant, & habitum ſuſcipere cogantur.

CAPVT XXI.

1. *Regulares vnius Ordinis, vel habitus non poſſunt eligi in Prælatos alterius Ordinis, vel habitus.*
2. *Reges Hiſpaniæ vigore indulti Adriani VI. non poſſunt præſentare ad præfecturas Regulares perſonas ſæculares, nec Regulares alterius Ordinis.*
3. *Verba hæc ſunt conſultiua.*
4. *Commendatarij Abbatiarum, ſeu monaſteriorum quæ capita ſunt Ordinum, tenentur intra ſex menſes Religionem illorum Ordinum ſolemniter profiteri.*
5. *Rex Hiſpaniæ eſt adminiſtrator Ordinum Militarium & non Magiſter.*

CVm pleraque monaſteria, a etiam Abbatiæ, Prioratus, & præpoſituræ ex mala eorum, quibus cōmiſſa fuerunt, adminiſtratione non leuia paſſa fuerint tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus detrimenta, cupit ſancta Synodus ea ad congruam monaſticæ vitæ diſciplinā omnino reuocare, verùm adeò dura, difficiliſque eſt præſentium temporum cōditio, vt nec ſtatim omnibus, nec commune vbique, quod optaret, remedium poſſit adhiberi, vt tamen nihil prætermittat, vnde prædictis ſalubriter aliquando prouideri poſſit, primum quidem cōfidit, Sanctiſſimum Romanum Pontificem pro ſua pietate, & prudentia curaturum, quantū hæc tempora ferre poſſe viderit, vt iis, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ gregi præire, & præeſſe poſſint, præficiantur. b α *Quæ verò in poſterum* vacabunt, non niſi regularibus ſpectatæ virtutis, & ſanctitatis conferantur. Quoad ea verò monaſteria, quæ Capita ſunt, ac Primates Ordinum, ſiue Abbatiæ, ſiue Prioratus & filiæ illorū Capitum nuncupantur, teneantur illi qui in præſenti ea in commendam obtinent, niſi ſit eis de regulari ſucceſſore prouiſum, β *infra ſex menſes religionem* illorum Ordinum propriam ſolemniter profiteri, aut iis cedere, aliàs commendæ prædictæ ipſo iure vacare cenſeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & ſingulis fraus aliqua adhiberi poſſit, mādat ſancta Synodus, vt in prouiſionibus dictorum monaſteriorum qualitas ſingulorum nominatim exprimatur, aliterque facta prouiſio ſubreptitia eſſe cenſeatur, nulláque ſubſequenti poſſeſſione, etiam triennali, adiuuetur.

a Concil. Lateran. ſub Leone 10. ſeſſ. 9. in Bulla de reformat. curiæ.

b Supra ſeſſ. 24. cap. 14.

Regulares

1. REgulares vnius Ordinis, vel habitus non poſſe eligi in Prælatos alterius Ordinis, vel habitus, per *Clem. 1. de elect.* docent Zer. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Abbatiſſa, verſ. ad quartum.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 8. num. 78.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c. 13. q. 11.* Fr. Lud. Miranda *in man. Pral. tom. 2. q. 23. art. 11. concl. 4.* Soar. *de Relig. tom. 4. tr. 8. lib. 2. c. 3. n. 11.* Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 60. n. 4.* Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 16. n. 127.* Hieron. Roder. *in compend. quaſt. regul. reſol. 123. n. 81.* Paul. Layman. *canon. quaſt. de pralat. Eccleſiaſt. elect. q. 192. reſp. 1.* Aſcan. Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 5. quaſ. 11.* Fr. Emman. *quaſt. regul. tom. 2. q. 52. art. 8.* vbi expreſſè tenet extraneos, id eſt, alterius Religionis alumnos non poſſe aſſumi ad prælationes illius Religionis, vbi non ſunt profeſſi, niſi id auctoritate Apoſtolica concedatur, vel conſuetudine introductum ſit, vt ex certo alio gremio eligendus aſſumatur.

2. Vnde Nauarr. *commento 3. de Regularib. in princ. num. 2.* & Fr. Emman. *d. tom 2. q. 123. art. 4.* aſſerunt Reges Hiſpaniæ, quibus Adrianus VI. indulſit ius præſentandi in ſuis Regnis Abbates, & alios Prælatos collegiatarum ſecularium, & Regularium, ſaltem Conſiſtorialium, non potuiſſe præſentare, ante, & multò minus poſt Concil. Trid. ad præfecturas Regulares perſonas ſeculares, nec Regulares alterius Ordinis: refert Nicol. Garc. *de beneſ. p. 7. c. 10. n. 14.*

α *Quæ verò in poſterum.*] Hæc verba eſſe conſultiua, docent Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſ. lib. 4. q. 5. num. 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 123. num. 12.* 3.

β *Infra ſex menſes Religionem*, &c.] Habentes, ſeu obtinentes in commendam monaſteria, quæ capita ſunt, ac primates Ordinum, ſiue Abbatias, aut Prioratus, teneri intra ſex menſes Religionem illorum Ordinum ſolemniter profiteri, ac proinde hunc caſum excipi à generali lege tradita *ſupr. hac ead. ſeſſ. c. 15.* De profeſſione non emittenda ante integrum nouitiatus annum, tradunt Cord. *in ſum. q. 38.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 40. §. in commento lit. O.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 2. c. 6. n. 10.* Sanch. *in pracepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. n. 88.* Et quòd Rex Hiſpaniæ ſit adminiſtrator Ordinum Militarium, & non Magiſter, ac proinde non faciat profeſſionem, obſeruat Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 122. art. 3.* 4. 5.

Decreta Concilij de Regularibus, & Monialibus obſeruentur in omnibus cœnobiis, monaſteriis, & Collegiis quorumcunque Regularium, tam virorum, quàm mulierum, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, & cura incumbit Epiſcopis, & aliis Prælatis, & ſuperioribus, vt in text.

CAPVT XXII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Clauſura præcepto tenentur Moniales illorum monaſteriorum, quibus ante Conc. nunquam admiſſa fuerat.*
3. *Moniales conuerſæ & tertiariæ profeſſæ ad eandem tenentur clauſuram.*
4. *Reuocatoria priuilegiorum, exemptionum, &c. quæ decretis Concilij Trid. contrariantur.*
5. *Religioſi delinquentes excommunicari, & aliis pœnis puniri poſſunt ab Epiſcopo in caſibus, quibus eius iuriſdictioni ſubduntur.*

HÆc omnia & ſingula in ſuperioribus decretis contenta, obſeruari ſancta Synodus præcipit in omnibus cœnobiis, ac monaſteriis, collegiis, ac domibus quorumcumque monachorum ac regularium, α *necnon quarumcumque Sanctimonialium* virginum, ac viduarum, etiamſi illæ ſub gubernio militiarum, etiam Hieroſolymitanæ, viuant, & quocumque nomine appellentur, ſub quacumque regula, vel conſtitutionibus, & ſub cuſtodia, vel gubernatione, vel quavis ſubiectione, aut annexione, vel dependentia cuiuſcumque Ordinis, mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum quorumcunque: β *non obſtantibus eorum omnium*, & ſingulorum priuilegiis ſub quibuſcumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon conſtitutionibus, & regulis etiam iuratis, atque etiam conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui verò regulares, tam viri, quàm mulieres ſunt, qui ſub arctiori regula, vel ſtatutis viuunt, excepta facultate habendi bona ſtabilia in communi, eos ab eorum inſtituto, & obſeruantia ſancta Synodus amouere non intendit. Et quia ſancta Synodus deſiderat, vt omnia, & ſingula ſupradicta quamprimum executioni demandentur, præcipit omnibus Epiſcopis in monaſteriis ſibi ſubiectis, & in omnibus aliis, ipſis in ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & aliis Superioribus Ordinum ſupradictorum, vt ſtatim prædicta exequantur. Et ſi quid executioni mandatum non ſit, Epiſcoporum negligentiam Concilia prouincialia ſuppleant, & coërceant. Regularium verò Capitula prouincialia, & generalia, & in defectum Capitulorum generalium Concilia prouincialia, per deputationem aliquorum eiuſdem Ordinis prouideant. Hortatur etiam ſancta Synodus omnes Reges, Principes, Reſp. & Magiſtratus, & in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipit, vt velint prædictis Epiſcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in ſuperiùs contentæ reformationis executione ſuum auxilium, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requiſiti, vt ſine vllo impedimento præmiſſa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

1. Vide Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.1. quæſt.8. art.6.& tom.2.q.108.art.2.in fine,& quæſt.112. art.1.& tom.3.q.83.art.5. & in explicat. Bullæ Cruciatæ,* §.5. *dub.3.fol.33.* Campan. *in diuerſor. iuris canon.rubr.12.c.13. ex num.167.* Sanch. *in præcepta Decalogi,tom.2.lib.6.c.15.ex n.*10. Bonac. *de clauſura & pœnis eam violantibus impoſitis, q.1.punct.2.* Hieronym. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib.6.cap.21.n.6.* meipſum *de offic.& poteſt.Epiſcopi part.3.alleg.102.n.9.*

a Nec non quarumcumque Sanctimonialium, &c.] Moniales omnes, etiam profeſſas Ordinum Militarium S.Iacobi, Calatrauæ,& Alcantaræ clauſuræ præcepto adſtringi, reſoluunt Llamas *in methodo curat. in append.* §.2. *in fine,* Nauarr. *commento 4. de Regular. numero 44. verſic. quinto nota,* Fr.Emman.*d.tom.1.quæſt.44. artic.2.& 3.* Sanch. *d.lib.6. cap.15. num.*10. Ego ipſe *num.9. verſ. nam Moniales.*

2. Clauſuræ præcepto teneri Moniales illorum monaſteriorum, quibus ante Concil. Trident.nunquam admiſſa fuerat, docent Nauarr.*d.comment.4. num.45.verſ.octauò nota.* Fr.Emman. *d.tom.1. q.44. art.1.*Azor.*inſtit.moral.part.1.lib.13.cap.8.quæſ.1. verſ. ex his planè, & verſ. item quærebatur,* Sanchez *d. cap.15. num.12.* Ego ipſe *d.num.9. verſic. item eodem.*

Vnde facultates Monialibus profeſſis conceſſas ante Concilium Trid.& Motum proprium Pij V. incip.*Circa paſtoralis,* exiſtendi intra Conuentum in aliquibus honeſtis locis, abolitas eſſe per Trident.in præſenti, & dictum Motum proprium, & ſolùm ſuffragari poſt huiuſmodi decretum obtentas cum ſufficienti illorum derogatione, obſeruant Nauarr.*d.commento 4.num.53.notab.2.& 3.* Sanch. *d.cap.15. num.18.* Bonacin. *d.q.1.puncto 2. num.2. verſ.nec obſtat tertiò.*

3. Moniales conuerſas, & tertiarias profeſſas ad eandem teneri clauſuram, reſoluunt Nauar.*d.commento 4 num.45.*Fr.Emman. *tom.1. quæſt.44. art.4.* Sanch.*d.cap.15.num.13.*Ego ipſe *d.num.9.verſ.item ad eandem.* Fr. Lud. Miranda *de ſacris Monialibus, quæſt.1. artic.3. & 5.* Soar. *de Relig. tom.4. lib.1. cap.8.num.14.& 17.* Bonacin. *d. puncto 2. num.1.* vbi *num.3.*cum Soar. *d.cap.8. numero* 16. aduertit Nouitias non teneri ad clauſuram, & *num.4.* ſubdit illas fœminas, quæ non ſunt verè Moniales, non teneri ad clauſuram, etiamſi aliqua ſimplicia vota emittant.

b Non obſtantibus eorum omnium, &c.] Pius Papa 4.
II. *ſua conſt.*incip. *In Principis, ſub dat.13. Kalend. Martij* 1565.reuocauit priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, conſeruatorias, indulta, Mare magnum, & alias quaſcumque ſimiles gratias, in his, in quibus ſtatutis,& decretis ſacri Concilij Trid.contrariantur. Et licèt Pius V.*in ſua conſt.* incip. *Etſi mendicantium,ſub dat.17.Kal.Septembris* 1567. confirmaſſet priuilegia Ordinibus Mendicantium conceſſa, & alia de nouo conceſſerit, ac, Cõc.Trid. vbi de his loquitur, declarauerit, poſtea Gregorius XIII. dictam Pij V. conſtitutionem reuocauit,& reduxit ad terminos iuris communis, & Concilij Trid. *Conſt. ſua* incip. *In tanta,ſub dat. Kalend. Martij* 1572.

Delinquentes Religioſos in caſibus, in quibus 5.
ex Conc.Trid.iuriſdictioni Epiſcoporum ſubduntur, excommunicati, & aliis pœnis puniri poſſe ab Epiſcopo, cùm quoad contenta in dicto Concilio ceſſent omnia eorum priuilegia, & exemptiones per text.in præſenti, & dictam conſt. Pij IV. docent Piaſec.*in praxi Epiſc.p.2.c.3.n.52. verſ. delinquentes,* Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol.cap.59. n.8.* eo eo, quia Conc. hic mandat obſeruari omnia decreta de Regularibus, non obſtantibus priuilegiis, & deputat executores Epiſcopos; hinc ſequitur, quòd cùm nulla ratio priuilegiorum ſit habenda, nec Concilium reſtringat modum compellendi, admittitur arbitrio ipſius Epiſcopi, *l.1.ff.de iure delib.*in terminis Aldan.*in compendio Canon.reſolut.lib.1.tit.18. n.20.* vbi *in vna Liman.19. Sept.* 1625. refert deciſum licere Epiſcopo, etiam pœnis,& cenſuris Eccleſiaſticis in decretis eidem ſpecialiter commiſſis *hac ſeſſ.25.de Regul.* Regulares compellere ad eorum executionem.

DE REFORMATIONE.

Epiſcopi fructus ſuarum Eccleſiarum, non conſanguineis, & familiaribus, ſed pauperibus diſtribuant, & traditur ipſis in hoc decreto norma viuendi.

CAPVT I.

1. Doctores de materia cap. agentes.
2. Baldachinum in Eccleſia loci dominus erigere non poteſt.
3. Epiſcopi modeſta ſupellectili & menſa vti debent.
4. Eccleſiæ res omnes ſunt Dei.
5. Conſanguineis Eccleſiæ res donare prohibentur Epiſcopi.
6. Epiſcopi ſolent eſſe cæci circa nepotes.
7. Epiſcopi damnabiliter agunt qui res Eccleſiæ nepotibus erogant, aut diſtribuunt conſanguineis indiſcretè.
8. Epiſcopus an poſſit bona Eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienare.

OPTANDVM eſt, vt ij qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes, agnoſcant, ac ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant, [a] nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque faciliùs inflammandos, ſi præpoſitos ſuos viderint non ea quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cæleſtem patriam cogitantes. Hæc cùm ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam præcipua eſſe ſancta Synodus animaduertat, admonet Epiſcopos omnes, vt ſecum ea ſæpè meditantes, factis etiam ipſis, ac

a Cap. magnæ de voto c. qualiter,& quando de accuſ. ſuprà ſeſſ. 22. de reform. c.1. in princ.

vitæ

vitæ actionibus, quod eſt veluti perpetnum quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendant: in primis verò ita mores ſuos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo,[b] ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint. α *Quapropter, exemplo Patrum noſtrorum* in Concilio[a] Carthaginenſi non ſolum iubet, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint, verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ ſe ferat. [c] Omnino verò eis interdicit, ne ex reditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiaréſve ſuos augere ſtudeant: cùm & Apoſtolorum [d] canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, β *quæ Dei ſunt*, γ *conſanguineis donent*, ſed ſi pauperes ſint, iis, vt pauperibus diſtribuant, eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa; immo quàm maximè poteſt: eos ſancta Synodus monet, δ *vt omnem humanum* hunc erga fratres, nepotes, propinquóſque carnis affectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolum in quibuſcunque beneficia Eccleſiaſtica, tam ſecularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradus ſui conditione obſeruari, [e] ſed & ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit: quorum conſilio apud Sanctiſſimum Romanum Pontificem cum vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nitatur, nefas videri poteſt, non iis etiam virtutum inſignibus, ac viuendi diſciplina eos fulgere, quæ merito omnium in ſe oculos conuertant.

b Pſalm. tot. Eccleſ. 3. 35. & 4. Matth. 10. & 18. cum ſim. Conc. Carthag. 4. c. 15. Cōc. Tolet. 11. 7. c. Epiſcopus, 41. cap. pro reuerentia, 44. diſt. ſupra ſeſſ. 3.
c Conc. Antioch. c. 25. c. quiſquis, c. ſint manifeſta, c. Epiſcopus, & ea res Eccleſiarum, cum ſeq. 12. q. 1.
d Cā. Apoſt. 39. & 75.
e Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 9. de reformat. curiæ.

1. **V**Ide Ant. Molin. *in ſuo inſtruct. Sacerd. tract. 2. c. 13. & 14.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part. 2. tract. 32. c. 3. del ſtado de los Obiſpos, concl. 24. dub. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 69. verſ. ſecundùm.*

Epiſcopo, & in eius abſentia Vicario generali debetur reuerentia in Choro, dum Diuina celebrantur ab omnibus Canonicis, etiam exemptis ratione ſubcollatoriæ, & alia ratione, Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 3. tit. 28. n. 19.* vbi refert ita fuiſſe reſolutum per ſacram Congregationem Epiſcoporum *in Catacen. 11. Nouembr.* 1614. Locumtenens eſt afficiendus eodem honore, quo is, cuius locum tenet, ex eodem Aldan. *citato loco*, vbi atteſtatur ita fuiſſe deciſum à S. Congr. Rituum *in Brunduſina* 10. *Nouembris* 1612.

2. Baldachinum in Eccleſia loci dominus erigere non poteſt, & Epiſcopus omnibus ſacrorum Canonum remediis huiuſmodi Baldachinum omninò remouere facere debet, vt per Aldan. *d. tit. 28. n. 50.* vbi dicit ita fuiſſe reſolutum per Sac. Congr. Epiſcopor. *in Boianen. 12. Ianuarij* 1618.

3. α *Quapropter exemplo Patrum noſtrorum*, &c.] Vide Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 8. quæſt. verſ. at enim contra hos*, Vgolin. *de offic. Epiſcop. c. 3. in princ. num. 5.* meipſum *in ſimili tract. p. 1. tit. 2. gloſſ. 5. n. 12.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. beneficium, differ. 5.* vbi ita ſcribit, *Miror valdè, quòd ſtante præfato præcepto Conciliari (de quo in præſenti) & in re tam graui, tanquam pauperibus præiudiciali, & ſtatui Eccleſiaſtico contraria, qui verbo & exemplo docere debent harum pomparum, & vanitatum mundi contemptum, ſint viri aliqui docti, & Religioſi, qui audeant dicere hanc Concilij doctrinam eſſe de honeſtate, & perfectione, non tamen de præcepto, cùm Concilium apertè dicat, non ſolùm iubet, vt Epiſcopi modeſta*, &c.

4. β *Quæ ſunt Dei.*] Omnes Eccleſiæ res eſſe Dei, docent Tiraq. *de conſtituto, limit. 16. num. 3.* Nauar. *commento 2. de Regularib. n. 3. & de reddit. eccleſiaſt. quæſt. 1. mon. 40. num. 14. & mon. 18. num. 11.* Ioan. Val. *de different. vtriuſque fori, verb. munera, differ. 1. num. 5.*

5. γ *Conſanguineis donent.*] Vide Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. ex n. 37.* Ceuall. *commun. contra communi. quæſt. 388. n. 33.* Barthol. Perett. *in comment. ad extrauag. Ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alienand. ſuper verb. illorum præcipuè num. 19. & 20.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. c. 13. n. 23.* Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ part. 2. caſ. 25. fol. mihi* 240. Molin. Theolog. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 148. concluſ. 4.* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib. 1. q. 70. num. 2.* Ioan. Valer. *d. verb. munera, differ. 1. num. 64. verſ. ſecundò.* Trullench *in Decalog. lib. 7. c. 2. dub. 6. num. 9.* Solent enim Epiſcopi eſſe cæci circa nepotes. Bald. *in auth. Quicunque, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Iaſ. *in vſib. feudor. tit. qui feudum dare poſſ. ante num. 14.* Franc. Leo. *in theſauro fori eccleſiaſt. p. 1. cap. 3. n. 37.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epiſcopi, p. 1. tit. 9. gloſſ. 9. num. 30. cum ſeqq.* 6

7. Certè nunnulli Prælati pretium vniuerſitatis ſuis marſupiis includentes patrimonium Crucifixi aut nepotibus erogant, aut damnabiliter retinent, aut diſtribuunt conſanguineis indiſcretè. Nonne conſiderant, quòd requiret Dominus ab vnoquoque villicationis propriæ rationem, & honorem proprij principatus, propter hoc irritauit impios Dominus, dicet enim in corde ſuo. Non requiret exactiſſimè vſque ad nouiſſimum quadrantem, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam, malos vtique malè perdet, vineam ſuam aliis agricolis locaturus. Væ operariis vineam Domini Sabaoth ſi cum ſarmentis abſcindantur, & in ignem mittantur! Væ Paſtoribus ſi numerentur in ſiniſtra cum hœdis! Væ cultoribus Dominicæ meſſis ſi cum palea comburantur!

8. An poſſit Epiſcopus bona Eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienare, & an, & quando hoc licitum ſit? Vide Concil. Bracharen. IV. *act. 5. c. 28.* Burſat. *conſ. 117. n. 4. & 78. lib. 2.* Menoch. *conſ. 18. n. 19. verſ. non obſtant, & conſ. 79. num. 1. & n. 4. cum ſeqq.* Barthol. Perett. *ad d. Extrau. ambitioſæ, verſ. vt de rebus, & bonis, ex num. 60.* Surd. *de aliment. tit. 8. de priuileg. 91. n. 8.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 9. quæſt. 27. n. 124.* Cardoſ. *in praxi iudic. verb. Emphyteuſis, num. 11.* Cald. Pereira *d. c. 13. n. 2. 8. & 11.*

δ *Vt omnem humanum*, &c.] Vide Nauarr. *de ſpol. cleric. §. 19. num. 2.*

Patriarchæ, Primates, & alij ſuperiores Prælati dent operam, vt recipiantur, & obſeruentur decreta Concilij ab ipſis, & à ſuis ſubditis, & negligentes ad Papam denuncientur, qui quidem Superiores curent, vt in omnibus locis, & præcipuè in Vniuerſitatibus ſummam doctrinam Doctores doceant, vt in text. & præcipuè quoad fidei profeſſionem emittendam.

CAPVT II.

1. *Concilium Trid. in omnibus ſuis dominiis recipi curauit Carolus V. Imper.*
2. *Philippus II. idem ſancivit.*
3. *Rex Hiſpaniarum eſt defenſor Concilij Trid.*
4. *Vniuerſitates Canones & decreta Concilij Tridentini recipere debere.*
5. *Commentarij, annotationes, & gloſſa edi non poſſunt ſuper Concil. Trident. ex Bulla Pij IV.*
6. *Conſtit. Pij IV. non loquitur de interpretationibus, quæ in ſcholis ſiunt docendo.*
7. *Iura vbi diſponunt, non decet pro iuris declaratione ad Papam recurrere.*
8. *Tranſlationes ſacri Concilij Tridentini prohibita.*

COgit temporum calamitas, & inualeſcentium hæreſum malitia, vt nihil ſit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & Catholicæ fidei præſidium videatur poſſe pertinere. Præcipit igitur ſancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus aliis, qui de iure, vel conſuetudine in Concilio prouinciali intereſſe debent, vt in ipſa prima Synodo prouinciali, poſt finem præſentis Concilij habenda, ea omnia & ſingula, quæ ab hac ſancta Synodo definita, & ſtatuta ſunt, palam recipiant, necnon veram obedientiam ſummo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteantur, ſimúlque hæreſes omnes à ſacris Canonibus, & generalibus Conciliis, præſertímque ab hac eadem Synodo damnatas,[a] publicè deteſtentur, & anathematizent. Idémque in poſterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopóſque promouendi, in prima Synodo prouinciali, in qua ipſi interfuerint, omnino obſeruent. Quod ſi quis ex ſupradictis omnibus, quod abſit, renuerit, Epiſcopi comprouinciales ſtatim ſummum Romanum Pontificem admonere ſub pœna diuinæ indignationis teneantur, interimque ab eiuſdem communione abſtineant. Cæteri verò omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurum beneficia Eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo diœceſana conuenire debent, idem vt ſuprà, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & obſeruent: aliàs ſecundùm formam ſacrorum Canonum puniantur. *a Ad hæc omnes ij, ad quos Vniuerſitatum*, & ſtudiorum generalium cura, viſitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eiſdem Vniuerſitatibus canones, & decreta huius ſanctæ Synodi integrè recipiantur, ad eorúmque normam Magiſtri, Doctores, & alij in eiſdem Vniuerſitatibus ea, quæ [b] Catholicæ fidei ſunt, *6 doceant, & interpretentur*, ſeque ad hoc inſtitutum initio cuiuſlibet anni ſolemni iuramento obſtringant: ſed & ſi aliqua alia in prædictis Vniuerſitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eiſdem ad quos ſpectat, pro religionis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ augmento emendentur, & ſtatuantur. Quæ verò vniuerſitates immediatè ſummi Romani Pontificis protectioni, & viſitationi ſunt ſubiectæ, has ſua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua ſuprà, ratione, & prout ei vtilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari, & reformari curabit.

a Cap. ſicut & c. excommunicamus, in 4. de hæret. cap. 2. in fin. de ſumma Trinit. cum ſim.

b Vide ſeſſ. 5. c. 1. de reformat.

1. IN executionem præſentis decreti Carolus V. Imperat. non ſolùm Hiſpaniæ, vbi regnabat, ſed Germaniæ, vbi imperabat, & omni Orbe recipi Concilium Tridentinum curauit, & in Auguſtano Conuentu omnes Principes ſe ſubmittunt illi, ex Laurent. Surio *in comment. de Carolo V. anno* 1547. *&* 1548. *fol. mihi* 436.

2. Philippus II. prædicti Caroli filius *die* 21. *Iulij* 1564. Regia mandata expediuit, vt in vniuerſo Regno cuſtodirentur decreta ſacri Concilij Trid. & Concilia Prouincialia conueniri curauit, iuxta eiuſdem Concilij in præſenti diſpoſitionem, vt illud reciperent, prout atteſtantur Herrera *in hiſtoria eiuſdem Philippi II. lib.* 6. *c.* 1. *anno* 1564. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 19. Bobadil. *in ſua Politica lib.* 2. *c.* 18. *n.* 194. Iacob. Valdeſ. *de dignitate Regum Regnorumque Hiſpaniæ c.* 22. *n.* 5.

3. Vnde Concilij Tridentini defenſorem, & tuitorem Regem noſtrum Hiſpaniarum appellant, ad quem pro defenſione contentorum in Tridentino recurſum legitimum interponi poſſe exiſtimant Soar. de Pace *in praxi tom.* 2. *præl. vlt.* Bobad. *d. c.* 18. *n.* 135. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 35. cum aliis citatis infrà ad *c.* 20. *n.* 15. *ſeſſ.* 25. *de reform.*

a Ad hæc omnes ij, ad quos Vniuerſitatum, &c.] Quod etiam Pius IV. *in ſua Conſtitut.* incip. *In ſacroſancta, ſub dat. Idibus Nouembris* 1564. *in Bullario nouo in ord.* 114. obſeruari præcepit in ordinatione & promotione Doctorum, & per alios cuiuſlibet artis, & facultatis Profeſſores, refert Anton. Ricc. *de iure perſonarum extra gremium eccleſ. exiſtent. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 2. vbi *num.* 9. ſubdit ex eadem Pij IV. conſtitutione Magiſtros, & Doctores Vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium teneri fidei profeſſionem facere in Rectorum, vel aliorum ſtudij ſuperiorum manibus, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *d. deciſ.* 84. *part.* 4. & Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex iure antiquo deſumptas.* & per

Concilium

*Concilium Tridentinum innouatae in fine, in coronide pag.*287.

5. *ß Doceant, & interpretentur.*] Pius IV. *in ſua conſtit.* incip. *Benedictus, ſub dat. ſeptimo Kal. Februarij* 1563. prohibuit ſub pœna excommunicationis, ne quiſquam vllos commentarios, annotationes, gloſſas, ſcholia, vllúmve interpretationis genus ſuper Concilij Trid. decretis quoquo modo ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ ederet, aut quicquam quocunque nomine, etiam ſub prætextu maioris Decretorum corroborationis, aut executionis, aliúve quæſito colore ſtatueret, de qua meminerunt Henriquez *in ſummu lib. 7. de Indulgent. cap.* 19. §.4. Suar. *tomo 5. de cenſuris, diſputat. 23. ſect. 3. num. 12.* Fr. Emmanuel *quaeſt. regular. tomo 1. quaeſt. 11. art. 3.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 3. cap. 9. num. 33.* Bonacina *de legib. diſput. 1. quaeſt. 1. puncto* 8. Fr. Ludouic. Miranda *in Manual. Prælator. tom. 2. quaeſt. 26. art. 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. num. 53. in fine*, vbi dicit in

dictâ Conſtit. non eſſe ſermonem de interpretationibus quæ in ſcholiis fiunt docendo, optimè Homobon. de bonis *de examine Eccleſiaſtico tract. 11. c. 12. quaeſ. 27. reſol. 1. pag.* 309. vbi dicit illam conſtitutionem intelligendam eſſe de interpretatione hominis captioſa. 6.

7. In caſu enim quo iura diſponunt, non decere pro iuris declaratione ad Papam recurrere, reſpondit ſacra Coogregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium pro dubiis Concil. Trid. præpoſitorum, proue idonei teſtes nobis ſunt Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 1. n. 179. in 24. declarat.* & Amendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de reſident. num. 151. in fine.*

8. Tranſlationes, ſiue quæcunque verſiones ſacri Concilij Tridentini de lingua Latina in Gallicam continentur in prohibitione Bullæ Pij IV. ſuper confirmatione Concilij, Sel. *in ſelectu canon. cap. 19. num. 51.* vbi refert deciſum *ſub die 2. Iunij* 1629.

Excommunicationes non facilè decernantur, & concedantur, ſed ex grauioribus cauſis, & magna circumſpectione, vt ibi excommunicati ſi per annum non reſipiſcant, de hæreſi ſuſpecti teneantur.

Capvt III.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Monitoria, quæ fiunt ad finem reuelationis, non ſunt concedenda, quando certa ſunt perſona.*
3. *Prælati inferiores non poſſunt monitoria quæ fiunt ad finem reuelationis, concedere.*
4. *Monitoriales litteræ, etiam lite pendente, abſque initio attentatorum concedi poſſunt ab Epiſcopo, niſi ſit inhibitus.*
5. *Vicarius generalis Epiſcopi ex officio poteſt excommunicationem, ſeu monitoriales litteras decernere.*
6. *Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante monitoria concedere poteſt.*
7. *Vicarius foraneus monitoria concedere non poteſt.*
8. *Legatus à latere, & Nuncius Apoſtol. monitoria concedere poſſunt.*
9. *Prælati ordinarij etiam exempti, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecti monitoria concedere poſſunt.*
10. *Prælati Regulares Conuentuales monitoria in ſubditos ſuos dirigere non poſſunt.*
11. *Teſtes laicos ad ferendum teſtimonium veritatis pro Curia Epiſcopalis informatione poteſt Epiſcopus citare ſub pœna pecuniaria, & in ſubſidium excommunicationis.*
12. *Reuelare tenentur ſcientes non obſtante affinitate, nec quòd veritas haberi aliter non poteſt vigore excommunicationis latæ in litteris monitorialibus Apoſtolicis.*
13. *Cancellarius pro publicatione, aut monitione ſignificauit, non poteſt aliquid percipere.*
14. *Excommunicatus eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debet, ſi in mortis articulo confeſſionem poſtulet.*
15. *Monitoria pro qualibet parua re decernenda non ſunt.*
16. *Monitoria ad finem reuelationis concedenda ſunt illis, cuius intereſt, & non aliis.*
17. *Monitoria abſque petentis intereſſe conceſſa ſunt reuocanda.*
18. *Monitoria in ſubſidium concedenda.*
19. *Cenſurarum remedium hodie eſt ſubſidiarium.*
20. *Excommunicatio in ſubſidium ferenda.*
21. *Concilium in præſenti non imponit formam, ſed tantùm tradit inſtructionem.*
22. *Declaratoria conceſſa diligentiis non præmiſſis nulla non eſt, ſed iniuſta.*
23. *Excommunicandi moroſum in ſolutione penſionis quando datur facultas in literis Apoſt. non tenetur executor in ferenda ſententia excommunicationis ſeruare formam huius decreti.*
24. *Epiſcopus debet pecuniarias pœnas ad pios vſus erogare.*
25. *Pœnæ pecuniariæ, quæ arbitrariæ fuerint, locis piis ſunt ab Epiſcopo omninò applicandæ.*
26. *Pœnæ criminales diſtribuendæ locis piis.*
27. *Pœnæ criminales non debent erogari pro fabricis Eccleſiæ Cathedralis.*
28. *Epiſcopus propria ordinaria iuriſdictione cognoſcit cauſas etiam contra laicos per bonorum apprehenſionem, & perſonarum diſtrictionem.*
29. *Tutiùs appellantes an prohibeantur per hoc decretum.*
30. *Recurſus ad iudices laicos prohibiti.*
31. *Sulzed. hoc decretum interpretari fruſtra conatur.*
32. *Gaſpar Roderic.*
33. *Inſordeſcentia per annum in excommunicatione quando dicatur contracta.*
34. *Doctores de inſordeſcentibus per annum in excommunicatione agentes.*
35. *Clericus perſiſtens per annum in excommunicatione lata propter crimen, quod infert pœnam priuationis, eſt priuatus ipſo iure beneficiis.*
36. *Clericus perſiſtens per annum in excommunicatione pro cauſa merè ciuili, non eſt priuatus beneficiis, nec poteſt priuari per ſententiam.*
37. *Annus debet eſſe continuus vt dicatur contracta inſordeſcentia in excommunicatione.*
38. *Suſpectus de hæreſi reputatur perſiſtens per annum in excommunicatione, tam ex cauſa criminali, quàm ex cauſa ciuili.*

a Cap. dilecto, de ſent. excom. in 6. cap. multi, in princ. 2. q. 1. c. viſis, in fin. 26. q. 2. cap. corripiātur, 26. q. 1.

b Cap. Epiſcopi, c. nemo Epiſcoporum, & c. nullus Sacerdotum, 11. q. 3. cap. ſacr. de ſent. excommun. Concil. Aurel. 4. c. 2.

c Cap. ſi quis deinceps, in fin. 17. q. 1.

d Cap. rogo, cum ſeqq. 11. q. 1. c. nullus, cum ſeq. c. cum deſideres, & cap. ſi cōcubina, de ſent. excom.

QVamvis a excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris: ſobriè tamen, magnáque circumſpectione exercēdus eſt: cùm experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari: & perniciem potiùs parere, quàm ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ quæ monitionibus præmiſſis, *α ad finem reuelationis*, vt aiunt, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, *β præterquam ab Epiſcopo*, decernantur: & tunc non aliàs quàm *γ ex re non vulgari*, cauſaque diligenter, b ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat: *δ nec ad eas concedendas* cuiuſvis ſæcularis etiam Magiſtratus auctoritate adducatur, ſed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum: quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit. *ε In cauſis verò iudicialibus* mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcumque dignitatis exiſtant, vt quandocumque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quàm definiendo, à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto: *ζ ſed liceat eis ſi expedire videbitur*, in cauſis ciuilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque etiam laicos, *η per mulctas pecuniarias, quæ locis piis*, ibi exiſtentibus, eo ipſo, quòd exactæ fuerint, aſſignentur, ſeu per captionem pignorum, *θ perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios*, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quod ſi executio realis, vel perſonalis aduerſùs reos hac ratione fieri non poterit, ſitque erga iudicem contumacia, c tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio ſuo præter alias pœnas ferire poterit: in cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis, vt ſuprà fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum: ſed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſſit, licebit iudici hoc ſpirituali gladio in delinquentes vti, ſi tamen delicti qualitas, præcedente bina ſaltem monitione, etiam per edictum, id poſtulet. *ι Nefas autem ſæculari* cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu, quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata, cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. d Excommunicatus verò quicunque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolùm ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: ſed ſi *κ obdurato animo* cenſuris annexus, *λ in illis * per annum inſorduerit*, etiam contra eum, *μ tanquam de hæreſi ſuſpectum* procedi poſſit.

1. DE excommunicationibus, quæ monitionibus præmiſſis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus fieri ſolent, latè agunt Quarant. *in ſum. Bullarij verb. excommunicatio ad finem reuelationis.* Lazzar. *in ſpecial. tract. de monitor.* Sbroz. *de offic. vicar. p. 2 q. 171.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 12.* Henriq. *in ſum. lib. 12. c. 18.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c. 1.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 11. c. 15. num. 88. cum ſeqq* Vgol. *de poteſt. Epiſc. c. 45. in princ.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p. 3. c. 7. n. 13. cum ſeqq. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapolit. p. 2. dec. 5.* Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. p. 2. c. 7. num. 13. cum ſeqq.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 2. q. 35. art. 12.* Mar. Antonin. *variar. reſol. lib. 1. reſ. fin. caſu 35. cum ſeqq. & caſu 75.* Carraſco *in aliquas leges nouæ recopil. c. 4. de cenſur. monit.* meipſum *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 96.* Bonacin. *variar. tract. diſp. 6. de onere, & obligatione denunciandi.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. c. 2.* Theophil. Raynaud. *in tract. de monitoriis eccleſ.* Ioan. Machado *in el perfetto Confeſſor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 7. docum. 2.*

2. *Ad finem reuelationis*, &c.] Monitoria, quæ fiunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, ſeu ſubtractis, minimè eſſe concedenda, quando certæ ſunt perſonæ, reſoluunt Franc. Leo *d. cap. 7. num. 21.* Giurba *Siciliæ deciſ. 94.* Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignorant. cent. 2. diſt. 55. num. 2.* Lazzar. *de monitor. ſect. 1. q. 10 n. 6. & ſect. 4. q. 1. num. 1.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol. 235. num. 1.* Mart. *de iuriſdict. p. 3. c. 5. num. 1.* Campan. *d. c. 15. n. 113.* Ego ipſe *d. alleg. 96. n. 25.* Theophil. Raynaud. *d. tract. p. 1. c. 1. quæſ. 8. in princ.*

Præterquam ab Epiſcopo, &c.] Ergo non ab inferioribus Prælatis, Rot. *in Burgen. iuriſdictionis de Birbieſca 11. Februarij 1594. coram Card. Mantica*, inter eius impreſſas *deciſ. 263. num. 5.* ſi Epiſcopus huiuſmodi monitiones excommunicationum, quæ fiunt ad finem reuelationis, deneget, licitum eſſe parti appellare ad Metropolitanum, quamuis reſideat in eius arbitrio illas concedere, vt per Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, auctorit. 19. in fine*, quem refero Ego ipſe *d. alleg. 96. num. 4.* 3.

Monitoriales litteras, etiam lite pendente, abſque vitio attentorum concedi poſſe ab Epiſcopo, niſi ſit inhibitus, reſoluit Mar. Antonin. *d. lib. 1. reſol. vlt. caſu 36.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 96. num. 5. in fine.* 4.

Vicarium Epiſcopi ex generali commiſſione huiuſmodi excommunicationem, ſeu monitoriales litteras decernere poſſe tuentur Frechil. *de excom. p. 2. art. 2. n. 5.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 79. num. 1.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 17. §. 4.* Sbroz. *de vicario Epiſcopi, lib. 2. q. 171. num. 2.* Gutier. *d. cap. 11. n. 8.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Vicarius, §. 17.* Soar. *tom. 5. diſp. 20. ſect. 1. n. 2.* Sayr. *de cenſur. lib. 1. cap. 9. num. 33. verſ. primum eſt.* Auila *in ſimili tract. part. 2. c. 20. diſtinc. 1. dub. 3.* Cur. Philipp. *p. 3. §. 2. n. 29.* Stephan Gratian. *Marchiæ deciſ. 97. ex n. 14.* Iacob. Graſſ. *tom. 1. conſil. ſub tit. de ſentent. excomm. conſ. 6.* 5.

conſil.6. Sanch.de matrimon.lib.3.diſp.29.q.1.n.16. Lazzar.ſect.1. qu.6.ex num.1. Franc. Leo d. cap. 7. num.17. Baptiſta Coſta de facti ſcient. & ignorant. cent.2. diſt.55.n.1. tom.1. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Ecclеſ.dec.270. in 1.edit.& reſol.135. num. 4. in 2. edit. Nicol.Garc. de beneſ.part.5.cap.8. num.94.97. & 98. Narbona l.59.gloſſ.1.num.56. tit.4.lib.1.Recop.Ioan. Machado en el perfeto Confeſſor y Cura de Almas lib.1.part.3. tract.7. docum.2. num.1.in fine. Ioan. Sanc. in ſelect. diſput. 50. num.13. vbi aduertit non ideo dixiſſe Concilium à ſolis Epiſcopis decerni poſſe huiuſmodi excommunicationes, quia intendat excludere Epiſcoporum Vicarios, ſed vt repellat omnes alios Prælatos Epiſcopis inferiores, etiam nullius Diœceſis, qui huiuſmodi excommunicationes ante Concilium ferre conſueuerant.

Contra Vgolin. d.cap.45.in princ. verſ.ſecundò, Campan.d.c.15.n.105.& Narbona de appellat.à Vicario ad Epiſcopum, part.1.n. 205. quos ſecutus fui Ego ipſe de alleg.96.n.6. Marcel.Vulpe in praxi iudic.fori Eccleſ.c.2.n.4. Theophil.Raynaud. d. p.1. c.1. quæſito 10. verſ.hac cùm rata, exiſtimantes Vicarium Epiſcopi non poſſe ex generali commiſſione huiuſmodi excommunicationes, ſeu monitoriales litteras decernere.

6. Vicarium generalem à Capitulo ſede vacante eadem monitoria concedere poſſe tenent Pauin. de poteſt.Capituli Sede vacante, quæſt.1.p.1. Sayr.de cenſur.lib.1.c.9.n.33.Lazzar.ſect.1.q.7. Mart. de iuriſdict.part.3.c.4.n.53.Franc.Leo d.c.7.n.18.Aloyſ. Ricc. d.reſol.235.n.5. Campan. d.c. 15. num.106. Marcel.Vulpe d.cap.1.n.6.Theophil. Raynaud. d. part.1.c.1.quæſ.10.Machado d.docum.2.n.6.in fine, Ioan. Sanc. d.diſput.50. n.13.Ego ipſe d. alleg.96. num. 10.

7. Vicarium foraneum huiuſmodi monitoria concedere non poſſe aſſerunt Lazzar. ſect. 2. q. 5. n.9. Vgolin.d.c.45.in princ.verſ.excipiuntur.Aloyſ.Ricc. in d.praxi reſol.135.in fine. Poſſe tamen ei delegari ab Epiſcopo ſpecialiter, & expreſsè. & non niſi circumſpectis viris refert deciſum Galet.in margarita caſuum conſcient. verb. littera 2.

8. Legatum à latere, & Nuncium Apoſtolicum huiuſmodi monitoria concedere poſſe tradunt Lazzar. d.q.5. Guttier.d. c.11.ex n. 5. Vgolin. loco proximè citato. Aloyſ.Ricc.d.praxi reſol.235.num.2. Ego ipſe d.allegat.96.n.11.Raynaud. d. part. 1.c.1. quæſ. 10. in princ.

9. Prælatos ordinarios etiam exemptos Epiſcopo inferiores,& immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectos,ac nullius diœceſis, non poſſe hæc monitoria dare,ſed oportere illorum ſubditos ipſam Sedem pro his excommunicationibus in forma Significauit, obtinendis adire, referunt deciſum Vgolin. d. c.45.in princip.verſ.excipiuntur.Garc.dict.part.5.c.8. n.95.Franc.Leo in theſauro fori Eccleſ. part.3. c.17. n.18.& 19.Campan. d.c.15.n.107. Marcel. Vulpe d.c.2.n.5.Theophil Raynaud.d.quæſ.10.verſ.itaque, dicit probabilem Machado d.lib.1.part.3. tract. 7. docum.1. Ioan. Sanc. d. diſputat.50. n.23.prope fin. Ego ipſe d.allegat.96.n.12.

10. Prælatos Regulares Conuentuales in ſubditos ſuos huiuſmodi monitoria dirigere non poſſe, reſoluit Fr.Emman. qq.regular.tom. 2. quæſt.59.art.4. quem refero Ego ipſe d. alleg.96. num. 13. Fr. Ludouic.Miranda in man. Prælat.tom.2. qu.35. art.12. Hieronym.Roderic. in compend. quæſt.reg. reſol. 62. num.4.

Rota licèt olim facultatem haberet concedendi monitoria generalia cum pœna excommunicationis, quia Auditores ſunt Ordinarij in cauſis ſibi commiſſis,& ideo illa concedere poterant, cap.conſtitutus, de teſtibus. Nihilominus poſt Concilium Trident. non videtur competere talis facultas; nam in hoc decreto cautum eſt, vt huiuſmodi monitoria à ſolis Epiſcopis decernantur, ita ex Rota in vna Corduben. redecimarum coram Peña, colligit Theodoſ.de Rubeis in ſingularib. Rotæ verb.monitorium,§.1. pag. 70.p.2.

11. Teſtes laicos ad ferendum teſtimonium veritatis pro curiæ Epiſcopalis informatione,poteſt Epiſcopus ſub pœna pecuniaria, & in ſubſidium excommunicationis citare,vt per Aldan.in compend. canon.reſol.lib.3.tit.25. n.10.vbi refert deciſum in Lucana 16. Martij 1630.

12. Reuelare tenentur ſcientes,ita vt non eximantur ab excommunicatione comminata in litteris monitorialibus Apoſtolicis,quando veritas haberi aliter non poteſt,nec attenditur excuſatio reſpectu affinitatis in hoc caſu, Sel. in ſelectis canon. c.10. n.16. vbi atteſtatur ſic reſolutum in Fulginaten. 14. Decembris 1630.

13. Cancellarius pro publicatione, aut monitione Significauit, non poteſt aliquid percipere, vt per Aldan. d. tit.25. n.15.

14. Excommunicatus,ſi in mortis articulo dixit in confeſſione, MaDonnaSanctiſſima aiuta me, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi debet, Sel. d.c. 10. n. 20. vbi atteſtatur ita fuiſſe reſolutum per ſacram Congregat. Epiſcoporum in Nolana 19. Iulij 1619.

15. γ Ex re non vulgari.] Monitoria huiuſmodi pro qualibet parua re decernenda non eſſe reſoluunt Henriq.in ſumm.lib.1.cap.13. §. 4. littera B.Aloyſ. Ricc.in d.praxi reſol.218.n.2.Marc.Anton.Genuenſ. dicto c.1.n.3.Vgolin.d.c.45.§.3.in princip.Ego ipſe d.alleg.96. ex n. 26.

16. δ Nec ad eas concedendas, &c.] Hæc monitoria concedenda eſſe illi, cuius intereſt, & non aliis, obſeruant Marc. Anton. Genuenſ. d. c.1. num.12. Aloyſ.Ricc. in d.praxi deciſ.272. in 1.edit. aliàs reſolut.136.in 2. edit.Lazzar. de monitor. ſect.1. quæſt. 9.n.3.& ſect.4.quæſt.1. n.21.& ſeq. Vgolin. d.c.45. §.1.in med. Ego ipſe de alleg.96. n.24.

17. Si verò abſque petentis intereſſe fuerint conceſſa,eſſe reuocanda tenent Franc.Leo d.c.7.n.18. Lazzar.d.ſect.1.q.9.quos refert, & ſequitur Aloyſ. Ricc.dict.reſol.236.n.4.

18. ε In cauſis verò iudicialibus, &c.]Hæc monitoria in ſubſidium,id eſt,deficiente alia probatione, vel vbi executio perſonalis, aut realis fieri non poteſt, concedenda eſſe tenent Neuiſan.in ſylua nupt.lib.3. in verb.monitoria, num.48. Nauarr. in c. inter verba, corol.66.11.quæſt.3. Lazzar. d. ſect.1. quæſt.15. n.3. Mar. Antonin.var. reſol. lib. 1. reſolut. vit. caſu 75. verſ.tum quia ad excommunicationem, Marc.Anton. Genuenſ. d.c.1.num.4. Vgolin. d.cap.45 § 3.verſ. quare, Campan. d.cap.15. num. 89. & 119. Sayr. in floribus deciſ. ſub tit.de cenſibus,deciſ.4. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. part.1. deciſ.219. vbi dicit monitoria poſſe impetrari contra teſtes pro ſcienda veritate pendente cauſa coram Iudice ſæculari, & maximè quando teſtes ignorantur,& n.4. quòd monitoria non ſunt concedenda ſi ſint infamatoria alicuius particularis perſonæ, numer. 6. quòd monitoria non conceduntur ſi ſint criminoſa, contineant delictum alicuius,aut copia eſſet conſignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, & part.4. deciſ.301. Ego ipſe d. allegat.96.n.4.& me citato Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſtico,tract.11.c.8. q.19.ſuppoſ.1. in princ.

19. Cenſotarum temedium hodie eſſe ſubſidiatium, ira vt ſi duo in ſolidum obligentur in contractu, & contra alterum procedi poſſit realiter, ſeu perſunaliter, contra alterum verò non, tunc illum non poſſe excommunicari, refert Galet. *in margarita caſuum conſcientia, verſ. cenſura* 2.

20. Excommunicationem ferendam eſſe in ſubſidi..m, & priùs incipiendum ab executione reali, vel perſonali, reſoluit Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabilibus Eccleſiaſt. q.*780. *n.*3.

21. Hæc non eſſe de forma huiuſmodi monitorialium, nec Concilium in præſenti imponere formam, ſed tantùm tradere inſtructionem, tenent Mar. Antonin. *d. caſu* 75. *verſ. inſuper dicit*, & Campan. *d.c.*15. *n.*90. argum. text. *in l. à D. Pio, §. in vendicatione. ff. de re iud.* ſtatuentis modum obſeruandum in quavis executione facienda, hanc pariter admittere interpretationem, vt exequutio aliter facta non ſubiaceat nullitati: reſoluunt plures citati per me *d. alleg.* 96. *n.*39.

22. Vnde Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de beneſic. part.... cap.*5. *num.*587. *in fine*, ait declaratoriam conceſſam prædictis diligentiis prætermiſſis non eſſe nullam, ſed iniuſtam, quia Concil. in præſenti non annullat excommunicationem ſine illis latam, ac proinde illam eſſe inualidam, & qui tali excommunicatione ligatus exiſtit, indigere abſolutione.

Contra Franc Leo *d. part.*3. *c.*38. *n.*21. Gutier. *d.c.*11. *n.*39. Sayr. *de cenſur. lib.*1. *c.*9. *n.*33. Lazzar. *d. tract. de monit. ſect.*4. *q.*8. *n.*7. exiſtimantes Concilium in præſenti ſalutiferam in his monitorialibus formam præſcribere.

23. Quando verò in litteris Apoſtolicis datur facultas excommunicandi moroſum in ſolutione penſionis, non teneri executorem in ferenda ſententia excommunicationis ſeruare formam huius decreti, nec huiuſmodi facultatem cenſeri datam in ſubſidium, refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic. part.*1. *c.*5. *n.*587. vbi tamen in addit. ſubdit, quòd licèt *in vna Ilerden. penſionis*, 13. *Nouembris* 1593. *coram Orano*, Rota dixiſſet ſententiam Auditori Cameræ latam contra reſignatarium ob non ſolutionem penſionis reſignanti reſeruatæ, fuiſſe nullam, ideóque reuocandam, quia non fuit in poteſtate Auditoris Cameræ per ſententiam declarare eum incidiſſe in cenſuras comminatas in monitorio, ob non ſolutionem penſionis, niſi præmiſſis diligentiis requiſitis de faciendo executionem realem, vel perſonalem, iuxta diſpoſitionem huius decreti; hoc tamen aſſerit eſſe contra declarationem S. Congregat. & tenorem ipſarum litterarum penſionis: quod ego intelligendum eſſe cenſeo locum habere, quando Auditor Cam. procederet tanquam executor in eiſdem litteris deputatus. At Rotæ deciſio loquitur, vbi procederet vigore obligationis cameralis, qua penſionarius ad penſionem ſoluendam obligatus exiſtit, in quibus terminis malè reprehenditur à Garcia.

ζ *Sed liceat eis, ſi expedire videbitur*, &c.] Circa intellectum horum verborum, vide Ludouic. Pegueram *deciſ.*91. *num.*25. Azeued. *l.*14. *num.*2. *poſt med. tit.*1. *lib.*4. *noua Recop.* Ioſeph. Ramon. *conſil.* 98. *n.*3. Franc. Hieron. Leo *Valent. deciſ.* 154. *n.* 15. & 26. *lib.*2. Gabr. Pereira *Luſit. deciſ.*117. *num.* 10. Anguian. *de legibus lib.* 3. *controuerſ.* 30. *n.* 25. *cum ſeqq.* & *n.*29.

24. *Per mulctas pecuniarias, quæ locis piis*, &c.] Epiſcopum debere pecuniarias pœnas ad pios vſus erogare, ita quòd ipſas non poſſit conuertere, ne quidem in fabricam Eccleſiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij, vel aliorum officialium curiæ referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 95. *in princip.* Galer. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Pœna* 1.

Pœnæ pecuniariæ, quæ arbitrariæ fuerint, locis piis ſunt ab Epiſcopo omninò applicandæ, reliquas autem, quæ non fuerint arbitrariæ, poteſt Epiſcopus ita demum ſibi ſumere, ſi ipſe egeat, dummodo non ſint mulctæ pecuniariæ, vel pœnæ non reſidentium, aut concubinariorum, quas omnes Concilium mandat locis piis applicare, ita refert deciſum Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.*5. *tit.* 2. *num.*8. 25.

Pœnæ criminales diſtribuendæ ſunt locis piis ad arbitrium Epiſcopi, & in pari neceſſitate melius erit ſubuenire pauperibus loci, in quo habitat clericus condemnatus, vt per Aldan. *d. loc. n.*9. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congreg. Epiſcoporum *in Venuſina* 21. *Nouembris* 1600. 26.

Et non debent erogari pro fabricis Eccleſiæ Cathedralis, vel reparatione domus Epiſcopalis, ex eod Aldan. *num.*13. *citato loco*, vbi dicit ita deciſum per eandem S. Congregat. *in Auerſana* 22. *Ianuarij* 1591. 27.

θ *Perſonarumque diſtrictionem per ſuos proprios*, &c.] Epiſc. propria ordinaria iuriſdictione cognoſcere cauſas etiam contra laïcos per bonorum apprehenſionem, & perſonarum diſtrictionem, & ita poſſe familiam armatam tenere, per quam prædicta exequi valeat, tradunt Roland. *conſ.*57. *n.*25. *lib.*4. Surd. *deciſ.*129. *num.*11. & 12. Gundiſalu. *de hæretic. quæſt.* 11. *num.* 16. Læl. Iordan. *in tract. de Rom. Sed. orig. part.*2. *cap.* 8. *ex num.* 18. Fuſc. *de viſitat. lib.*2. *cap.*32. *num.*16. Villadieg. *in tract. de irregul. quæſt.*11. *num.* 16. & 17 Sbroz. *de offic. Vicarij quæſt.* 191. *num.* 1. Peña *in direct. Inquiſ. part.* 3. *lib.*3. *ſcol.*114. Franc. Mol. *de brachio ſeculari cap.*18. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.*4. *§.* 12. Farin. *de hæreſi quæſt.*181. *num.*90. *in fine, verſ. ampliatur hoc idem*, Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. littera E*, *concl.* 253. Marta *de iuriſdict. part.*1. *cap.*51. *num.*10. Mar. Antonin. *var. reſol. lib.*3. *reſolut.*14. *n.*1. 2. & 3. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericor. reali §.*1. *n.*18. Ioan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. .. cap.*9. *num.*24. Ioan. Vincent. Anna *ſing.*171. Alex. Rauden. *Piſana deciſ.* 34. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.*12. *cap* 13. *num.* 87. & 88. Alber. Olina *in ritu Archiepiſcop. Neapolitan.* 38. *num.* 3. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.*3. *alleg.* 107. *num.*1. 28.

ι *Nefas autem ſit ſeculari*, &c.] An per hoc decretum videantur prohibitæ tuitiuæ appellantes? Negant Bartholom. Humada, *l.*13. *gloſſ.*4. *tit.*13. *p.*2. Viuald. *in Candel. aureo part.* 1. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini, caſu* 16. *ex num.* 114. latè Azeued. *l.*2. *verſ. item, & decimoquarto, tit.*6. *lib.* 1. *nona recop.* me citato Ludouic. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctor. q.*30. *num.*34. 29.

Circa abuſum illum recorrendi ad iudices laïcos, ad hoc vt vim comprimant iudicum Eccleſiaſticorum, eóſque compellant ab ea inferenda ceſſare, latè dixi *in collect. ad cap. Eccleſia S. Mariæ, n.* 7. *cum ſequentibus, de conſtit.* & plures Doctores, qui horum recurſuum iuſtitiam tueri nituntur, citaui *in collect. ad c. Regum officium* 2. *quæſt.*5. *n.* 2. quibus addo plures alios, quos refert Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunct. quæſt.* 30. *ex num.* 1. 30.

Et mirum eſt videre, quomodo iſti Doctores ſe inuoluant in reſponſionibus, quas præſtant ad hoc Concilij decretum. In primis enim Salzed. ad 31.

Bernard.

Bernard. *in pract. c. 102. littera A, verſ. parique ratione*, reſpondet vt procedat, quando ſeculares magiſtratus, tanquam iudices appellationis, veluti iuriſdictione ſpirituali vtentes, intenderent excommunicationem reuocare, aut temperare, ſecus autem, inquit ille, ſi ad tollendam vim ab Eccleſiaſticis iudicibus illatam, dicto remedio, & recurſo vterentur; ſed hanc aſſertam explicationem Concilij verba expreſſa abhorrent.

32. Vnde Gaſp. Roderic. *de annuis redditibus lib. 1. cap. 17. num. 73. ad med.* reprobato Salzed. *citato loco*, exiſtimat, quòd ea Concilij verba videntur pertinere ad violentiæ decreta, niſi dixeris, inquit ille, verba Concilij non comprehendere ſuprema Regia tribunalia, ſed magiſtratus dumtaxat, & iudices inferiores, quibus hæc cognitio per viam violentiæ iure non competit, ſed hoc eſt diuinare.

Peſſimè citati à Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. quæſt. 897. n. 126.* intelligunt quando iudex ſecularis intendit cognoſcere principaliter, vel incidenter in caſu appellationis de ſententia lata à Iudice Eccleſiaſtico; vel ſi potuit, vel non potuit Eccleſiaſticus cognoſcere, vel excommunicare, non autem quando ipſe cognoſcit per viam violentiæ.

Quidam putantes ſe nouum ſenſum illius decreti inueniſſe, arroganter aſſerunt illud generaliter loqui, vt nullus iudex de facto impediat, vel perturbet excommunicationem, non vt iudex appellationis, ſed quomodolibet impedire voluerit quocumque genere impedimenti, & perturbationis, ſine occaſione iuriſdictionis, ſiue de facto mittendo falcem in meſſem alienam, aut iuriſdictionem Eccleſiaſticam vſurpando: & concludunt, quòd cùm Concilium generaliter loquatur, nullo modo intelligitur, nec diſponit de huiuſmodi recurſu, quem ſpecialiſſimum iuris remedium vocant, & ſic quòd talis defenſionis facultas non comprehenditur ſub hoc decreto. auſi ſunt aſſerere Viuald. *in Candel. aureo, in explicat. Bullæ Cœnæ num. 109. & part. 2. caſu 16. ex num. 114.* Humad. *l. 13. gloſſ. 4. in verb. sin fuerça, tit. 13. part. 2.* Bobadil. *in ſua Politica lib. 2. cap. 18. num. 139. & cap. 16. num. 9.* Ceuall. *in epiſtol. ad Regem num. 94. & commun. contra commun. tom. 4. quæſt. 897. num. 133.* Cened. *pract. & Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 45. num. 2.* & præcipuè *ſub num. 2. & ſub num. 60.*

33. *ᵡ Obdurato corde.*] Vt dicatur contracta inſordeſcentia per annum in excommunicatione ad effectum priuationis beneficiorum, requiri perſeuerantiam cum animi pertinacia, quæ includat contemptum Clauium, probant *cap. bona, de ætat. & qualit. cap. cum contumacia, de hæret. in 6.* Rot. *in Oſcen. Archidiaconatus 16. May 1603. coram Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto*, impreſſa per Farin. *tom. 2. conſil. deciſ. 196. num. 5. & in ead. 4. Maij 1607. coram Cardin. Pamphilio*, apud Farin. *deciſ. 132. numero 7. part. 1. recent.* quas refert Ricciul. *dict. lib. 4. cap. 8. num. 3.* vbi *num. 4.* infert, quòd ad effectum docendi de inſordeſcentia, opus eſt docere in primis excommunicatum habuiſſe notitiam excommunicationis: & *numero 5.* ſubdit quòd is qui intra annum inſtitit pro abſolutione, non poteſt dici, quòd perſeuerauerit in excommunicatione per annum, & *num. 9.* reſoluit non poſſe dici perſeueraſſe in excommunicatione, & conſequenter contraxiſſe inſordeſcentiam, qui fecit diligentias pro obtinenda abſolutione, & obtinere non potuit.

λ In illa per annum inſorduerit, &c.] De inſordeſcentibus per annum in excommunicatione, vide Duen. *reg. 53. verſ. amplia quartò*, Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. ex num. 10.* Simanch. *de Cathol. inſtit. cap. 14. ex num. 2. & cap. 27. num. 4.* Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 29. num. 2.* Marant. *de ordinar. iudic. part. 6. cap. de contumacia, num. 35.* Rebuff. *in repetit. cap. poſtulaſti, de cleric. excommun. miniſt. num. 108. cum ſequentibus, & in praxi beneficii. Declaratio nona praeuſ. verb. Teque abſoluentes, numero 10.* Perez *l. 11. verſ. & excommunicatus perſiſtens, tit. 5. l. 9. in gloſſ. verb. eſtuuiere deſcomulgados, tit. 19. lib. 7. Ordinam.* Azeued. *l. 14. numero 14. tit. 1. lib. 4. nouæ recopil.* Humada *l. 32. gloſ. 2. à princip. tit. 19. par. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 416.* Salzed. ad Bernard. *in practic. cap. 116.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Clericus, pag. mihi 781. ad fin.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 103. artic. 3. in fine*, Seraphin. *deciſ. 1285.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 103. cum ſequentibus.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 119. n. 2. cum ſequentibus.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 712.* latè Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 4. cap. 7. & 8.* Parlad. *differ. 9. §. 2. n. 5.* vbi ait quòd contra eum, qui per annum in excommunicatione inſorduerit, tanquam ſuſpectum de hæreſi procedi ab Eccleſiaſtico iudice poſſe, Alex. Trentacinq. *tom. 2. conſil. 51.* 34.

Clericum perſiſtentem contumaciter per annum in excommunicatione lata propter crimen, quod infert pœnam priuationis, eſſe priuatum ipſo iure beneficiis, tenent Rebuff. *in d. cap. poſtulaſti n. 247.* Couarr. *in d. cap. alma mater part. 1. §. 7. ſub n. 10.* Seraph. *deciſ. 1285. ſub num. 1.* Ricc. *d. c. 7. num. 3.* 35.

Pro cauſa verò merè ciuili, nempe ob non ſolutionem penſionis, vel ex alia ſimili cauſa, perſiſtentem per annum in excommunicatione non eſſe priuatum ipſo iure, nec poſſe priuari per ſententiam, tradunt Rebuff. *dicto capit. poſtulaſti, ante n. 243.* Seraph. *d. deciſ. 1285. in fine*, Gonzal. *d. gloſſ. 15. ex n. 103.* Stephan. Gratian. *citato loco*, Ricciul. *d. c. 7. num. 14.* 36.

Contra Boſch. Codech. *in repet. c. 1. n. 11. de iudic.* & Menoch. *d. caſu 416. n. 52. & 53.* exiſtimantes poſſe priuari per ſententiam.

ᵛ Per annum.] Continuum ſcilicet, nec ſufficere, ſi quis ſteterit ſemel per ſex menſes in excommunicatione, & deinde obtenta abſolutione cum reincidentia poſt abſolutionem ſteterit per alios ſex menſes, tenent Nauarr. *conſil. 7. num. 3. de hæret.* Menoch. *de arbitr. caſu 416. num. 55.* Rebuff. *in d. c. poſtulaſti, n. 252.* Seraph. *d. deciſ. 1285. num. 5.* Rota *in Oſcen. coram Illuſtriſſimo Lancelloto.* Ricciul. *d. c. 8. num. 1.* 37.

μ Tanquam de hæreſi ſuſpectum.] Comprehendere excommunicatum, tam ex cauſa criminali, quàm ex cauſa ciuili, cum paulo ſuprà ſtatuerit ob vtramque poſſe excommunicari, reſoluit Menoch. *de arbitr. caſu 416. num. 54.* Quando agitur contra inſordeſcentem, vti ſuſpectum de hæreſi faciendum eſſe proceſſum ab Inquiſitoribus ſuper hæretica prauitate deputatis, & debere citari ad ſe purgandum iuxta formam traditam *in d. c. cum contumacia*, reſoluunt Seraphin. *d. deciſ. 1285. num. 3. & 4.* Ricciul. *d. cap. 8. num. 11. & 13.* vbi etiam *eod. num. 11.* cum Mareſcot. *var. lib. 1. cap. 35. num. 6.* ſubdit ad effectum priuationis in cauſa quæ illam meretur, ſatis eſſe, quod in excommunicatione inſorduerit, & non eſſe neceſſariam aliam citationem. 38.

nem. Sed optimè ex Rotæ deciſionibus Theodoſ. Rubeus *in ſingul. Rota tom. 2. p. 3. ſub verb. Menochius, §. 1. pag.* 201. ſic diſtinguit. Aut excommunicatio lata fuit propter crimen quod ipſo iure priuat clericum beneficio, & tunc per inſordeſcentiam habetur pro confeſſo, & cenſetur ipſo iure priuatus. Aut excommunicatio lata fuit ob crimen propter quod non eſt priuatus beneficiis ipſo iure, ſed venit per ſententiam priuandus, & tunc poterit poſt contractam inſordeſcentiam priuari. Aut crimen eſt tale propter quod nullo modo poteſt imponi pœna priuationis, putà ob debitum ciuile penſionis, & tunc nunquam ob inſordeſcentiam imponetur pœna priuationis, ſed alia arbitraria.

Epiſcopi, & alij Prælati, & ſuperiores Eccleſiarum curent in ſuis Eccleſiis, vt Miſſæ celebrentur, aut ſaltem commemorationes pro defunctis, qui legata fecerunt, pro illorum anima fiant: eo meliori modo, quo ipſis videbitur, prouidentes, ne defunctorum animæ ſuis defraudentur ſuffragiis.

Capvt IV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopus poteſt ex hoc decreto reducere numerum anniuerſariorum, & officiorum pro defunctis.*
3. *Miſſarum & anniuerſariorum numerum quæ præſcribuntur etiam in donationibus, & aliis actibus inter viuos reducere poteſt Epiſcopus.*
4. *Anniuerſaria in totidem Miſſas commutare poteſt Epiſcopus.*
5. *Miſſarum numerus moderandus iuxta vires legati.*
6. *Teſtator ſi reliquit centum aureos pro centum Miſſis celebrandis in tali Eccleſia pro anima ſua, ſi augeatur eleemoſyna Sacerdotibus tenetur hæres data capacitate hæreditatis ſupplere mercedem.*
7. *Miſſas in fundatione Eccleſiæ, ſeu capellis erectis in titulum non poteſt reducere Epiſcopus.*
8. *Miſſas reducere non poteſt Epiſcopus in beneficiis requirentibus in ſua fundatione certum numerum Miſſarum.*
9. *Prælati non poſſunt diminuere Miſſas particulares votiuas, vel pro defunctis, niſi habeatur conſenſus eorum, quibus illa debentur.*
10. *Epiſcopus habet facultatem in hoc decreto ſibi tributam iuſta interueniente cauſa.*
11. *Onera Miſſarum ante Concilium impoſita, non verò poſt illud ſunt reducenda.*
12. *Miſſarum numerum non poteſt Epiſcopus abſque Synodi conſenſu commutare, vel moderari.*
13. *Commemoratio defunctorum piè teſtantium facienda eſt in numero Miſſarum, ſeu anniuerſariorum qui ex reductione remanet.*
14. *S. D. N. Vrbanus VIII.*
15. *Epiſcopi in diœceſana Synodo, & Generales in Capitulis generalibus iam non poſſunt reducere onera Miſſarum.*
16. *Pecunia locis piis, ac eorum perſonis relicta cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum, penes ædem ſacram, vel perſonam, &c. deponenda.*
17. *Miſſarum perpetua cura non ſuſcipienda ſine certarum perſonarum licentia in ſcriptis, &c.*
18. *Sedes Apoſt. eſt adeunda pro reductione oneris in legato tenui impoſiti.*
19. *Beneficiatus ſi tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non ſint pro illius victu ſufficientes datur ſupplicatio in dataria.*
20. *Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Miſſæ qualibet hebdomada poteſt demandare celebrationem dictarum Miſſarum alteri cum eleemoſyna conſueta.*
21. *Capella eſt erigenda ſecundùm teſtatoris voluntatem in loco Eccleſiæ, & non in alio.*

CONtingit ſæpe in quibuſdam Eccleſiis, vel tam magnum Miſſarum celebrandarum numerum *α ex variis defunctorum* relictis impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus, à teſtatoribus præſcriptis, nequeat ſatisfieri, vel eleemoſynã huiuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuem eſſe, vt non facilè inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubiicere, vnde depereunt piæ teſtantium voluntates, & eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios vſus relicta, quo plenius, & vtilius poteſt, impleri, *β facultatem dat Epiſcopis, γ vt in Synodo diœceſana*, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis Generalibus, re diligenter perſpecta, poſſint pro ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis quas hac prouiſione indigere cognouerint [a] ſtatuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire, ita tamen, *δ vt eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat*, qui pro ſuarum animarum ſalute legata ea ad pios vſus reliquerunt.

[a] Supra ſeſſ. 12. de reform. cap. 6.

1. VIde Concil. Brach. IV. *act. 4. cap. 26. in fine*, Henriq. *in ſumm. lib. 9. c. 22. §. 6.* Fr. Emman. *in ſumm. part. 1. cap.* 252. *num.* 13. *& quæſt. regular. tom. 1. quæſt.* 43. *art.* 13. Seraph. *deciſ.* 611. Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Miſſa, verſ. poſſe.* Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. quæſ. 61.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Miſſa, §. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num.* 239. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 404. *in 1. edit.* aliàs *reſolut.* 341. *in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. deciſ. 25. part. 4.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 4. quæſt. vltim. puncto 7. §. 2. num. 9.* Nald. *verb. Miſſa, num.* 18. Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 3. cap. 16. num.* 29. *&* 30. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt.* 41. *artic.* 24. Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num.* 305

cum

cum multis ſeqq. Vgolin. *de officio Epiſcopi p.2.c.61.* Fraxinel. *de obligation Sacerd. ſect.7.* Nouarr. *lib.1. quaſt.fore 1ſ.quaſt.107.* Homobon. de bonis *de examine Eccleſiaſt. tract.4. quaſt. 119. & tract.11.c.9. quaſ.11. in fine*, Nal.*in ſumm. verb. Miſſa num.8.* Antonin. Diana *moral. reſol. part.1. tract.14. reſ.1. cum ſeqq.* Lezana *in ſumm. quaſt. Regul.part.1. c.21. num.6.* Alphonſ de Leone *de offic. Capellani quaſt.5. ſect.20. num.305. cum multis ſeqq.* Torreblanca *in practica b. Iuris ſpirit. lib.2.cap.9. num.73. cum ſeqq.* nouiſſimè Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffragiis lib.1. qu.76. cum ſeqq.* meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.2.alleg.29.*

2\. *a Ex variis defunctorum relictis.*] Poſſe Epiſcopum ex hoc decreto reducere numerum anniuerſariorum,& officiorum pro defunctis,referunt deciſum Quarant. *in ſumm. Bullary, verb. Miſſa, pag.291*, aliàs 402, Galer. *in Margarita caſuum conſcient. verb. Miſſa 4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.3.n.15.in fine*, Aloyſ. Ricc. *d. reſol.341. num.2.* Moner.*de commun.vltim.volunt.cap.5.num.367.* Ego ipſe *d. alleg.26. num.4.* Nicol. Garc. *de beneſic. p.7. c.1. n.131.*

3\. Epiſcopum poſſe reducere numerum Miſſarum & anniuerſariorum non modò quæ praſcribuntur in teſtamentis,& aliis ſimilibus diſpoſitionibus cauſa mortis, ſed etiam quæ in donationibus, & aliis actibus inter viuos, reſoluit Monera *d.cap.5. n.368.* Ego ipſe *d.alleg.29.n.9.*

4\. Anniuerſaria in totidem Miſſas commutare poſſe Epiſcopum ex facultate illi à Concilio in præſenti attributa, tradunt Vgol. *de officio Epiſcopi c.61.n.1.* Moner.*d.c.5.n.370.& ſeq.*

5\. Miſſarum numerum moderandum eſſe iuxta vires legati ſi pro ipſis celebrandis adeò tenuis eleemoſina relicta ſit, vt non facilè inueniatur, qui velit ſe huic muneri ſubiicere, refert deciſum Aloyſ.Ricc.*d. reſol.341. ex n.2*, vbi pariter reſolutum aſſerit debere Epiſcopum in huiuſmodi reductione Capitul.conſilium requirere,quamuis ſequi illud non teneatur: refero ego ipſe *d.alleg.29.n.6.*

6\. Aduertit Marc.Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ.quaſt.179.* quòd quando teſtator reliquit centum aureos pro centum Miſſis celebrandis in tali Eccleſia pro anima ſua, ſi augeatur eleemoſyna præſtanda Sacerdotibus,tenetur hæres data capacitate hæreditatis ſuplere mercedem,quia teſtator non reliquit pecuniam ſimpliciter pro eleemoſyna ſoluenda ſine onere Miſſarum, ſed pro Miſſis celebrandis pro anima ſua eo tempore, quo præſtabatur minor merces,nam ſi præuidiſſet augmentum, non vtique diminueret numerum Miſſarum, cùm hæreditas totum reddere poſſet, refero Ego ipſe *d.alleg.29.n.7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi part.3. reſ. 564.n.3.* Diana *p.1.tract.14.reſol.17.*

7\. Miſſas in fundatione Eccleſiæ, ſeu capellis erectis in titulum reducere, & ad minorum numerum reuocare non poſſe Epiſcopum,referunt deciſum Piaſec.*in praxi Epiſcop. part.2.c.3.n.31.* Diana *reſol.moral.p.1.tract.de celebrat. Miſſar.reſol.1.* Nic. Garc *de benef.p.7.c.1.n.131.* Mirand. *d.art.24.conc. vnic.in fine*, Aloyſ. Ricc.*d. reſol.341.ex n.4.* Moner. *d.c.5.n.376.* Ego ipſe *d.alleg.29.n.12.* Raguſ.*in vaſe Eccleſ.diſciplina tit.de Epiſcopo,q.6.n.86.*

8\. In beneficiis requirentibus in ſui fundatione certum numerum Miſſarum non poſſe Epiſcopum ex vi huius decreti Miſſas reducere ad minorem numerum, referunt deciſum Galer.*in d.margarita, verb. beneſic. pag.24. colum.1. & verb. Miſſa vltim.* Bonacin.*d.§.2.num.10.* Nald.*verb. Miſſa numer.18.* Poſſeuin *de officio Curati, cap.2. numer.25. quaſt.9.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. cap.9. n.75.* poſt Mirandam Bartholom.à S.Fauſto *in tract.de ſuffragiis lib.1. q.77.*

9\. Prælatos non poſſe diminuere Miſſas particulares votiuas,vel pro defunctis, quæ iuſtis ſtipendiis ſigillatim à particularibus perſonis petuntur, niſi conſenſus eorum, quibus illæ debentur,habeatur, quod rarò,vel nunquam accidere poteſt, reſoluunt Nauarr. *conſil.9. num.9. & conſil. 11.n.1. de celebr. Miſſar.* Fraxinel. *de obligat. ſacerdot. ſect.7 in remed. §.5.n.3.* Ego ipſe *d.alleg.29.n.11.*

10\. *β Facultatem dat Epiſcopus,*&c.] Iuſta ſcilicet interueniente cauſa,vt aſſerunt Fr.Emman. *d.c.252. ad finem*,aliàs *c.251. concluſ.13.* Nauarr. *d.conſil.9. num.9.* Molin.*de iuſtit.tract.2. diſput.249.* Bonacin. *d.§.2.num.12.* Fraxinel.*d. §.5. n.1.* vbi *in verſ. tum quia tractatur*, ſubdit iuſtam cauſam eſſe ſi curſu temporis Clericorum,aut Religioſorum numerus eſt diminutus, aut Eccleſiæ, vel monaſterij redditus extenuatur,vel impenſæ maiores fiunt,& cætera huiuſmodi,refero Ego ipſe *d.alleg.29. num.2.* & me non citato tranſcripſit Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. decis.15.n.3.p.4.*

11\. Hanc Epiſcoporum, & Prælatorum Ordinum facultatem intelligendam eſſe de oneribus Miſſarum ante Concil.Trident.impoſitis, referunt deciſum Hieron. à Sorbo *in annot. ad compend. priuil. Regul.verb. Miſſa 3.* Confett. *in ſumm. priuil. Ordinum Mendicant. tit.19. de diuinis offic. & Miſſarum celebr.c.3.* Gaſp.Paſſarel.*de remed. Miſſar. c.60.* Fr. Emman.*quaſt. Regul. tom.1. q.43. art.13.* Miranda *d.concl.vnic.* Fraxin.*d.§.5.n.2.* Aloyſ.Ricc.*d.Neapol. decis.15.n.3.in fine.p.4.* Diana *d.tr. de celebr. Miſſ. reſol.2.* Barthol. à S. Fauſto *in tr. de ſuffragiis lib.1. q.78.* Ego ipſe *de alleg.29. n.5.*

12\. *γ Vt in Synodo diæceſana.*] Epiſcopum non poſſe abſque Synodi conſenſu commutare, & moderare Miſſarum numerum,tenent Nauarr.*in man.cap.25. n.138.* Henriq.*lib. 9.cap.22.ſub §.6.* Bonacin. *d.§.2. n. 9.* Molfeſ. *in ſumm.Theolog.mor.tom.1. tr.3. c.37. n.29.*

Contra Fr.Ludouic. Miranda *d. quaſt.41.art.12. concl. vnica*, Perez de Lara *de anniuerſ.& capellan. lib.1.cap.14.num.9.* Monet.*d.c.5.n.372*, exiſtimantes poſſe Epiſcopos abſque conſenſu Congregationis ſynodalis temperare onera dicendi plures Miſſas in beneficiis ſiue Capellaniis ſibi ſubiectis, quorum opinionem non immeritò ſequutus fui *d.alleg.29.n.12.*

13\. *δ Vt eorum ſemper defunctorum cõmemoratio fiat.*] In huiuſmodi numero Miſſarum, ſeu anniuerſariorum, qui ex reductione remanet, faciendam ſemper eſſe commemorationem eorum defunctorum,qui pro ſuarum animarum ſalute legata illa ad pios vſus reliquerunt, aſſerit Monet. *d. cap.5. num.375.* vbi *num. 376.* cum Vgolin.*d.cap.61.n.1.* ſubdit dictæ commemorationi ſatisfieri poſſe vel in Memento, vel in Collectis.

14\. Nouiſſimè ſacra Congregat. Illuſtriſſimorum Cardin.Concilij Trident. Interpretum in decretis *d.celebrat.Miſſar.* publicatis, & in typographia R. Cam.Apoſtol. impreſſis de anno 1625. S.D.N. Vrbani VIII.auctoritate ſibi ſpecialiter attributa decernit, ac primò *diſtrictè prohibet ac interdicit, ne Epiſc. in diæceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducant onera illa Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concil. impoſita,aut in limine fundationis, ſed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſt. Sedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur,*

Digitized by Google

bitur, alioquin reductiones, vel moderationes, & commutationes huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas atque inanes decernit.

16. *Præterea ne in Eccleſiis, in quibus onera Miſſarum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis, vt par eſt, adimplendis eo tepidiores, & ſegniores reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut parua ſint vtilitate coniuncta, ſtatuit, atque decreuit, vt pecunia, ac bona mobilia Eccleſiis, Capitulis, Collegiis, hoſpitalibus, Societatibus, congregationibus, monaſteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tam ſecularibus, quam Regularibus, atque illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda cum onere perpetuo Miſſarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccl. ipſo facto incurrenda à die realis acquiſitionis ſtatim deponi debeant penes ædem ſacram, vel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, ſeu illorum pretium quamprimum inueſtiendi in bonis immobilibus fructiferis, cum expreſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur, ac ſi eadem bona immobilia auctoritate Apoſtol. deinceps alienari contigerit, eorundem pretium ſub eadem pœna, vt ſuprà, deponi, ac in aliis bonis ſtabilibus iiſdem fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione atque annexione conuerti debeat.*

17. *Ad hæc ſacra Congregatio quibuſvis Capitulis, collegiis, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, locorum, tam ſecularium, quàm Regularium ſuperioribus, vel aliis ad quos pertinet, diſtrictè prohibet ne in poſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum: ſeculares verò ſine Epiſc. vel eius generalis Vicar. Regulares verò ſine Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia, in ſcriptis, & gratis concedenda, alioquin ſi ſecularis, huiuſmodi prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccl. interdictus ſit eo ipſo, Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vociſque actiuæ & paſſiuæ abſque vlla declaratione incurrat. Eleemoſynas verò manuales, & quotidianas pro Miſſis celebrandis ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus antea impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoque onera ſuſcipere valeant, alioquin omnino abſtineant ab huiuſmodi eleemoſynis etiam ſponte oblatis in futurum recipiendis, & capſulas auferant ab Eccleſiis, cum ſcriptione illa: Eleemoſyna pro Miſſis. vel alia ſimili, ſub iiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne fideles hac ratione fruſtrentur. Epiſc. verò, ſeu eius Vicar. aut Generalis, ſeu Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter inquirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccl. monaſterio, aut loco pio incumbentibus, ne antè aſſenſum huiuſmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè conſtiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri ſuſcipiendo, quàm antiquis iam ſuſceptis ſatisfacere poſſe, præcipuamque rationem habeant, vt redditus, qui Eccleſ. aut locis piis relinquuntur, omnino reſpondeant oneribus adiunctis, ſecundum morem cuiuſque ciuitatis, intelligantque ſi in re tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in nouiſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris rationem eſſe reddituros.* Hactenus ſacra Congregatio cum ampliſſima derogatione, &c. quam ad litteram refert Barthol. à S. Fauſto *in tract. de ſuffrag. poſt q. 91.*

18. Super quibus eadem S. Congregat. S.D.N. Vrbano Papa VIII. approbante, aliquot edidit declarationes, quas originales & in typographia R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſas vidi de anno 1626. & quoad hanc partem declarauit etiam ſtante legato adeò tenui pro reductione oneris, vt ſuprà, impoſiti ab iis ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque vlla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino conueniens eſſe iudicauerit. Veruntamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſsè cautum fuerit, vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, eſſe validam, & obſeruandam. Deinde declarauit pœnam interdicti, & alias ſuprà in decreto appoſitas non comprehendere niſi ſuſcipientes, quamvis priuatos Sacerdotes, onera perpetua Miſſarum celebrandarum ſine licentia Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

19. Vnde Beneficiatus ſi tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non ſint pro illius victu ſufficientes, datur ſupplicatio in dataria pro moderationa, vt per Aldan. *in compendio canonicarum reſol. lib. 3. tit. 25. n. 8.* vbi refert deciſum *in nullius celebrationis Miſſarum 13. Iulij 1620.*

20. Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Miſſæ qoalibet hebdomada cum ſtipendio legato, & confirmato de octo aonis in octo annos, poteſt demandare celebrationem dictarum Miſſarum alteri cum eleemoſyna conſueta iuxta morem regionis, retenta ſibi parte dicti ſtipendij debiti Capellano, ex Aldan. *d. tit. 25. n. 9.* vbi dicit reſolutum *in Fanen. 7. Septembris 1630.*

21. Teſtator ſi mandet in teſtamento erigi capellam in tali loco Eccleſiæ, eamque dotauit cum onere Miſſarum, & reſeruatione iuriſpatronatus, Ordinarius autem ſub prætextu, quòd capella non poſſit conſtrui io illo loco cum conſenſu patroni, & Capellani à teſtatore nominati, capellaniam erexit ad Altare maius, & ſtatim ſic erectam commutauit & erexit in titulum Canonicatus eiuſdem Eccleſiæ collegiatæ, conferens illius dotem in maſſam Canonicorum, & ſic talis commutatio eſt nulla, vt per Aldan. *d. tit. 25. n. 10.* Vbi ait deciſum *in Aretina 17. Februarij 1629.*

Beneficia conſtituta ad aliquod munus, conferantur perſonis idoneis, nec in collatione derogetur oneribus, vel muneribus iam conſtitutis quoquo modo, ſed omni diligentia obſeruetur.

CAPVT V.

1. *Beneficia deuoluuntur cum ſuo onere, & qualitate.*
2. *Fundationi ſtatuenti vt minor etiam 14. annorum beneficium adipiſci valeat, ſtandum eſt.*
3. *Diſpenſare poſt Concil. Trid. non poteſt Epiſcopus etiam de conſenſu patronorum cum minore 15. annorum ad capellam ſimplicem obtinendam, ad quam ex fundatione eſt præſentandus Sacerdos.*
4. *Epiſcopus non poteſt cogere retinentem capellaniam vt ipſemet celebret.*
5. *Capellanus non requiritur neceſſariò vt ſit Presbyter ſi in fundatione capellæ habeatur quòd debeat celebrare diuina diu noctúque.*
6. *Capellaniam habens non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi, &c.*

7. *Beneficiati*

7. *Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ in fundatione non reperiuntur.*
8. *Capellania de qua hic, an requirat perſonalem reſidentiam.*
9. *Sacerdotium actu requiritur in hoc caſu.*
10. *Beneficiis ſimplicibus non poteſt per Epiſcopum nouum onus imponi.*
11. *Oneribus beneficiis iam conſtitutis, nec de conſenſu patronorum derogatur.*

RAtio poſtulat vt illis, quæ benè conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non detrahatur: quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt iniuncta in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione, *α eis non derogetur. β Idem in præbendis* Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita conſtituta fuerint, obſeruetur, vt eorum qualitatibus, vel Ordinibus nihil in vlla prouiſione detrahatur: & aliter facta prouiſio ſurreptitia cenſeatur.

1. BEneficia deuolui cum ſuo onere, & qualitate tradunt Seraphin. *deciſ.* 1363. *n.* 4. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſit.* 1. *dub.* 25. *num.* 3. Onus verò & conditionem poſitam in fundatione beneficij, quòd illud conferatur conſanguineis, valere reſoluunt Hoied. *de incompatibil. benefic. p.* 1. *cap.* 13. *num.* 132. *& cap.* 24. *num.* 107. Lambertin. *de iurepatronat. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 9. *princip. à num.* 109. *& lib.* 2. *part.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 2. *princip. ex n.* 1. Sebaſt. Medices *de acquir. rerum dominio, gloſſ.* 1. *part.* 3. *num.* 352. Azeued. *l.* 14. *n.* 13. *tit.* 3. *& l.* 5. *n.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *noua recop.*

2. Fundationi ſtatuenti vt beneficium minor etiã 14. annorum adipiſci valeat, ſtandum eſſe reſoluũt Doctores citati *ſeſſ.* 23. *de reformat. c.* 5. *n.* 3. Et ferendam eſſe legem in fundatione appoſitam vt beneficium non ſit incompatibile, cum aliis cenſuit Rot. *in Valliſoletana Archidiaconatus,* 19. *Nouembris* 1616. *coram R.D. meo Coccino Decano.*

3. Diſpenſare poſt Conc. Trid. non poteſt Epiſcopus etiam de conſenſu patronorum cum minore 25. annorum ad capellam ſimplicem obtinendam, ad quam ex fundatione eſt præſentandus Sacerdos, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 1. *num.* 99. *&* 112.

4. Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem capellaniam vt ipſemet celebret, licèt in eius fundatione diſponatur, quòd Rectores celebrent, nam iſtis oneribus Miſſarum rectè per ſubſtitutum ſatisfit, vt etiam refert deciſum Nicol. Garc. *d. c.* 1. *n.* 87.

5. Capellanus non requiritur neceſſariò vt ſit Preſbyter, ſi in fundatione capellæ habeatur quòd debeat celebrare diuina Officia diu, noctúque, ſicut cæteri Capellani faciunt, vt etiam teſtatur reſolutum Nicol. Garc. *d. p.* 7. *c.* 1. *n.* 93. *&* 99.

6. Capellaniam habens non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi in fundatione cautum ſit, vt Capellanus per ſe ipſum Miſſas celebret, ſed debet curare vt per alium Miſſæ in illa celebrentur, nec erit ſatisfactum oneri ſi Miſſæ in alia Eccleſia celebratæ erant, nec perſonalem reſidentiam requirit, niſi aliter in fundatione cautum eſſet, vt per Nicol. Garc. *d. p.* 7. *c.* 1. *n.* 87. *&* 93.

Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera, quæ in fundatione, vel inſtitutione, aut ſtatutis non reperiuntur, vel ad quæ ex antiquiſſima conſuetudine non tenetur, prout refert deciſum *in vna Cremonen.* Aldan. *in compendio Canonic. reſol. lib.* 2. *tit.* 25. *n.* 16. 7.

Capellania inſtituta à teſtatore cum his verbis, 8.
vt beneficiatus ipſius capellæ omni die, ſeu ſaltem quinquies in hebdomada, celebrare teneatur, & ſi negligens fuerit, ipſe beneficiatus incurrat pœnam ſolidorum duorum, non cenſetur requirere perſonalem reſidentiam, nec exigit vt perſonaliter Miſſam dicat, vt atteſtatur deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d. p.* 7. *c.* 1. *n.* 87.

Sacerdotium actu requiritur ſtante diſpoſitione 9.
teſtatoris in fundatione duarum capellaniarum, vt per beneficiatos prouideantur clerici Sacerdotes, qui teneantur & debeant Miſſas celebrare, & arbitrio Capituli deſeruire, vel ipſis impeditis per alios ſubſtituendos à Capellanis eiſdem, & à Capitulo approbandos, ita Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib* 2. *tit.* 4. *n.* 3. vbi refert deciſum *in vna Materanen* 8. *Ianuarij* 1628.

Non poſſe ab Epiſcopo beneficiis ſimplicibus 10.
nouum onus imponi, aſſerit Aldan. *d. tit.* 26. *n.* 17. atteſtans ita deciſum *ſub die* 2. *Iulij* 1597.

α Eis non derogetur.] Nec de conſenſu patrono- 11.
rum, ſed per hoc cenſetur ſublata facultas huiuſmodi, de qua per Doctores *in cap. cùm acceſſiſſent,* & *ib.* Abb. *n.* 5. *de conſt.* vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 1. *n.* 112.

β Idem in præbendis, &c.] Vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. *§.* 2. *n.* 19. *& gloſſ.* 19. *n.* 3.

Epiſcopi in viſitatione & in cauſis cognoſcendis habeant duos ex Capitulo eligendos quolibet anno, qui ſecum cauſas cognoſcant, vt in text. vbi latè quoad vota illorum, & quando poſſit ſolus Epiſcopus procedere. Item Epiſcopus habeat primam ſedem in choro, & præcipuam auctoritatem in omnibus agendis, & conuocetur ab eo Capitulum, vt in text.

CAP. VI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Eccleſia poſt Trid. in Cathedralem erecta an gaudeat Adiunctis.*
3. *Capitula non exempta minimè comprehenduntur ſub hoc decreto.*
4. *Decretum hoc non pertinet ad Eccleſiam cathedralem tanquam cathedralem, ſed tanquam exemptam.*
5. *Capitulum debet in principio anni duos Adiunctos eligere, alias Epiſc. poterit per ſe ſolum procedere.*
6. *Adiuncti iuriſdictionem habent.*
7. *Adiuncti poſſunt recuſari à parte, & ſolo iuramento.*

8. Adiuncti non priuantur diſtributionibus ſi quando ea de cauſa ſine fraude tempore diuinorum officiorum abſint.
9. Concilium in hoc decreto anſequendum.
10. Epiſcopus conſecratur, & Capitulum Sede vac. procedit contra Capitularem delinquentem.
11. Epiſcopus poteſt procedere ſine Adiunctis ad pœnas contra Capitulares non obſeruantes diem feſtum S. Auguſtini.
12. Epiſcopus ſi velit contra Adiunctos iuriſdictionem ſuam perturbantes procedere, debet adhibere in dicto iudicio alios coniudices à Capitulo eligendos.
13. Vicarius Epiſcopi poteſt procedere contra Capitulares adhibitis duobus de Capitulo.
14. Vicarius etiam Sede vacante.
15. Viſitatio Capitulorum & perſonarum Epiſcopis conceſſa intelligitur cumulatiuè, non priuatiuè ad Abbates.
16. Epiſcopo nolente vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, non deuoluitur iuriſdictio ad adiunctos.
17. Viſitare quæ poſſit Epiſcopus ſine Adiunctis.
18. Epiſcopus viſitando poteſt ſine adiunctis Capitularibus peccata, & exceſſus Capitularium corrigere, & punire, non tamen pœna ordinaria.
19. Collectores Cameræ Apoſtol. ſi ſunt Canonici, vel aliàs beneficiati, ab Epiſcopo viſitari, & corrigi non poſſunt.
20. Epiſcopus ſine Adiunctis poteſt procedere ad priuationem Canonicorum ex cauſa quod ordines ſuis præbendis annexos non ſuſceperint.
21. Capitulum totum quando delinquit, poteſt Epiſcopus contra Capitulares abſque Adiunctis procedere.
22. Modo delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, &c.
23. Capitulum vniuerſum quando dicatur delinquere.
24. Epiſcopus in Capitulo exempto ſi velit rationes exigere ab officialibus ex gremio Capituli conſtitutis Sede vacante, non tenetur procedere cum Adiunctis.
25. Capitulum viſitare poteſt ſolus Epiſcopus abſque Adiunctis.
26. Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis, non poteſt Epiſcopus auocare vt cognoſcat ſolus.
27. Epiſcopus duarum Eccleſiarum vnitarum non poteſt Capitulares ex vna ad carceres alterius duci facere.
28. Appellatio in cauſis pendentibus contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis non datur ad Epiſcopum, ſed cauſa deuoluitur ad Sedem Apoſt.
29. Epiſcopus non tenetur cum Adiunctis procedere contra coadiutores cum futura ſucceſſione.
30. Epiſcopus procedit ſine Adiunctis contra portionarios habentes vocem in Capitulo, ſed non ſunt de Capitulo.
31. Proceſſus appellatione intelligitur prima citatio.
32. Notarius proprius ab Epiſcopo aſſumendus in viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſiæ.
33. Fiſcalem ſuum poteſt aſſumere Epiſcopus in viſitatione perſonarum cathedralis Eccleſiæ.
34. Optio datur Epiſcopo, vel vicario, quo magis in loco velint, procedant contra Capitulares.
35. Capitulū cùm voluerit viſitare Epiſcopus, accedere debet ad locum, quo ſolitum eſt Capitulares congregari.
36. Epiſcopus, & vnus ex duobus Adiunctis ſi ſine tertio pronunciarent, ſententia eſt nulla.
37. Epiſcopo, & Adiunctis diſcordibus ad quem ſpectet tertij electio.
38. Geſta per Epiſcopum ſine Adiunctis ſunt irrita ipſo iure.
39. Epiſcopus ſolus poteſt exercere iuriſdictionem quoad ſummariam cognitionem, & ad capturam Capitularium.
40. Suſpectus de fuga quando quis dicatur.
41. Epiſcopus ſolus ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem capitularis delinquentis procedit, vbi de fuga tenetur, ne iudicium eludatur.
42. Capitulum quando Epiſcopi conuocare poſſint.
43. Epiſcopus, vel eius vicarius quando poſſit interuenire in actibus capitularibus.
44. Capitulum non poteſt Epiſcopus conuocare in illis caſibus in quibus iudex eſſe poteſt.
45. Epiſcopus controuerſiam habens cum Capitulo, non poteſt domi ſuæ illud congregare.
46. Congregationes capitulares habendæ non ſunt eo tempore, quo diuina officia celebrantur.
47. Vocem in Capitulo non habet Epiſcopus.
48. Vicarius Epiſcopi non admittitur ad Capitulum exemptum.
49. Canonici non tenentur admittere vicarium Epiſcopi in Capitulo ſi nolint.
50. Intelligitur de iuriſdictione ciuili.
51. Dignitates obtinentes, etiamſi Capitulares non ſint, Adiunctorum prærogatiua gaudent.
52. Epiſcopus ſolus ſine Adiunctis poteſt procedere contra eos, qui non ſunt Capitulares.
53. Viſitare Capitulares ſine Adiunctis non poteſt Epiſcopus etiam vbi contraria conſuetudo immemorialis viget.
54. Vicarius Epiſcopi interuenire poteſt in Capitulo, & in eo præſidere, ſi talis facultas ei ante Concil. ex conſuetudine, aut alio quocunque iure legitimè competebat.
55. Sententiæ & priuilegio ſimul non derogat hoc decretum.
56. Concordiæ non tollunt viſitationem omnimodam & independentem ab Adiunctorum miniſterio.
57. Concordias à Sede Apoſt. ex certa ſcientia confirmatas non comprehendit hoc decretum.
58. Concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, cum qua concurrat conſuetudo immemorialis, fuit per Concil. derogatum.
59. Priuilegia, quæ Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ſeu certis perſonis ſunt conceſſa, excipit hoc decretum.
60. Auctoritati & iuriſdictioni Epiſcopis acquiſitæ non detrahit hoc decretum.

STatuit ſancta Synodus, α vt in omnibus Eccleſiis cathedralibus, & collegiatis decretum ſub fel. rec. Paulo III. [a] quod incipit, Capitula cathedralium, obſeruetur, non ſolùm, quando Epiſcopus viſitauerit; ſed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius, contra aliquē ex cōtentis in dicto decreto, procedit: ita tamen, vt cùm extra viſitationem proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant: videlicet, β vt capitulum γ initio cuiuſlibet anni δ eligat ex Capitulo duos: ε de quorum conſilio, & aſſenſu ζ Epiſcopus, η vel eius Vicarius, θ tam in formando proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè: ι coram notario tamen ipſius Epiſcopi, κ & in eius domo, aut conſueto tribunali procedere teneatur. λ Vnum autem tantùm ſit vtriuſque votum,

[a] Suprà ſeſſ. 6. de reform. cap. 4.

poſſitque

poſſitque alter Epiſcopo accedere. Quod ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria, vel definitiua ſententia fuerint, tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo tertium eligant, *π &, ſi in electione tertij* etiam diſcordent, ad viciniorem Epiſcopum electio deuoluatur: & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus, in quo erat diſcordia, terminetur: *o aliàs proceſſus, & inde ſecuta* nulla ſint, nullúſque producatur iuris effectus[b]. *ξ In criminalibus tamen* ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depoſitionem, aut degradationem requirentibus, *o vbi de fuga timeatur*, ne iudicium eludatur, & ideò opus ſit perſonali detentione[c], *π poſſit initio ſolus Epiſcopus* ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere: ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo. In omnibus autem caſibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac perſonarum, delinquentes ipſi in loco decenti cuſtodiantur[d]. *ρ Epiſcopis præterea vbique is honor tribuatur*, qui eorum dignitati par eſt, eiſque in choro & in Capitulo, in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis ſit prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint, *σ & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas*. Quod ſi aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur[e], *τ Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent, υ vota exquirant*, & iuxta ea concludant. Abſente verò Epiſcopo omnino hoc ab iis de Capitulo, ad quos hoc de iure, vel conſuetudine ſpectat, perficiatur, *φ nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur. χ Cæteris autem in rebus* Capituli iuriſdictio, & poteſtas, ſi qua eis competit, & bonorum adminiſtratio ſalua, & intacta omnino relinquatur. *ψ Qui verò non obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo, ω ij omnes* in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubiiciantur: non obſtantibus, quoad ſupradicta, priuilegiis, etiam in fundatione competentibus, *αα nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ββ ſententiis*, iuramentis, *γγ concordiis, δδ quæ tantùm ſuos obligent auctores*[f]: *εε ſaluis tamen in omnibus priuilegiis, quæ Vniuerſitatibus* ſtudiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa. *ζζ Hæc autem omnia*, & ſingula in iis Eccleſiis locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ex conſtitutionibus, vel priuilegiis, aut conſuetudinibus, ſiue concordiis, ſeu quocumque alio iure maiorem habent poteſtatem, auctoritatem, ac iuriſdictionem, quàm præſenti decreto ſit comprehenſum: quibus ſancta Synodus derogare non intendit.

b Infrà c.14. & ſuprà ſeſſ. 24. de matrimonio, c.8.

c Cap. qualiter 2. de accuſ. & c. vlt. de pœn.

d Conc. Carthag 4. c.35. c. Epiſcopus in Eccleſiis 95. diſt.

e Cap. nouit, cum ſeq. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu c.

f Iur. alleg. in meo tract. de priuileg. ſchol. maximè priuileg. 64. cum ſeq.

1. Vide Nauarr. *conſ.9. in antiq.* aliâs 3. *in nouis, de offic. Ordin.* Sayt. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.9.* Cardin. Mantic. *deciſ.*180. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.4. collect.*751. Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p.2. cap.2. n.64.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.1 tit.6. de Viſitat. n.38. cum ſeqq.* Laurent. de Peyrinis *in conſtit. ſui Ordinis Minim. tom.1. in conſtit.2. Sixti IV. n.64. cum ſeqq.* Hieron. Venero y Leyua *de examine Epiſcopor. lib.4. c.27.* Narbona *l.59. gloſſ.1. n.39. tit.4. lib.2. Recopil.* latè Ludouic. à Sarauia *in ſpeciali tract. de iuriſdictione Adiunctorum coadiuuantium Epiſcopum contra præbendarios ſuos criminaliter procedentem*, meipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.73. num.5. cum ſeqq. & in tractatu de Canonic. c.28.*

2. *α Vt in omnibus Eccleſiis Cathedralibus.*] An & quando Eccleſia poſt Tridentinum in Cathedralem erecta gaudeat Adiunctis, diſſerit Ludouic. à Sarauia *d. tr. de iuriſdict. Adiunctorum, q.11. per tot.*

3. *β Vt Capitulum.*] Decretum in præſenti loqui ſolùm de Capitulis exemptis, non exempta enim minimè ſub illo comprehendi, etiamſi multa habeant priuilegia, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.4. collect.751. in princ.* Zerol. *in praxi Epiſc. p.1. verb. Capitulum, §.8.* Seraphin. *deciſ.493. n.1.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.1. tit.17. l.7. de Epiſcopis, n.93.* Maſſobr. *in prax. habendi concurſum, prælud.21. in princ. n.14.* ſecundùm Roman. impreſſ. Hieronymus Venero *in examine Epiſcopor. lib.4. c.27. n.5.* Ludou. à Sarauia *d. tr. de iuriſdict. Adiunctor. q.12. n.17.* Ego ipſe *in tract. de Canon. c.28. n.2.* Lotter. *de re benef. lib.1. q.25. n.61.*

4. Decretum hoc non pertinere ad Eccleſiam Cathedralem tanquam Cathedralem, ſed tanquam exemptam, ac proinde Eccleſiam Collegiatam erectam in Cathedralem ſub illo non comprehendi, referunt deciſum Armend. *d. l.7. de Epiſcopis, n.88.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſc. p.3. alleg.73. n.5. in fine*, & me citato Ludou. à Sarauia *d. tract. q.11. n.18.* Ego *d. tract. de Canonic. c.28. n.3.*

γ Initio cuiuſlibet anni, &c.] Capitulum debere in principio anni eligere illos duos, quod ſi non fecerit, Epiſcopum poſſe per ſe ſolum procedere, dummodo illum priùs moneat, referunt deciſum Piaſec. *in praxi Epiſc. p.2. c.2. n.9.* Ludou. à Sarauia *d. tract. q.13. per tot.* Ego ipſe *d. c.28. n.4.* Valenzuel. *conſ.184. n.79. tom.2.* 5.

δ Eligat ex Capitulo duos.] Ergo regulariter alij non poſſunt eligi quàm Canonici, qui ſoli cum Prælato ſuo faciunt Capitulum, non item Capellani, neque Aſſiſij, ſiue Portionarij, vt in terminis tenet Lotter. *d. lib.1. q.25. num.64. & 65.* vbi *n.66.* limitat cum de conſuetudine, ſtatutóve Eccleſiæ poſſint iidem effici de Capitulo. Hos duos Adiunctos iuriſdictionem habere reſoluit Ludou. à Sarauia *d. tract. quæſt.5. ex n.5.* vbi *num.15.* poſt Camil. Borell. *in ſum. dec. tit.60. num. fin.* ſubdit Adiunctos iuramentum præſtare debere, ſicut & alios iudices de bene & fideliter ſe habendo, & *n.17.* poſt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.100. num.49.* tradit quòd quoties iudex datur Adiunctus alicui Tribunali, ſi nominatur à principe, talis nominatus appellatur iudex delegatus, ſi à lege, Ordinarius iudex vocatur: refero Ego ipſe *d. c.28. n.7. cum ſeqq.* 6.

Poſſe Adiunctos recuſari à parte, & ſolo iuramento reſoluunt Stephan. Gratian. *d. c.100. n.49.* & Ludou. à Sarauia *d. tract. q.9. per tot.* Ego ipſe *d. c.28. num.9.* 7.

Huiuſmodi Adiunctis ſiquando ea de cauſa ſine fraude tempore diuinorum officiorum abeſſe contingat, 8.

tingat, priuandos non eſſe quotidianis diſtributio-
nibus tanquam abſentes propter Eccleſiæ vtilita-
tem ex officio ſibi attributo, reſoluit Monet. *de
diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 8. num.* 19. quem refe-
ro Ego ipſe *alleg.* 73. *n.* 6.

9. *s De quorum conſilio & aſſenſu*, &c.] An ſequi
debeat? latè fuit diſcuſſum in Rota *in Carthagin.
iuriſdictionis* 26. *Octobris* 1579. coram Card. Lan-
celloto ſen. vbi propter varietatem opinionum
nihil certum firmare voluit, nec poſtea ſemel &
iterum dubio propoſito firmauit. Et quòd tacitus
Adiunctorum conſenſus non ſufficiat, ſed requi-
ratur expreſſus; reſoluit Ludou. à Sarauia *d. tract.
quæſt.* 8. *per tot.*

10. *ʒ Epiſcopus.*] Etiam non conſecratus, vt per Lu-
dou. à Sarauia *d. tract. q.* 17. *c.* 35. *verſ. ſed contra*,
vbi *eodem num.* 35. *verſ. ex omnibus*, refert deciſum
ſuccedere Capitulum Sede vacante in huiuſmodi
iuriſdictione procedendi contra Capitularem de-
linquentem.

11. Epiſcopum poſſe procedere ſine Adiunctis ad
pœnas contra Capitulares non obſeruantes diem
feſtum ſancti Auguſtini ab eodem indictum, fir-
mauit Sel. *in ſelect. Canon. c.* 31. *n.* 3. vbi ait ita fuiſ-
ſe deciſum *in Hiſpalen.* 7. *Septembris* 1630.

12. Epiſcopus ſi velit contra Adiunctos iuriſdi-
ctionem ſuam perturbantes procedere, debet adhi-
bere in dicto iudicio alios coniudices à Capitulo
eligendos, vt per Sel. *citato loco*, aſſerentem ſic re-
ſolutum *in Oriolen.* 5. *Aprilis* 1631.

13. *u Vel eius Vicarius.*] Poſſe Vicarium Epiſcopi
procedere contra Capitulares, adhibitis duobus
de Capitulo, iuxta formam huius textus, reſoluunt
Menoch. *conſil.* 52. *n.* 180. Sbroz. *de officio Vicarij*,
lib. 2. *quæſt.* 145. Rota *deciſ.* 743. *n.* 5. *p.* 1. *diuerſ.* & *de-
ciſ.* 32. *2. part. diuerſ.* Ego ipſe *d. c.* 28. *n.* 12. latè Lodou.
à Sarauia *d. tract. q.* 14. *per tot.*

14. Idem poſſe Vicarium Sede vacante, immò abſ-
que Adiunctis procedere non valere, ſi Epiſcopus
dum viuebat, non habebat auctoritatem proceden-
di ſine illis, refert deciſum Sbrox. *in addit. ad d.
q.* 145. & Ludou. à Sarauia *d. tract. quæſt.* 17. *num.* 35.
verſ. ex omnibus, in fine.

15. Viſitationem Capitulorum, & perſonarum Epi-
ſcopis conceſſam, eſſe intelligendam cumulatiuè,
non priuatiuè ad Abbates, & Decanos, ac alios
quibus ante Concil. competebat ius viſitandi, ſe-
orſum tamen ab Epiſcopis, referunt deciſum Ste-
phan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 154. *n.* 48. Gonzales
ad regulam 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. n.* 21. Ludou. à Sa-
rauia *d. tract. q.* 4.

16. Epiſcopo nolente, vel non valente contra Ca-
pitulares delinquentes procedere, non deuolui iu-
riſdictionem ad Adiunctos, latè reſoluit Ludouic.
à Sarauia *d. tract. q.* 5. *per tot.* vbi *num.* 11. citat me-
ipſum *d. alleg.* 73. *n.* 9. & *n.* 5. deciſum refert, non ad
Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem deuolui iuriſdictio-
nem, ſi coniudices, ſeu Adiuncti renuant procede-
re contra Capitularem, quod etiam atteſtatur Ar-
mendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *n.* 89.

17. Epiſcopum ſine Adiunctis, de quibus in hoc c.
poſſe viſitare corpus Eccleſiæ cathedralis, & Sa-
cramentum, Reliquias, Veſtes, Ornamenta, cæteraq;
ad cultum diuinum deſtinata, ſed & Capellas, ca-
pellanias, dotationes, anniuerſariorum inſtitutio-
nes, memorias defunctorum, pia opera, vel res, aut
bona fabricæ, ſeu Eccleſiæ, dicit deciſum Armend.
in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. *tit.* 6. *de viſit.
n.* 133. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 73. *n.* 15.

18. Epiſcopum viſitando poſſe ſine Adiunctis Ca-
pitularibus peccata & exceſſus Capitularium, quos
correctione, & punitione dignos repererit, corri-
gere, punire, & emendare; non tamen pœna ordi-
naria, ſed ea, quæ ad morum magis emendatio-
nem, quàm punitionem reſpiciat, refert deciſum
Armend. *d. tit.* 6. *de Viſitat. num.* 39. vbi *in reſp.* 2. &
n. 77. & 99. cum Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2.
n. 198. *declar.* 10. ſubdit huiuſmodi facultatem vi-
ſitandi etiam ad res, & bona Capituli, eiúſque ad-
miniſtratores extendi.

Collectores Cameræ Apoſt. ad nudum miniſte- 19.
rium exigendi certis caſibus in partibus deputati,
ſi ſunt Canonici, vel aliàs beneficiati, ab Epiſcopo
viſitari, & corrigi non poſſe, refert deciſum Gonz.
ad regul. 8. *Cancel. gl.* 51. *n.* 81. Armend. *d. tit.* 6. *de viſi-
tat. n.* 3. *verſ. item ſubcollectores.*

Epiſcopum ſine Adiunctis poſſe procedere ad 20.
priuationem Canonicorum ex cauſa quòd Ordi-
nes ſuis præbendis annexos non ſuſceperint, refe-
runt deciſum Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 4. *num.* 22.
Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 488. *n.* 2.
& 3. Ludou. à Sarauia *d. tract. q.* 18. *per tot.* Ego ipſe
d. alleg. 73. *num.* 12.

Valet quoque ſine Adiunctis in perſonas Capi-
tulares Epiſcopus procedere, ſi tales perſonæ extra
Eccleſiam Capitularem, beneficia curam anima-
rum habentia obtineant, & in exercitio curæ deli-
querint; præualet enim qualitas illa officij propter
quam Canonicus efficitur ſubditus ſolius Epiſco-
pi, neque tunc vti Canonicus, ſed vti curam ha-
bens animarum, vel eius adminiſtrationem, iudi-
cari debet. Ita Seraph. *deciſ.* 1058. *per tot.* Vel ſi pro-
cederetur contra aliquem Capitularem, qui per
accidens eſſet ſubiectus liberæ & abſolutæ pote-
ſtati Epiſcopi, & Seraph. *d. deciſ.* 1058. *n.* 2. Lotter.
d. lib. 1. *q.* 25. *num.* 61. *in fine.*

Facultatem procedendi contra Capitulares per- 21.
tinere ad Epiſcopum etiam abſque Adiunctis,
quando totum Capitulum deliquit, referunt deci-
ſum Seraph. *deciſ.* 1050. *n.* 6. Valenzuel. *conſ.* 184.
n. 74. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 62. Aloyſ. Ricc.
in praxi p. 4. *reſol.* 594. Lud. à Sarauia *d. tract. q.* 5.
n. 4. & *q.* 6. *per tot.* vbi *n.* 8. aſſerit quòd ſi reperiatur
vnus in Capitulo qui non deliquerit, iſte procedet
ſimul cum Epiſcopo.

Modò delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, 22.
vel in contemptum eius, vel vbi Epiſcopus habet
intereſſe, quia tunc facultatem contra Capitulares
deuolui ad proximum ſuperiorem, refert deciſum
Armend. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *n.* 90. & Lud. à Sarauia
d. q. 6. *n.* 5. & 6. Quando autem dicatur vniuerſum 23.
Capitulum delinquere, colligitur ex notatis per
Curiam Piſan. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 1. *ad* 6. Magon. *Lucenſ.
deciſ.* 72. Card. Tuſch. *lit. V. concl.* 349.

Epiſcopus in Capitulo exempto ſi velit rationes 24.
exigere ab officialibus ex gremio Capituli conſti-
tutis Sede vacante, non tenetur procedere cum Ad-
iunctis ex forma huius decreti, niſi velit criminali-
ter ad eorum punitionem & correctionem proce-
dere, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 7. *n.* 24.

Capitulum viſitare poteſt ſolus Epiſcopus abſ- 25.
que Adiunctis Capitularibus, prout refert deciſum
Sel. *in compend. canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 16.

Cauſas pendentes contra Capitulares exemptos 26.
coram vicario foraneo cum Adiunctis à Capitulo
deputatis, non poteſt Epiſcopus auocare vt cog-
noſcat ſolus, ſed bene cum Adiunctis, ex eodem
Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 20. vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolu-
tum *in Burgen.* 18. *Septembris* 1627.

Epiſcopus duarum Eccleſiarum vnitarum, v.g.
Valuen. & Sulmonen. quando aliquem ex Capitu- 27.
laribus Valuen. in carcerem coniici mãdat, iſte non
ad

ad Sulmonen. ciuitatem duci debet, vbi Epiſcopus non moratur, Ald. *d. tit.* 18 *n.* 12. vbi refert deciſum *in Velnen. & Sulmonen.* 17. *Ianuarij* 1604.

28. Appellatio in cauſis pendentibus contra Capitulares exemptos coram vicario foraneo cum Adiunctis à Capitulo deputatis, non datur ad Epiſcopum, ſed cauſa deuoluitur ad Sedem Apoſt. Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 23. vbi teſtatur reſolutum *in Burgen.* 18. *Septembris* 1627.

29. Contra coadiutores cum futura ſucceſſione nõ teneri Epiſcop. cum Adiunctis procedere, niſi ex forma coadiutoriæ colligatur ipſi coadiutori conceſſa fuiſſe omnia priuilegia, quæ habẽt Canonici, teſtatur deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad ſuam tr. de beneſ. part.* 4. *c.* 5. *n.* 96. vbi obſeruat ex clauſula ordinaria coadiutoriæ, quòd coadiutor habeat omnes, & ſingulas prærogatiuas, præeminentias & honores coadiuti, non colligi concedi coadiutori huiuſmodi priuilegium de Adiunctis, eo quòd illa clauſula intelligatur de prærogatiuis, præeminentiis, &c. circa ſeruitiũ Eccleſiæ, vt ex tenore ipſius coadiutoriæ apparet, refert & ſequitur Ludouic. à Sarauia *d. tract.* q. 29. Et addit Sel. *in ſelect. cap.* 31. *n.* 3. *in Barbaſtren.* 9. *Nouembris* 1630. fuiſſe deciſum, Epiſcopum non poſſe procedere contra huiuſmodi coadiutores abſque Adiunctis, quatenus ex forma coadiutoriæ ipſis conceſſa fuerant omnia priuilegia quæ habent Canonici.

30. Contra portionarios habentes vocem in Capitulo poſſe Epiſcopum procedere ſine Adiunctis, referunt deciſum Armend. *d. tit.* 6. *de viſitat. num.* 6. *& d. l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 91. *in princ.* Ludou. à Sarauia *d. tract. q.* 23. *ex num.* 2. Cuius tamen contrarium reſoluunt Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 751. *& in praxi aurea, reſol.* 39. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prel.* 21. *in princ. num.* 13. ſecundùm Romanam impreſſ. Ego ipſe *d. alleg.* 73. *n.* 10. *& d. c.* 28. *n.* 17. quorum opinionem procedere in Capitularibus, priorem verò in his, qui non ſunt de Capitulo, ſed habent vocem in Capitulo, ex multis intelligit Ludouic. à Sarauia *d. quæſt.* 23. *num.* 3. ſubdens quòd licèt Portionarij, & dimidij Portionarij in Eccleſiis Corduben. Carthaginen. Hiſpalen. Calaguritan. & Calciaten. habeant vocem in Capitulo, tamen in electionibus, prouiſionibus, & ad effectum coniudicum pro Capitularibus non habentur, ex his, quæ Gonzal. *ad regul.* 9. *Cancell. gloſſ.* 43. *num.* 45. Rot. *deciſ.* 708. *& n.* 2. *&* 3. *part.* 2. *recent.*

31. *ß Tam informando proceſſum.*] Appellatione proceſſus intelligi primam citationem, refert deciſum Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.* 28. *num.* 1. *& quæſt.* 26. *num.* 7.

32. *c Coram Notario tamen ipſius Epiſcopi*, &c.] In viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſiæ proprium Notarium ab Epiſcopo aſſumendum eſſe, non illi tamen Capitulo ſuſpectũ; refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ. lib.* 1. *tit.* 6 *de viſit num.* 38. vbi *n.* 61. ſubdit proceſſum in cauſis viſitationis coram ipſo eſſe fabricandum.

33. Epiſcopum poſſe aſſumere ſuum fiſcalem, qui interuenire ſolet in criminibus Canonicorum reorum, vel alium quem magis voluerit deputare, nec teneri ad ſumendum Capellanum de Choro, deciſum atteſtantur Armend. *dicto lib.* 1 *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, n.* 91. *in fine, & num.* 92. quem refero Ego ipſe *dicta alleg.* 73. *num.* 8.

34. *λ Et in eius domo, aut conſueto*, &c.] Dari optionem Epiſc. vel vicario, quo magis in loco velint, procedant contra Capitulares, & Epiſcopum poſſe ſedere pro tribunali in quocunque diœceſis loco vbi maluerit, refert deciſum Armend. *dict. l.* 7. *de Epiſcopis, n.* 39.

Non poſſe tamen Epiſcopum viſitare in eius domibus Epiſcopalibus, ſed cùm viſitare voluerit Capitulum, accedere debere ad locum ſuum, quo ſolitum eſt Capitulares congregari, & eorum actus expediri conſueuerunt, ſi tamen id congruè fieri poteſt, ſin minus, ad locum congruum, & communem, ſed teneri accedere ad locum Capitularem quoties proſequi vellet viſitationem alicuius particularis perſonæ de Capitulo, refert deciſum Armendar. *d. tit.* 6. *de viſit. n.* 39. *reſponſ.* 8. 35.

λ Vnum autem tantùm ſit, &c.] Epiſcopus, & vnus ex duobus Adiunctis ſi ſine tertio pronunciarent, ſententiam eſſe nullam, aliis reſoluit Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.* 31. *num.* 21. & idem referunt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 100. *num.* 64. & idem Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.* 3. *num.* 3. ſententiam Epiſcopi & adiunctorum in cauſis criminalibus contra Capitulares eſſe concipiendam ſub hac forma, *Ego N. Epiſcopus de conſilio & aſſenſu N. & N. Adiunctorum ita pronuntio.* 36.

Quid ſi diſcordent? Vide Gutier. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 94.

μ Et ſi in electione tertij, &c.] Ac diſcordibus Epiſcopo & Adiunctis in electione tertij ad Capitulum cathedrale vicinius, & Paſtore vacans tertij electio deuoluatur, latè diſputat Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.* 17. *per tot.* vbi affirmatiuè concludit. 37.

ν Alias proceſſus, & inde ſequuta, &c.] Geſta per Epiſcopum ſine Adiunctis eſſe irrita ipſo iure, reſoluit Ludouic. à Sarauia *d. tract. quæſt.* 31. *per tot.* Valenzuel. *conſ.* 184. *n.* 99. *tom.* 1. vbi teſtatur ſacram Congregat. conſultam per Archiepiſcopum, Decanum & Capitulum ſanctæ Eccleſiæ Hiſpalẽſis, ſi Epiſcopus vel Vicarius ſolos in aliquo diſcordet ab Adiunctis, vel aliquid contra volũtatem Epiſc. vel Vicarij decernant, an Epiſcopus, vel Vicarius poſſit ſolus procedere, aut ſua decreta exequi, cùm ex decreto Concilij nihil ſolus facere poſſit? Et reſpondiſſe *ſub die* 26. *Octobr.* 1589. non poſſe ſolum procedere. Quando enim duobus committitur aliquid à iure, vel hominis diſpoſitione, vnus ſolus per ſe non poteſt efficere, *l. ſi vni, ff. de re iud. c. cùm plures, de officio deleg. in* 6. *cap. ſi duo, de procurat. l. duo ex tribus, de re iudic.* Achil. de Graſſis *dec.* 8. *n.* 3. *de conſt.* dicens quòd Adiuncti Iudicis omiſſio regulariter nullitatem parit. Addit Valenz. *vbi ſupr. num.* 98. appellationem licitam eſſe ſi Epiſcopus vellet corrigere ſine conſenſu Capituli. 38.

ξ In criminalibus tamen, &c.] Epiſcopum ſolum poſſe exercere iuriſdictionem quoad ſummariam cognitionem, & ad capturam Capitularium in caſibus hic non expreſſis, tradunt Mantic. *deciſ.* 80. *n.* 6. Ludouic. à Sarauia *d. tract. q.* 10. *per tot.* Rot. *in Calciaten. iuriſdictionis* 6. *Iunij* 1622. coram bonæ mem. Rembold. vbi ſubditur non procedere in delictis ſimplicis incontinentiæ abſque qualitate concubinatus. 39.

ο Vbi de fuga timetur.] Vide Rotam *in Conch. iuriſdictionis* 3. *Martij* 1617. *coram bonæ mem. Card. Sacrato, & in Calciaten. iuriſdict.* 21. *Iunij* 1621. *coram bonæ mem. Remboldo.* Quando dicatur quis ſuſpectus de fuga, vide Syluelt. *in praxi iudic. lib.* 2. *c.* 23. Cancer. *variar. reſolut. cap.* 10. *num.* 13. Ioſeph. Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 2. *n.* 44. *&* 46. Phœbos *Luſit. deciſ.* 54. *p.* 1. Rot. *in d. Calciaten. iuriſdictionis* 6. *Iunij* 1622. vbi dicitur quod ſtatur arbitrio iudicis an adeſſet timor fugæ, meipſum *d. cap.* 28. *num.* 21. 40.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

41. *v Poſſit initio ſolus Epiſcopus*, &c. Statuit Concilium ſolum Epiſcopum ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem Capitularis delinquentis procedere debere, vbi de fuga timatur, ne iudiciũ eludatur, & tamen aduertit I. Sane. *in ſelect. diſp.* 50. *n.* 21. quòd licèt ſtatuatur ſolum Epiſcopum procedere debere, committitur nihilominus actiu Vicario ipſius, vt praxis docet quotidiana, quia Concilium dum aſſerit illud eſſe agendum per ſolum Epiſcopum, ſe refert ad immediatè dicta, vbi Adiunctos reperiri ſimul cum Epiſcopo, vel eius Vicario ad formandum proceſſum poſcebat; animaduerſum enim fuit à ſancta Synodo inconuenientia ſuboriri ob expectationem Adiunctorum ſi ad capturam delinquentis eſſent adhibendi: ſubdit inde capturam expleri poſſe à ſolo Epiſcopo, hoc eſt, Adiunctis non interuenientibus, vnde particula, *ſolus Epiſcopus*, adiunctis eſt aduerſaria.

42. *p Epiſcopi ipſi Capitulum conuocent.*] Epiſcopos conuocare poſſe Capitulum ad libitum, dummodo non proponant de re ad commodum ſuum, vel ſuorum ſpectante, Capitul. autem ipſum poſſe quandocunque vult, ſe congregare, aſſerit deciſum Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarra*, *lib.* 1. *tit.* 18. *de Epiſcopis*, *n.* 95. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 73. *n.* 16. *& in tract. de Canon. c.* 35. *n.* 7. Aldan. *in compendio canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 10. vbi refert
43. *ſub die* 2. *Martij* 1619. fuiſſe reſolutum quòd Epiſcopus, vel eius vicarius Canonicus poteſt interuenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium.

44. Epiſcopum conuocare non poſſe Capitulum in illis caſibus, in quibus iudex eſſe poteſt, reſoluit Hieron. Venero *in Examine Epiſcopor. lib.* 4. *c.* 29. *num.* 39. Poſſe autem illud conuocare, ſi iudex eſſe poteſt de re ſpectante ad Epiſcopalem dignitatem, dicit reſolutum Armend. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *n.* 95. *in fine.*

45. Epiſcopum controuerſiam habentem cum Capitulo non poſſe domi ſua illud congregare, ſed debere ad aulam capitularem conuocare, in qua ſolitum eſt Capitulum ſemper conueniri, referunt deciſum Hieronym. Venero *d. c.* 29. *num.* 41. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiepiſcop. Neapol. dec.* 286. *part.* 4. Armend. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *n.* 96. Ego ipſe *d. c.* 35. *num.* 10.

46. Congregationes Capitulares habendas non eſſe eo tempore, quo diuina Officia celebrantur, niſi cauſa vrgens in aliud tempus differri non pateretur, quòd ſi hæ Congregationes abſque cauſa prædicta tempore celebrationis diuinorum habitæ fuerint, Canonicum iure ab his vt choro interſit, abeſſe poſſe referunt deciſum Nicol. Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 2. *n.* 559. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra*, *lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *de reſidentia Canon. n.* 94. Ego ipſe *d. c.* 35. *à num.* 14. Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 12. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Oriolan.* 6. *Martij* 1632.

o Et præcipua rerum agendarum auctoritas.] Intelliguntur hæc verba à Paul. Fuſco *de viſitat. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 12. quem refert Valenzuel. *conſil.* 184. *n.* 21. reſpectu aliorum Prælatorum, & circa poteſtatem inquirendi, & corrigendi in diœceſi, *cap. cauendum* 10. *quæſt.* 3. *cap. cùm Apoſtolus, de cenſib.* &c. & Vide Stephan. VVeymr *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo Iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.* 2. *num.* 1.

r Epiſcopis prætereà vbique is honos tribuatur.] Quòd Epiſcopis fieri debeat honor correſpondens eorum dignitati, & quòd in choro, Capitulo, & proceſſionibus, atque aliis actibus publicis habere debent locum primum ad eorum electionis arbitrium, dicit Paul. Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 24. dicens quòd cùm ſit primus in diœceſi, in altiori loco debet ſtare, *c. Epiſcopos* 17. *d. c. quia tua*, 50. *diſt.* Chaſſan. *in catal. gloria mundi*, *p.* 3. *conſid.* 14. *& ſeqq.* idem Paul. Fuſc. *d. dub.* 1. *cap.* 10. *n.* 13. refert Valenzuel. *conſ.* 184. *num.* 18. *&* 19. *tom.* 2. Intellige vbi ſtat in ſua diœceſi tanquam Epiſcopus, vel in propria Eccleſia eſt inſimul Epiſcopus, & Canonicus, quia ſedebit etiamſi aſſiſteret tanquam Canonicus in primo loco, niſi aliter ſe haberet priuilegio, vel conuentione, vt in Epiſc. Melitenſi Caputaq. *dec.* 307. *p.* 1. Pure. *dec.* 104. *lib.* 3. vbi quòd Epiſcopus Mileuitanus ſedet in Conſilio poſt Priorem, vel magnum Miniſtrum, quia Epiſcopus in Conſilio non adeſt vt Epiſcopus, ſed vt deferens magnam Crocem, D. Felix. Contelor. amicus meus, *in libello de præcedentia debita Religioni Prædicatorum, eiuſque Magiſtro generali*, *q.* 1. *num.* 20. Et ideo vbi Epiſcopus eſſet in Collegio tanquam collegiatus, non deberet præcedere antiquiores, ſed ſedere in loco ad eum ſpectanti tanquam collegiato, gloſſ. *verb. Prælatus, in c. à collatione, de appell. in* 6. Greg. Lop. *l.* 15. *gloſſ.* 1. *tit.* 5. *part.* 1. Capyc. *Neap. dec.* 27. *num.* 27. Franc. à Ponte *conſ.* 14. *n.* 50. *&* 65. *tom.* 1. Maſtrill. *Sicil. dec.* 130. *n.* 2. 3. *&* 4. D. Felix Contelor. *vbi ſupra num.* 23. Scraph. *dec.* 716. *num.* 15. *&* 16. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 298. *num.* 38. Ioan. Baptiſta de Thuro *in compendio dec. Regni Neap. tom.* 2. *verb. præcedere.* Vide quæ cumulaui *in tract. de Canonicis c.* 36. *& de Epiſcopo alleg.* 1. *num.* 5.

v Vota exquirant.] Epiſcopum igitur non habere vocem in Capitulo, aſſerunt reſolutum Armend. 47.
d. l. 6. *de Epiſcopis n.* 84. Hieron. Veneto *d. lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 42. faciunt quæ Raguſ. *de voce Canonicorum in Capitulo*, *quæſ.* 5. *n.* 4. qui autem vocem in Capitulo habeant, dixi *d. tract. de Canonicis*, *c.* 37.

φ Nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur.] Textum in præſenti dum habet Vicarium Epiſc. non 48.
admitti ad Capitulum, eſſe intelligendum, ſi Capitulum ſit exemptum, refert deciſum Sbroz. *in* 49.
add. ad ſumm. tract. de officio Vicarij, *lib.* 2. *q.* 30. Et Canonicos non teneri admittere Vicarium Epiſcopi in Capitolo ſi nolit, reſoluit Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 13. dicens ſic fuiſſe deciſum *in Amerien.* 24. *Aprilis* 1631.

χ Cæteris autem in rebus, &c.] Intelligi de iuriſ- 50.
dictione ciuili, non criminali, quam ſoli Epiſcopo Concilium tribuit, dicit Mantic. *d. deciſ.* 180. *n.* 4. *verſ. nec refragatur.*

ψ Qui verò non obtinent Dignitates, nec ſunt de Ca- 51.
pitulo.] Ergo obtinentes dignitates, etiamſi Capitulares non ſint, Adiunctorum prærogatiua gaudere, multis reſoluit Ludouic. à Sarauia *d. tract. q.* 21. *ex n.* 8.

ω Ij omnes, qui non ſunt de Capitulo, &c.] Epiſco- 52.
pum ſolum ſine Adiunctis poſſe procedere contra eos, qui non ſunt Capitulares, tenet Mantic. *d. deciſ.* 180. *n.* 2. & dicit reſolutum Armend. *d. l.* 7. *de Epiſcopis*, *n.* 94. videlicet omnes, qui non obtinent dignitates, nec ſunt de Capitulo, in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubiici.

a a Necnon conſuetudinibus, etiam immemorabili- 53.
bus.] Epiſcop. non poſſe viſitare Capitulares ſine Adiunctis, etiam vbi contraria conſuetudo immemorialis viget, reſoluunt Rot. *dec.* 744. *n.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 492. *n.* 6. latè Ludouic. à Sarauia *d. tract. q.* 24. *per tot.* Sel-

in

in ſelect.canon. cap.31. num.12. vbi refert deciſum *in Calciatenen.7. Septembris* 1630.

54. Non obſtare quominus Vicarius Epiſcopi poſſit interuenire in Capitulo, & in eo præſidere, ſi talis facultas ei ante Concilium ex conſuetudine, aut alio quocunque iure legitimè competebat, iuxta hoc decretum, præſertim ſi ipſum Capitulum nullo exemptionis, aut ſpeciali iure iuuetur aduersùs omnimodam ſubiectionem, refert deciſum Sbroz.*in addit.ad ſuum tract.de offic.Vicarij.lib. 2. quæſt.* 30. ſubdens quòd in his,in quibus agendum eſſet in Capitulo de re ſpectante ad Capitulum,ſeu ſuorum commodum, æquum eſt, vt nec eius Vicarius interſit.

55. ß*ß Sententiis,priuilegiis*, &c.] Non fuiſſe derogatum per hoc decretum ſententiæ, & priuilegio ſimul, quia cùm faciat diuerſas derogationes, his ſimul iunctis non videtur voluiſſe derogare,refert deciſum Ludouic.à Sarauia *d. tract. q.25. n.7.* per deciſ.Achil.de Graſſ. 3. *de pactis.*

56. γγ *Concordiis.*] Concordias non tollere viſitationem omnimodam, & independentem ab Adiunctorum miniſterio,reſoluunt Ludouic. à Sarauia *d.tract.quæſt.25. ex num.4.* Hieronym. Venero *d.lib.4.cap.27. num.3.*

57. Decretum in præſenti in ſuis derogationibus non comprehendere concordias à Sede Apoſt. ex certa ſcientia cõfirmatas,referunt deciſum Gonz. *ad reg.8.Cancel.gloſſ.25.n.14.* Armend. *d.lib.1. tit. 18. l.7. de Epiſcopis,n.* 67. Matcheſ. *de commiſſion. part.1.§.1.de appellat.ab interlocut. deciſ.4.* Ludou.à Sarauia *d.q.25.n.6.* Rot.apud Farin.*deciſ.715.in 1. collect.nouiſſ.*alias *p.4. diuerſor.* Lotter. *de re benefic. lib.1.q.25.num.86.*vbi *n.88.*ſubdit concordias dici ſpecificè, & ex certa ſcientia confirmatas,ſi totus tenor ſit relatus in ipſa confirmatione,vel ſaltem tota ſubſtantia narrata.

Concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi, cum qua concurrat conſuetudo immemorialis,fuiſſe per Concil. in præſenti derogatum aſſerit reſolutum Ludou.à Sarauia *d.q.25. n.19.* 58.

δδ *Quæ tantùm ſuos obligent auctores.*] Non eſſe hæc verba referenda ad concordias, ſed ad iuramenta,dicit deciſum Lud.à Sarauia *d.q.25. in fine.*

εε *Saluis tamen in omnibus priuilegiis, quæ Vniuerſitatibus*,&c.] Concilium in præſenti excipere priuilegia, quæ Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ſeu eorum perſonis ſint conceſſa, aſſerit Mantic.*deciſ.180. num.5. verſ.neque.* Anguian. *de legib.lib. 3.contr. 33.num.73.* 59.

ζζ *Hæc autem omnia*,&c.] Concilium in præſenti decreto non detrahere auctoritati, & iuriſdictioni Epiſcopis acquiſitæ,refert deciſum Ludou.à Sarauia *d.tract. q.11.n.65.* vbi citat Rotæ *deciſ.743. part.1.diuerſ.& deciſ. 305. & 321.p.3.etiam diuerſ.* & apud Seraphin.*deciſ.493.* 60.

Acceſſus & regreſſus omnino tollantur. Item & coadiutoria cum futura ſucceſſione non dentur, niſi ex cauſa cognita à Summo Pontif.

Cap. VII.

1. *Doctores de acceſſu agentes.*
2. *Doctores de regreſſu agentes.*
3. *Intelligitur de acceſſibus, & regreſſibus per ceſſum vel deceſſum.*
4. *Acceſſus, & regreſſus in reſignationibus permiſſi.*
5. *Doctores de coadiutoriis cum futura ſucceſſione agentes.*
6. *Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum coadiutoribus quæ liceant vel non.*
7. *Coadiutores cum futura ſucceſſione inferiorum beneficiorum non ſunt beneficiarij interim dum viuunt coadiuti.*
8. *Coadiutor Canonici cum futura ſucceſſione vocatur Canonicus fictus.*
9. *Beneficium per obitum coadiuti dicitur vacare.*
10. *Coadiutor conſequi non poteſt fructus ex beneficio coadiuti.*
11. *Coadiutori quid reſeruetur.*
12. *Officium Canonicum recitare non tenetur coadiutor.*
13. *Profeſſionem fidei admittere non tenetur coadiutor.*
14. *Reſidentiam præciſam, ſed cauſatiuam facere non tenetur coadiutor.*
15. *Excommunicato coadiuto non lucratur diſtributiones coadiutor.*
16. *Poſſeſſionem verè non capit niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ.*
17. *Sedes eadem principalis coadiuti non aſſignatur coadiutori.*
18. *Coadiutores viuentibus coadiutis ſedere debent in vltimo loco.*
19. *Præcedentia competit Canonicis, quamuis poſterius prouiſis, & non coadiutoribus.*
20. *Coadiutor in dignitate, abſente vel impedito coadiuto ſuo præcedit omnibus Canonicis.*
21. *Coadiutor non intelligitur comprehenſus in ſtatuto quod ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos.*
22. *Nec ſibi optat,ſed coadiuto.*
23. *Nec in ingreſſu debet fabricæ ſoluere.*
24. *Iudex Apoſt. ſeu delegatus Papæ non poteſt eſſe coadiutor.*
25. *Priuilegiis,& indultis de percipiendis fructibus in abſentia non gaudet coadiutor.*
26. *Onera Canonicorum iuniorum non portat coadiutor.*
27. *Pœnas iudiciales non ſubit coadiutor.*
28. *Presbyterorum ordinem non tenetur coadiutor habere vbi requiritur quod Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis.*
29. *Ordinem requiſitum non tenetur ſuſcipere intra annum coadiutor non reſidens.*
30. *Ordinari non poteſt coadiutor ad titulum coadiutoriæ.*
31. *Officia ad quæ coadiutus electus eſt, non poteſt exercere coadiutor.*
32. *Diſtributiones quotidianas abſente, vel non ſeruiente coadiutore non amittit coadiutus, ſi per ſe deſeruiat.*
33. *Habitum & tonſuram clericalem tenetur deferre coadiutor.*
34. *Reg. de annali, & triennali poſſeſſore gaudet coadiutor.*
35. *Menſibus datis cauſâ recreationis gaudere poteſt coadiutor.*
36. *Ægrotans, aut legitimè impeditus coadiutor haberi debet pro præſenti.*
37. *Excommunicato exiſtente coadiuto poteſt in Eccleſia deſeruire coadiutor.*
38. *Qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam*

Digitized by Google

habere tenetur coadiutor exemplo reſignatarij.

39. *Ordinari debet infra annum coadiutor ſi reſidet & inſeruit.*

40. *Coadiutor extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia coadiuti tanquam verus, & proprius Canonicus cenſendus quoad præeminentias.*

41. *Coadiutor tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, quæ habet.*

42. *Coadiutor licèt non ſit in ſacris, poteſt omnia facere quæ ſine paramentis ſacris facere poſſet coadiutus.*

43. *Coadiutori tenentur Canonici inſeruire prout tenentur inſtruire coadiuto.*

44. *Coadiutor ſeruiens pro coadiuto an debeat exire de Capitulo in quo agitur de negotio coadiuti.*

45. *Cauſa propter quas Epiſcopis coadiutor eſt concedendus.*

46. *Papa ſolus, & non alius, poteſt concedere coadiutorias cum futura ſucceſſione.*

47. *Qualitates requiſitæ ad obtinendam præbendam requiruntur ad conſequendam coadiutoriam.*

48. *Epiſcopis dandus eſt coadiutor habens qualitates paſtorali officio requiſitas.*

CVm [a] in beneficiis Eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt ſacris cõſtitutionibus ſint odioſa, & Patrum decretis contraria, nemini in poſterum acceſſus, aut regreſſus, etiam de conſenſu, ad beneficium Eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur, nec hactenus conceſſi ſuſpendantur, extendantur, aut transferantur. Hócque decretum in quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, ac in quibuſcumq; perſonis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat: *α in Coadiutoriis quoque cum futura ſucceſſione* idem poſthac obſeruetur, vt nemini in quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis permittantur. Quod ſi quando Eccleſiæ Cathedralis, aut monaſterij vrgens neceſſitas [b], aut euidens vtilitas poſtulet Prælato dari Coadiutorem, is non aliàs cum futura ſucceſſione detur, quàm hæc *β cauſa prius* diligenter *γ à Sanctiſſimo Romano Pontifice* ſit cognita, *δ & qualitates omnes* in illo concurrere certum ſit, quæ à iure, [c] & decretis huius ſanctæ Synodi in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur, aliàs conceſſiones ſuper his factæ ſubreptitiæ eſſe cenſeantur.

a Cap. ad Apoſtolicam 8. q. 2. cap. ex tranſmiſſa, & cap. ad extirpandas ſucceſſiones de fil. presbyter. c. conſuluit. de iurepatron. c. ad hæc dec. Conc. Rom. tempore Hilarij c. 5.
b Suprà ſeſſ. 21. de refor. c. 6. c. ſcripſit &c. quamuis 7. q. 2.
c Suprà ſeſſ. 20. de refor. c. 2. & ſeſſ. 7. de reform. cap. 1. & 3.

1. VIde Vaſq. *in opuſc. de benefic. cap. 2. §. 4. n. 204.* de acceſſu vide Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. acceſſus.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 20.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 6. quæſt. 5. ex n. 111.* vbi *num. 115.* ſubdit acceſſus eſſe ſublatos.

2. De regreſſu vide Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ tit. regreſſus, & acceſſus*, Campeg. *in tract. de reſeruat. regreſſus*, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de regreſſu*, Flamin. Pariſ. *d. lib. 6. quæſt. 5. à princip.* vbi *num. 96.* refert conſtitutionem Pij V. incip. *Romani Pont.* quæ reuocat omnes regreſſus, acceſſus, & ingreſſus ſub quibuſcumque formis, & quibuſcunque perſonis, & quomodocunque conceſſis.

3. Decretum in præſenti intelligi de acceſſibus & regreſſibus per ceſſum, aut deceſſum, non autem de illis, qui ob non ſolutionem perſonis conceduntur, tradunt Mandoſ. *in reg. de impetr. benefic. vac. per obitum, q. 31. num. 3.* Flamin. Pariſ. *d. l. 6. q. 5. n. 110.* Ratio eſt, quia illi iam ſublati videbantur inducere votum captandæ mortis alienæ, arg. *cap. ne captanda, de conceſſ. præbend. in 6.* & illorum,
4. quæ tradit Franc. Marc. *deciſ. 288. part. 2.* iſti verò non ita, cùm per mortem titularis penſionarius non ſuccedat, nec ſit in manu & poteſtate volentis accedere, vel regredi, malè, vel bene operando efficere vt beneficium ad ſe reuertatur, niſi obtinens recuſet penſionem ſoluere, aut illam nulliter, vel malè aſſignatam dicat, quod totum ab eo pendet, vnde Rota duplici ex iſto capite non ſemel acceſſus & regreſſus canonizauit, & ſignanter apud Achil. *deciſ. 1. num. 2. de iureiur.* Verall. *deciſ. 247. p. 1. & deciſ. 353. p. 2.* ead. Rota *deciſ. 631. num. 1. p. 1. recent. & deciſ. 286. n. 2. part. 2. etiam recent. & in Meſſanen. regreſſus 24. Ianuarij 1622. coram bonæ mem. Vbaldo, & in Cremon. penſionis ſuper regreſſu, 23. Iunij 1623. coram eod. & in Bracharen. acceſſus ad Theſaurariam 22. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano,* vbi etiam fuit dictum Rotam non ſolere admittere huiuſmodi acceſſus & regreſſus, niſi concurrat nimia proteruia in denegante ſolutiones, vel aliter reſiſtente. Et Conc. *in præſenti* nõ tollere regreſſus & coadiutorias præteritas, ſed tãtùm futuras poſt Concil. tenet Sanchez *in conſil. moral. tom. 1. lib. 2. c. 1. dub. 15. in fine.*

α In coadiutoriis quoque cum futura ſucceſſione.] 4.
Quia futura ſucceſſio abſque coadiutoria non datur per Papam propter expectatiuas prohibitas à Concilio *in præſenti*, vt ait Rota *deciſ. 349. num. 7.* apud Farin. *p. 2. in poſthum.* & ſtante coadiutoria cum clauſ. *Ex nunc prout ex tunc*, non datur vacatio, quæ cadat ſub regula menſium. Putе. *deciſ. 100. lib. 2.* Seraph. *deciſ. 1148. num. 2.* Rota *deciſ. 456. num. 11. & 12. part. 1.* recentior & coram Duran. *deciſ. 12. num. 1.*

De coadiutoriis cum futura ſucceſſione, vide 5.
Mandoſ. *in tract. de ſignatura gratiæ, verb. coadiutoria, & reg. 21. q. 5. & reg. 32. quæſt. 5.* Campeg. *in tractatu de coadiutore Epiſcoporum*, Gambar. *de officio legati de latere lib. 5. cap. de coadiutoribus.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. cum ſeqq.* Camil. Borell. *in ſumm. omnium deciſ. tit. 9. de clerico ægrotante, n. 10.* Quintanad. *Eccleſiaſt. lib. 2. n. 30. cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 2.* Moner. *de opinion. canon. cap. 4. quæſt. 8.* Melch. Phœbos *Luſit. deciſ. 2. num. 5. tom. 1.* latè Nicol. Garc. *de benefic. p. 4. cap. 5.* vbi in addit. plura de nouo cumulat, Mendez de Vaſconcellos *diuerſ. iuris argument. lib. 4. c. 1.* Ioan. Baptiſt. Valenzuel. *conſil. 98.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. c. 6. n. 102. cum ſeqq.* Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctorum, quæſt. 29.* Nauar. *in ſingularibus canon. concl. 58.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. Hierarchia part. 5. diſput. 14. §. 9.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 2.*

Circa Archiepiſcoporum & Epiſcoporum co- 6.
adiutores cum futura ſucceſſione Proſp. de Aug. ad Quatant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi, auctoritas, auctor. 13. n. 12. in fine*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 10.* & Campan. *d. cap. 6. num. 107.* referunt deciſum coadiutori cum futura ſucceſſione non licere ingredi ciuitatem pontificaliter, quia licèt ſit coadiutor cum futura ſucceſſione, ex quo tamen non habet ius in re, ſed ad rem, non debet cognoſci tanquam ſuperior, & caput, ſed vti coadiutor, & eo magis, quia contingere poteſt vt non ſuccedat in Epiſcopatu, ſed prior moriatur,

tiatur, idem ipſum non debere vti Cruce in Diuinis, nec in fundationibus Pontificiis, nec dum incedit per Vrbem, cùm Crux ſit ſignum, & ornamentum dignitatis, & iuriſdictionis, & coadiutor vtraque careat: item coadiutorem Pontificialia in Ecclesia exercentem abſente Archiep. vti non poſſe cappa, cùm ea ſit tãtùm ornamentum Epiſcopalis dignitatis; præſente autem Archiepiſcopo vti debere Mantelleto, & Rocheto, nec licere vnquam coadiutori vti Mozetta & Rochetto, etiam abſente Archiepiſcopo, & hoc proprium ſit eius, penes quem eſt dignitas, & iuriſdictio: item coadiutorem non poſſe ſedere in ſede coadiuti, cùm vna ſedes non capiat duos: item Canonicos eſſe compellendos vt coadiutori Epiſcopo ſolemniter celebranti, & Pontificialia exercẽti ſemper aſſiſtant, alioquin indecorum videretur, ſi Epiſcopus ſine Canonicorum aſſiſtentia celebraret, nec non videretur eſſe contra decretum Concilij Trident. quod extenſiuè huic etiam caſui accommodari poteſt: item Canonicos non debere accedere ad circulos, cùm ipſi circuli denotent membrorum vnionem ad ipſum caput, & conſtat coadiutorem non debere eſſe caput, item decere vt adiutor Epiſcopus confeſſionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, & vt idem quoque benedicat in fine Miſſæ, ne populus Diuinis aſſiſtens benedictione Epiſcopali defraudetur, & iam eſt vſu receptum vt Epiſcopus benedicturus faciat etiam confeſſionem cum celebrante, item licere coadiutori, de licentia tamen Archiepiſcopi, benedicere populum, dum per ciuitatem incedit: item maximè decere, vt Canonici prodeant obuiã coadiutori Epiſcopi ad Eccleſiam pontificialiter accedenti ad oſtium Eccleſiæ, eúmque deſcendentem ad idem oſtium deducere, immò eſſe valde commendandum ſi nonnulli Canonici officij, & vrbanitatis gratiã ad ipſius coadiutoris ædes accederent, item coadiutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & ſic eas Archiepiſcopi nomine, ſi quas Archiepiſcopus concedere voluerit, eſſe publicandas: refero Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 118. ſecundùm Lugdunenſ. impreſſ.

7. Coadiutores autem cum futura ſucceſſione inferiorum dignitatum, & beneficiorum, non ſunt beneficiarij interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius in re, ſed ad rem, vt per Nauar. *in cap. ſi quando, de reſcript. prael.* 5. *n.* 10. *& in tract. de Orat. cap.* 20. *n.* 18. Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſd. Adiunctorum quæſt.* 29. *num.* 44. Rot. *deciſ.* 456. *num.* 9. *part.* 1. *recen.* quia coadiutoriæ huiuſmodi non ſunt verè & propriè beneficia, ſecundùm Abb. *in c. de rectoribus, de clerico ægrot.* Petr. Greg. *de re benef. c.* 11. *num.* 2. Gonzal. Mendez de Vaſconcellos *diuerſor. iuris argumentor. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 8. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *quæſ.* 4. Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 40. *&* 64. *cum ſeqq.* Anton. Fabri *in theoriem de re benef. tit. de officiis & adminiſtrat. num.* 20. *cum ſeqq.* Sebaſtian. Cæſar. *in relect. de Eccleſiaſt. Hierarchia part.* 3. *diſp.* 14. §. 9. *à princip.* Nam Papa coadiutoriam concedendo non prouidet abſolutè de beneficio, illud abſolutè conferendo, ſed ad effectum prouidendi neceſſitati Eccleſiæ, Borart. *deciſ.* 78.

8. Vnde coadiutorem Canonici cum futura ſucceſſione vocari Canonicum fictum, tradunt Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 107. Monet. *de option. canon. quæſt.* 8. *num.* 143. Ludouic. à Sarauia *d. tract. de iuriſdict. adiunctorum, quæſt.* 29. *num.* 33. Lotter. *d. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 11. Rota *deciſ.* 410. *n.* 6. *in princ. p.* 2. recentiſſimi.

Per obitum enim coadiuti dicitur beneficium, 9.
vacare, Pute. *deciſ.* 225. *num.* 3. *lib.* 3. in correctis Caualer. *deciſ.* 116. *n.* 5. & coadiutoria poſt mortem coadiuti continet gratiam coadiutoris, ex Pute. *d. dec.* 225. *n.* 6. *lib.* 3. *& deciſ.* 98. *lib.* 2. Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 53. *& ſeq.* Monet. *d. q.* 8. *n.* 143. ac proinde non ſubiacet publicationi, Ludouic. à Sarauia *d. quæſt.* 29. *num.* 25. licèt enim ſit ſimilis reſignationi, eſt tamen quid diuerſum ab illa, Rot. *deciſ.* 10. *num.* 3. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.* Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 69. Caualer. *d. deciſ.* 116. *num.* 4. Lotter. *d. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 23.

Hinc prouenit quòd Coadiutor conſequi non 10.
poteſt fructus ex beneficio coadiuti, Nau. *conſil.* 2. *n.* 3. *de cleric. ægrot.* Ludouic. à Sarauia *d. quæſt.* 29. *num.* 26. Rot. *deciſ.* 285. *lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ.* ſed lucratur etiam diſtributiones quotidianas abſente coadiuto ad vtilitatem coadiuti, vt cenſuit ſacra Rituum Congregat. *in vna Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in dub.* 6. *& in alia Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. Vide Trullench. *d. lib.* 1. *in Decalog. cap.* 8. *dub.* 6. *num.* 3.

Et ideo quando coadiutor habet aliunde vnde 11.
ſe valeat decenter ſuſtentare, diſponitur nonnunquàm quòd nihil prorſus percipere debeat de fructibus, nec de diſtributionibus, prout fuit in caſu, in quo Nauar. conſuluit *d. conſil.* 2. *num.* 3. & ſæpe aliàs fit; & interdum mandatur dari centum ducatos, & aliquando plus, vel minus, prout partes inter ſe conueniunt ante porrectam ſupplicationem, habita ſemper conſideratione, ne coadiutor egeat, refert Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 9. *n.* 96. quia aliàs coadiutor poſſet petere à coadiuto congruam ſuſtentationem, ſi deſeruiat vti coadiutor, Nauar. *d. conſ.* 2. *num.* 1. *&* 7. *& de Orat. cap.* 20. *n.* 18. Nicol. Garc. *d. part.* 4. *cap.* 5. *in addit. ſub num.* 130. *dub.* 36. niſi aliud caueatur in coadiutoria huiuſmodi, in qua hodie conſuetum eſt poni clauſulã, *quia partes ita conueniunt, quòd coadiutor non poſſit petere congruam, nec quicquam exigere quouis titulo ratione coadiutoria*, vt ipſe teſtatur Garc. *ubi proximè*, ſubdens id procedere, etiamſi non narretur coadiutorem habere beneficium, ſeu vnde ſe valeat ſuſtentare, quamuis ſi coadiutor ob paupertatem magnam non valeat decenter ſeruire Eccleſiæ, poſſet excuſari à ſeruitio, nec principalis poſſet illum arctare, ſeu compellere, niſi dando ei aliquid, quo decenter & honeſtè valeat deſeruire.

Nec tenetur ad officium Canonicum recitan- 12.
dum, ſed proprietarius, vt tenent Campeg. *de coadiutore Epiſcopi n.* 8. Nauarr. *in cap. ſi quando, prael.* 5. *num.* 10. *de reſcript. & de Orat. cap.* 20. *n.* 18. Gambar. *de offic. Legati à latere lib.* 4. *num.* 285. Redoan. *de ſimon. part.* 2. *cap.* 27. *de Rectorib.* Soar. *de Religion. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 19. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract.* 6. *c.* 2. *num.* 44. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. *quæſ.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 41. Nicol. Garc. *de beneſic. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 109. Maldet. *de virtut. tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 3. *quæſt.* 2. Oliuer. Bonart. *de oblig. Horarum Canon. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 26. Bonacin. *de Horis Canon. diſput.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 3. *& num.* 15. Squillante *de obligat. clericor. p.* 1. *à n.* 14. Ludouic. à Sarauia *d. q.* 29. *num.* 24. Paul. Layman. *in Theologia morali lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. *in fine*, Sebaſt. Cæſar. *dicta diſput.* 14. §. 9. *n.* 3.

Nec tenetur ad Fidei profeſſionem niſi cum 13.
fuerit ſucceſſioni locus, vt contra Acoſtam de Andrada ad Bullam Cruciatæ, *quæſt.* 73. reſoluunt Nicol. Garc. *de beneſic. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 16. Ludouic. à Sarauia *d. quæſt.* 20. *num.* 37. Trullench *in Decal. lib.* 1. *cap.* 1.

c.1.dub.8. num.1. Ego ipſe de officio & poteſt. Epiſc. part.3. alleg.61. n.13. me citato Squillante de priuilegiis cleric.c.4.n.79.

14. Nec tenetur ad reſidentiam præciſam, ſed cauſatiuam, id eſt, vt de bonis ſuis ſatisfaciat pro intereſſentia non ſoluta; ita Gonzal. Mendez de Vaſconcellos d.cap.1.num.8. Gonzal. d.gloſſ.5.§.9. num.63. me citato Ludouic. à Sarauia d. quæſt.29. num.27. etiam caſu, quo coadiutus propter infirmitatem, vel aliàs legitimè impeditus, non teneretur alioquin reſidere, aliàs enim amittentur diſtributiones quotidianæ, quæ punctantur coadiuto in damnum ipſius coadiutoris, vt cēſuit S.Rituum Congregat, in Elboren. 15. Apr. 1606. & in Patauina 8. Maij 1617. & in Ceneten. 4. Aprilis 1620. Vnde Rota deciſ.276. num.3. part.1. recentior. reprobat Nauarr. conſil.2. incip. Præſuppoſito, num.4. de cler. ægrot. reſoluentem coadiutorem non teneri reſidere, licèt poſſit, ſi velit, & addit Nauarrum hoc dicere, quia in illo caſu coadiutoria habebat circa reſidentiam, & ſeruitium verba facultatiua; poſſis, &c. non autem verba neceſſitatis, debeas & tenearis; deinde quia in caſu Nauarri nihil omnino erat coadiutori reſeruatum, ſecus quando plura emolumenta fuerunt attributa: demum quòd dictum conſilium Nauarri non videtur verum, quia ſecundùm illum intellectum gratia coadiutoriæ eſſet quodammodo ſimplex expectatiua, quæ per ſacrum Conc. prohibita eſt, refert nouiſſimè Theodoſius de Rubeis ſingul. Rota tom.2. part.3. verb. Nauarrus, pag.203. vbi atteſtatur ſacram Rituum Congregat. reprobaſſe dictum conſilium Nauarri.

15. Nec lucratur diſtributiones excommunicato coadiuto, Gonzal. d.gloſſ.5. §.9. ex num.123. Ludouic. à Sarauia d.quæſt.29.num.38. Nicol. Garc. d. part.4. cap.5. num.86. vbi num.85. ſubdit quòd ſi fortè coadiutori aliquid de fructibus, ſeu diſtributionibus aſſignatum ſit pro congrua, ſeu ſeruitio, vt aliquando fit, id ſibi poterit lucrari, non obſtante excommunicatione principalis, quæ ſibi non aliter debet nocere. Sed pulcher caſus ſe offert reſoluendus. Conſtitutione Eccleſiæ Carthaginen. cauetur, vt quotieſcunque occurrerit, quòd aliquis Capitularis eiuſdem Eccleſiæ carceretur, ſi repertus fuerit culpabilis, non lucretur fructus ſuæ præbendæ pro tempore, quo fuerit carceratus; verùm quia datur caſus, vt quandoque Capitulares prædicti habeant coadiutores, qui inſeruiendo diuinis interſunt durante carceratione dictorum Capitularium, ideo fuit dubitatum in ſacra Congregatione Concilij, an tales coadiutores inſeruientes poſſent lucrare fructus præbendæ pro præbendatis coadiuti, pro tempore, quo dicti eorum coadiuti culpabiles reperti manſerint carcerati? Eadem S.Congregat. die 15. Decembr. 1618. cenſuit coadiutum non poſſe percipere fructus prædictos.

16. Nec verè capit poſſeſſionem, niſi poſt ceſſationem coadiutoriæ, Rot. deciſ.456. num.6. part.1. recent. Ludouic. à Sarauia d.quæſt.29. num.51. non enim ſufficit prima capta poſſeſſio viuente coadiuto, vt declarauit ſacra Rituum Congregatio in Patauina 30. Ianuarij 1616. & in d.Colimbrien. debet enim poſt mortem coadiuti noua capi, eadem ſacra Congreg. in Patauina 3. Iunij 1616. & ideo in vna Terulen. 21. Martij 1609. cenſuit quòd coadiutor debet habere locum captæ poſſeſſionis poſt mortem coadiuti, & non locum captæ poſſeſſionis viuente coadiuto: & in alia Bergom. 7. Auguſt. 1627. cenſuit poſſeſſionē ab obitu coadiuti numerandam eſſe, quāuis prior poſſeſſio accederet ad annos 20.

17. Nec ei aſſignatur eadem ſedes principalis coadiuti, ſed ſedere debet vltimo loco poſt omnes Canonicos, prout deciſum referunt Gonzal. d.gloſſ.5. §.9. num.101. & 109. cum ſeqq. Monet. de opt. canon. cap.4. quæſ.8. ex num.141. Nicol. Garc. d.part.4. c.5. ex num.66. Sebaſt. Cæſar d.§.9. num.6. Rot. dict. deciſ.456. & deciſ.637. part.1. recent. Ludou. à Sarauia d.quæſt.29.num.41. vbi tenet coadiutores antianitatem non à die eorum admiſſionis, ſed à ceſſationis coadiutoriæ die adipiſci. Hermoſil. ad Greg. Lop. gloſſ.2. prol. part.5. num.22. & 23. Diana reſol. moral. part.4. tract.4. reſol.88. Lotter. d. lib.2. quæſt.25. num.37. & 38. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.106. num.39. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol.137. Contelor. de præcedent. num.50. Mich. Ferrus de præced. Eccleſ. q.15. n.2.

18. Et quòd coadiutores viuentibus coadiutis ſedere debent in vltimo loco poſt omnes Canonicos, & quando aliquas fundationes faciunt quæ pertinent ad ſuos coadiutos, vt cantare lectiones, præintonare Antiphonas, &c. pariter debent illas facere in nouiſſimo loco, cenſuit ſacra Rituum Congregat. in d.Colimbr. 16. Septembris 1606. in 4. dub. & in Patauina 3. Decembris 1616. Brunduſin. 18. Martij 1617. Caſalen. 15. Iulij eiuſdem anni, & 10. Decembris 1629. Vincent. 18. Auguſti 1618.

19. Competit igitur præcedentia Canonicis, quamuis poſteriùs prouiſis, niſi aliud in forma coadiutoriæ caueatur, quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante; eadem S.Congregat. in d. Colimbrien. 16. Septembr. 1606. in 2. dub. Taurinen. 10. Nouemb. 1612. & 3. Iunij 1614. Brunduſin. 18. Martij 1617. Elnen. 20. Aprilis 1619. Tiraſonen. 13. Iunij eiuſdem anni, Dertonen. & Cæſaraugustana 26. Septemb. 1620. Bellunen. 23. Ianuar. 1621. Taruiſin. 29. Maij eiuſdem anni, Calarit. 18. Auguſti 1629. vbi fuit reſolutum coadiutoribus nullam deberi ab aliis Canonicis præcedentiam. Caſalen. 10. Decembr. 1619. vbi fuit dictum ſtatutum Eccleſiæ Caſalen. diſponens quòd coadiutores gradatim aſcendant, & præcedant poſteris Canonicis, vti iuri Canonico aduerſans ſeruandum non eſſe, ſed coadiutores poſt omnes ſedere debere. Et iterum in Elnen. 7. Aug. 1621. fuit reſolutum coadiutori non deberi eundem locum, quem vigore ſtatuti auctoritate Apoſtolica minimè confirmati, nec conſuetudinis haud legitimè præſcriptæ habebat tempore coadiuti, ſed illum cedere debere omnibus Canonicis proprietariis ingreſſis durante eius coadiutoria.

20. Verùm vbi coadiutor in dignitate eſſet, abſente vel impedito coadiuto ſuo præcedit omnibus Canonicis. Sacra Congregat. Rit. in Neritonen. 22. Octobr. 1619. idémque prorſus ſtallum, quod coadiutus, ſi præſens eſſet, obtineret, habere debet, vt cenſuit eadem ſacra Congregatio in Brunduſin. 29. Maij 1621. Vnde cùm Stephan. Guerrerius prouiſus de coadiutoria Archidiaconatus primæ dignitatis Neritonen. quæſiſſet ab eadem ſacra Rit. Congregat. quo in loco debeat ipſe ſedere abſente Archidiacono coadiuto, item an ad ipſum ſpectent fundationes quas faceret idem Archidiaconus, ſi præſens eſſet, eadem S. Rituum Congr. Eminentiſſ. Cardin. Creſcentio referente cenſuit coadiutori ſupradicto, iuxta formam litterarum coadiutoriæ, competere locum, ſeu ſtallum, in quo ſederet Archidiaconus coadiutus, ſi præſens eſſet, necnon ad eundem coadiutorem ſpectare fundationes, quas obiret idem Archidiaconus, ſi adeſſet, ſub die 12. Octobris 1619.

Nec

21. Nec intelligitur coadiutor comprehenſus in ſtatuto,quod ex aliqua cauſa iubilare facit Canonicos,eadem ſacra Congregat. *in Elboren.*15. *Aprilis* 1606. *in* 3. *dub.* quicquid dicat Garc. *d. c.*4. *numero* 89.

22. Nec ſibi optat,ſed coadiuto, Monet. *de option. canon. quaſt.*8. *n.*152. Ludouic.Sarauia *d.quaſt.*29. *num.*31. & declarauit eadem ſacra Rituum Congr. *in d.Colimbrien.*16. *Septembris* 1606. *in* 5. *dub.*

23. Nec in ingreſſu debet fabricæ ſoluere, quod eſt conſuetum ſolui perCanonicoa de nouo ingreſſos. Nicol.Garc. *d.p.*5. *num.*78.

24. Nec poteſt eſſe iudex Apoſtol. ſeu delegatus Papæ, vel deſignari iudex ſynodalis, quia ex dicendis coadiutor non eſt verè Dignitas, ſeu Canonicus, quamuis ſit in ſeruitio Eccleſiæ, & ſic non habet qualitates *cap.ſtatutum, de reſcript. lib.*6. ita contra Acoſtam de Andrada *ad Bullam Cruciata quaſt.*75. reſoluit Nicol. Garc. *d.part.*4. *c.*5. *in addit.poſt. n.*130. *dub.*28. vbi ſubdit, proptera commiſſionem factam Dignitati non tranſire in eius coadiutorem, non ſolùm quando fuit expreſſum nomen proprium, ſed etiam quando non fuit expreſſum.

25. Nec gaudet priuilegiis & indultis de percipiendis fructibus in abſentia, puta ratione ſtudij, aut lecturæ in aliqua Vniuerſitate, quibus coadiutus gaudere poteſt, ex multis adductis par Nic. Garc. *in d.addit.dub.*30.

26. Nec tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licèt teneatur ad onera ſui coadiuti, quia licèt ſedeat poſt omnes Canonicos, id non eſt ex eo quòd ſit Canonicus iunior, ſed quia non eſt verè Canonicus,& fulget aliena dignitate, non propria, ita Nicol. Garc. *in d. addit. dub.* 33. & declarauit Rituum Congregat. *in d.cap. Colimbrien.* 16. *Septemb.* 1606. *in* 7. *dub.* vnde cenſuit *in alia Elboren.*15. *Aprilis* 1606. quòd Canonicus iunior iuxta conſuetudinem Eccleſiæ debet ſupplere vices hebdomadarij abſentis, vel impediti,& non coadiutor, licèt ſedeat poſt vltimum Canonicum.

27. Nec tenetur ad pœnas iudiciales, quæ non habetent rationem mulctæ ordinariæ, impoſitas ob culpam coadiutoris,non obſtante ſtatuto contrario,quia eſſet iniuſtum,& contra ius, niſi fortè fuiſſet à Papa in ſpecie confirmatum, ita Nicol. Garc. *in addit. dub.*34. *in fine.*

28. Nec tenetur tempore conceſſionis coadiutoriæ habere Ordinem presbyteralem vbi ſtatuto Eccleſiæ cantum fuerit, quòd Canonicus actu ſit Sacerdos tempore promotionis,ſed ſufficit habere Clericatum &legitimam ætatem ad Ordinem requiſitam,ita Caputaq. *deciſ.*127. *num.*1. & 2. Gonzal. *d.gloſſ.*5.§.9. Nicol.Garc. *in d addit.ſub dub.*23.

29. Nec tenetur ſe promoueri facere intra annum ad Ordinem requiſitum, ſi nunquam reſedit, ſeu Inſeruiit, quia coadiutus non vult, ex quo non habet exercitium coadiutoriæ,ſicut habens curam habitu, & non actu, non tenetur ad ſacerdotium promoueri infra annum, vt diximus *in tract.de Paroch.cap.*5. *num.*29. ita Nicol. Garc. *in d. addit.ſub dub.*25. *verſ. modò*; & ideo habilitas requiritur in coadiuto, nec hoc caſu illa coadiutoris ſufficeret; nam ſtante ſtatuto in Eccleſia Barbaſtrenſi, quòd Canonici, qui infra annum non fuerint promoti ad ſubdiaconatum, amittant tertiam partem fructuum, & ſi infra alios duos annos non fuerint promoti ad Diaconatum, amittant medietatem fructuum, & ſi infra alios duos annos non fuerint promoti ad presbyteratum, amittant omnes fructus & diſtributiones, quæſitum fuit an coadiutor datus Canonico non ordinato, vt *ſuprà*, poſſit lucrari fructus & diſtributiones pro coadiuto, ſi ipſe coadiutus eſt ordinatus ad formam dicti ſtatuti? Sacra Congregat. *die* 1. *Decembris* 1629. cenſuit Canonicum ſupradictum coadiutum non lucrari fructus,nec diſtributiones mediante ſeruitio dicti coadiutoris.

30. Nec poteſt ordinari ad titulum coadiutoriæ; Salzed.ad Bernard. *in pract.cap.*18. *n.*7. Gonzal. *d. gloſſ.*5.§.9. *num.*8. Monet. *de option. canonic. cap.*4. *quaſ.*8. *num.*169. Stephan. Cæſar *d.*§.9. *n.*4. & 9. Nicol.Garc. *de benefic.part.*2. *cap.*5. *à num.*132. vbi ſubdit poſſe quem ordinari ad titulum coadiutoriæ, ſi fortè ratione illius haberet congruam, non tanquam ad titulum beneficij, ſed tanquam ad titulum penſionis.

31. Nec poteſt exercere officia ad quæ coadiutus electus eſt, nam in his quæ ſpeciali nominatione competunt coadiuto, non venit coadiutor, nec eum repræſentat,ita Nicol.Garc. *in addit. ad d.c.*5. *ſub num.*88.

32. Nec eo abſente, vel non ſeruiente, amittit diſtributiones quotidianas Canonicus coadiutus, ſi per ſe deſeruiat, quia *in cauſa Vrbeuentana die* 9. *Septembris* 1628. ſacra Congregat. Concilij cenſuit diſtributiones quotidianas deberi Canonico coadiuto infirmo, abſente, vel non ſeruiente coadiutore.

33. In multis tamen coadiutori effectus veri beneficiarij tribuuntur, vt eſt ille, quod tenetur habitum & tonſuram clericalem deferre, & fori priuilegio gaudet, ita Nicol. Garc. *dict.cap.*5. *à num.*97. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.*2. *tit.*19. *de foro compet. num.*26. Sebaſtian. Cæſar. *de Eccleſ.hierarchia diſp.*14. §.9. *num.*8. Squillante *de priuileg. clericor. c.*7. *num.*21. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p.*2. *alleg.*12. *n.*4. & 9.

34. Gaudet reg. de annali poſſeſſore, vt apparet ex formulis coadiutoriæ, Nicol. Garc. *d.c.*5. *à n.*89. Gonzal. *d.*§.9. *à num.*118. & declarauit S.Rituum Congregatio *in d. Colimbrien.*16. *Septembris* 1606. *in* 3. *dub.*

35. E poteſt gaudere menſibus datis cauſa recreationis,& illos conſumere ſicut principalis; ita tamen quòd dies per vnum ipſorum conſumpti non poſſint per alterum aſſumi, ſed quoad ambos remaneant conſumpti. Ita Gonzal. *d.*§.9. *num.*13. & *ſeq.* Nicol. Garc. *d.c.*5. *n.*79.

36. Et ægrotans, aut aliàs legitimè impeditus haberi debet pro præſenti, & lucrari ſicut lucraretur principalis, quando ipſe coadiutor erat actu ſeruiens tempore ſuperuenientis infirmitatis, ſeu impedimenti, aliàs poſſet dari locus fraudibus in detrimentum ſeruitij Eccleſiæ, ita dubitatum fuit à S.Congregatione Concil. *in vna cauſa Barbaſtrenſi* an coadiutus impedito, ſeu infirmo coadiutore teneatur inſeruire ſi habilis ſit ad effectum lucrandi diſtributiones? *die* 9. *Nouemb.* 1630. S.Congr. cenſuit, ſi ex forma litterarum Apoſtolicarum coadiuti nunquam teneantur horis Canonicis intereſſe, coadiutores quandiu aliqua ex tribus cauſis expreſſis *in c. vnico, de cleric. non reſid. lib.*6. verè fuerint impediti, diſtributiones quotidianas lucrati, perinde ac ſi Diuinis intereſſent.

37. Poteſt inſeruire, & reſidere in Eccleſia excommunicato exiſtente principali, quia non inſeruit, nec agit nomine excommunicati, ſed nomine proprio, aut nomine Eccleſiæ, vt contra Gonzal. *dict.* §.9. *num.*128. reſoluit Nicol. Garc. *d.cap.*5. *à n.*83. vbi *n.*85. ſubdit quòd ſi fortè coadiutori aliquid de fructibus, ſeu diſtributionibus aſſignatum eſt

pro

pro congrua, ſeu ſeruitio, vt aliquando fit, id ſibi poterit lucrari, non obſtante excommunicatione principalis, quæ ſibi, non alteri debet nocere, & *n.*86. cum Gonzal. *vbi ſupra n.*123. reſoluit quòd nunc coadiutor non poteſt lucrari pro coadiuto excommunicato, & ad eius commodum, & vtilitatem, per *cap. paſtoralis, §. verum, de appell.*

38. Et tenetur habere qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam exemplo reſignatarij, vt per Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.*4.*q.*9. *n.* 19. Nic. Garc. *de benef. p.*7.*c.* 4. *in fine.* Gonz. *d. gl.* 5. §. 9. *n.*6. *&* 90. Monet. *d. c.* 4. *n.* 155. *&* 155. Lud. à Sarauia *d. q.*29. *n.*7. Camp. *in diuerſorio iuris Canon. rub.* 7. *c.*6. *n.* 103. vbi quòd coadiutores huiuſmodi debent eſſe conſtituti in illa ætate, quæ ad illud obtinendum beneficium requiritur, de quo etiam nouiſſimè Squillante *de priuileg. cleric. c.*4.*n.*79.

39. Et ſic debet promoueri infra annum ex quo reſidet, & inſeruit ad Ordinem ſuæ præbendæ annexum, vt per Nicol. Garc. *d. c.* 5. *in addit. ſub n.* 130. *dub.* 23. *verſ. modò.*

40. Extra Eccleſiam Cathedralem in abſentia coadiuti tanquam vetus & proprius Canonicus cenſendus quoad præeminentias veris Canonicis conuenientes, vt cenſuit Sacra Rituum Congregatio *in Piſtorien.* 15. *Martij* 1608.

41. Et tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, quæ habet, ſaltē ratione futuræ ſucceſſionis, quæ ipſi conceditur, cùm ſit gratia beneficialis, ſeu de beneficio, Nicol. Garc. *in dict. addit. dub.* 38. vbi addit totam gratiam vitiari, & eſſe nullam ſi non fiat mentio de obtentis coadiutoriis, quia licèt illa de ſe ſit diuidua, & ſeparabilis, tamen ex intentione Papæ, & ipſius coadiutoris eſt indiuidua.

42. Et quamuis non ſit in Sacris conſtitutus, poteſt omnia & ſingula facere, & exercere, quæ ſine paramentis ſacris cum cappa & cotta facere poſſet coadiutus ſi præſens eſſet; ſacra Congregatio *Rituum in Bononien.* 19. *Decembris* 1615.

43. Et ei tenentur Canonici inſeruire & miniſtrare, prout tenerentur inſeruire proprio Canonico coadiuto in omnibus fundationibus canonicalibus; eadem S. Congreg. *in Caſalen.* 10. *Ianuarij* 1609.

44. Vtrùm autem coadiutor ſeruiens pro coadiuto debeat exire de Capitulo in quo agitur de negotio ipſius coadiuti, ſolet in aliquibus in dubium reuocari, in quo videtur reſpondendum non debere exire, quia coadiutor non agit, nec inſeruit nomine coadiuti, licèt eum repræſentet, quatenus agit & inſeruit loco & vice illius: ſed agit & inſeruit nomine proprio, ſeu nomine Eccleſiæ, & ſic nihil impedit eum intereſſe & dare vocem in Capitulo in quo tractatur de negotio coadiuti; vnde videtur quòd poſſet coadiutor dare ſuffragiū, ſeu votare in electione præbendæ, quam prætenderet coadiutus & eſſet oppoſitor, & etiam pro eo ſuffragiū dare; rurſus è conuerſo coadiutus bene poteſt intereſſe in Capitulo, & dare vocem ſeu votum vbi agitur de negotio coadiutoris, niſi fortè tractetur de re ſpectante ad ipſam coadiutoriam, quæ particulariter etiam ſpectet ad ipſum coadiutum, ita Nicol. Garc. *d. p.* 4. *c.* 5. *ex n.* 103. Sebaſt. Cæſ. *d.* §. 9. *n.* 12. vbi *n.* 13. exiſtimat non eſſe inconueniens, quòd ſimul poſſint in habitu canonicali intereſſe coadiutus, & coadiutor in proceſſionibus & Miſſarū ſolemniis, principalis in loco ſibi debito iuxta antiquitatem ſuā, coadiutor poſt omnes Canonicos, quicquid dicat Nic. Garc. *d. c.* 5. *ex n.* 107. cuius fundamentum, quòd vnum tantùm Canonicatum repræſentant, ſolùm cōcludit ne duplicem vocem habeant, vel duplices lucrentur diſtributiones, non quoad intereſſentiam, quæ diuerſis reſpectibus vtrique conuenit, vni tanquam vero Canonico, alteri tanquam coadiutori, ſicut nihil inconuenit quòd in eadem Eccl. Rector principalis, vt talis, & Vicarius vt Vicarius intereſſe valeant, & vſu receptū videmus in Epiſcop. & eius Vicario generali.

β *Cauſa prima*, &c.] Quæ autem ſint cauſæ propter quas coadiutores Epiſc. concedendi ſunt, refert Pariſ. *de reſignat. lib.*7.*q.*20.*n.*14. *cum ſeqq.* 45.

γ *A Sanctiſſimo Romano Pontifice*, &c.] Huiuſmodi coadiutorias cum futura ſucceſſione ſolum Romanum Pontif. & non alium, licèt ſit Legatus, ſeu Nuncius, poſſe concedere tradunt Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.*6.*q.*5. *n.*15. *&* *l.*7.*q.*20.*n.*14. Gonz. *d.* §. 9. *n.*91. Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 1. *n.* 33. Nicol. Garc. *d. p.* 4. *cap.* 5. *n.* 19. Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.* 7. *c.* 6. *n.* 105. *prope fin.* 46.

δ *Et qualitates omnes*, &c.] Qualitates requiſitas ad obtinendam præbendam requiri ad conſequēdam coadiutoriam, tradunt Doctores ſuprà citati *n.*20. & quòd debeant eſſe conſtituti in illa ætate, quæ ad illud obtinendum beneficium requiritur, obſeruat Campan. *d. cap.*6. *num.* 103. 47.

Epiſcopis dandum eſſe coadiutorem ſufficientes habentem qualitates paſtorali officio requiſitas, tradit Flamin. Pariſ. *d. q.* 20 *n.* 15. bene obſeruans in euentu, quòd talis coadiutor detur circa temporalia propter dilapidationem, debere eſſe prouidum, & fidelem, & ſcire ea bene diſpenſare: ſi verò circa ſpiritualia, aduertendum vt ſciat prouidere ſaluti animarum. 48.

In hoſpitalibus hoſpitalitas exerceatur, & vbi non poterit exerceri ob defectum peregrinorum, fructus illi deſtinati ad hoſpitalitatem applicentur alicui operæ piæ, niſi aliter in fundatione ſtatutum fuerit.

CAPVT VIII.

1. *Hoſpitalitas laudanda, & amplectenda.*
2. *Hoſpitalitatem qui teneantur præſtare, cogive poſſint ad illam.*

ADmonet ſancta Synodus quoſcumque Eccleſiaſtica beneficia, ſæcularia, ſeu regularia obtinentes, [a] vt hoſpitalitatis officium, à ſanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè, benignéque exercere aſſueſcant, memores, eos, qui hoſpitalitatem amant, [b] Chriſtum in hoſpitibus recipere. α *Illis verò*, quæ hoſpitalia vulgo nuncupata, ſeu alia pia loca ad peregrinorū, infirmorū, ſenum

[a] Cap. 1. & c. quieſcamus, 42. diſt. cap. Archidiaconum 85. diſt. c. volumus, 89. diſt. cap. quia, ad fin. & cap. in om. 22. q. 2. cap. quoniam 16. quæſt. 1.
[b] Matth. 5.

ſenum pauperúmve vſum præcipuè inſtituta, in commendam, adminiſtrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam Eccleſiis ſuis vnita, obtinent, vel ſi Eccleſiæ parochiales hoſpitalibus fortè vnitæ, aut in hoſpitalia erectæ, earúmque patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint, præcipit omnino, vt impoſitum illis onus, officiúmve adminiſtrent, atque hoſpitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, iuxta Conſtitutionem Concilij Viennenſis, aliàs in hac eadem Synodo à fel. rec. Paulo III. innouatam, quæ incipit, Quia contingit. *β Quod ſi hoſpitalia* hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, mandant adhuc, vt fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco & tempore vtilior, conuertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè, etiam in hunc euentum, in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum, quo caſu, quod ordinatum fuit, obſeruari curet Epiſcopus, aut ſi id non poſſit ipſe, prout ſuprà, vtiliter prouideat. Itaque ſi prædicti omnes, & ſinguli, cuiuſcumque Ordinis, & religionis, & dignitatis, etiamſi laici fuerint, qui adminiſtrationem hoſpitalium habent, non tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regularis obſeruantia, ab Ordinario moniti hoſpitalitatis munus adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, neceſſariis, reipſa obire ceſſauerint, non ſolum per Eccleſiaſticas cenſuras, & alia iuris remedia ad id compelli poſſint: ſed etiam hoſpitalis ipſius adminiſtratione, curáve perpetuò priuari poſſint, aliíque eorum loco ab iis, ad quos ſpectabit, ſubſtituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſſione, aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ teneantur, nec adminiſtratio, ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni & eidem perſonæ vltra triennium deinceps committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obſtante, quoad omnia ſupradicta, quacunque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili, ſeu priuilegiis, aut indultis quibuſcumque.

1. VIde nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas. conſt. 16. pag. 161. cum ſeqq.* vbi dicit *Clem. quia contingit, de relig. domib.* innouari per decretum Concil. *in præſenti*, & vnum ac alterum multipliciter explicat ac interpretatur. Hoſpitalitatē laudandam, amplectendam, & mandandam eſſe, multis S. Scripturæ & Sanctorum Patrum auctoritatibus probo Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 1. tit. 3. gloſſ. 9. ſuper verb. hoſpitalem.* Vide etiā Chaſſ. *in Catalogo gloriæ mundi, p. 11. conſid. 46.* Coſm. *in pragm. ſanctione, in proœm. §. nam Eccleſiarum in gloſſ. hoſpitalitas, §. 36.* Chopin. *de ſacra politia lib. 3. tit. 5. à princip.* Illuſtriſſimus D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad ſum. diſt. 32. n. 1. pag. 315.* & ad hoc propoſitum elegantia ſunt verba Stephani VVeyms *d. conſt. 16. n. 1. pag. 170.* quæ ſequuntur: *Neque enim ſine ratione Deus paupertatem inter homines conſtituit, cum per eam quiſque ſibi viam ſternere poſſit in cœlum; illi quidem qui eiuſdem miſerias ſuſtinent per patientiam: alij verò qui largitatis diuinæ rore affluunt per liberalitatem, diuitias ſuas egenis participando, indeque meritum ſibi comparando: nam præterquam quod ad hanc participationem natura ipſa per compaſſionem nos moueat, ratio quoque nos obligat & impellit, vt non immeritò* D. Ambroſ. ſerm. 8. ſup. verb. Euāg. *dicat eum qui indigentibus denegat, dum abundat, eodem loco haberi, quo ſunt illi qui alteri habenti ſuum auferunt, vnde Chriſtus etiam Saluator noſter docuit* Lucæ cap. 12. *eum, qui vult perfectus eſſe, debere vendere omnia, quæ habet, & dare pauperibus, ſic commendans hoſpitalitatem, & eleemoſynam tanquam veram medelam ad remiſſionem peccatorum,* c. 1. diſt. 42. *Illiuſque exemplo ſubſequentes Apoſtoli & diſcipuli diligentiſſimè ſemper charitatis opera, & pauperum memoriam commendarunt,* teſte D. Paulo ad Hebr. *c. 13. hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Etenim per illius pium exercitium aliqui Deo ita placuerunt, vt etiam Angelos hoſpitio recipere promeruerint, prout de Abrahamo & Loth legimus* Geneſ. c. 18. & 19. *Et è contra refertur viduam fuiſſe prohibitam recipi in Eccleſia, quæ pauperes hoſpitio non receperat,* 1. ad Timoth. c. 5. cap. quomodo 31. q. 1. *Quamobrem obſeruare licet ab omni ferè æuo viſitatum fuiſſe vt homines deuoti & pij charitatis operibus vt plurimum ſeſe dederint, tum per alimentationem pauperum peregrinorum, & miſerabilium perſonarum, tum etiam per fundationes locorum & hoſpitiorum, in quibus ſimiles perſonæ refici ac foueri poſſent: quæ quidem loca ex ipſo hoſpitalitatis actu, qui in iis conſueuit exerceri, hoſpitalia paſſim fuerunt nuncupata,* c. dilecti, de appel. *& quandoque etiam eleemoſynaria ab ipſa eleemoſynarum elargitione,* &c. Hactenus Steph. VVeyms.

Qui teneantur, cogíve poſſint ad illam præſtandam, tradunt Chaſſ. *in catalogo gloriæ mundi, p. 11. conſid. 46.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. & ſi impubes n. 37. ff. de liber. agnoſc.* Fuſcus *d. viſit. lib. 2. c. 13.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 6. princip. n. 8.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 44. ex n. 10.* Menoch. *de arbitr. caſu 182. n. 43.* Avend. *de exequend. mandatis lib. 2. c. 8.* Azeued. *l. 7. n. 1. & 5. tit. 3. lib. 1. nouæ recopil.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. num. 37.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. q. 152.* meipſum *in collect. ad c. 1. de empt. & vendit.* 2.

α Illis vero, &c.] Aduertit Stephan. VVeyms *d. num. 28. & 29.* præcipere Concilium adimpleri onus, officium, & hoſpitalitatem ex fructibus ad eam deputatis per eos, qui hoſpitalia, ſeu alia huiuſmodi pia loca obtinent in commendam, adminiſtrationem, aut quemcunque titulum, etiamſi fuerint vnita Parochialibus; nec patitur fructus hoſpitalium in alium vſum conuerti, quàm ex primæua fundatione deſtinati ſunt.

ß *Quòd ſi hoſpitalia*, &c.] Vide Fr. Emman. *quaſt. regul. tom. 7. quaſt. 84. art. 2. verſ. ſecundùm*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. hoſpitale*, §. 8. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſion. p. 5. collect.* 1655.

Comprehendit hoſpitale, cuius à 30. annis & citra collatio & inſtitutio in perpetuum titulum adminiſtrationis dari conſueuit, quia Concil. excipit vnum caſum dumtaxat, quando aliter in fundatione cautum eſt, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. c. 3. n. 9. vbi *num.* 11. quod loquitur in adminiſtratoribus hoſpitalium, non autem aliorum piorum locorum. Stephan. Weyms *d. loco*, n. 32. vbi dicit ideò in præſenti prohiberi vt deinceps vni eidemque perſonæ adminiſtratio ſeu gubernatio eiuſmodi hoſpitalium ac piorum locorum committi non poſſit vltra trienniũ, niſi in ipſa fundatione aliter cautũ repeiatur, quia ex maiori temporis anguſtia, ſeu limitatione minor ſolet eſſe occaſio ambiendi, cùm nemo facilè ſit appetiturus quod præuidet diu non duraturum: & quia ſynodus nullam voluit conſuetudinem quantumvis immemorabilem obſtare huic decreto de non committenda vni, eidemque perſonæ adminiſtratione pij loci vltra triennium, cenſuit S. Congr. hoc eodem decreto contineri hoſpitale, cuius collatio, vel inſtitutio dari cõſueuit in titulum perpetuum à trecentis, & citra annis, nam per expreſſionẽ vnicæ illius exceptionis intelligitur generaliter ſuo decreto comprehendiſſe omnes alios caſus, quibus committi non poſſit adminiſtratio vltra triennium.

Iuſpatronatus prætenſum probetur ex fundatione, vel donatione, ſiue ex multiplicatis præſentationibus. Vniuerſitates, & Communitates pleniorem probationem faciant ex præſumptione, quæ habetur contra illos. Epiſcopi præſentatos à patronis non idoneos repellant, & illorum examinatio ad ipſos Epiſcopos ſpectat.

CAPVT IX.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Iuriſpatronatus titulus non probatur ſufficienter per ſolam confeſſionem ſupplicantis.*
3. *Iuriſpatronatus titulus cenſetur probatus ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat.*
4. *Etiamſi nullum inſtrumentum fundationis, vel dotationis oſtendatur.*
5. *Præſentationes multiplicatæ quæ dicantur.*
6. *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus per ſpatium centum annorum effectum ſortitis.*
7. *Iuſpatronatus dicitur probatum ex fundatione, & dotatione, ſi conſtet de præſentationibus per centum annos effectum ſortitis.*
8. *Antiquum quod dicatur in materia probationis.*
9. *Antiquũ probatio ſi fiat per ſcripturas, & inſtrumenta, centum anni requiruntur, per teſtes verò 60. ſufficiunt.*
10. *Centenaria effectum non tollit defectus modici temporis.*
11. *Tempus immemoriale quomodo probetur.*
12. *Teſtes debent eſſe 54. annorum ad probandum tempus immemoriale.*
13. *Immemorialis per teſtes minimè dicitur ſufficienter articulata, ſi teſtes non dicant quòd non audierunt, nec viderunt contrarium.*
14. *Immemorialis vt conficiatur tam in teſtibus, quàm in inſtrumentis, concurrere debent anni elapſi vſque ad terminum controuerſiæ motæ.*
15. *Tempus litis deducendum eſt tam in inſtrumentis, quàm in teſtibus quando quæritur an ſit de antiquo.*
16. *Immemoriales, ſeu continuatæ præſentationes non ſuffragantur quando conſtaret de initio inualido.*
17. *Iuſpatronatus quando præſumitur ex priuilegio, & & adeſt immemorabilis, illa nihil prodeſt.*
18. *Iuſpatronatus ex priuilegio Epiſcopi, in cuius pacifica poſſeſſione extiterunt præſentati per 140. annos, nihil prodeſt.*
19. *Lis quando eſt inter compræſentatos non requiritur rigor in probatione iuriſpatronatus.*
20. *Iuſpatronatus poteſt præſcribi ab vno contra alium compatronum ſpatio 40. annorum cum titulo colorato.*
21. *Iuſpatronatus circa probationem nihil alterat Concil. in perſonis priuatis.*
22. *Quadragenaria probatur etiam vnica præſentatione, ſi præſentatus per 40. annos fuerit in poſſeſſione.*
23. *Fama ſola non probatur iuriſpatronatus.*
24. *Enunciatiuæ centum annos, & hominum memoriam excedentes probant iuſpatronatus.*
25. *Ordinariorum enunciatiuis multum defertur in probatione iuriſpatronatus.*
26. *Inſignia alicuius familiæ ſculpta in Eccleſia probant iuſpatronatus.*
27. *Iuſpatronatus probatur ex denominatione capellæ.*
28. *Iuſpatronatus probatur ex inſcriptione antiquiſſima in Eccleſia.*
29. *Iuſpatronatus probatur ex ſententia antiqua Epiſcopi.*
30. *Iuſpatronatus probatur ex libris inſtitutionibus Antiſtitum.*
31. *Iuſpatronatus non probatur ex certo ſubſidio alicui præſtito tanquam patrono.*
32. *Habet locum in Eccleſiis receptitiis.*
33. *Perſonæ potentes quæ dicantur.*
34. *Imperator.*
35. *Rex Aragoniæ.*
36. *Infans Portugaliæ.*
37. *Baro, aliuſque dominus iuriſdictionem temporalem habens.*
38. *Magnas.*
39. *Columnenſes.*
40. *Sabelli.*
41. *Vrſini.*
42. *Caraccioli.*
43. *Nobiles Veneti.*
44. *Iuſpatronatus à qualibet familia potenti obtentum præſumitur ex vſurpatione acquiſitum.*
45. *Iuſpatronatus dicitur priuatorum ad effugiendam vſurpationis præſumptionem, quando patroni non ſunt domini temporales loci, vbi fundatum eſt.*
46. *Abbatis in iurepatronatus temporalem iuriſdictionem habentis non præſumitur vſurpatio.*
47. *Potentia ſola prætendentium iuſpatronatus abſque iuriſdictione non ſufficit ad præſumendam vſurpationem.*
48. *Iuriſpatronatus vſurpationis præſumptio ex quibus tollatur.*

49. Iuſpatronatus ex vſurpatione acquiſitum præſumitur in Vniuerſitatibus, ſeu Communitatibus.
50. Etiamſi vniuerſitas, ſeu communitas parua ſit.
51. Iuſpatronatus ex vſurpationibus acquiſitum non præſumitur, ſi non totius Vniuerſitatis, ſed illius partis eſſe prætendatur.
52. Iuſpatronatus mixtum non præſumitur ex vſurpatione acquiſitum.
53. Iuſpatronatus priuatæ perſonæ, & familiæ potentis non præſumitur ex vſurpatione acquiſitum.
54. Quid ſi vna illius pars ſpectet ad vniuerſitatem Parochianorum, & alia ad alias priuatas perſonas.
55. Iuſpatronatus vſurpatio quandoque non præſumitur.
56. Præſentationes continuatæ dicuntur ſi vna ſequatur aliam.
57. Spatium 50. annorum ſumit initium ab illo die, quo apparet factam fuiſſe primam præſentationem.
58. Præſentationes effectum ſortiri dicuntur ſi ſint confirmatæ.
59. Effectuatio probationum & prouiſionum factarum de beneficio tanquam vacante probatur per alterius obitum, vel per reſignationem.
60. Præſentatio non ſufficit vnica, licèt fuerit effectuata ſpatio 50. annorum.
61. Iuſpatronatus in perſonis potentibus probandum eſt per ſcripturas authenticas, ſi illud prætendunt.
62. Authentica ſcriptura quæ dicatur.
63. Atteſtationes teſtium in antiquis actis ante Conſil. redacta cenſentur authentica ſcriptura.
64. Teſtium probatio remanet excluſa in probatione iuriſpatronatus in quo præſumitur vſurpatio.
65. Enunciatiua Ordinariorum an & quando probent iuſpatronatus.
66. Scriptura authentico ſi prætendantur deperdita, non ſufficit illas probare per teſtes.
67. Potentia maior, vel æqualis in Ordinario non facit ceſſare formam traditam à Concil.
68. Iuſpatronatus ex priuilegio reuocatum eſt in totum, etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta.
69. Nõ loquitur de priuilegiis cõceſſis ex cauſa onerosa.
70. Priuilegium quando dicatur conceſſum ex cauſa onerosa.
71. Iurapatronatus ex priuilegio etiam cum ampliſſimis clauſulis conceſſa propter augmentum cadunt ſub reſeruatione.
72. Iuriſpatronatus in quaſi poſſeſſione exiſtens validè præſentat.
73. Iuriſpatronatus quaſi poſſeſſio acquiritur ex vnica præſentatione, ſequuta inſtitutione.
74. Patroni debent perſonaliter & præſentialiter præſentare.
75. Beneficium iuriſpatronatus, quantumuis ſimplex ſit, & poſſit inferior ad illud inſtituere, requirit Epiſcopi examen.
76. Patroni beneficiorum non debent ſe in eorum fructibus intromittere.
77. Cognitio validitatis, vel inualiditatis iuriſpatronatus controuerſi ad Epiſcopum dumtaxat, non ad inferiores, qui ius habent inſtituendi, pertinet.
78. Patroni conſenſus an requiratur in permutatione beneficij iuriſpatronatus.
79. Reſignans beneficium de iurepatronatus, cùm ipſemet eſſet eiuſdem beneficij patronus, poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium.
80. Probationes oblatæ à patronis non poſſunt repelli vt eorum patronatus declarentur eſſe ex Concilio.
81. Vendentes de per ſe iurapatronatus quam pœnam incurrant.
82. Comprehendit etiam hæc pœna ſe ingerentes in iuriſpatronatus fructuum perceptione.
83. Parochialis libera non poteſt vniri parochiali iuriſpatronatus.
84. Eccleſia libera quæ minatur ruinam, & habet tenuiſſimos redditus, poteſt vniri patronatæ cum reſeruatione iuriſpatronatus.
85. Iurapatronatus conceſſa à 40. annis citra Concil. debent reuideri ab Ordinario.
86. Iurapatronatus interim dum reuidentur per ordinarios, patroni ſua quaſi poſſeſſione non ſunt priuandi.

SIcuti legitima patronatuum iura tollere, piáſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare, æquum non eſt: ſic etiam, vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non eſt permittendem. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur, decernit ſancta Synodus, vt titulus iuriſpatronatus ſit *α ex [a] fundatione, vel dotatione, β qui ex authentico documento*, & aliis iure requiſitis oſtendatur: *γ ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus δ per antiquiſſimum temporis curſum, ε qui hominum memoriam excedat, ζ aliúſve ſecundùm iuris diſpoſitionem. η In iis verò perſonis ſeu communitatibus, θ vel vniuerſitatibus*, in quibus id ius *ι plerumque ex vſurpatione* potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes, *κ etiam continuatæ*, non minori ſaltem, quàm *λ quinquaginta annorum ſpatio, μ quæ omnes effectum ſortitæ ſint, ν authenticis ſcripturis probentur. ξ Reliqui patronatus omnes* in beneficiis, tam ſæcularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis, in cathedrali, vel collegiata Eccleſia: ſeu facultates, & priuilegia conceſſa, tam in vim patronatus, quàm alio quocumque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant, *ο exceptis patronatibus*, ſuper cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis; quæ ad Imperatorem & Reges, ſeu regna poſſidentes, alióſque ſublimes, ac ſupremos Principes, iura Imperij in dominiis ſuis habentes, pertinent, & [b] quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata, & irrita *π cum quaſi poſſeſſione* inde ſecuta intelligantur. Beneficiaque huiuſmodi tanquam libera à ſuis collatoribus conferantur: ac prouiſione huiuſmodi plenum effectum conſequantur.[c] Ad hæc liceat Epiſcopo, *ρ præſentatos à patronis, σ ſi idonei non fuerint, repellere. τ Quòd ſi ad inferiores reſtitutio* pertineat: ab Epiſcopo tamen, iuxta alia ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur: alioquin inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit,

[a] Suprà Seſſ. 24. de reformat. cap. 12. c. piæ mentis, cum ſeq. 16. quæſt. 1. & cap. nobis, de iur. patr.

[b] nota pro c. 16. ſeſſ. 24.

[c] Suprà ſeſſ. 14. de reformat. c. 18. & ſeſſ. 24. de reform. c. 13.

& inanis, *u Patroni autem beneficiorum*, cuiuſcumque Ordinis, & dignitatis, etiamſi Cõmunitates, Vniuerſitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorum exiſtant, in perceptione fructuum, prouentuum & obuentionum quorumcunque beneficiorũ, etiã ſi vere de iurepatronatus ipſorum ex fundatione, & dotatione eſſent, nullatenus, nullá-ve cauſa, vel occaſione ſe ingerant, ſed illos liberè Rectori, ſeu Beneficiato, non obſtante etiam quacumque conſuetudine, diſtribuendos dimittant. *φ Nec dictum ius patronatus venditionis*, aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas ſanctiones trans ferre præſumant, ſi ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubiiciantur, & dicto iurepatronatus ipſo iure priuati exiſtant. *χ Inſuper acceſſiones*, per viam vnionis factæ de beneficiis liberis, ad Eccleſias iuripatronatui, etiam laicorum, ſubiectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia, etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita vt prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cum iis, quibuſcum vniuntur, efficiantur, atque ſub iure patronatus conſtituantur: hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps ad cuioſvis inſtantiam fient: quacumque auctoritate, etiam Apoſtolica, conceſſæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſubreptionem obtentæ intelligantur: non obſtante quacumque in iis verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa: nec executioni amplius demandentur: ſed beneficia ipſa vnita, cùm vacauerint, liberè, vt antea, conferantur [d]. *ψ Quæ verò à quadraginta annis* citra factæ, effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ, hæ nihilominus ab Ordinariis, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, *ω reuideantur, & examinentur*: ac quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus, irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in Eccleſiis, quibuſcumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, ſeu ex augmento dotis, ſeu noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis, vti delegatis, vt ſuprà, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur: & quos non repererint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent: atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum redeant: non obſtantibus priuilegiis, conſtitutionibus, *aa & conſuetudinibus*, etiam immemorabilibus.

d Suprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 6.

1. Vide Maſcard. *de probat. concl.* 956. *& concl.* 1216. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, cap.* 6. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *c.* 2. Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. I. concl.* 617. Galer. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. Iuſpatronatus*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *eodem verb.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 18. *n.* 19. *cum ſeqq.* Aloyſ. Rice. *in collect. deciſ. collect.* 58. 1558. 1576. *&* 1593. *& in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.* 124. *cum ſeqq. in* 2. *edit. & in deciſion. Curiæ Archiepiſc. Neapolitan. p.* 1. *deciſ.* 161. Mantic. *deciſ.* 198. 208. 244. *&* 318. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 210. Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 405. *cum ſeqq.* Viuian. *in praxi iuriſpatronat. p.* 2. *lib.* 11. *c.* 5. *cum ſeqq. ſecundum vltimam impreſſ.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis tract.* 6. *c.* 5. *ex num.* 44. Seraph. *deciſ.* 1103. 1120. 1141. *&* 1367. Monet. *de commut. vltim. volum. c.* 10. *n.* 210. *cum ſeqq.* Ioan. Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum præl.* 7. *dub.* 3. *ex num.* 14. Nouar. *in ſingularib. concl.* 94. meipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 72. *n.* 20. *cum ſeqq.* latè Ioan. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignor. cent.* 1. *diſt.* 90. *per tot.* Alexand. Trentacinq. *conſil.* 65. *per tot. vol.* 1.

α Ex fundatione, vel dotatione.] Hæc verba accipienda eſſe diſiunctiuè reſoluit Garc. *d. p.* 5. *cap.* 9. *n.* 141. vbi addit quòd ſufficit alterutrum probare, ſcilicet vel titulum ex authentico documento, ſiue multiplicatas præſentationes. Quamvis ex hoc decreto ſolum videatur conſeruari iuſpatronatus, quòd procedit ex fundatione, vel dotatione alicuius Eccleſiæ; non tamen dicendum eſt quòd excludatur, quod competit ex eius conſtructione, Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. Iuſpatronatus*, §. 2. *verſ. tertio*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 18. *à n.* 50. Nicol. Garc. *d. c.* 9. *num.* 36. D. Felician. de Vega Archiepiſcop. Mexicanus *ad cap. quanto* 3. *de iudic. num.* 15.

In Rota fuit ſemper reſolutum, quòd diſpoſitio huius decreti dum tenet quòd iuſpatronatus debet eſſe ex fundatione, & donatione, locum habet tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio. Coccin. *deciſ.* 479. *n.* 2. Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.* 2. *verb. iuſpatronatus*, §. 8. *pag.* 60. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 198. *& p.* 5. *c.* 5. *n.* 138.

β Qui ex authentico documento, &c.] Iuſpatronatus titulum probari ex authentico documento fundationis, vel dotationis, non priuilegij, aut alterius qualitatis, vel accidentis intrinſecè aduenientis, per text. in præſenti reſoluunt Molfeſ. *d. tract.* 6. *c.* 5. *n.* 44. Campan. *d. c.* 13. *n.* 401. Monet. *d. c.* 10. *n.* 210. Ego ipſe *d. alleg.* 72. *n.* 21. Ric. *de iurepatr. reſol.* 8. *&* 9. Rota apud Viuian. *poſt ſuam praxim iuſpatron. deciſ.* 17. *n.* 1. *& in Albanen. Prioratus* 21. *Maij* 1604. *coram bonæ mem. Peña*, vbi fuit dictum quòd nihil pertinet quòd Concilium in præſenti ſuſtulerit priuilegia, quia non ſuſtulit ea, quæ proueniunt ex fundatione, vel dotatione legitimè probata, quod etiam tradit Nic. Garc. *d. c.* 9. *n.* 142. vbi addit ad probandum tale priuilegium in limine fundationis non ſufficere immemorialem, iunctis multiplicatis præſentationibus, niſi probata fama talis priuilegij, aliiſque cõcurrentibus requiſitis ſecundùm iuris diſpoſitionem

Iuriſpatro

2\. Iuriſpatronatus titulus ad formam huius decreti non ſufficienter probatur per ſolam confeſſionem ſupplicantis & narratiuam, quod beneficium eſt iuriſpatronatus alicuius ex fundatione, & dotatione, vt refert deciſum Nicol. Garc. de benefic. p. 12. c.... num. 275.

3\. *Siue ex multiplicatis præſentationibus.*] Ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, cenſeri titulum iuriſpatronatus probatum, ex hoc textu colligunt Menoch. conſ. 356. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 90. n. 3. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 103. n. 9. Gonzal. d. gloſſ. 18. num. 44. cum ſeqq. Franc. Leo d. c. 6. n. 3. Campan. d. c. 13. ex n. 425. Viuian. d. part. 2. lib. 11. c. 7. num. 2. Borg. Caualcan. part. 2. deciſ. 17. num. 10. cum ſeqq. Alex. Trentacinq. d. conſ. 65. n. 1. Monet. d. cap. 10. num. 211. Molfeſ. d. tract. 6. cap. 5. n. 47. Ego ipſe d. alleg. 71. num. 28. Rot. deciſ. 148. n. 1. & deciſ. 211. n. 1. p. 1. recent. & deciſ. 674. n. 2. p. 2. recent.

4\. Etiamſi nullum inſtrumentum fundationis, vel dotationis oſtendatur, & quamuis in dictis præſentationibus nulla appareat facta mentio fundationis, vel dotationis, ampliant, deciſumque referunt Gonzal. d. gloſſ. 18. n. 46. Franc. Leo d. c. 6. n. 3. Galet. d. verb. iuriſpatronatus, pag. 145. n. 1. Molfeſ. d. tract. 6. c. 5. num. 47. in medio, nouiſſimè Alphonſ. de Leone de officio Capellani quæſt. 4. praxi 2. n. 46. cum ſeqq. Ego ipſe alleg. 72. n. 29. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. q. 4. dec. 258. & in d. praxi fori Eccleſiaſt. reſol. 127. n. 1. vbi n. 2. obſeruat probationes multiplicatas, quamuis interpolatas, & non ſucceſſiuas, probare iuſpatronatus, maximè ſi probetur præfatas præſentationes effectuatas fuiſſe ob ſucceſſiuam præſentationem per obitum præſentatorum, de quo etiam Rota in Alphana iuriſpatronatus 4. Iulij 1619. coram R.P.D. Ghiſlerio, ibi. *Nec releuat quòd non exhibeantur omnes præſentationes continuatæ, quia conſtito de duobus extremis, media poſſeſſio præſumitur*, &c. refert Alphonſ. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 49.

5\. Multiplicatæ præſentationes vt dicantur, duas ſufficere, aſſerunt Caualcan. deciſ. 17. n. 14. p. 2. Mari. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 109. n. 37. Aloyſ. Ricc. in d. praxi fori eccleſ. reſol. 127. in fine, Camp. d. c. 13. n. 425. quos refero Ego ipſe d. allegat. 72. num. 31. quibus addo Caſtr. Palao in opere morali tom. 2. tract. 13. diſp. 2. puncto 3. n. 4. Nouar. concl. 94. ſub num. 9. Alphonſ. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 48. Alex. Tentacinq. d. conſ. 65. n. 1.

6\. *Per antiquiſſimum temporis curſum.*] Iuſpatronatos probari ex præſentationibus per ſpatium centum annorum effectum ſortitis, ex quibus præſumitur titulus fundationis, vel dotationis, reſoluunt Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 18. num. 44. Borg. Caualc. p. 2. deciſ. 17. n. 8. Viuian. d. c. 5. n. 33. Rot. deciſ. 211. n. 1. part. 1. recent. & deciſ. 541. num. 2. & deciſ. 674. n. 2. part. 2. recent. & in Florentina Capellæ 30. Maij 1616. coram R.P.D. Pirouano, apud Viuian. deciſ. 61. n. 2. & Burg. S. Domini iuriſpatronatus 20. Iunij 1622. coram R.P.D. Merlino. Caualer. deciſ. 625. n. 4. Buratt. deciſ. 142. n. 1. & deciſ. 172. n. 1. & deciſ. 181. n. 11. ead Rota in d. Alíphana iuriſpatronatus. Alphonſ. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 46. cum ſeqq. Ego ipſe d. alleg. 72. num. 35. nam iuſpatronatus dicitur probatum ex fundatione &
7\. dotatione, ſi conſtet de præſentationibus per centum annos effectum ſortitis, Caualer. deciſ. 547. num. 1. Rot. in Parmen. Prioratus, 23. Ianuarij 1621. coram bonæ mem. Dunozetto, & dicit Nicol. Garc. d. c. 9. n. 141. Iuſpatronatus ex ſolis præſentationibus continuis vltra hominum memoriam probari ex fundatione & dotatione, licèt in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, vel dotatione. Anti- 8.
quum enim in materia probationis illud dici quod excedit centum annos, aſſerunt Doen. reg. 299. n. 7. Menoch. de arbitr. caſu 3. Brunor. à Sole in locis communib. verb. antiquitas 4. Maſcard. de probat. concl. 103. ex n. 1. Surd. conſ. 245. num. 24. Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 21. num. 5. Mari. Ant. d. lib. 1. reſol. 80. n. 11. Gutier. conſ. 1. n. 5. Ceuall. commun. contra communes, q. 302. num. 9. Morla in emporio iuris part. 1. tit. 11. q. 11. num. 7. Fatin. in praxi crimin. part. 1. quæſt. 47. n. 112. & part. 2. q. 69. n. 142. Monet. d. c. 10. n. 212. Nicol. Garc. de benefic. part. 2. cap. 2. num. 263. Rot. deciſ. 520. 521. & 584. p. 4. diuerſor.

Antiqui igitur probatio ſi fiat per ſcripturas, & 9.
inſtrumenta, centum annos requiri, per teſtes verò ſexaginta ſufficere, obſeruat Flamin. de confident. q. 18. n. 235. & cenſuiſſe Rot. refert Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 92. & p. 12. c. 2. num. 265. Ego ipſe d. alleg. 72. n. 38.

Defectum modici temporis non tollere effe- 10.
ctum centenariæ, reſoluit Lotter. de re benef. lib. 2. q. 7. n. 63. & fuit dictum in Burgi S. Domini iuriſpatronatus 9. Decemb. 1612. coram R.P.D. Merlino, relata à Viuian. poſt praxim iuriſp. dec. 17. n. 4. & in d. Florentina capella, impreſſa per eundem, dec. 61. n. 3.

Qui hominum memoriam excedat.] Ad proban- 11.
dum hoc tempus immemoriale ſufficere memoriam quadraginta annorum, & quòd de reliquo tempore teſtis deponat ſecundùm auditum & formam, per doctrinam gloſſ. communiter receptæ in c. 1. de præſcript. lib. 6. tenent Bald. de præſcript. p. 2. quintæ partis, q. 6. n. 43. Cou. in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 3. num. 7. Maſcard. concl. 1038. Ioan. Garc. de expenſis cap. 9. n. 9. Molin. de primogen. lib. 2. c. 6. n. 31. alt. Molin. de inſtit. tract. 2. diſp. 76. num. 5. Monet. de decim. c. 5. num. 77. Rot. in Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1693. & in Iacenſ. Parochialis 27. Iunij eodem anno coram Card. Pamphilio.

Et teſtes debere eſſe ſaltem quinquaginta qua- 12.
tuor annorum, aſſerunt Brunor. à Sole in locis communib. verb. teſtis 20. Aloyſ. Ric. in d. praxi fori Eccleſ. reſol. 128. Ego ipſe d. alleg. 72. n. 37. Rot. in d. Sorana.

Immemorialem per teſtes minimè dici ſuffi- 13.
cienter articulatam, ſi teſtes non dicant quòd non audierunt, nec viderunt contrarium, fuit tentum in Rota corã Seraph. deciſ. 1367. n. 1. Rota in d. Iacen.

Ad conficiendam huiuſmodi immemorialem, 14.
tam in teſtibus, quàm in inſtrumentis concurrere debere annos elapſos vſque ad terminum controuerſiæ motæ, & non tempus decurſum vſque ad Concilij publicationem, referunt deciſum Gonzal. d. gloſſ. 18. n. 89. Piaſec. in praxi Epiſc. p. 2. c. 5. num. 7. poſt princ. vbi etiam reſolutum aſſerit, probata immemoriali præſumi probatum iuſpatronatus ex fundatione.

Tempus litis deducendum eſſe tam in inſtru- 15.
mentis, quàm in teſtibus, quando quæritur an ſint de antiquo, cenſuit Rot. deciſ. 185. ante n. 1. part. 1. & deciſ. 233. in fine, p. 4. diuerſ. & deciſ. 160. ſub n. 9. p. 1. recent. & in Nouarien. Bonorum 7. Iunij 1619. coram Card. Sacrato, atque etiam deducendum tempus prouiſionis Apoſtolicæ, tenuit eadem Rota non ſemel, vt conſtat ex allegatis in Aretina capellania, 18. Maij 1616. coram bonæ mem. Buratto, inter eius impreſſas deciſ. 176. n. 4.

Non ſuffragari immemorialem, ſeu continuatas 16.
præſentationes, quando conſtaret de initio inua-

lido à principio, vt ſi appareat quòd fuerit vſurpatum iuſpatronatus ex priuilegio, & non ex fundatione & dotatione, referunt deciſum Gonzal. d. gloſſ. 18. num. 43. Piaſec. d. c. 6. n. 7. verſ. non tamen, Mantica deciſ. 318. ex n. 1. Ego ipſe d. alleg. 72. n. 67. Rot. deciſ. 548. n. 2. p. 1. recent.

17. Iuſpatronatus aliquod qoando præſumitur ex priuilegio, vel conſtat de origine priuilegij, & adeſt immemorialis, illa nihil prodeſt, vt refert deciſum Nicol. Garc. d. p. 5. cap.... n. 119.

18. Iuſpatronatus ex priuilegio Epiſcopi conceſſum, in cuius pacifica poſſeſſiooe extiterunt præſentandi patroni per 140. annos, non prodeſt, cùm enim conſtet de titulo ex priuilegio inualido, centenaria poſſeſſio prodeſſe non poteſt ob malam fidem, ideòque per hoc decretum ſublata eſt, vt reſtatur reſolutum Nicol Garc. d. p. 5. c. 9. n. 128.

19. Nec requiri eundem tigorem quando lis eſt inter compræſentatos, qui non ſunt porenres, & Concilium in præſenti non grauare eos duriori probatione, ceſſante ſuſpicione vſurpationis iuriſpatronatus, reſoluit Caſſad. deciſ. 2. n. 5. de probat. & fuit dictum in Firmana iuriſpatronatus 21. Maij 1591. coram Orano, & in Florentina Capella 20. Maij 16 6. coram R. P. D. meo Pirouano.

20. Vnde iuſpatronatus poteſt præſcribi ab vno contra alium compatronum ſpatio 40. annorum cum titulo colorato, reſoluunt Lambertin. part. 2. lib. 1. art. 5. quæſt. 11. princ. Galet. d. verb. iuſpatronatus, pag. 344. col. 1. Gonzal. d. gloſſ. 18. n. 57. Franc. Leo d. c. 6. n. 8. in fine, Mari. Antonin. d. lib. 1. reſol. 108. n. 28. Ego ipſe d. alleg. 72. n. 68. Rot. deciſ. 146. n. 5. p. 2. recent. & apud Poſtium poſt tract. mandati de manutenendo deciſ. 239. n. 10.

21. [Aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem.] Multis modis in perſonis priuatis, & in quibus vſurpationis præſumptio non cadit, probatur iuſpatronatus, in illis enim Concil. in præſenti nihil alterauit circa huiuſmodi probationem. Rota deciſ. 331. prop. fin. p. 2. diuerſ. & deciſ. 369. n. 2. p. 2. recent. Caual. deciſ. 560. num. 1. & in Florentina Capellæ 30. Maij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, impreſſa per Viuian deciſ. 61. n. 1. & affirmat Theod. de Rubeis in ſingul. Rota, verb. iuſpatronatus, §. 6. pag. 59. tom. 2. Rotam ſæpè dixiſſe, quòd in iurepatronatus priuatorum nihil per Concil. Trid. ſit innouatum, & ideo remaneat ſub diſpoſitione Iuris communis.

Et primò probatur ex præſentationibus per quadraginta annos effectum ſortitis, dummodo cum huiuſmodi quadragenaria poſſeſſione concurrat publica vox & fama, vel aliæ præſumptiones, quæ vim habeant famæ, Caſſad. deciſ. 3. n. 4. cum ſeqq. de probat. Achil. deciſ. 6. eod. tit. Rot. deciſ. 360. ex n. 8. & deciſ. 694. n. 6. p. 2. rec. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino deciſ. 174. n. 2. & in Lucana iuriſpatronatus de Podiis, 26. Iunij 1619. coram bonæ mem. Dunozetto, & in Piſcien. capella 10. Iunij 1622. coram Card. Veroſpio, & in Auximana beneficiorum 6. Februarij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano, Burat. deciſ. 172. n. 18. vbi n. 2. fuit dictum, prædicta procedere quando non conſtat de initio contrario, vel de præcedenti ſtatu libertatis, & deciſ. 338. n. 1. vbi in fine ſubdit, quadragenariam, & famam copulatiuè requiri ad docendum de iurepatronatus. Quomodo probetur fama in hoc caſu, vide Caſtr. Palao d. tom. 2. diſp. 2. puncto 3. n. 6. verſ. ſextò, Alphonſ. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 66. cum ſeqq.

22. Quòd ad probandam quadragenariam ſufficiat vnica præſentatio, ſi præſentatus per 49 annos fuerit in poſſeſſione, nec vnquam euenerit caſus nouæ præſentationis, gloſſ. in verb. vno, vel pluribus, in c. cùm de beneficio, de præbend. in 6. Federic. de Senis conſ. 234. num. 4. in princip. verſ. ad id quod quæritur. Cardin. conſ. 62. n. 8. Achil. deciſ. 5. n. 1. de iurepatr. quos ſequuta eſt Rot. in Bergomen. capellania 18. Maij 1629. coram R. P. D. Merlino.

Vnde famam ſulam non ſufficere renuerunt 23.
Steph. Gratian. diſcept. forenſ. c. 320. num. 80. Aloyſ. Ric. in d. praxi fori Eccleſ. reſol. 130. & d. Neapol. deciſ. 274. n. 8. & 9. p. 4. Mantic. deciſ. 198. num. 4. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. c. 5. num. 40. Ego ipſe d. alleg. 71. num. 43. & ſeq. Rot. deciſ. 333. n. 5. p. 1. recent. & deciſ. 235. n. 2. p. 2. recent. Nam ſola fama in antiquis ad probandum iuſpatronatus non ſufficit, niſi quando adeſt longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi effectuata, Achil. deciſ. 6. de iurepatron. Caſſad. deciſ. 2. n. 4. de probat. Pute. deciſ. 60. n. 5. lib. 1. & deciſ. 35. lib. 2. Caualet. deciſ. 159. n. 5. & in aliis citatis à Theodoſ. de Rubeis ſingul. Rota tomo 2. verb. iuſpatronatus, §. 4. pag. 59. Alexand. Trentacinq. d. conſil. 55. à n. 8. vol. 1. Quod quidem intelligunt vt procedat quoad plenam probationem iuriſpatronatus, veluti ſi controuerſia eſſet cum Ordinario; ſecus tamen quando non agitur principaliter, ſed incidenter; quia tunc ſufficiunt leuiores probationes, Mantic. deciſ. 318. ſub num. 5. verſ. nec obſtat, quem citat Ferent. in annot. ad deciſ. 111. Buratti, n. 21. citati per me d. alleg. 72. num. 40. & 41. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ. 274. num. 5. & deciſ. 306. part. 4. Rot. deciſ. 224. num. 4. & 5. p. 1. recent. Theodoſ. de Rubeis vbi ſuprà, §. 1.

Secundò probari iuſpatronatus per enunciati- 24.
uas centum annos, & hominum memoriam excedentes, reſoluunt Nicol. Garc. d. c. 9. num. 21. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curia Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 274. num. 5. & deciſ. 306. Rot. deciſ. 224. n. 4. & 5. p. 1. re-
cent. Ego ipſe d. alleg. 72. n. 40. & 41. Enunciatiuis 25.
enim Ordinariorum multùm defertur in probatione iuriſpatronatus, quia præſumũtur ſcire qualitates beneficiorum, & vtplurimum ſe reddunt difficiles ad inſtituendum. Mantic. deciſ. 318. n. 2. & deciſ. 350. n. 3. Coccin. deciſ. 229. in fine, & deciſ. 230. n. 3. Rot. deciſ. 518. n. 3. p. 1. recent. dummodo ſint ſaltem duæ enunciatiuæ, quia regulariter enunciatiua vnica non probat, etiamſi ſit antiqua, Rot. deciſ. 160. n. 6. & deciſ. 169. n. 2. p. 1. recent. & deciſ. 170. n. 3. p. 2. etiam recent. Et dummodo proueniant à diuerſis perſonis, & à diuerſo fonte, quia ſi ab eadem perſona prouenirent, licèt plures pro vnica tantùm haberentur, Caputaq. deciſ. 337. n. 6. p. 3. Rot. deciſ. 388. n. 1. part. 1. & d. deciſ. 289. n. 1. p. 2. diuerſ. & deciſ. 295. n. 7. p. 1. recent. Beltram. ad Greg. deciſ. 407. n. 6. & dummodo ſint enunciatiuæ plurium inſtrumentorum à diuerſis Notariis confectorum, Achil. deciſ. 8. n. 2. de iurepatr. Rot. deciſ. 518. n. 2. & 3. p. 1. recent. & non emanauerint à perſonis ſuſpectis, & intereſſe habentibus, Rot. deciſ. 405. num. 2. p. 1. recent. Et denique vbi enunciatiuæ ſunt plures, & à diuerſis perſonis non ſuſpectis emanatæ, & antiquiſſimæ, plenè probant iuſpatronatus, etiam contra tertium, Buratt. deciſ. 807. n. 2. Rot. in nullius, ſeu Squillacen. iuriſdictionis 4. Martij 1616. coram bonæ memoriæ Andrea, & in Burg. S. Dominici, iuriſpatronatus 20. Iunij 1622. coram R. P. D. Merlino.

Tertiò probari iuſpatronatus per inſignia ali- 26.
cuius familiæ ſculpta in Eccleſia, reſoluunt Lambert. de iurepatron. lib. 3. q. 5. art. 4. num. 2. Roman. ſing. 480. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 90. n. 10. & præſ. 130. num. 31. Caſtro Palao d. puncto 3. n. 6. verſ. quartò, Seraph. deciſ. 552. n. 21. & deciſ. 1141. num. 7.

num. 7. vbi quod concurrentibus aliis adminiculis plenè probent iuſpatronatus, Rot. *coram Reuerendiſſimo D.meo Coccino Decano deciſ.* 230.*n.*1. & inter recentiores *deciſ.*13.*ſub.n.*3. *ad fin. & deciſ.* 518.*n.*5.*p.*1.*& deciſ.*548.*n.*7.*pars.*2.& fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus* 26. *Iunij* 1619.*coram bonæ mem. DunoZetto*, apud Viuian *poſt ſuam praxim iuriſpatron.deciſ.*26.*num.*15. & 16. Intellige quando apparet illa eſſe ita antiqua, prout eſt Eccleſia, vel capella, in qua adſunt, adeò quòd non poſſit aſſignari alia cauſa, ob quam fuerit appoſita, niſi in fundatione Eccleſiæ, aliàs enim potuiſſent apponi ob reſtaurationem, vel ob eleemoſynam, ex quibus iuſpatronatus non acquiritur, vt dicit Rot. in *Calagurritana præeminentiarum*.17.*Maij* 1591.*coram Gipſio*, *& deciſ.*250.*n.*1.coram reuerendiſſimo D. meo Decano, & coram Card. Caualerio *deciſ.*159.*n.*8. licèt eadem Rot. *d.deciſ.*13.*ſub n.*3.*p.*1.*recent.* dixerit quòd licèt inſignia non appareant adeò antiqua, vt dici poſſit fuiſſe appoſita in fundatione, nihilominus ſuffragantur ad probationem iuriſpatronatus; quia præſumuntur per patronos appoſita ad conſeruationem ſui iuris.

27. Quartò probari iuſpatronatus ex denominatione capellæ alicuius familiæ, cenſuit Rot. *deciſ.* 694.*n.*6.*p.*2.*recent.* Et quando epitaphia, ſeu litteræ ſcriptæ in lapidibus Eccleſiæ mentionem faciunt de familia. Lambertin. *de iurepatron.p.*2.*art.*4.*q.*10.*princ.lib.*2.*n.*11. Maſcard. *concl.* 958. *n.* 28. Salgado *d.c.*10.*n.*276.

28. Quintò probari iuſpatronatus ex inſcriptione antiquiſſima in Eccleſia, reſoluunt Franc. Leo *d. cap.*6.*num.*4. Lambertin. *d.tract.lib.*2. *part.*2. *art.* 9. *quæſt.* 10. Ferret. *conſil.*293.*n.*9.*lib.* 2. Hieronym. Gabr. *conſil.*196.*n.*9. *lib.*1. Menoch. *de præſumpt. lib.*6. *præſ.*73.*num.*7. Salgado *d.cap.*10. *num.* 275. Aloyſ.Ricc. *in d.praxi fori Eccleſ. reſol.*125. *n.*3. *in fine*, Nicol.Garc. *d.c.*9. *num.*91. Molfeſ. *d. tract.* 6. *cap.*5. *num.*46. Ego ipſe *d.alleg.* 72. *num.* 50. Rot. *deciſ.*374.*n.*7.*part.*2.*recent.* & *in Mutinen. plebis* 24. *Nouembris* 1623. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino.*

29. Sextò probari iuſpatronatus ex ſententia antiqua Epiſcopi, qua iudicauit ad præſentationem alicuius patroni beneficium pertinere, tenent Pute.*deciſ.*237.*lib.*2. in correctis, Hieron. Gabr.*conſil.* 198.*n.*4.*lib.*2. Aloyſ.Ric. *in d.praxi reſol.*125.Rot. *in Florentina Canonicatus* 11. *Decembris* 1615.*coram bonæ mem. Buratto*, inter eius impreſſas *deciſ.* 142. *num.vltim.* Seraphin. *deciſ.*1141. idem Aloyſ. Ric. *in tract.de nouiſſima probat.iuriſpatronatus*, *reſol.*126. *à n.* 1. *& reſol.* 233. *à princip.* Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quæſt.*13. *num.*152. Ciarlin.*forenſ. controuerſ. lib.*1.*cap.*5.*n.*5. *cum ſeqq.* vbi *num.* 10. ſubdit, quòd ſi ſemel lata ſit ſententia cum magna cognitione cauſæ, & fabricato proceſſu ſuper probatione iuriſpatronatus, ſi denuo contingat vacatio, non erit ampliùs elaborandum. Antiquum autem exiſtimari quoties quadraginta retro annis completis lata fuerit, dicit Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ. c.*310.*ex n.* 90. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 72. *num.*49.

30. Septimò probari iuſpatronatus ex litteris inſtitutionalibus Antiſtitum, quibus atteſtantur beneficium ad præſentationem alicuius patroni pertinere, reſoluunt Flamin.*de reſignat.lib.*8.*quæſt.*11. *num.*38. Mari.Antonin. *var.reſol.lib.*1. *reſolut.* 80. *num.*1. Ego ipſe *d.alleg.*72. *num.*47.Rot.*deciſ.*376. *&* 1447.*lib.*3.*part.*3 *diuerſ.* quamvis aliqui beneficiati fuerint admiſſi vigore prouiſionum Apoſtolicarum, quæ non mutant ſtatum iuriſpatronatus, quia Papa ſemper præſumitur iuxta naturam & qualitatem beneficij conferre, nec intendit præiudicare patronis. Caualer. *deciſ.*390.*n.*5. Rot. *deciſion.*546. *n.*3.*p.*1.*recentior.* & *deciſion.*347.*n.*2. & *deciſ.*360.*n.*14.*ad fin.p.*2.*etiam recent.* & *in Lucana Canonicatus* 23. *Martij* 1620.*coram bonæ mem. DunoZetto*, & *in Aſculana Plebania* 12. *Ianuarij* 1624. *coram R.P.D.Merlino*, & *in Sorana beneficij* 28. *Februarij* 1625.*coram eodem*: quod quidem procedere quando verè conſtat de anteriori ſtatu contrario, non autem ſi de illo non conſtet, fuit dictum *in Placentina Plebis Carpineti* 7. *Nouembris* 1622. *coram R.P.D. Pironan.* & coram Cardin. Caualer. *deciſ.*252.*n.*2. & *deciſ.* 266. *n.* 2. Et etiam quando non ſumus in potentibus, Rot. *in d. Iacen. Parochialis*, Rota ſolet multum deferre atteſtationibus Ordinariorum tanquam atteſtantium de re ipſis præiudiciali; dum enim canonizatur iuſpatronatus, priuant ſe ſpe vlteriùs liberè conferendi. Ita ex conſ. Purpurati 553.*n.*6. Rot. *deciſ.* 31. *de iurepatron. in nouis*, Achil.de Graſſis *deciſ.*7. *de iurepatron* Pute.*deciſ.*172.*lib.*1.*& deciſ.*242. *lib.*2.Caſſad. *deciſ.*1. *de iurepatron.* Seraphin. *deciſ.*1141.*num.*8. Caualer. *deciſ.*55. *n.*2. & *deciſ.*61.*n.*3. cum aliis citatis à Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.*2.*verb. Ordinarius*, §.2.*pag.*74.

Illud autem aduertere oportet, ex certo ſubſidio alicui præſtito tanquam patrono non probari iuſpatronatus, vt per Rot. *deciſ.* 1245.*n.*1.*lib.*3 *p.*3. *diuerſ.* quam refero Ego ipſe *d. alleg.* 72. *num.* 46. Sicut etiam ad illud probandum minimè ſufficere libros viſitationum, tenent Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.*2.*c.*5.*n.*7. Aloyſ.Ric. *in d.praxi reſol.*125. *n.*2. Molfeſ.*d.tract.*6.*c.*5.*n.*45. Ego ipſe *d.alleg.*72. *num.*48. 31.

n In [illegible] *verò perſonis*, *ſeu Communitatibus*, &c.] 32.
Rota ſæpè cenſuit per hoc decretum quòd ad probandum iuſpatronatus familiæ potentis propter timorem vſurpationis, ſit probandus legitimus titulus, vel immemorabilis ſimul cum præſentationibus continuatis ſpatio 50. annorum, & quòd habuerint effectum, & de illis conſtet per authentica inſtrumenta, ita ex plurimis ipſius Rotæ deciſionibus firmat & atteſtatur Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.*2. *verb. Iuſpatronatus*, §.5. *pag.* 59. Alexand. Trentacinq. *dict.conſil.* 65. *n.*9. *verſ. quartò.*

Habere locum in Eccleſiis receptitiis, quoad probationem iuriſpatronatus in perſonis ſuſpectis, tradit Sel. *in ſelect. c.* 27. *n.* 18. vbi refert deciſum *in Calagurritana* 13. *Septembris* 1631. & cùm indiſtinctè fiat mentio de perſonis in quibus iuſpatronatus plerumque ex vſurpatione præſumitur acquiſitum, ideo non abs re erit aliquas familias nominatim exprimere, quæ quoad hunc effectũ ex ſententia Rotæ potentes dicuntur, & antequam 33.
ad illas deueniam, ſciẽdum eſt, quòd Gonzal.§.18. *n.*66.deciſum refert, perſonas illas eſſe omnes dominos ciuitatum, caſtrorum, aut locorum, Duces, Marchiones, Comites, Barones & alios quoſlibet dominos perpetuam iuriſdictionem habentes. 34.

De Imperatore ſcripſit Pute. *deciſ.*60. aliàs 56. *lib.*1. in correctis.

De Rege Aragoniæ apud Mohedan. *deciſ.* 10. 35.
*n.*4. *de iurepatron.*

De infante Portugaliæ apud Puteum *deciſ.* 57. 36.
aliàs 55. *lib.* 1. in correctis.

De Barone, aliòque Domino iuriſdictionem 37.
temporalem habente tractant Gonzal. *d. gloſſ.* 18. *num.*66.*verſ.ex his perſonis.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſol.*132. *num.* 1. Molfeſ. *d.tract.*6.*cap.*5.*num.*61.

Rot. *deciſ.53. n.2. & 6.p.2. recent.* coram Gregor. XV. *deciſ.222. n.1* & apud Poſti. *poſt tract. mandati de manutenendo deciſ.228.n.13.* Iuſpatronatus enim domini loci, vbi ſitum eſt beneficium, præſumi ex diſpoſitione Concilij in præſenti vſurpatum, & in eo probando requiri maiorem, & exactiorem probationem, non ſolùm ex petitorio, ſed etiam ex poſſeſſorio, cenſuit eadem Rota *deciſ.421. n.5. & deciſ.756.n.3.p.2.recent.* Vnde iuriſpatronatus vſurpationem præſumi ſi probetur eum, qui eſt in poſſeſſione iuriſpatronatus, fuiſſe dominum loci illius, in quo eſt beneficium, cenſuit Rot. *deciſ.219. n.5.p.5 recent.*

38. De quocumque altero Magnate apud Caputaq. *deciſ.128 n.5. part.2.* eſtque *deciſio 1273.lib.3.p.3. diuerſ.* & fuit dictum *in Lucana Iuriſpatronatus de Podiis 5. Martij 1625. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, impreſſa per Viuian. *poſt ſuam praxim iuriſpatron. deciſ.31.*

39. De quolibet ex familia Columnæ apud Caputaq. *d.deciſ.128.* & Rot. *deciſ.599.lib.2. diuerſ.* relatum per Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.132. num.1.* & fuit dictum *ex prædicta Lucana iuriſpatronatus de Podiis.*

40. De quolibet ex familia de Sabellis. Rot. *in Sabinen. iuriſpatronatus 26. Octobris 1594. coram Litta, & 6. Martij 1596. coram Peña*, relata *in d. Lucana iuriſpatronatus de Podiis.*

41. De altero ex familia Vrſinorum, eadem Rot. *deciſ.842.lib.3.p.2.diuerſ.& deciſ.199.n.1, p.2. etiam diuerſ.* refertur *in d. Lucana iuriſpatronatus de Podiis.*

42. De quolibet ex familia Neapolitana de Caracciolis, Rot. *in Neapolitana Capellaniæ 28. Ianuarij 1571. coram Cardin. Lancelloto*, & apud Poſthum *deciſ.238.n.16.in fine.*

43. De nobilibus Venetis in ſtatu Venetorum Rot. apud Seraphin. *deciſ.952.num.5.* relata *in d. Lucana iuriſpatronatus de Podiis*, & apud Poſth. *d. deciſ. 238. in fine*, & in citatis per Ferentil. *in annot. ad deciſ. Burati* 832.*n.*8.

44. Denique iuſpatronatus à qualibet familia potenti obtentum præſumi ex vſurpatione acquiſitum, tenent Mari. Antonin. *var. reſol. lib.5. reſol.33. n.2* Nicol. Garc. *d.cap.9.ex* 98. Ego ipſe *d. alleg.72. n.61.* Mantic *deciſ.257 n.5.* Greg. *deciſ.222.num.5.* Puteus *deciſ.55.cum ſeqq.& deciſ.99.lib.1. in correctis*, Rot. *dec.5.p.2.lib.2 diuerſ.& deciſ.532.p.3.lib.3. etiam diuerſ.& in d. Lucana iuriſpatronatus de Podiis, & in Comaclen.& Ferrarien. Præpoſituræ, 15. Decembris 1625. coram bonæ mem. Remboldo.*

45. Iuſpatronatus dici priuatorum ad effugiendam vſurpationis præſumptionem quando patroni non ſunt domini temporales loci, vbi fundatum eſt iuſpatronatus, cenſuit Rota *deciſ.364. n.5.part.2. recent.* vbi ſubdit quòd iuſpatronatus probatur ſecundùm quod ius commune diſponit, & ſecundùm Concil. in præſenti, quando patroni ſunt perſonæ priuatæ, & non domini temporales: refero

46. Ego ipſe *d. alleg.72. n.66.* In iurepatronatus Abbatis temporalem iuriſdictionem habentis non requiruntur ampliores illæ probationes, quas Concil. expoſcit in iis perſonis, in quibus præſumitur vſurpatio, vt per Aldanum *in compend. Canon. reſol. lib.4. tit.10. n.8.* vbi dicit reſolutum *in Sublacen. 22. Septembr.* 1570. Et præſumptionem vſurpationis non cadere in Eccleſia, ſeu monaſterio, domina caſtri, cum ſit iuſtitiæ cultrix, cenſuit Rot. *in Lauden. iuriſpatronatus, 28. Iunij 1630. coram R.P.D. Pirouano*, quam refert Alphonſ. de Leone *d. q.4. praxi 2.n.85.*

47. Vnde ſi concurreret ſola potentia prætendentium iuſpatronatus abſque iuriſdictione, tunc non habere locum formam datam à Concilio in præſenti, tenent Hieron. Gabr. *conſ.192.n.3.& 4.lib.2.* Rot. *deciſ.374.p.2.recent.* & fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus 29. Iunij 1619. coram bonæ mem. Dunozetto, confirmata 2. Decembris 1619. coram eodem*, ſed alibi contrarium verius.

48. Iuriſpatronatus vſurpationis præſumptionem tolli ex præſentationibus ſimilium beneficiorum per tempus à Concil. requiſitum, cenſuit Rot. *deciſ.481.n.2.p.1.recent.* & ex præſentationibus continuatis ſpatio quinquaginta annorum, eadem Rot. *d.deciſ.481.n.1.*& ex inſtrumentis fundationis, eadem Rot. *deciſ.211.n.3.p.1.recent.*

49. *β Vel Vniuerſitatibus.*] In Vniuerſitatibus, ſeu Communitatibus præſumi iuſpatronatus ex vſurpatione acquiſitum, tradunt Caualcan. *deciſ.17. num.7.part.2.* Gonzal. *d.gloſ.18. n.63.* Aloyſ. Ricc. *in d praxi reſol.131.* Nicol. Garc. *dict. cap.9. n.102.* vbi quòd habet locum in vniuerſitate Parochianorum. Et in vniuerſitate Iuriſtarum. Rota apud Alphonſ. de Leone *d.q.4 praxi 2.num.93.cum ſeqq.*

50. Etiamſi vniuerſitas, ſeu communitas parua ſit, ſecundùm Nicol. Garc. *d.cap.9. num.102.* Aloyſ. Ricc. *in d.praxi reſol.535.& in collect.deciſ. part.4. collect.* 1240. Rot. *deciſ.481. num.1 part.1. recent.* & in aliis locis per me relatis *d.alleg.62.num.62.* Viuian. *d.c.5.num.75.*& fuit dictum *in Lucana iuriſpatronatus 31. Ianuarij 1620. coram bonæ mem. Dunozetto*, impreſſa per Viuianum *poſt praxim iuriſpatronat. deciſ.28.n.1.*

51. Iuſpatronatus ex vſurpatione acquiſitum non præſumi ſi non totius Vniuerſitatis, ſed illius partis eſſe prætendatur, referunt deciſum Gonzal. *d. gloſſ.18. num.69.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.135. in fine.* Ego ipſe *d.alleg.72. num.64.* Viuian. *d.c.5. num.77.*

52. Nec ex vſurpatione acquiſitum præſumitur ad effectum probationum ampliorum, ſi ſit mixtum ſeptem officialium laicorum nomine Vniuerſitatis laicalis, & trium Eccleſiaſticorum priuato nomine præſentantium ratione mixturæ, & fauore Eccleſiæ, vt per Sel. *in ſelect. Canon. c.27. num.24.* vbi refert deciſum *in Pampilonen. 8. Auguſti 1620.*

53. Si priuata perſona, ſeu familia haberet iuſpatronatus ſimul cum familia potenti, vel vniuerſitate, tunc non eſſe neceſſariam probationem præſcriptam à Concil. in præſenti, reſoluit Menoch. *d.præſumpt.lib.3.præſ.99.n.15.& 16. & conſil.654.* Rot. *deciſ.154.ſub n.7.p.2. recent.* & fuit dictum *in Firmana Altaris de Doriis, 15. Februarij 1610. coram Cardin. Marquemont.* Caual. *deciſ.89.n.2.*

54. Iuriſpatronatus vſurpatio an præſumatur, quando vna illius pars ſpectat ad Vniuerſitatem Parochianorum, alia ad alias priuatas perſonas? vide Rot. *deciſ.219.n.2.p.5. recent.* Et quòd non præſumatur vſurpatio quando communitas, vel vniuerſitas ſimul cum non ſuſpecta perſona poſſidet, cenſuit Rota *in Lauden. iuriſpatronatus, 28. Iunij 1630. coram R.P.D. Pirouano*, quam refert Alphonſ. de Leone *d.q.4.praxi 2.n.87.*

55. *ε Plerumque ex vſurpatione.*] Iuriſpatronatus vſurpationem quandoque non præſumi, aduertit Rot. *deciſ.224.num.9.p.1.recent.*& plures apud me *d.alleg.72.n.63.* præcipuè ſtante initio acquiſitionis ex alia cauſa, vt fuit dictum *in Leodien. Parochialis 18. Decembris 1623. coram R.P.D. Merlino, verſ. nec etiam.*

56. *ζ Etiam continuata.*] Vt ſcilicet vna ſequatur aliam

aliam, ex Flamin. *d. quæſt. 28. n. 255.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol. 133. verſ. amplia ſecundò*, quos refero Ego ipſe *d. alleg. 72. n. 55.* Non eſt tamen neceſſaria probatio continuati temporis in præſentando, ſi probantur extrema, cùm tunc media præſumantur. Rur. *in d. Florentina Capellæ, 30. Maij 1616. coram R.P.D. Pirouano*, impreſſa per Viuian. *poſt praxim Iuriſpatron. deciſ. 61. n. 4. & in Ianuen. Abbatiæ, 13. Iunij 1625. coram bona mem. Burratto*, apud eundem Viuian. *deciſ. 38. n. 4.*

57. ʒ *Quinquaginta annorum ſpatio.*] Sumere initium ab illo die, quo apparet factam fuiſſe primam præſentationem, & antiquiorem productam in actis cum ſequenti inſtitutione, eóſque numerari vſque ad diem litis poſtremò motæ, in qua controuertitur, an ſit & conſtet de iurepatronatus, refert ex Rotæ deciſione Campan. *d. rub. 11. cap. 13. num. 426.*

58. ʒ *Quæ omnes effectum ſint ſortitæ*] Effectum ſortiri dicuntur ſi ſint confirmatæ præſentationes. Flamin. *d. quæſt. 18. n. 256.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol. 133. verſ. amplia tertiò.* Seraphin. *deciſ. 1141.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, præl. 13. dub. 4. ex n. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 72. n. 56.*

59. Rota ſæpiùs canonizauit doctrinam Oldradi *conſil. 229.* quòd probetur effectuatio præſentationum, & prouiſionum factarum de beneficio tanquam vacante per alterius prouiſi obitum, apud Seraphin. *deciſ. 337. n. 1. & 2. & deciſ. 1141. num. 1. verſ. & iſta.* Gregor. XV. *deciſ. 215. num. 1.* & ibi addent. *num. 8.* Cardin. Caualer. *d. deciſ. 625. num. 3. & in Aquilana beneficij 6. Aprilis 1620. coram bona mem. Remboldo, & in nullius, ſeu Taurinen. Prioratus 13. Ianuarij 1625. coram R.P.D. Merlino, & in Ianuen. Parochialis 13. Martij 1626. & 19. Aprilis 1627. coram R.P.D. Duran.* Quæ doctrina procedit nedum quando beneficium vacauit per obitum, verùm etiam per renunciationem, in quibus terminis loquuntur Seraphin. *deciſ. 337. n. 1.* Rota *deciſ. 423. n. 2. p. 2. recent.* Card. Caualer. *deciſ. 424. in princip. & deciſ. 655. n. 6. & in Lucana iuriſpatronatus 26. Iunij 1619. coram bona mem. Dunozetto, & in Romana iuriſpatronatus, ſeu beneficiatus 9. Decembris 1619. coram bona mem. Vbaldo, & in Neocaſtren. Parochialis 30. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Nauarre, & in Sulmonen. beneficij 9. Iunij 1623. coram eodem, & in d. nullius, ſeu Taurinen. Prioratus.* Quamvis contrarium ſenſerit eadem Rot. *deciſ. 564. ſub n. 10. verſ. quamuis autem effectuatio, p. 4. diuerſ.* & in aliis, quas refert & ſequitur Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 18. n. 85. verſ. hoc tamen.* Habet etiam locum d. doctrina, quando beneficium vacauit per contractum matrimonij, & alius poſtea ad illud præſentatus, & prouiſus fuit. Rot. *in Auximana beneficiorum 6. Februarij 1623. coram R.P.D. Pirouano.*

60. Non ſufficit vnica præſentatio, licèt fuerit effectuata ſpatio 50. annorum, & vltrà, quia Concilium non contentatur vnica præſentatione, cum requirat plures, eaſque effectuatas, vt reſoluit Rot. *deciſ. 557. ſub num. 1. verſ. hic autem, part. 4. diuerſ. & in Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603. coram Cardin. Pamphilio.*

61. *Authenticis ſcripturis probentur.*] Perſonas potentes, & in quibus vſurpationis præſumptio cadit, teneri probari iuſpatronatus per ſcripturas authenticas, ſi illud prætendunt, reſoluunt Gonzal. *d. gloſſ. 18. n. 76.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 3. n. 98. & 113.* Loter. *de re benefic. lib. 2. q. 13. ex n. 128.*

62. Authenticam ſcripturam quoad hoc propoſitum cenſeri Bullam Epiſcopi, ſeu conſenſum in ſcripto datum ad fundandum, conſtituendum, ſeu dorandum, obſeruant Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5.* Viuian. *d. c. 5. n. 22.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi fori Eccleſ. reſol. 125. in 2. edit. & reſol. 126.* reſoluit vt ſcriptura dicatur authentica, debere continere omnia requiſita à iure neceſſaria, tam in confeſſione, quàm extractione. Nicol. Garc. *d. c. 9. n. 8. cum ſeqq.* Molfeſ. *d. c. 5. n. 44. in fine.*

Et atteſtationes teſtium in actis antiquis ante Concil. redactas cenſeri etiam authenticas ſcripturas, ita quòd per illas intelligatur ſatisfactum diſpoſitioni Concilij in præſenti, concludit Menoch. *conſil. 336. n. 23.* quem ſequuntur Campan. *d. rub. 11. c. 13. n. 410.* & Ego ipſe *d. alleg. 72. n. 26.* & me citato *in illo loco*, Viuian. *d. c. 5. num. 18.* per egregiam Doctrinam Angel. *in l. vlt. col. 2. verſ. ſed Innocentius, C. de edicto D. Adriani tollen.* 63.

64. Teſtium igitur probationem remanere excluſam, ac proinde cùm Concilium requirat pro forma, quod de præſentationibus conſtet per authenticas ſcripturas, non ſufficere illas probare per teſtes, vel per aliud æquipollens, tenent Pariſ. *de confident. q. 28. n. 147.* Gonzal. *d. gloſſ. 18. num. 79. & 80.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 5. n. 5.* Mareſcot. *var. lib. 2. c. 51. n. 2.* Franc. Leo *d. c. 6. num. 6.* Nicol. Garc. *d. cap. 9. num. 113. & 114.* Mantica *deciſ. 89. num. 2.* vbi quòd ita reſpondit S. Congregatio Illuſtriſſ. Cardinalium S. Concilij Tridentin. Interpretum, Baltramin. *in addit. ad Gregor. deciſ. 222. num. 11.* Rot. *deciſ. 199. num. 3. 4. part. 2. diuerſ. & in Hieracen. iuriſpatronatus 18. Aprilis 1616. coram Card. Veroſpio*, impreſſa per Viuian. *deciſ. 9. num. 6.* Aloyſ. Ric. *in d. praxi reſol. 134. & in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. p. 4. deciſ. 10. num. 1.* vbi *n. 3.* ſubdit hoc decretum habere locum tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & *à n. 4.* reſoluit teſtamentum, in quo enunciatur iuſpatronatus, dici ſcripturam authenticam ad effectum probandi illud, quod non caret dubio quia.

65. Licèt enunciatiuæ Ordinariorum plures antiquæ emanatæ in collationibus, probent iuſpatronatus, Mantic. *deciſ. 318. n. 2. & deciſ. 350. n. 3.* Rota coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, *deciſ. 219. in fine, & deciſ. 239. n. 3.* inter eius impreſſas, *& deciſ. 518. n. 3. p. 1. recent. & in Caſertana beneficij 17. Martij 1617. coram R.P.D. Duran.* tamen nihil proſunt ad probandum huiuſmodi præſentationes ad effectum à Conciliis requiſitum, & in terminis Seraphinus *deciſ. 1367. n. 5.* Rot. *in Terracinen. iuriſpatron. 10. Aprilis 1628. coram R.P.D. Merlino*, in qua redditur ratio, quia cùm Concilium de teſtibus omnino non confidat vbi adeſt vſurpationis præſumptio, & ideo ipſis excluſis requirat pro forma ſcripturas authenticas, neceſſariò ſequitur, vt non ſint admittendæ tales enunciatiuæ Ordinariorum in collationibus emanatæ, quæ nihil aliud videntur eſſe, nec magis operari, quàm teſtium depoſitiones, in qua deciſ. Terracinen. iuriſpatronatus, fuit etiam dictum non cenſeri ſatisfactum menti Concilij, quamvis collationum ſcripturæ eſſent authenticæ, quia Concilium excludit omnem teſtificationem, non ſolùm implicitam, ſed etiam expreſſam, & requirit omnino ſcripturas authenticas ipſarum præſentationum, ita vt ne dum ſcriptura, verùm etiam probatio ipſa ſit authetica, & authenticè reſultans; quod fieri non poteſt, niſi per ſcripturas, quæ cõfectæ fuerint ſuper actu ipſo præſentationis, & cadant ſuper ipſis præſentationibus primariò, ac directè; aliàs enim redderetur eluſoria diſpoſitio Concilij, quæ reiicit teſtes, nam

ſeque

ſequeretur ſemper poſſe admitti probationes fa-
ctas per teſtes, ſi quando redigerentur in inſtru-
menta, & in ſcripturas authenticas, quia etiam
hæc poſſet dici probatio per ſcriptutas authenti-
cas: hactenus *in d.deciſ.*

66. Et quòd in his terminis ſi prætendatur authen-
ticas ſcripturas deperditas fuiſſe, non ſufficiat illas
probare per teſtes, iuxta formam *cap.olim, de priui-
leg.* cum ſimilibus, reſoluunt Gonzal. *d. gloſſ.* 18.
*n.*82. Flamin. Pariſ. *de confident.q.*28. *n.*258. Aloyſ.
Ricc. *in d.praxi reſol.* 536. *& deciſ. Curia Archiep.*
*Neapol.p.*3. *deciſ.*113. Rot. *in Calagurritana* 2. *De-
cembris* 1624. *coram Remboldo*, licèt contrarium
tenuerint Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapol.
cap.*63. *n.*22. & Nicol. Garc. *de benefic. p.*3. *cap.* 9.
num. 113.

67. Formam traditam à Concilio eſſe ſeruandam,
etiamſi concurreret maior, vel æqualis potentia
in Ordinario, prout reprobata deciſione Toletana
iuris decimandi coram Cardin. Blanchetto, dicit
Rota *in Sorana iuriſpatronatus* 1603. *coram Cardin.
Pamphilio ſen. & in Iacen. Parochialis* 23. *Iunij* 1603.
coram eodem.

68. *ξ Reliqui patronatus omnes*, &c.] Iuſpatronatus
ex priuilegio reuocatum eſſe in totum, etiam eum
quaſi poſſeſſione inde ſequuta, tenent Flamin. Pa-
riſ. *de confident. q.*28. *n.* 239. *& ſequent.* Seraphin.
deciſ. 1395. *n.*4. Gonzal. *d. gloſſ.* 18. *ex n.*18. refert
deciſum Nicol. Garc. *d.c.*9. *ex n.*115. vbi *num.* 117.
ſubdit procedere, etiamſi in priuilegio habeatur
iuſpatronatus competere non ſolùm ex priuilegio,
ſed etiam ex vera & reali fundatione & dotatio-
ne: quod etiam atteſtatur Gonzal. *dict. gloſſ.* 18.
*n.*97. & idem Garc. *vbi ſuprà*, & *n.* 118. ſimiliter
reſolutum refert hoc procedere, etiamſi in priui-
gio dicatur quòd eſſet eiuſdem prorſus naturæ, &
roboris, ac ſi ex fundatione, & dotatione compe-
teret, & *n.*119. aſſerit etiam deciſum, quòd quan-
do conſtat de origine priuilegij, vel præſumitur
eſſe ex priuilegio aliquo iuriſpatronatus, & adeſt
immemorialis, illa non prodeſt, refert & ſequitur
Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, pralud.*7. *dub.*3.
*n.*85. *&* 86. Et idem Garc. *eodem c.* 9. *n.*120. dicit
69. tantum in Rota, Concilium in præſenti non lo-
qui de priuilegiis conceſſis ex cauſa oneroſa. Sera-
79. phin. *deciſ.*499. *n.*4. Ad hoc autem vt priuilegium
ſit ex cauſa oneroſa, ſpectari debere quod expen-
ſum fuerit, an ſcilicet illud æquiualeat conceſſio-
ni, quia vbi non æquiualet, conceſſionem ipſam
iudicari potius debere gratioſam quàm oneroſam,
cenſuit Rota *deciſ.* 469. apud Farin. *p... recem.* &
ita *in Caſaraugustana de Mella* 14. *Nouembris* 1616.
coram Reuerendiſſimo D.meo Coccino, apud Maſſobr.
*in ſua praxi habendi concurſum, pralud.*7. *dub.*3. *n.*51.
Iuſpatronatus datum Capitulo cenſendum eſt ex
priuilegio quando Capitulum non fundauit, nec
dotauit, nec habet immemorialem, & ideo ſubla-
tum eſt hoc decreto, vt refert deciſum Garc. *d.c.*9.
num. 141.

71. Hodie huiuſmodi iuraspatronatus ex priuilegio
cum illis, & aliis ampliſſimis clauſulis propter au-
gmentum conceſſa cadere ſub reſeruatione reg. de
menſibus, vbi augmentum non aſcendit ſaltem ad
medietatem, tenet Beltramin. *in annot. ad Gregor.
deciſ.*397. vbi citat Rot. *in d.Caſaraugustana de Mel-
la* 6. *Nouemb.* 1618. *coram Reuerendiſſimo D. meo
Coccino D.cano*, latè Maſſobr. *d.dub.*3. *per tot.*

o Exceptis patronis, &c.] Vide Guriet. *pract.
lib.*3. *quaſt.*13. *num.* 72. Gonzal. *ad Reg.*8. *Cancel.
gloſſ.*24. *num.*160. Valenzuela *conſil.* 58. *num.* 12.
*tom.*1. vbi refert Concilium *in praſenti* præſuppo-
nete Reges in poſſeſſione iuriſpatronatus & ad-
miniſtrationis hoſpitalium eſſe debere, vt illius
diſpoſitio locum habeat, D. Felician. de Vega Ar-
chiep. Mexican. *ad cap.quanto*, 3. *de iudic. n.* 18.

w Cum quaſi poſſeſſione, &c.] Exiſtentem in quaſi 72.
poſſeſſione iuriſpatronatus, ſeu præſentandi, vali-
dè præſentare, & eius præſentationem admitten-
dam eſſe, ac proinde inſtitutionem ſequi debere,
tenent Maſcard. *de probat.concl.*173. *n.* 5. Mantica
*deciſ.*86. *n.*1. Rot. *deciſ.*224. *n.*1. apud Farin. *p.* 1.
recent. & deciſ. 376. *n.*3. *part.*2. *recent.* cum aliis ci-
tatis per me *in collect. ad cap. conſultationibus* 19. *n.*5.
de iurepatron.

Ex vnica præſentatione ſequuta inſtitutione 73.
poſſe acquiri quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus,
cenſuit Rot. *deciſ.*174. *n.*1. apud Farin. *part.*2. *recent.*
& reſoluunt Mat. Antonin. *var. lib.*1. *reſol.*55. *n.*10.
& plures per me citati *in collect. ad d.cap. conſulta-
tionibus, n.* 9.

p Præſentatos à patronis.] Perſonaliter, & præſen- 74.
tialiter ſcilicet, ex Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1.
verb. iuſpatronatus, §. 7. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori
Eccleſ. deciſ.*372. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*215. *n.*3. *in* 2.
edit. & aliis citatis à meipſo *d. alleg.*72. *num.*100.
cum ſeqq.

q Si idonei non fuerint, repellere.] Ergo Epiſcopus
electos à patronis poteſt examinare, etſi non fue-
rint idonei: non tamen ſi idonei fuerint, conce-
ditur libertas eos repellendi, vt per Vaſquez *in
opuſcul. de benefic. c.*2. §.3. *dub.*6. *n.*73.

r Quod ſi ad inferiores inſtitutio.] Beneficium 75.
iuriſpatronatus, quamtumuis ſimplex ſit, & poſſit
inferior ad illud inſtituere, requirere Epiſcopi
examen, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. part.* 9.
*c.*3. *n.*19. Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.*5. *c.*3.
*num.*7. Et non ſufficere, quòd præſentatus fuerit
aliàs examinatus, & approbatus ab alio Ordina-
rio ad beneficium Curatum, reſoluit Nicol. Garc.
*d.p.*9. *c.*3. *n.*19. Aliquas declarationes hanc mate-
riam tangentes adducit Fr. Stephan. Daluin. *de
poteſt. Epiſcopor. Abbatum, &c. c.*13. *num.*7. *pag.* 77.
& 78. & refert deciſum hoc decretum non modò
habere locum in beneficiis ſimplicibus, ſed & in
Curatis, de quibus *in ſeſſ.*24. *c.*18. *& ſeſſ.*25. *c.*15.
de Regular. & comprehendere Abbates Commen-
datarios, & quoſcunque inferiores qualibet im-
munitate munitos, etſi ordinariam iuriſdictio-
nem haberent in locis beneficiorum, & in clericos
ad dicta beneficia præſentatos, & addit eadem
Congreg. *in vna Taurinen. & in alia Cremonen.* quòd
omnes præſentati ab Ordinario, ſiue Epiſcopo,
ſunt examinandi etiam quòd inſtitutio ad inferio-
res pertineat; nam Epiſcopus probare debet an
ſint ætate, litteris, & ſufficientia idonei, licèt alte-
rius diœceſis eſſent. Refert deinde eandem S. Con-
gregat. cenſuiſſe præſentationem Epiſcopo facien-
dam eſſe quoad effectum examinis dumtaxat; &
quòd deinde ſi controuerſia fuerit circa iuſpatro-
natus, illo dilucidato, & probato, Epiſcopus de-
bet remittere ad inferiorem pro inſtitutione; ſed
ſi præſentatus illegitimus fuerit, inferior cognoſ-
cet de validitate, & inualiditate diſpenſationis,
etiamſi eſſet ad beneficium curatum præſentatus,
ex *c.*18. *ſeſſ.*24.

v Patroni autem beneficiorum, &c.] Vide Spin. 76.
*in ſpeculo teſtament. gloſſ.*4. *princip. n.*92. Franc. Leo
*in Theſauro fori Eccleſ. part.*1. *cap.* 2. *n.* 31. Viuian.
in praxi iuriſpatron. part. 3. *lib.* 15. *cap.* 3. meipſum
in collect. ad cap. præterea 23. *ex n.* 5. *de iurepatron.*
vbi obſeruo huius decreti intuitu nō vetari patro-
num ipſum Eccleſiam, illiúſque iura tueri, immò
&

& ius habere accuſandi in hoc delinquentem, & reuocandi alienationem perperam, & indebitè factam,& *n.6*.contra Caluacan.*deciſ.27.num.66.p.2.* teneo hoc Concilij decretum non extendi ad locationem,ac proinde poſſe eoſdem patronos bona beneficiorum ſui iuriſpatronatus locare,quia verbum *ingerant*, de quo in præſenti, illegitimum ſopponit modum, titulus verò locationis legitimum inſinuat.

77. Cognitio validitatis, & inualiditatis iuriſpatronatus cōtrouerſi ad Epiſcopum dumtaxat, non ad inferiores,qui ius habent inſtituendi, pertinet, ſecus verò ſi huiuſmodi inferiores ordinariam in loco habuerunt iuriſdictionem,ita refert deciſum Nicol.Garc.*d.p.9.c.3.n.19.*

78. In permutatione beneficij iuriſpatronatus non requiritur conſenſus patroni, ſed ſatis eſt illum tantùm requirere, vt teſtatur reſolutum Nicol. Garc.*de benefic.p.11.c.3.n.27.* vbi *n.28.* intelligit procedere ſi adeſt magna Eccleſiæ vtilitas.

79. Reſignans beneficium de iurepatronatus, cùm ipſemet eſſet eiuſdem beneficij patronus, poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius tenetur inſtituere præſentatum, non obſtante diſpoſitione conſtitutionis Pij V. de non admittendis reſignationibus per Ordinarium, §. *caueant autem*, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.3.tit.8.n.10.* vbi refert deciſum *in Viterbien.* 18. *Martij* 1628.

80. Probationes oblatæ à patronis non poſſunt repelli vt eorum patronatus declarentur eſſe ex Concilio, ſaluis tamen exceptionibus, tam huius decreti,quam iuris communis, vt dicit reſolutum Nicol.Garc.*d.part.5.c.9.n.141.*

81. ♦ *Nec dictum iuſpatronatus venditionis*, &c.] Venditores de per ſe iurapatronatus, ſi perſonæ ſingulares ſint,excommunicari debere;ſi verò vniuerſitates,interdicto ſubiici, per hunc text. obſeruant Campan.*in diuerſ. iuris Canonici rub.11.c.13. n.510.* Vgolin. *de officio Epiſcopi c.15. §.1. n.3.* nouiſſimè D.Felician.de Vega Archiep. Mexican. *ad cap. quanto,de iudic. n.112.* vbi quòd talis venditio erit ſimoniaca,& intelligit quando venditio non fit ſub vniuerſitate bonorum.Ego ipſe *in ſimili tractatu p.3.all.71.n.35.& in collect. ad cap. quia clerici 6.n.2.de iurepatr.* & taliter vendentes,emptoréſque illis priuari debere,Eccleſiámque liberam remanere,tenent Spin.*d.gloſſ.4.princ.n.109.* Viuian.*in praxi iuriſpatr.p.1.lib.4.c.5.n.5.* Rot. *deciſ.302. n.4.& 5.p.2.recent.* Ego ipſe *d.n.2.* vbi cum Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.c.19.n.17.* & aliis ibi citatis hoc intelligo vbicunque vnus eſſet patronus, vel plures ſimul delinquentes ſpoliati fuiſſent iurepatronatus, ſecus quando vnus ex prioribus delinqueret, quia tunc eo caſu ius patronis competeret,ſi patronatus ſit ad hæredes tranſitiuus, non verò ſi vigore inſtitutionis ad aliquem deuolueretur,ſiquidem tunc viuente tantùm condemnato, ſi vacaret, præſentationem vendere non intenderis; ſed exire de carcere, ſi pecuniā pro præſentatione acceptam reſtituat,& præſentationem reuocet, nō incidit in pœnā priuationis iuris præſentandi aliās infra legitima tēpora,vt per Sel.*in ſelect. Can.18. n.14.* vbi refert deciſum *in Nicien.1. Aprilis* 1628.

An pœna excommunicationis,& interdicti, ac priuationis ipſo iure comminata in hoc decreto 82.
comprehendat tam vendentes, & transferentes iuſpatronatus,quam etiam ſe ingerentes in illius fructuum perceptione; Omnes comprehendere refert deciſum Aloyſ.Ric. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. p.4. deciſ.282.* Ego ipſe *in collect. ad cap. præterea 23.n.7.de iurepatron.* Sel.*d.c.18. n.17.* vbi refert ita fuiſſe deciſū *in Burgen.26. Auguſt.* 1628.

χ *Inſuper acceſſiones*,&c.] Parochialis libera non 83.
poteſt vniri Parochiali iuriſpatronatus etiam cum conſenſu patroni, niſi patronus renunciet iuripatronatus propter hoc decretum, quod non vult vnire liberum ſeruo, vel niſi aptetur remedium alternatiuæ, vt vna vicē Eccleſia conferatur ad præſentationem,& altera liberè, præſuppoſito tamen vt vel ex decretis Concilij,vel ex iure veteri vnio fieri poſſit,ita refert deciſum Sel.*d.c.18.n.24.*

Eccleſia libera quæ minatur ruinam, & habet 84.
tenuiſſimos redditus non excedentes ſummam ſcutorum circiter tres,poteſt vniri patronatæ cum reſeruatione iuriſpatronatus & onere impoſito patrono illam reparandi, & dotandi in ſcutis 50. ita Aldan.*d.tit.8.n.17.* vbi aſſerit ſic fuiſſe deciſum *in Tridentin.23. Decembris* 1622.

⸸ *Quæ verò à quadraginta annis*, &c.] Iurapatro- 85.
natus conceſſa à quadraginta annis citra Concilium Trident. debere reuideri ab Ordinario ad effectum vt debeant reuocari,vel confirmari; ſecus in aliis, quæ fuerunt conceſſa quadraginta annis ante Concil.Trident. cenſuit Rota *in Lucana Canonicatus 14. Maij* 1590. *coram Bubalo, & deciſ.4. n.4* apud Farin.*p.2. recent. & deciſ.336.n.2.* apud Farin. *part.2. in poſthum.* poſt Nicol. Garc. tradit Filliuc. *tom.3. tract.41.cap.2. num.62.* dum enim Concilium in præſenti ſubiicit examini, & reuiſioni Ordinarij iuſpatronatus conceſſum ex augmento conceſſo 40. annis citra, ſignum euidens eſt quòd vult cætera iurapatronatus ex augmento cōceſſa ante 40. annos valida remanere,Nic.Garc. *d.c.9.n.124.& ſeq.* addent.ad Greg. *dec.397.n.6.*

ω *Reuideantur, & examinentur.*] Interim dum 86.
reuidentur,patronos ſua quaſi poſſeſſione non eſſe priuandos cenſuit Rota *in Barchinonenſ. Prioratus 11.Maij 1609.coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Cæſaraugustana de Mella 6. Nouembris 1617.coram eodem*, quas refert Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, præiud.7. dub.3. n.66.* ſecundùm Roman. impreſſ.& *d. deciſ.336. n.3.*

aa *Et conſuetudinibus.*] Præcedentibus ſcilicet, ſed non futuris,iuxta reſoluta per Anguian. *de legibus lib.2. controu.20.n.22.*

In Conciliis Prouincialibus, ſeu diœceſanis deſignentur præter Ordinarios aliquæ perſonæ quibus cauſæ Eccleſiaſticæ delegari poſſint, quoties, & vbi opus fuerit, ita vt vnaquæque diœceſis quatuor ſaltem habeat, & deſignatio facta tranſmittatur ad Papam ab Epiſcopis.

CAP. XI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Gregorius XV. de conſeruatoribus.*
3. *Vicarius Epiſcopi Papæ delegatus eſſe poteſt.*
4. *Vicarius Epiſcopi poteſt eſſe executor gratiarum beneficialium.*

beneficialium, quæ expediuntur in Rom. Curia.
5. *Vicarius Epiſcopi electe, & confirmati, licet nondum conſecrati eandem habet facultatem.*
6. *Non autem Vicarius foraneus, niſi, &c.*
7. *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis iudex & conſeruator eligi poteſt.*
8. *Canonicus regularis Eccleſiæ Cathedralis non poteſt eſſe delegatus Papæ.*
9. *Canonicus Eccleſiæ collegiatæ etiam Doctor peritiſſimus non poteſt eſſe delegatus Papæ, nec iudex ſynodalis.*
10. *Minor ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis ſuper ætate per Papam diſpenſatus non poteſt eligi in iudicem ſynodalem.*
11. *Coadiutor in Canonicatu cum futura ſucceſſione non poteſt eſſe iudex delegatus.*
12. *Subcollectori cauſæ à Sede Apoſt. delegari poſſunt.*
13. *Protonotarius Apoſtol. poteſt eſſe delegatus Papæ, ac iudex ſynodalis.*
14. *Cancellarius Academiæ auctoritate Pontificis approbatæ poteſt eſſe delegatus Apoſtol.*
25. *Commendatarius perpetuus poteſt eſſe iudex Apoſtolicus.*
16. *Prioribus, Guardianis & aliis Ordinum Mendicantium præfectis poſſunt à Papa cauſæ delegari.*
17. *Commiſſionis tempore debet adeſſe Canonicatus vel Dignitatis qualitas in iudice delegato.*
18. *Quamuis tempore præſentationis dicta qualitas ceſſauerit.*
19. *Canonicus ſi deſinat eſſe talis poſt delegatam cauſam, poteſt nihilominus eſſe iudex.*
20. *Et ſic quamuis poſtea reſignet.*
21. *Delegatus Apoſtol. non poteſt ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignitate.*
22. *Iudicum ſynodalium nominatio ſpectat principaliter ad Epiſcopum, non tamen priuatiuè quoad Capitulum.*
23. *Perſona in Conciliis Prouinc. ſeu diœc. aſſignari debent, quibus cauſæ in partibus delegandæ committuntur.*
24. *Abſentia æquiparatur mortuo.*
25. *Conſilium in præſenti requiritur pro forma.*

QVoniam ob malitioſam potentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem perſonarum notitia, quibus cauſæ mandantur, vſque adeò haberi non poteſt, hincque interdum iudicibus, non vndequaque idoneis, cauſæ in partibus delegantur, ſtatuit ſancta Synodus in ſingulis Conciliis prouincialibus, aut diœceſanis α *aliquot perſonas*, β *quæ qualitates habeant*, a iuxta Conſtitutionem Bonifacij octaui, quæ incipit, Statutum, γ *& alioquin ad id aptas deſignare*, vt præter Ordinarios locorum iis etiam poſthac δ *cauſæ Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales*, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. ε *Et ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit*, ſubſtituat Ordinarius loci ζ *cum Concilio Capituli* alium in eius locum vſque ad futuram prouincialem, aut diœceſanam Synodum, ita vt habeat quæque diœceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſuprà qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ à quolibet Legato, vel Nuncio, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur, alioquin poſt deſignationem factam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſummum Romanum Pontificem tranſmittant, delegationes quæcumque aliorum iudicum aliis, quàm his factæ, ſubreptitiæ cenſeantur. Admonet dehinc ſancta Synodus tam Ordinarios, quàm alios quoſcumque iudices, vt b terminandis cauſis quanta fieri poterit breuitate, ſtudeant ac litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

a cap. Statutum, de reſcript. in 6.

b Vide ſeſſ. 24. cap. 20. cap. finem litibus, &c fin. de dolo & contum. cap. 1. de re iudicat. &c. conſtitutus, de procur.

1. VIde Archiep. Bononien. *part. 4. pag. 241. cum ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 65. art. 4. & 5.* Marcheſan. *de commiſſ. tom. 1. pag. 142. n. 329.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. narrat. ſub tit. de reſcript. n. 1. cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 4. num. 8.* Laurent. de Peyrinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimor. tom. 2. conſt. 5. Gregorij XV. n. 21. cum ſeqq.* Ioan. Anton. Maſſobr. *de Synodo diœceſana c. 4. dub. 9. cum ſeqq.* ſecundùm Romanam impreſſ. nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt. 1. ex cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* innouatas per Concil. *in præſenti.* Anguian. *de legibus lib. 2. controu. 26. n. 52. & 53.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 17. q. 4. n. 6.*

Gregorios XV. *in ſua Conſtit. de Conſeruatoribus*, incip. *Sanctiſſimus*, de anno 1621. cõſtituit vt iudices Conſeruatores, ſiue principales, ſiue ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſſint, niſi qui non ſolùm habeant qualitates requiſitas & deſcriptas *in cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* ita vt vel dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonam obtinentes, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant. Sed etiam in Conciliis Prouincialibus, aut diœceſanis iuxta decretum Concilij in præſenti Iudices electi, ſeu deſignati ſint; quòdque deinceps litteræ conſeruatoriæ per Sedẽ Apoſtolicã concedendæ ſupra ſcriptis tantùm dirigantur, & ſi quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiuſmodi, omniáque exinde ſequẽda nullius ſint roboris, & momenti: refero Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 106. n. 55.*

2. α *Aliquot perſonas*, &c.] Nominatas ſcilicet, ſeu deſignatas in particulari, & nominatim ita vt non ſufficiat illas deſignari in genere, puta obtinentes Canonicatus Doctorales, vel dignitates, ſeu alio ſimili modo, vt per Steph. VVeyms *d. loco, n. 11.* vbi addit debere eam deſignationem fieri in ſingulis Conciliis Prouincialibus, aut diœceſanis, idque per Epiſcopum, ad quem principaliter dictarum perſonarum nominatio pertinet.

3. β *Quæ qualitates habeant*, &c.] Vicarium Epiſcopi, quia conſtitutus eſt in dignitate, Papæ delegatum eſſe poſſe, tenent gloſſ. *verb. delegatus, in Clem. 2. de reſcript.* vbi Zabarel. *n. 22.* & Imola *n. 18.* Rebuff. *in pract. benefic. tit. forma vicariatus, n. 27. & tit. de Vicario Epiſcopi, n. 4. & in tract. de pacificis poſſeſſion. n. 79.* Anton. de Prætis *in tract. de iuriſd. Epiſcopi, c. 6. n. 51.* Sbroz. *de offic. Vicarij, lib. 2. q. 12. ex num. 1.* Menoch. *conſil. 51. n. 33.* Et Emman. *d. quæſt. 65. art. 5.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 13. quæſt. 8. & cap. 43. quæſt. 8.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.*

forenſ.c.106. num. 28. Ego ipſe de officio & poteſt. Epiſc.part.3.allegat.54.n.132.

4. Vnde poſſe eſſe executorem gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Romana Curia, reſoluunt Sbroz. lib. 2. q.23.n.6. Flor.de Mena var. lib.1.q.4.a.6. Item poſſe eſſe conſeruatorem, tenet Eraſm. à Gochier de iuriſdict. Ordinarij in exemptos p.1.q.39.n.4.quem refert Maſſobr. de Synodo Epiſc. c.4.dub.13.n.11.

5. Ampliant in Vicario Epiſcopi electi, & confirmati, licèt nondum conſecrati, gloſ. verb. Epiſc. in d.Clem. 2.Pauin. de offic. & poteſt. Capituli Sede vacant.p.2.q.10.n.6. Sbroz. d.lib.2.q.23.n.4.Sanchez de matrim.lib.8.diſp.27.n.35.Maſſob. dub.13. n.15. Et ad nominatum à Prælato inferiori habente iuriſdictionem Epiſcopalem extendunt Sanch. d. diſp.27.num.34. & Flores de Mena d. q.4. ex n.14. provt etiam in electo à Capitulo Sede vacante, idem dicendum eſſe reſoluunt Pauin. d.q.10. n.6. & 8.Sbroz.d.q.23. Menoch.conſ.320.a.42. Sanch. d.diſp.27.n.32.Flores de Mena d. quæſt.4. num. 11. Maſſobr.d.dub.13.a.16.

6. Limitat in Vicario foraneo, Flores de Mena d.quæſt.4.à num.6.niſi illi fieret delegatio ex certa ſcientia Summi Pont.ſecundùm Sbroz.d.quæſt.23. n.9.Maſſobr.d.dub.13.n.21.& 22.

7. Canonicos Eccleſiæ Cathedralis dignitatem habere, ac proinde iudices ſynodales, & conſeruatores eligi, illiſque à Sede Apoſt. committi poſſe, reſoluunt Gom.in c.ſtatutum, ex n. 24. de reſcript. in 6. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. q. 1. n. 102. Aloyſ.Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol.90. num.3.& 10. in 2. edit. Gonzal. ad reg.8. Cancellar. gloſſ.2.n.39. Maſſobr.d. dub. 13. ex n. 23. Stephan. Weyms vbi ſuprà a.7.

8. Canonicum Regularem Eccleſiæ Cathedralis non poſſe eſſe delegatum Papæ, provt eſſe poſſunt Canonici ſeculares, aſſerunt Duen. reg.78. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. c.270.n.6. Maſſobr. d. dub. 13.n.30.

9. Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ etiam Doctorem peritiſſimum non poſſe eſſe delegatum Papæ, nec in iudicem ſynodalem eligi, tenent Marc.Anton. Genuenſ. in practicab. eccleſiaſt.q.612. num. 2. Maſſobr.d cap.4. dub.10. vbi teſtatur ita fuiſſe per ſacram Congreg. ſibi reſponſum, contra Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. decis.637. in 1. edit. aliàs reſol.572.in 2. edit.

10. Minorem ad Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ ſuper ætate per Papam diſpenſatum non poſſe eligi in iudicem ſynodalem, reſoluit Maſſobr.d.c.4. dub.11.licèt enim Papa diſpenſet cum minore vt ſit Canonicus in Eccleſia cathedrali, non ob id cenſeri cum eo diſpenſare, vt in ea ætate poſſit eſſe iudex delegatus, obſeruat D. Barboſ. in l. cum prætor.§.vlt.a.10. ff.de iudic.

11. Coadiutorem in Canonicatu, cum futura ſucceſſione non poſſe eſſe iudicem delegatum, reſoluunt citati ſuprà hac ead.ſeſſ.c.7.n.16.

12. Subcollectorem habere dignitatem & iuriſdictionem, illique cauſas à Sede Apoſt.delegari, tradunt Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ. 51. n.79.Maſſobr.d. dub.13. n.32. vbi n.33. ex eodem Gonzal. colligit huiuſmodi ſubcollectores debere habere qualitates requiſitas in hoc decreto.

13. Protonotarium Apoſt.poſſe eſſe delegatum Papæ, ac iudicem ſynodalem conſtitui, tenet Maſſobr. d.c.4.dub.13. ex n.34.

14. Cancellarium Academiæ auctoritate Pontificis approbatæ dignitatem habere quatenus eſt munus & officium cum iuriſdictione coniunctum ſufficiens ad Apoſt. delegati, vel Conſeruatoris functionem, notat Azor. d.lib.3.c.13.q.9.

Barboſ.Collect. in Concil. Trid.

Commendatarium perpetuum poſſe eſſe iudicem Apoſt. dicit Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.8.n.10. Et commendatario Abbatiæ poſſe delegari cauſas à Romano Pontifice ſicut Abbati titulari, reſoluunt Rebuff. de pacificis poſſeſſ. num. 42. Maſſobr. d.dub.13.n.38.& 39. 15.

Priores, Guardianos, Rectores, & alios Ordinum Mendicantium Præfectos habere dignitatem, & poſſe illis à Pont. Romano cauſas delegari, & in conſeruatores eligi, tenent Azor. d.lib.3.c.13.q.7. Aloyſ.Ricc. in collect.deciſ.p.2.collect.363. Flores de Mena d.q.4.n.18. Fr.Emman. d.q.65. art. 3.verſ.ſecundò eſt notandum, Fr.Ludou.Miranda in man. Præl. tom.2.q.47.art.2.concl.3.&4.Sanch.in præcepta Decalogi tom.2.lib.6.c.13.n.79. Sed contrarium fuiſſe deciſum de anno 1617. refero Ego ipſe d. p.3. alleg. 106.n.15.& me citato Maſſobr. d.dub.13.n.40. 16.

In conſideranda habilitate delegati aduertendũ eſſe ad tẽpus datæ, notat Gig. de penſion.q.22.n.19. Et ideo qualitatem Canonicatus, vel dignitatis, quæ in delegato Summi Pont.requiritur, debere à principio adeſſe tempore commiſſionis, reſoluunt Flam. Pariſ. de reſig.benef.lib.4.q.1.a.17.Card.Tuſc. lit. D.concl.145.n.15.Maſſobr.d.dub.13.n.47. 17.

Et ſufficere Canonicatum, aliámve Dignitatem obtineri tempore impetrationis reſcripti Põtificij, quamvis tempore præſentationis eius ceſſauerit iá dignitas illa, ſecus ſi tempore impetrationis non aderat Dignitas, non enim ſufficeret eá adeſſe poſtea tempore præſentationis, aſſerunt Tiraq. in tract. Ceſſante cauſa, limit.4.n.4.Gonz.ad reg.8.Cancel.§.3. proœm.n.75.Sanch.de matr.lib.8.diſp. 27.n.28. 18.

Si canonicus, cui cauſa committitur per Sedem Apoſt. poſt acceptationem litterarum deſinat eſſe Canonicus, poſſe nihilominus eſſe iudicem in cauſa illa, reſoluunt Azeued. d.l.7. n.60. tit.18. lib.4. noua recop.& ad Curiam Piſanam lib.4.cap.6.num.66. Garc.Gironda de priuileg.n.510.& ſeq. 19.

Vnde conſtitutum in dignitate, vel inter iudices ſynodales deſignatum, ſi eam dignitatem reſignauerit, poſſe etiam poſt reſignationem de eadem cauſa cognoſcere, referunt deciſum Flam.Pariſ. de reſignat.benef.lib.1.q.11.n.14.in fine, Ceual.commun. contra communes q.667.a.10. in fine, Nicol.Garc. de benefic.p.9.c.2. n.351. Aloyſ.Ric. in praxi rerum fori eccleſ.dec.616.in 1.edit. aliàs reſol.414. n.2.in 2.edit. Galet. in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. delegatus 3.& verb.renunciare, vlt. & reſoluunt Chaſſan.in conſuet. Burgund.rub.6.§.5.verb.& ſeparez de leur peres n.1.pag.229. Steph.Grat. diſcept.forenſ.c.92.Steph. VVeyms d.loco n.18. 20.

Delegatum Apoſt. non poſſe ſubdelegare perſonis non conſtitutis in dignitate, reſoluit Aloyſ. Ricc. in d.praxi fori Eccleſ.deciſ.612.in 1.edit. aliàs reſol.420. & reſol.89.n.2. in 2.edit. Steph.VVeyms d.loco num. 20. vbi tenet non poſſe iuriſdictionem Apoſt. per ſublegationem transferre in alium qui non ſit qualificatus ſicut transferens, niſi ad vnum aliquem particularem articulum. 21.

y *Alioquin ad id aptas deſignari.*] Quorum nominatio ad Epiſcopum principaliter, non tamen priuatiuè quoad alios ſpectat, vt refert deciſum Nicol.Garc. de benefic.part.9.cap.2.n.353. declar.1. Stephan.Vveyms d.loco n.16. animaduertit accipi non debere hæc verba reſpectu præcedentium alternatiuè, vt deſignari poſſint perſonæ habentes illas qualitates, vel quæ alioquin ſine illis ſint aptæ, ſed coniunctiuè vtraq; clauſula ſimul accepta, non aliter, quaſi dictum fuiſſet: Volumus deſignari

perſonæ aliquot, quæ ſint aptæ, & habeant qualitates iuxta Conſtitution. Boniſ. VIII. requiſitas.

22. Iudicum ſynodalium nominatio ſpectat principaliter ad Epiſcopum, non tamen priuatiuè quoad Capitulum, vt per Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 4. tit. 10. num. 53.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Sauonen.* 18. *Martij*, 1628.

δ Cauſæ eccleſiaſticæ, ac ſpirituales, &c.] Subdit Stephan. Vveyms *citato loco, n. 22.* tam Conſtitutionem Bonifacij VIII. quàm Tridentinam Synodum in præſenti procedere etiam eo caſu, quo lis eſt inter duos litigatores merè laicos, vt ſcilicet cognitio illius committi non poſſit à Sede Apoſt. niſi habenti Dignitatē; tum quia generaliter loquitur Conſtitutio, tum quia ſemper ſubeſt eadem conſideratio quoad auctoritatem, & decus Sedis Apoſt.

23. *ε Et ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit*, &c.] Præcipit Concil. aſſignati perſonas aptas ad minus quatuor, quibus cauſæ in partibus delegandæ committantur, quorum ſi aliquis deceſſerit, Epiſcopum de conſilio Capituli in locum ipſius alium ſufficere poſſe, refert Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. c. 2. n. 4. in fine, verſ. aſſignantur.*

24. Habere etiam locum in diuturna abſentia, quæ æquiparatur morti, refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 353. declarat. 2.*

25. *ζ Cum conſilio capituli.*] Conſilium ex hoc decreto requiritur pro forma, cùm illud Ordinarius, licet prætermittere non poſſit, ſequi tamen non tenetur, vt reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 353. declar. 3.* Steph. VVeyms *d. loco, n. 17.*

Notat Stephan. Vveyms *d. loco, n. 13.* quòd defuncto deputato per Synodum non ſuccedit ſucceſſor in dignitate, ſed is, quem Epiſcopus cum conſilio Capituli nominauerit, vſque ad futuram Synodum, quia Iudices delegati, ſeu Synodales, debent hodie nominatim eſſe deſignati, & *num. 14.* vetum eſſe ait decretum hoc de committēdis cauſis ſolis Iudicibus Synodalibus, reſpectu Papæ in vſu non eſſe, cùm adhuc frequenter ipſe cōmittere ſoleat cauſas aliis perſonis, tam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, quàm deputatis in Synodo: ſed id veriſimiliter ex eo procedit ſiue quia ſit ſupra Concilium, ſiue quòd Diœceſani Epiſcopi ex ſua parte etiam non curent ad ſummū Pont. tranſmitti nominationes & deſignationes Iudicum à Synodo factas, quod tamen iuxta hoc decretum facere tenentur; & ſic Papa ex quadam quaſi neceſſitate Iuſtitiæ adminiſtrandæ decretum non obſeruat: licèt *n. 15.* referat Legatos & Nuntios Apoſt. in Hiſpania maximè in Curia Regia cauſas committere Iudicibus ſynodalibus aliarum Diœceſum, imò etiam perſonis in Eccleſiaſtica quidem Dignitate conſtitutis, ſed tamen in aliqua Synodo deputatis: quod affirmat non eſſe ſatis conſentaneum huic decreto, cùm velit vnamquamque Synodum ſuos habere Iudices deputatos, ſaltē quatuor, & his ſolis cauſas committi, non alterius diœceſis Iudicibus.

Anticipatæ ſolutiones in Eccleſiaſticis locationibus tolluntur, & locationes ad longum tempus irritantur.

Capvt XI.

1. *Doctores de materia c. agentes.*
2. *Locationes eccleſiaſticæ repræſentata pecunia factæ prohibentur.*
3. *Locatio in præiudicium ſucceſſorum non valet niſi notoria eſſet neceſſitas Eccleſiæ.*
4. *Locationes eccleſiaſticæ an afficiant locatores.*
5. *Epiſcopus an & quando teneatur ſtare locationi prædeceſſorum.*
6. *Vicarius Epiſcopi non poteſt pretio conſtitui.*
7. *Locatio ſimoniaca eſt ſi quis locet aliquid quod ſapiat ſpiritualitatem.*
8. *Cancellariæ Epiſcopalis redditus non poſſunt locari.*
9. *Emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis prouenientia debent futuro ſucceſſori reſeruari.*
10. *Quartæ funerales locari non poſſunt.*

MAgnam Eccleſiis perniciem afferre ſolet, cùm earum bona, *α repræſentata pecunia β in ſucceſſorum præiudicium* aliis locantur: omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fiant, [a] nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validæ intelligantur, quocūque indulto, aut priuilegio non obſtante: nec huiuſmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. *γ Non liceat etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas*, ſeu facultates nominādi, aut deputandi Vicarios in ſpiritualibus locare, nec conductoribus per ſe, aut alios ea exercere: aliterque conceſſiones, etiam à Sede Apoſtolica factæ ſubreptitiæ cenſeantur. Locationes verò rerum Eccleſiaſticarum, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas, ſancta Synodus irritas decernit, quas *δ à triginta annis citra*, ad longum tempus, ſeu, vt in nonnullis partibus, ad vigintinouem, ſeu bis viginti nouem annos, vocant factas, Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt.

[a] c. de precariis, 11. q. 2. & c. 2. de precar.

1. VIde Archiep. Bononien. *part. 4. ſub tit. de locatione rerum eccleſiaſt. pag. 272. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 123. in 1. edit.* aliàs *reſol. 108. in 2. edit.* Bellet. *diſquiſ. clerical. p. 1. tit. de clerico debit. §. 4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 4. n. 65. in fine, verſ. locationes.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. c. 43. n. 539.* Rebell. *de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 4. q. 5. ex n. 4.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. eccleſiaſt. part. 166.* meipſum *de officio & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 95.*

2. *α Repræſentata pecunia.*] Vide Gutier. *de iuram. confirmat. part. 3. c. 3. n. 2.* D. Barboſ. *in l. filiofam. §. vlt. n. 27. ff. ſoluto matrim.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 10. n. 5.* Zerol. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. alienatio rerum Eccleſiæ, verſ. ſeptimum,* Cald. Pereyra *de renouat. emphyt. q. 10. n. 3. & de empt. c. 26. n. 8.* vbi etiam, an locatio iudicetur vſuraria, ſi ob repræſentatam ſolutionem conductor dimidium lucri faciat.

β In præiudicium ſucceſſorum.] Quando tamen notoria eſſet neceſſitas Eccleſiæ, vt ſi rueret, niſi pecunia pro recuperatione inueniretur, tunc ſucceſſorē teneri reſoluit Marc. Anton. Genuenſ. *d. q. 166. n. 2.* 3.

Verùm

4. Verùm autem huiuſmodi locationes afficiant locatores? affirmant Mohed. *deciſ.* 8. *de confirmat. vtili*, Caroc. *part.* 3. *de locatione concl.* 10. *n.* 75. Rebuff. *in compend. alienat. n.* 18. Cornaz. *Lucenſi deciſ.* 140.

5. An & quando Epiſcopus teneatur ſtare locationi prædeceſſorum, latè egi *de offic. & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 94. *per tot.*

6. γ *Non liceat etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas* &c.] Vicarium Epiſcopi non poſſe pretio conſtitui, reſoluunt Lancel. *in inſtit. Canon. ſub tit. de ſimonia, § denium*, Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 1. *q.* 54. Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ part.* 1. *caſu* 37. *fol. mihi* 57. *verſ.*... Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *c.* 14. *in princ. & quæſt.* 1. Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de ſimonia c.* 20. *num.* 5. vbi *num.* 8. ſubdit quòd omnes actus iuriſdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur, ſunt materiæ ſimoniæ, & *cap.* 29. *n.* 3. per text. *in cap. conſulere* 38. *de ſimon.* reſoluit temporalia officia Eccleſiæ, vel actus eorum vendi non poſſe ſine graui peccato.

7. Locationem ſimoniacam eſſe ſi quis locet aliquid quod ſapiat ſpiritualitatem, tenet Aloyſ. Ric. *d. reſol.* 108. *n.* 3. hinc inferens locationem Eccleſiæ factam cum omnibus bonis & facultate conferendi beneficia pro ſcutis mille, eſſe ſimoniacam, ſi non pro illis ſcutis mille, ſed minori pretio ſolerent arrendari bona illa abſque dicta facultate, aliàs ſecus.

Redditus Cancellariæ Epiſcopalis locari non poſſunt, ſed debent per proprios Epiſcopi miniſtros exerceri. Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 11. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congregat. Epiſcop. *ſub die* 26. *Auguſti* 1592. 8.

Emolumenta tempore vacationis Sedis Epiſcopalis prouenientia ex iuriſdictione, & ſigillo, aut aliàs vndequaque, nec ad Vicarium, nec ad Capitulum ſpectant, ſed debent futuro ſucceſſori reſeruari, ſi ad Epiſcopum Eccleſia non vacante perueniſſent, vt per Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 17. vbi refert deciſum *in Agrigemina* 17. *Aprilis* 1627. 9.

Quartæ funerales locari non poſſunt, ex eodem Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 18. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congr. Epiſcopi *in Cuſemina* 14. *Decembris* 1592. 10.

δ *A triginta annis citra*, &c.] Vide Anch. *conſ.* 951. *part.* 2. Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *num.* 3. *in fine*, Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 180. *n.* 4.

Decimæ ſoluantur integræ ſub pœna excommunicationis.

CAPVT XII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Decima eſt pars ſeu portio Dei.*
3. *Decimarum ſolutioni obnoxia prædia ad regularium monaſteria tranſeunt cum ſuo onere.*
4. *Decimas non ſoluentes, cùm teneantur, poſſunt & debent excommunicari.*
5. *Monitione præmiſſa.*
6. *Abſoluendi non ſunt decimas ſubtrahentes, ac impedientes, niſi plena reſtitutione ſequuta.*
7. *Si ad reſtituendum impotens non ſit.*
8. *Parochus an poſſit negare Sacramenta his, qui nolunt ſoluere decimas.*

NOn [a] ſunt ferendi, qui variis artibus decimas Eccleſiis obuenientes ſubtrahere moliuntur, aut qui ab aliis ſoluendas temerè occupant, & in rem ſuam vertunt: cùm decimarum α *ſolutio debita ſit Deo*: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur ſancta Synodus omnibus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas ad quas de iure tenentur, in poſterum cathedrali, aut quibuſcumque aliis Eccleſiis, vel perſonis quibus legitimè debentur, integrè perſoluant. [b] Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, β *excommunicentur*, nec ab hoc crimine, γ *niſi plena reſtitutione* ſecuta, abſoluantur. Hortatur deinde omnes & ſingulos, pro Chriſtiana charitate, debitóque erga Paſtores ſuos munere, vt de bonis ſibi à Deo collatis Epiſcopis, & Parochis, qui tenuioribus præſunt Eccleſiis, largè ſubuenire ad Dei laudem, atque ad paſtorum ſuorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.

a Conc. Matiſcon. 1. c. 5. Conc. Ticin. verſ. In ſacris. Exod. 22. 23. Leuit. 17 Num. 18. Tob. 1. Malach. 3. c. decimas, 16. q. 1. c. decimas, cum ſeq. 16. q. 7. c. parochianos, cap. ex tranſmiſſa, & cap. tuæ, de decim.

b c. omnes decimæ 16. q. 7. c. peruenit, c. non eſt, c. tua, & c. in quibuſdam, de decim. clem. 1. eod. tit.

1. VIde Monet. *de decim. c.* 8. *num.* 63. *cum ſeq.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Relig. lib.* 2. *c.* 19. *dub.* 4. Molfeſ. *in ſum. Theologia moral. tract.* 6. *c.* 4. *num.* 61. *cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra fol.* 89. *col.* 1. Laurent. de Peyrinis *in conſtit. ſui Ordinis Minimorum, conſtit.* 26. *Leonis X. ex num.* 38. Stephan. Fagundez *in quinque Eccleſia præcepta, præc.* 5. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 4. Nouar. in *ſingularib. iuris Canon. concl.* 6. Hieron. Venero y Leyua *in examine Epiſcop. lib.* 9. *cap.* 3.

2. α *Solutio debita ſit Deo.*] Decimam igitur eſſe partem Dei, & Deum illam vocare ſuam portionem, aſſerunt Henriq. *conſ.* 67. *num.* 77. Monet. *de decimis cap.* 1. *n.* 38. quam quidem ſibi reſeruaſſe in ſignum vniuerſalis dominij probant *cap. cùm non ſit, c. tuas, il* 2. *de decim.* Rebuff. *de decim. q.* 1. *num.* 1. Tindar. *eod. tr. n.* 17. *&* 43. Monet. *d. c.* 1. *n.* 40.

3. Decimarum ſolutioni obnoxia prædia ad Regularium monaſteria tranſeunt cum ſuo onere, ac proinde Regulares tenentur illas ſoluere parochialium Eccleſiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici priuſquam bona ipſa in monaſterij proprietatem tranſiuerint, vt per Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 25. vbi refert deciſum *in Ripan. Vrbenaten. & Firman.* 18. *Decembris* 1627. *& in Callien.* 1. *Septembris* 1629. Et ideo parochus eſt manutenendus in poſſeſſione exigendi decimas ratione prædiorum acquiſitorum per Regulares, donec doceant de ſufficienti priuilegio, ex eodem Aldan. *citato loco*, qui refert ita reſolutum *in Piſauren.* 13. *Aprilis* 1630.

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

δ *Excommunicentur.* Non ſoluentes decimas, cùm teneantur, poſſe ac debere excommunicari, probat text. *in c. omnes decimæ* 16. *quæſt.* 1. *cap. peruenit, cap. adhæc, cap. ex parte, il* 2. *c. tua nobis, de decim.* Monet. *d. tract. c.* 8. *quæſt.* 6. *num.* 64. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 756. *n.* 4. cenſuit Rota *in Derruſen. decimarum* 11. *Maij* 1609. coram Card. Marquemont. 4.

impreſſa per Marcheſ. *de commiſſion. p. 1. pag. 675. & in Moulen. decimarum 31. Ianuary* 1614. *coram Card. Sacrato.*

5. Monitione præmiſſa intelliguot Perez *ad tit. 5. lib. 1. Ordin. pag.* 130. Rebuff. *de decim. q. 12. num.* 8. & 15. Monet. *d. cap. 8. n. 69.* Azot. *inſtit. moral. p. 1. lib. 7. c. 24. queſ. 17.* Soar. *de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 1. cap. 37.* quos refero Ego ipſe *in collect. ad cap. peruenit. 5. n. 2. de decim.* quibus addo Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ. 195. n. 6. p. 4.*

6. a *Niſi plena reſtitutione,* &c.] Vide Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 20. num. 19.* Nouar. *d. concl. 6.* Molio. *d. n. 4. verſ. his ita relatis.*

7. Culpa ſua non ſoluentem decimas, ſed quando ad confeſſionem accedit, impotens eſt ad reſtituendum, poſſe abſolui, reſoluunt Naoarr. *in man. c. 17. num. 39.* Molin. *citato loco.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Abſolutio. differ. 5. num. 5.* Nouar. *d. concluſ. 6. num. 3.* ex ea ratione, quia Concil. in præſenti non prohibet abſolui niſi eum, qui pro tunc tenetur reſtituere, quique peccat non reſtituendo.

An autem Parochus poſſit denegare Sacramenta his, qui nolunt ſoluere decimas? Vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curia Archiepiſcop. Neapolit. deciſ. 195. à princip. p. 4.* 8.

Verùm autem contra renitentes ſoluere decimas poſſit vicarios imponere interdictum perſonale, & ſic prohibere ingreſſum Eccleſiæ; vide eundem Aloyſ. Ricc. *Neapol. deciſ. 380. p. 4.*

Quarta, quæ funeralium dicitur, Eccleſiæ perſoluatur, non obſtante, &c.

Capvt XXIII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Pius V.*
3. *Rota deciſio.*
4. *Bulla Py V. non fuit reuocata per Gregorium XIII.*
5. *Loquitur de priuilegiis conceſſis à 40. annis citra.*
6. *Quarta funeralis non debetur parocho intra cuius limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit.*
7. *Quarta funeralis debetur in hoc caſu.*
8. *Quarta funeralis non debetur parocho ex intorſtitiis, ſeu cereis Confraternitatum ſæcularium funera aſſociantium.*
9. *Intorſtitia & cerei, quæ per viam deferuntur circa cadauer, quomodo diuidendi.*
10. *Hæredes defunctorum pro defuncto ad ſepulturam aſſociando numerum Sacerdotum conuocare, & numerum ceræ ſtatuere debent.*
11. *Vocati omnes ad funus debent conuenire ad parochialem defuncti.*
12. *Regulares vocati ad ſepeliendum mortuos etiam in eorum propria Eccleſia, debent accedere ad Eccleſias, è quibus cadauera amouentur.*
13. *Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia niſi expreſſè vocentur.*
14. *Parochus proprius nullatenus excludendus, quamvis ad ſepeliendum cadauer regulares dumtaxat à defuncto accerſiri iubeantur.*
15. *Defunctorum cadauera non amouenda ſine proprio parocho, niſi, &c.*
16. *Cadauera decedentium in parochia, ad cuius Eccleſiam Capitulam cathedralis tranſlatum eſt, non poſſunt leuari per Canonicos irrequiſito parocho.*
17. *Defunctorum corpora ſi deponantur in parochiali ad effectum deferendi ad aliam Eccleſiam, nihil debetur parocho.*
18. *Sepulturæ electio in alia Eccleſia præter parochialem non poteſt per parochum impediri.*
19. *Habitu Religionis qui ſepeliendi.*
20. *Sepulturam pro filio minori poteſt pater in vita, non poſt eius mortem eligere.*
21. *Sepulturam ſibi eligendi facultatem non habens in maiorum ſuorum ſepultura humari debet.*
22. *Sepultura Eccleſiaſtica tradi debet excommunicatis, qui in mortis articulo confeſſionem petiit.*
23. *Funerales ducere tenetur parochus vſque ad Eccleſiam regularium.*
24. *Parocho ſpectat declarare per quam viam ſit exportandus defunctus.*
25. *Parochus regularis vbi & quando deferat ſtolam.*
26. *Parochus cum ſtola ingreditur parochiam ſæcularium.*
27. *Tertiary vbi ſepeliendi.*
28. *Parochus in aſſociando eius defuncto an & quando contemnendus.*
29. *Crux vna tantùm in funeralibus deferenda.*
30. *Crux propria parochiæ defuncti deferenda eſt in funeralibus.*
31. *Officium defunctorum ſuper cadaueribus in Eccleſiis regularium ſepeliendis faciunt ipſi regulares.*
32. *Parochi defunctorum in regularium Eccleſiis humandorum corpora vſque ad eaſdem Eccleſias aſſociare poſſunt.*
33. *Officium in tumulandis cadaueribus in Eccleſiis Regularium fieri debet per eoſdemmet Regulares, non obſtante quavis contraria conſuetudine.*
34. *Pauperum cadauera gratis ſepeliri debent.*
35. *Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum.*
36. *Cadaueris humatio non poteſt prohiberi occaſione iuris ſepulturæ.*

a De ſepult. extra in 6. & in clem.

DEcernit a ſancta Synodus, quibuſcumque in locis, iam ante annos quadraginta, vt Quarta, quæ funeraliũ dicitur, cathedrali, aut parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit, ex quocumque priuilegio, aliis monaſteriis, hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis piis conceſſo, eadem poſthac integro iure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, cathedrali, ſeu parochiali Eccleſiæ perſoluatur: non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, priuilegiis, etiam Mari magno, nuncupatis, aut aliis quibuſcumque.

1. VIde Gutier. *de iuram. confirm. p. 3. c. 4. num. 2. & 3.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 39. art. 2.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccl. p. 2. c. 14.* Fr. Ioan. à Cruce *de ſtatu Rel. lib. 2. c. 19. dub. 5. concl. 2.* Fr. Luduuic. Miranda *in manu. Prælat. tom. 2. q. 48. art. 7.* Laurent. de Portel. *in dub. regul. verb. Canonica portio,* latè Rota apud Tamburin. *in fine tom. 3. de iure Abbatum, deciſ. 83. cum ſeqq.*

Extat ad huius decreti intelligentiam Bulla Pij V. incip. *Etſi Mendicantium,* 17. *Kal. Iulij* 1567. 2.

confir

confirmantis ac de nouo concedentis omnia Ordinum Mendicantium priuilegia, ſed inter alia hac de re agendo ita loquitur. *Quartam autem funeralium de qua ſeſſ.25.c.13.nequaquam ſoluere teneantur monaſteria, quæ à 40. annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de monaſteriis ante annos 40.fundatis, qua ipſam quartam ſoluere conſueuerunt, & vbi ſolui conſueuit, id tantùm ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis Fratribus ipſis, ſeu Monialibus relictis, aut aliàs quomodolibet donatis ſolui debet, ſicque intelligi Concilij decretum quoad quartam huiuſmodi ſoluendam debere decernimus. Vbi verò non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſuprà ſcriptorum ſolui debere declaramus*, refert Lauor. *var.lucubrat.tom.1.tit.2. cap.3.n.182.*

3. Adeſt quoque ad prædictorum intelligentiam bona deciſ. Rotæ *in vna Lieien. quarta funeralium 15. Ianuarij* 1618. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, relata per me *de offic.& poteſt.Epiſcopi p.3. alleg.*86.*ex n.*17. cuius particula, quæ ad rem plurimum facit, ita ſe habet.

Nec obſtat Concil.Trid.ſeſſ.25.c.13.de reform.quia cùm iſtud monaſterium ſit fundatum poſt publicationem Concilij, & quatenus eſſet fundatum antea, cùm non eſſet ſolitum ſoluere dictam quartam, Concilium ei non obſtat, vt declarauit ſanctiſſimus Pius V.in ſua conſtit. de anno 1567. *quam refert Archangel. Carraccia de quarta funeralium, c.1.* Gut. *de iuram. confirm.p.2. c.4.n.3.* Emman.Roder.*in quæſt.Regularib.tom.1.q. 41. art.2.& ita reſoluit Congregatio Illuſtriſſimorum interpretum*, vt refert Rodriq. *loco prædicto.*

4. *Nec eſt verum quòd prædicta conſtitutio Pij V.fuerit reuocata per Gregorium XIII. vt in eius Bulla, quam refert Nauar.in man.c.27.in fine, quia cùm dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt cenſuit Sacra Cong. Illuſtriſſ. Interpretum, ſicut refert Caraccia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipſam declarationem, vt bene aduertit Gutier. loco citato.* Hactenus dicta deciſio, quæ etiam reperitur impreſſa apud Tamburin. *in fine tom.3. deciſ.*84.

5. Loqui Concilium in præſenti de priuilegiis conceſſis à 40.annis citra, & non procedere in priuilegiis antiquiſſimis conceſſis per 40.annos ante publicationem Concil.refert deciſum Lauor. *d. tit.2. c.3.n.*183.

Regulares tenentur ſoluere Parochis quartam funeralem non obſtantibus priuilegiis, in quibus adeſt clauſ. *Salua iuſtitia Parochialium Eccleſiarum.* Rota apud Tamburin. *in fine tom.3. de iure Abbatum deciſ.*83. vbi *deciſ.*85. tenet quòd Parochi à Religioſis ratione ſepulturæ nihil aliud poſſunt exigere niſi quartam eorum funeralium, quæ tempore ſepulturæ fuerint oblata, & ibi *n.*5. refert quòd Parochi in Catalunia ex ſtatuto Pij V. nequeunt quicquam à Mendicantibus vltra quartam funeralium exigere, & *deciſ.*87. reſoluit quòd Parochus intus Eccleſias vnitas monaſteriis Regularium non poteſt in funeribus ſtolam deferre, & alias functiones exercere, & ibi *n.*2.ait quòd Parochus non poteſt ſe intromittere in Eccleſiis Regularium dum cadauera in eiſdem ſepeliuntur.

6. Quarta funeralis non debetur Parocho, intra cuius limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit, ſtante conſuetudine in ciuitate, quod ius ſepeliendi peregrinos, & viatores ſpectat ad Eccleſiam cathedralem, ita Aldan.*in compendio Canon.reſol.lib.4.tit.17.n.11.*Sel.*in* Collect.Barboſ, in Concil.Trid. *ſelectis Canon.c.92.n.*35. aſſerehter ita deciſum *in Piſauren.* 22. *Ianuarij* 1628.

7. Quarta funeralis debetur Parocho ex funeralibus ſequenti die in alia Eccleſia ab alia in qua mortuus ſepulturæ mandatus fuerat, factis magno adhibito Religioſorum, & Presbyterorum, candelarum & intorſtitiorum numero in maiori quantitate diei præcedentis, vt per Sel. *d. cap.*92. *n.*11. vbi refert ita fuiſſe reſolutum per ſacram Congr.Epiſcop.*ſub die* 3. *Auguſti* 1621.

8. Quarta funeralis non debetur Parocho ex intorſtitiis, ſeu cereis Confraternitatum ſecularium funera aſſociantium, ex Aldan.*d.tit.*17.*n.*12. vbi refert ab eadem S. Congr. deciſum *in Firmana* 5. *Martij* 1616.

9. Intorſtitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera, in quibuſcunque priuatis Eccleſiis diuidenda ſunt pro æquali portione inter ipſos Parochos, & miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcunque, etiam regularium, & nationalium, in quibus ſepeliuntur, ac propterea quando huiuſmodi intorſtitia, ſeu cerei, & candelæ in præfatis Eccleſiis pro celebrandis diuinis officiis præſente corpore accenduntur, finitio officio extinguenda, & cuique medietas conſignanda eſt, vt per Sel.*d.cap.*92.*n.*15. vbi refert deciſum *in Congr. RR.DD.Præfectorum Vrbis, S.D.N.Vrbano VIII. approbante ſub die* 21. *Martij* 1629.

10. Defunctorum hæredes pro defuncto ad ſepulturam aſſociando numerum Sacerdotum ſibi bene viſum conuocare poſſunt, & numerum ceræ ſibi bene viſum ad cadauer ſepulturæ aſſociandũ quolibet contrario prætextu per Parochũ deducto nõ obſtante, ſubminiſtrare valent, vt per Aldan. *d. tit.* 17.*n.*16. vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congreg.Epiſcop.*in Caſſan.*5. *Maij* 1617.

11. Vocari omnes ad funus debent conuenire ad Parochialem defuncti, ex Aldan.*d.tit.*17.*n.*19. vbi dicit ita deciſum per S.Cong.Rituum *in Bonon.*9. *Decembris* 1617.*& in Tropien.* 16. *Februarij* 1631.

12. Regulares vocati ad ſepeliendum mortuos, etiam in eorum propria Eccleſia, debent accedere ad Eccleſias, è quibus cadauera amouentur, & inde cum clero ſeculari diſcedere, non autem expectare extra ianuam Eccleſiæ, & aliis ſe poſtea aſſociare, ex Sel.*d.c.*92.*n.*20. vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congregat.Epiſcop.& Regul.*in Viglenauen.* 13. *Nouembris* 1600.

13. Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia mortuorum, niſi ſpecialiter & expreſsè vocẽtur, ex Sel.*d.c.*92.*n.*21. vbi refert ita deciſum à S. Congreg.Rituum *in Bononien.* 9. *Decembris* 1617.

14. Proprius Parochus nullatenus excludendus, quamvis ad ſepeliendum cadauer Regulares dumtaxat à defuncto accerſiri iubeantur, ex Aldan.*d. tit.*17.*n.*21. vbi teſtatur ſic reſolutum per S. Congreg.Epiſcop.& Regular. *in Montis Biloſi de anno* 1581.

15. Defunctorum cadauera in alterius Parochia exiſtentia, & in Eccleſiis Fratrum ſepelienda, prius ad Eccleſiam Parochialem ad benedictionem, ac vltimum vale à Parocho recipiendum deferri debent. Sed ſi proprius Parochus ab eiſdem Fratribus moneatur priùs, & inquiratur ac expectetur, ipſeque venire recuſet, tunc ipſi Fratres poterunt ſupradicta cadauera ab ædibus defunctorum ad ſuas Eccleſias recto tramite deferre, ipſo Parocho etiam inuito, Aldan.*vbi ſuprà*, qui refert per eandem S. Cong.reſolutum *in Nepeſ.*11. *Decemb.* 1615. *ad* 4.

16. Cadauera decedentium in parochia, ad cuius Eccleſiam Capitulum Cathedralis tranſlatum eſt,

non poſſunt leuari per ipſum Capitulum, ſeu Canonicos cathedralis Eccleſiæ, niſi requiſito parocho dictæ Eccleſiæ, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 1. vbi ait ita cenſuiſſe ſacram Congreg. Rit. *in Tuleſina* 18. *Auguſti* 1629.

17. Defunctorum corpora ſi deponantur in Parochiali, vt inde transferantur ad Eccleſiam Regularium, in qua elegerunt ſepulturam, nihil debetur Eccleſiæ parochiali, exceptis iuribus parochialibus, ex Sel *d. c.* 92. *n.* 2. vbi ait ſic decidiſſe ſacram Congreg. Rit. *in Placentina* 23. *Martij* 1619.

18. Sepulturæ electio in alia Eccleſia præter parochialem non poteſt per parochum impediri, dummodo illi reſeruata ſit ſua quarta funeralis, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 32. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum per eandem S. Congr. *in Capuana* 31. *Martij* 1629.

19. Suſcipientes habitum Religionis à Guardiano, vel ab alio, cui ille committendum duxerit, & cum eo decedentes in Eccleſiis eiuſdem Ordinis, Eccleſiaſticæ ſepulturæ ſunt tradendi, ſi Guardianus præter habitus conceſſionem & receptionem præmouerit eorum cadauera, ex Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 3. vbi refert deciſum per S. Congreg. Epiſcop. & Reg. *in Nepeſina* 11. *Decembris* 1615. *ad* 2.

20. Sepulturam pro filio minori 14. ann. poteſt pater in vita, non poſt eius mortem eligere, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 5. vbi refert deciſum *in Fulginen.* 27. *Octobris* 1587.

21. Sepulturam ſibi eligendi facultatem non habẽs in maiorum ſuorum ſepultura humari debet, ex Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 8. vbi atteſtatur ita cenſuiſſe ſacram Congr. Epiſc. *in Aſculana* 21. *Octobris* 1626.

22. Sepulturæ Eccleſiaſticæ tradi debet excommunicatus, qui in mortis articulo confeſſionẽ petiit, vel Beatiſſimam Virginem inuocauit, vt per Sel. *d. c.* 92. *n.* 14. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum per eandem ſacram Congreg. *in Nolana* 19. *Iulij* 1619.

23. Funerale ducere, & proſequi tenetur parochus vſque ad Eccleſiam Regularium, ſi in ea defunctus ſepeliri debeat, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 23. vbi aſſerit reſolutum per eandem S. Congreg. Epiſcop. & Reg. *in Brixien.* 18. *Iunij* 1591. *& in Nicoteren.* 5. *Iunij* 1615.

24. Parocho ſpectat declarare per quam viam ſit exportandus defunctus, & omnia neceſſaria vſque ad ianuam Eccleſiæ Regularium, vbi ſepeliendus eſt, ex Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 28. vbi dicit deciſum ab eadem Sacr. Congregat. *in Caſtellanuten.* 3. *Ianuarij* 1594.

25. Parochus ſecularis ſicut defert ſtolam in propria parochia, & in parochia Fratrum, dum defuncti corpus in eorum Eccleſia ſepelitur, ita parochus regularis in eodem caſu, & eodem tempore poterit ſtolam deferre, non ſolùm in propria parochia, ſed etiam in parochia defuncti, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 31. vbi atteſtatur ita cenſuiſſe ſacram Congreg. Rit. *ſub die vlt. Septembris* 1628.

26. Parochus Monachus in funeralibus ita poteſt cum ſtola ingredi parochiam ſecularium, prout ſeculares parochi Monachorum parochiam ingredi valent, Aldan *d. tit.* 17. *n.* 32. vbi ait ita reſolutum fuiſſe per eandem S. Congreg. *in Aſculana* 29. *Ianuarij* 1629.

27. Tertiarij ſi qualitatibus in Bulla fel. record. Leonis X. præſcriptis ſint præditi, videlicet ſi viri collegialiter, aut clauſtraliter viuant, mulieres verò virginalem, vel cœlibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, poſſunt & debent etiam inuito ac minimè requiſito parocho in Fratrum Eccleſiis ſepeliri, ſecus verò ſi ſupradictis qualitatibus careant, ex Sel. *d. c.* 92. *n.* 25. vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum per ſacram Congreg. Epiſcop. & Regular. *in Nepeſina* 11. *Decembris* 1615. *ad* 1.

28. Mortui ſepeliri poſſunt in Eccleſia, in qua ſepulturam elegerunt, ſine præſentiâ Parochi, ſi ipſe requiſitus intereſſe recuſet, vel petitam licentiam deneget, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 35. vbi ait ſic cenſuiſſe ſacram Congregat. *in Capuan.* 21. *Decembris* 1629.

29. In funeralibus eſt deferenda vna tantùm Crux illius Eccleſiæ, ad quam corpus transfertur, poſt quam ſequantur immediatè perſonæ illius Eccleſiæ, & deinde cæteri ſecundùm anterioritatem, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 26. qui refert ſic cenſuiſſe ſacram Congregationem Rit. *in Narnien. Septembris* 1614.

30. Crux propriæ parochiæ defuncti deferenda eſt in funeralibus, non autem Crux antiquæ parochiæ, ex qua diſmembrata fuit parochia noua, de qua eſt defunctus, & vocati ad funus in eadem propria parochia debent conuenire, ex Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 40. vbi teſtatur per eandem S. Congregationem fuiſſe reſolum *in Baron.* 22. *Martij* 1631.

31. Clerus ſecularis poſtquam Chriſti fidelium cadauera in Fratrum Religioſorum Eccleſiis ſepelienda aſſociauerit, in eiſdem Eccleſiis ſuper eiſdem cadaueribus officium defunctorum, Pſalmos, Reſponſoria, aliáſve preces, vel orationes recitare aut pſallere non poteſt. Sed ab ipſis Fratribus dumtaxat hæc omnia peragenda ſunt, vt per Sel. *d. c.* 92. *n.* 32. vbi teſtatur ita fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Epiſcop. & Reg. *in Turritana* 24. *Nouembris* 1627. Vnde Canonici ſi corpora defunctorum cõmitari contigerit ad alienas Eccleſias recitato Pſalmo *Miſerere.* vel *De profundis,* ſuper corpus defuncti, cum verſiculo & oratione diſcedere poterunt, ex Sel. *citato loco,* qui aſſerit ita fuiſſe reſolutum per eandem S. Congreg. *in Cremonen.* 9. *Auguſti* 1604.

32. Parochi defunctorum in Regularium Eccleſiis humandorum corpora vſque ad eaſdem Eccleſias aſſociare, ac etiam in illis permanere poſſunt, abſque tamen eo quòd in officio decantando vllatenus ſe intromittant, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 24. vbi dicit ſic decidiſſe eandem S. Congreg. *in Nicoteren.* 5. *Iulij* 1615.

33. Officium enim in tumulandis cadaueribus in Eccleſiis Regularium fieri debet per eoſdemmet Regulares, non obſtante quavis contraria conſuetudine, ex Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 45. vbi ait ita cenſuiſſe ſacram Cõgreg. Rit. *in Eugubina* 12. *Martij* 1612. *&* 5. *Iulij* 1614. *& in Placentina, & Licien.* 23. *Martij* 1619, *& in Catanien. ciuitatis Plaiæ* 12. *Octobris eiuſdem anni, & in Sulmonien.* 8. *Auguſti* 1629. *& in Andrien.* 18. *Februarij, &* 2. *Martij eiuſdem anni,* *&* 5. *Iulij* 1631.

34. Pauperum cadauera gratis ſepeliri debent, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 50. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum per S. Congreg. Epiſcoporum & Regul. *in Caſſan.* 5. *Maij* 1617.

35. Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, vt per Aldan. *d. tit.* 17. *n.* 51. vbi ait deciſum *ſub die* 27. *Maij* 1617.

36. Iuris ſepulturæ occaſione non poteſt prohiberi cadaueris humatio, cùm nulla ratio patiatur, Chriſtianæque pietati repugnans videatur, maximè verò ob pecuniarum intereſſe, cadauer inſepultum remanere, Sel. *d. c.* 92. *n.* 70. vbi refert ſic cenſuiſſe Sacr. Congregat. Epiſcop. *in Cotronien.* 17. *Septembris* 1617.

Clerici

Clerici concubinarij puniantur poſt monitiones ſibi factas, vt in text. & cognitio cauſarum concubinariorum ad Epiſcopos ipſos pertineat. Epiſcopi concubinarij moneantur à Synodo Prouinciali, & non emendati ſuſpendantur, & perſeuerantes ad Papam cauſæ deferantur.

Capvt XIV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Statuta Concilij Trident. contra concubinarios strictè obſeruanda.*
3. *Concubinarius quis dicatur in hoc decreto.*
4. *Fœminarum conſortium à viris ſpiritualibus fugiendum.*
5. *Clerici qualemqualem ſuſpicionem habentes, à mulierum etiam in gradu propinquo ſibi coniunctarum conuerſatione omnino abſtinere debent.*
6. *Non procedit hoc decretum in ſimplici incontinentia.*
7. *Moniti Specialiter, non autem generaliter, debent eſſe concubinarij.*
8. *Non tantùm in viſitatione, ſed & aliis quoque temporibus.*
9. *Monitio generalis facta in Synodo non ſuffragatur.*
10. *Tempus, quod inter vnam & alteram monitionem interuenire debet, arbitrio Epiſcopi relinquitur.*
11. *Epiſcopus poteſt ſolus procedere ad informationem ſummariam, & incarcerationem, vbi de fuga timetur.*
12. *Subcollectores, vel Commiſſarij ſpoliorum non comprehenduntur ſub diſpoſitione Ordinariorum.*
13. *Diſtributiones quotidianas comprehendit.*
14. *Epiſcopus debet mulctas pecuniarias eo ipſo quòd exacta fuerint, piis locis aſſignare.*
15. *Epiſcopus mulctas pecuniarias ſibi aſſumere poteſt vbi admodum pauper eſſet.*
16. *Clericus concubinarius ſuſpendendus ab Epiſcopo præmiſſa monitione.*
17. *Clericus concubinarius notorius eſt hodie ipſo iure ſuſpenſus ab officio, & beneficio.*
18. *Priuatio hæc non tranſit ad ſucceſſorem beneficij ſi priuatus reſignet.*
19. *Inhabiles ac indigni fiunt quibuſcunque honoribus, beneficiis, &c. clerici concubinarij ſuſpenſi, qui concubinas non expellunt.*
20. *Exemptio, aut appellatio executionem ſententiæ latæ contra concubinarios impedire non poteſt.*
21. *Cognitio, & punitio clerici concubinarij ad ſolum Epiſcopum pertinet.*
22. *Epiſcopus concubinarius quam pœnam incurrat.*

QVàm turpe, ac Clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignũ, in impudicitiæ ſordibus, immundóque concubinatu verſari, ſatis res ipſa, cõmuni fidelium omnium offenſione, ſummóque Clericalis militiæ dedecore teſtatur. [a] Vt igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatẽ miniſtri Eccleſiæ reuocentur, populúſque hinc eos magis diſcat revereri, quo illos vita honeſtiores cognouerint, prohibet ſancta Synodus quibuſcunque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio, *α in domo, vel extra* detinere, aut cum iis vllam conſuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. *β Quòd ſi à Superioribus moniti*, ab iis ſe non abſtinuerint, *γ tertia parte fructuum*, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, *δ quæ fabricæ Eccleſiæ*, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum ipſorũ adminiſtratione, quoad Ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ Legatus, arbitrabitur, *ε ſuſpendantur*, & ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam veſcantur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcunque Eccleſiaſticis *ζ perpetuò priuentur*, atque *η inhabiles, ac indigni* quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis in poſterum reddantur, *θ donec poſt manifeſtam vitæ emendationem* ab eorum Superioribus cum iis ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Sed ſi, poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, [b] excommunicationis gladio plectantur. *ι Nec quæuis appellatio*, aut exemptio prædictam executionẽ impediat, aut ſuſpendat, ſupradictorúmque omnium cognitio, *κ non ad Archidiaconos*, nec Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta procedere poſſint. *λ Clerici verò* beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, iuxta delicti, [c] & contumaciæ perſeuerantiam, & qualitatẽ ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliiſve modis, iuxta ſacros canones puniantur. *μ Epiſcopi quoque*, quod abſit, ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerint, & à Synodo prouinciali admoniti, ſe non emendauerint, [d] ipſo facto ſint ſuſpenſi, & ſi perſeuerent, etiam ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, ſi opus erit, in eos animaduertat.

[a] Supra ſeſſ. 24. c. 8. refor. Concil. Carthag. 3. c. 18. Conc. Nicæ. nũ c. 3. Concil. Matiſco. 1. c. 1. Conc. Arelaten. 2. c. 3. Concil. Toler. 2. c. 3. Conc. Bracar. 1. cap. 55. Conc. Turo. 2. c. 10. 11. & 12. Concil. Moguntiac. cap. 49. c. interdixit 32. diſt. cap. cum omnibus, ca. volumus, & cap fœminas 81. diſt. c. 1. cum multis ſeq. de cohabit. cleric. & mulier.

[b] Cap. 2. cum ſeq. de cohabit. cleric. & mulier. c. ſi concubinæ, de ſent. excom. Concil. Aurel. 3. c. 4.

[c] Supra c. 6. & in aliis locis ſupra allegat. Conc. Tolet. 4. cap. 41. Vide 8. Tolet. cap. 6.

[d] Cap. quorundam 34. diſt. Concil. Aurel. 3. c. 5.

1. Vide Clar. §. fornicatio, num. 9. verſ. clericus autem concubinarius. Hieron. de Monte var. iuris quæſt. 18. num. 48. Rebuff. in concord. tit. de publicis concub. verſ. prima ergo pœna. Perez l. 23. verſ. quari tamen poteſt, tit. 3. lib. 1. Ordin. Bernard. & Salzedo in pract. Canon. cap. 79. de concubin. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 21. de clericis concubinar. Humad. l. 32. gloſſ. 5. n. 6. tit. 5. & l. 43. gloſſ. 2. num. 3. tit. 6. part. 1. Matienz. l. 6. gloſſ. 2. ex num. 23. tit. 8. lib. 5. noua recopil. Menoch. de arbitr. caſu 218. Petr. Boll. in œconom. Eccleſ. claſſ. 1. cap. 4. ex §. 5. Zerol. in praxi Epiſcop. p. 1. verb. concubinarius, §. 3. Petr. de Ledeſma in ſumm. par. 2. tract. 17. c. 18. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part. 4. collect. 857. & in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 359. in 1. edit. aliàs reſolut. 307. in 2. edit. Paol. Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 87. Soar. de cenſur. tom. 5. diſp. 31. ſect. 4. num. 10. Sayro eod. tract. lib. 4. c. 15. num. 24. Filliuc. quæſt. moral. tom. 1. tract. 17. cap. 7. num. 124. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tr. 3. n. 154. verſ. decimum. Tom. Valaſc. allegat. iur. tom. 1. allegat. 34. num. 7. Nicol. Garc. de benefic. part. 11. c. 10. n. 181. cum multis ſeqq. Hieron. Venero y Leyua, de examine Epiſcopor. lib. 4. c. 27. ex num. 64. meipſum in collectan. ad c. ſicut 4. de cohabit. cleric. & mulier. nouiſſimè Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 1. part. 8. c. 3. à n. 23.

2. Pium V. per ſpecialem conſtit. monuiſſe omnes locorum Ordinarios, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcepiſſe vt ſtatuta Tridentini Concilij contra concubinarios, tam clericos, quam laicos edita diſtrictè faciant obſeruari, reddituri Deo, ac ſibi, ſi id omiſerint, rationem: referunt Gutier. Canon. lib. 2. cap. 7. num. 68. & ſeq. Nicol. Garc. d. c. 10. n. 187.

3. α In domo vel extra, &c.] Concubinarium in hoc decreto illum dici, qui non ſolùm concubinã domi retinet, vel qui ſub aliquo colore in domo ſuæ matris, vel aliquarum conſanguinearum, vel alibi habet, & cum ea tenet aſſiduam conſuetudinem, reſoluunt Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part. 3. cap. 4. ſub num. 27. Aloyſ. Ricc. d. reſol. 307. in fine, & in deciſ. curia Archiepiſcop. Neapolit. p. 1. deciſ. 76. num. 3. Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Archiepiſcop. Neapolitan. c. 30. n. 4. Bellet. diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſcipl. clericali, §. 15. n. 56. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 21. num. 1. vbi ait concubinariũ propriè illum dici, qui ſolutam, & corruptam domi retinet ad libidinem explendam ſæpiùs. Bernard. in practic. canon. cap. 79. n. 1. affirmat clericum concubinarium illum propriè dici poſſe, qui ſolutam mulierem, & corruptam, nulloque ſibi ſpiritualis, vel carnalis cognitionis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri, Farin. dict. quæſt. 138. n. 4. hanc Bernardi Diaz definitionem refert, & num. 6. dicit quòd clerici concubina dicetur ſi ad libidinem domi quocumque modo ab ipſo retineatur etiam ſub nomine pediſſequæ, eius matris, ſororis, amitæ, vel alterius, cuius cohabitatio ipſi non prohibeatur.

4. Fœminarum conſortium quatenus à viris ſpiritualibus fugiendum ex ſanctis Patribus oſtendit Ioan. Bapt. Fin. de regulis iuris homil. 22. verſ. adde, & exemplis confirmat Emman. de Valle de incant. & enſalm. ſect. 2. c. 3. num. 19. & cap. 16. ex num. 23. Et quòd debeant ſacerdotes abſtinere à mulieris & coitus immunditia, multis ſacræ paginæ auctoritatibus probat Decian. d. lib. 6. cap. 21. num. 5. vbi num. 6. refert quòd tria ex hoc peccato clericorum mala oriuntur, videlicet quia laicorum corda ſcandalum patiuntur, vituperatur officium Eccleſiaſticum, & præſtatur aliis occaſio peccandi, iuxta cap. ſi mala 2. quæſt. 5. & c. ſignificaſti, de adulter. Et dicuntur violare Templum Dei; nam qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, 1. ad Corinth. cap. 6. Corpus autem Sacerdotis dicitur templum Spiritus ſancti, vbi dicitur.

5. Clericos igitur aliqualẽ ſuſpicionem habentes à mulierum etiam in gradu propinquo ſibi coniunctarum conuerſatione omnino abſtinere debere, cùm inuenti aliquando fuerint, qui diabolica ſuggeſtione inceſtus, & ſtupra commiſerint: aſſerunt Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 17. num. 9. Valer. Reginald. d. tract. 3. num. 18. Bellet. d. tit. de diſcipl. cleric. §. 25. n. 16. & 17.

6. Decretum Concilij in præſenti non procedere in ſimplici incontinentia abſque qualitate concubinatus, atteſtantur deciſum Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſ. deciſ. 361. in fine, in 1. edit. & reſol. 307. num. 5. in 2. edit. Nicol. Garc. de benefic. p. 11. c. 10. num. 186. Farin. in praxi crimin. part. 5. quæſt. 138. num. 12. & 74. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 4. tit. 5. de ſtuprol. vnica, num. 4. Ioan. Sanci. in ſelectis diſput. 50. num. 10. in fine.

Contra Nauar. conſil. 4. de adulter. in antiq. aliàs conſil. 1. de cohab. cler. in nouis, Sayr. in floribus dec. ſub illo tit. de adulter. dec. 4. exiſtimantes text. in præſenti ad ſimplicem incontinentiam eſſe extendendum.

7. β Quòd ſi à Superioribus moniti.] Vt autem clerici concubinarij priuentur beneficiis, & deponantur, requiritur trina monitio facta per Superiorẽ, c. ſicut ad extirpandas, c. ſi quiſquam, de cohab. cleric. c. ſi autem cleric. verſ. vel tertiam commonitionem, eod. tit. Ita Decian. d. lib. 6. c. 21. n. 30. plures refert Ioan. Sanci. in ſelect. diſp. 50. num. 10. & addit Farin. d. quæſt. 138. num. 41. quòd ſi Clericus concubinam retinens bis aut ter monitus, induratus in concubinatu permaneat, per ſuum Epiſcopum Curiæ ſæculari traditur, cùm ipſemet ſe Sacerdotio indignum iudicet, auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Presbyteros, collat. 9. c. Presbyteris 17. diſt. quæ iura ipſe Farin. intelligit de traditione Curiæ ſeculari quatenus importat verbalem derogationem, non verò actualem.

Specialiter ſcilicet monendi ſunt, non autem generaliter, puta per edictum: deciſum referunt Nicol. Garc. d. num. 186. declar. 4. Armendar. d. l. vnica, num. 4. Et ideo reſoluit Decian. d. c. 21. n. 30. in fine, quòd non ſufficit generalis monitio quòd omnes concubinarij cleri dimittant concubinas, iuxta notata in c. vlt. de vita, & hon. cleric. in verſ. ſitales, & in Clem. 1. eod. tit. in verb. nominatim, & in c. ſtatutum, de ſent. excom. in 6.

8. Non tantùm in viſitatione, ſed & aliis quoque temporibus huiuſmodi monitionem fieri poſſe, aſſerunt reſolutum Nicol. Garc. d. n. 186. declar. 5. & Armendar. d. l. vnica, n. 5.

9. Monitionem generalem factam in Synodo non ſuffragari, etſi vim trinæ monitionis obtineat, reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ. d. cap. 30. Aloyſ. Ricc. in d. praxi fori Eccleſ. dec. 359. in 1. edit. aliàs reſol. 307. num. 3. in 2. edit. licèt Bernard. in d. pract. canon. cap. 79. prope fin. exiſtimauerit quòd vt Prælati excuſentur à monitionibus faciendis clericis ſuæ diœceſis, in hac materia prudenter faciunt, quando in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus monent omnes generaliter ne concubinarij ſint; & licet ibi Salzedo in addit. lit. F. id intelligat procedere contra eos clericos, qui ex lege diœceſana tenentur in Synodo comparere.

Tempus

Digitized by Google

10. Tempus, quod inter vnam, & alteram monitionem interuenire debet, arbitrio Epiſcopi relinqui, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. n. 187. declar. 6.* & Armendar. *d. l. vnicu, n. 6.*

11. Poſſe ipſum Epiſcopũ ſolum ad informationẽ ſummariam, & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur, ſine forma, & monitione in hoc decreto præſcripta, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. n. 186. declar. 7. & 8.* Armend. *d. l. vnica, n. 7. & 8.*

12. Subcollectores, vel Commiſſarios ſpoliorum non comprehendi ſub diſpoſitione Ordinariorum, ſed Nuncij Apoſt. iuxta eorum priuilegia, reſolutum aſſerunt Nicol. Garc. *d. n. 186. declar. 13.* Armendar. *d. l. vnicu, n. 12.*

13. *γ Tertia parte fructuum,* &c.] Comprehendi etiam diſtributiones quotidianas, tenent Nauarr. *conſil. 3. in antiq. ſub tit. de verbor. ſignificat.* quod deeſt in nouis, Sayro *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ. 7.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 821. verſ. amplia ſecundò,* & *d. reſol. 307. n. 5. in 2. edit.* Petr. de Ledeſma *d. c. 18. diffic.* 2. & ex Concil. VI. Mediolanen. colligit Monet. *de diſtrib. quotid. p. 3. quæſt. 10. n. 56.* contra Nicol. Garc. *d. num. 186. declar. 9.* March. *d. tract. 1. part. 8. c. 3. n. 24.*

14 *δ Quæ fabricæ Eccleſiæ,* &c.] Epiſcopum debere mulctas pecuniarias eo ipſo quòd exactæ fuerint, piis locis aſſignare, ac proinde non poſſe portionem aliquam etiam in minima parte Vicario pro ſua mercede limitare, & minus Cameræ ſuæ Epiſcopali applicare, non obſtante contraria conſuetudine, reſoluunt, deciſúmque referunt Quaranta *in ſumm. Bullarij. verb. pœna pecuniaria, pag. 395.* Sbroz. *de offic. Vicarij in addit. lib. 2. q. 143.* Piaſec. *in Praxi Epiſcop. part. 2. c. 4. n. 97. in princ.* Galet. *in Margaritu caſuum conſcientiæ, verb. pœna 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 349. in 1. edit.* aliàs *reſol. 306. n. 3. in 2. edit.* quos refero Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 107. n. 19.*

15. Vbi tamen Epiſcopus admodum pauper eſſet, eas ſibi aſſumere poſſe pariter deciſum referunt Molfeſ. *in comment. de conſuetud. Neapolitan. p. 4. quæſt. 64. ſub n. 24.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 307. num. 3. verſ. limita.*

16. *ε Suſpendantur.*] Clericum concubinarium ſuſpendendum ab Epiſcopo præmiſſa monitione, de qua in hoc decreto, reſoluunt Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. c. 47.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. c. 36. §. 1.* Auila *de conſur. p. 3. diſput. 5. dub. 2.* Bonacin. *eod. tract. diſputat. 3. quæſt. 6. puncto 5. num. 1.* Nicol. Garc. *d. c. 10. n. 181. & p. 7. c. 14. ex n. 8.* Marchin. *d. c. 3. n. 26.* Et quid attento iure communi, an eſſet ſuſpenſus ipſo iure, an veniret ſuſpendendus? Vide Menoch. *de arbitr. caſu 289. n. 2. verſ. ſed verius, & caſu 418. n. 1.* Decian. *in tract. crim. lib. 6. c. 21. n. 10. cum ſeq.* Farin. *d. q. 138. n. 40.*

17. Clericum concubinarium notorium ſine aliqua monitione ſuperioris eſſe hodie prout in veteri iure ipſo iure ſuſpenſum ab officio, & beneficio, ita quòd ſi celebret, incurrat irregularitatem, deciſũ refert Bellet. *diſquiſ. cleric. part. 1. tit. de diſciplin. cleric. §. 5. n. 45.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. c. 14. n. 11. & 15.* Armendar. *d. l. vnica, num. 16.*

ζ Perpetuò priuentur.] Clericum concubinarium priuari beneficiis, reſoluunt Rebuff. *de publ. concub. in princ. verſ. ſecunda pœna eſt,* Decian. *d. lib. 6. c. 21. n. 12.* Roland. *conſil. 98. n. 6. lib. 1.* Farin. *dict. quæſt. 138. n. 50. cum ſeqq.* vbi *n. 62.* tenet requiri ſententiam declaratoriam priuationis, quæ poſtea quoad reſtitutionem fructuum retrotrahetur ad tempus delicti. Tambur. *de iure Eccl. tom. 3. diſp. 9. quæſt. 7. n. 15.* Hanc pœnam non tranſire ad ſucceſſorem beneficij, ſi priuatus reſignet, referunt deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 5. n. 304. in fine.* Armendar. *d. l. vnica, n. 15.* Aduertit Decian. *d. lib. 6. c. 21. n. 31.* quòd licèt olim in primitiua & adoleſcente Eccleſia grauiſſimè fuiſſet vindicatum hoc delictum clericorum in concubinatu exiſtentium, etiam vſque ad depoſitionem, *cap. erubeſcant 33. diſt. cap. à multis, de ætat. & qual.* hodie tamen creſcente Prælatorum indulgentia, & decedente clericorum feruore in Chriſtum, mitigatæ ſunt pœnæ propter carnis fragilitatem, vt dicitur *in cap. fraternitatis 34. diſt.* & ideo rarò deuenitur ob hoc crimen ad priuationem beneficiorum, minuſque ad depoſitionem, niſi præcedente trina monitione, & maxima contumacia. 18.

η Inhabiles, ac indigni, &c.] Clerici concubinarij non tantùm amittunt beneficia, ſed etiam ad alia obtinenda inhabiles redduntur, vt per Menoch. *d. caſu 318. n. 1. verſ. præterea & ſecundò,* Decian. *d. lib. 6. c. 21. n. 14. & 22.* vide Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 138. num. 54.* 19.

θ Donec poſt manifeſtam vitæ emendationem, &c.] Clericum concubinarium, qui iam emendatus fuerit à ſuo Superiore diſpenſatus, effici habilem ad ſuſceptionem quorumcunque bonorum, Dignitatum, beneficiorum, & officiorum, reſoluunt Bermond. *de publicis concub. in gloſ. verſ. à quo,* Decian. *d. c. 21. n. 34. & 35.* Farin. *d. q. 138. n. 87.*

ι Nec quæuis appellatio, &c.] Concubinarium notorium de notorio concubinatu condemnatum non appellare tenent Salzed. ad Bernard. *d. c. 79. littera B. verſ. eſt tamen circa ſuperiora,* vbi declarat Decian. *d. lib. 6. c. 21. n. 29.* Farin. *d. quæſt. 138. n. 80.* Quam executionem exemptio, aut appellatio ante, vel poſt diffinitiuam ſententiam ſuſpendere non poteſt, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 10. n. 186. dub. 12.* 20.

κ Non ad Archidiaconos, &c.] Hoc non intelligi in immemoriali, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. n. 186. dub. 14.* Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſd. Adiunctorum, q. 24. n. 5. & 26.* 21.

λ Clerici verò, &c.] De punitione clericorum non habentium beneficia, aut penſiones agit Farin. *d. q. 138. num. 72.* 22.

μ Epiſcopi quoque, &c.] De pœna Epiſcopi concubinarij agunt Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 5. ad fin.* Valer. Regin. *in praxi fori pœn. lib. 32. tract. 2. n. 65. verſ. item ex Concilio,* Ægid de Coninck *de Sacr. & cenſur. tom. 2. diſp. 15. ſuſp. 27.* Farin. *d. q. 138. n. 70.*

Filij clericorum illegitimi in Eccleſia, in qua patres beneficia obtinuerunt, ipſi non habeant, & quæcumque circa hoc in fraudem facta fuerint, irrita, & nulla cenſeantur.

Capvt XV.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Diſpoſitio huius c. in quo differat à iure communi.*
3. *Filius videtur poſſe ſuccedere in beneficio paterno ſi per triginta annos alius in eo ſucceſſit.*

4. *Beneſi*

4. *Beneficia, quæ pater ante Concil. dimiſit, licet filio obtinere.*
5. *Filij naturales etiam procreati tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, comprehenduntur ſub hoc decreto.*
6. *Nepotes legitimi presbyterorum ex illegitimo reſpectu beneficij aui non comprehenduntur ſub diſpoſitione huius decreti.*
7. *Pater non prohibetur obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius habuit idem, vel quodcunque aliud.*
8. *Fratres fratribus etiam immediatè ſuccedere poſſunt.*
9. *Filij legitimi clericorum poſſunt adipiſci beneficia quæcunque in eadem Eccleſia, in qua genitores habuerunt, vel habent.*
10. *Sed non poſſunt paterna beneficia immediatè obtinere.*
11. *Filius quamvis legitimus eget diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum.*
12. *Decretum procedit.*
13. *Filius Presbyteri illegitimus non poteſt obtinere beneficium, quod olim pater ſuus abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando poſſedit.*
14. *Filius illegitimus excluditur ne poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater habuit ſolam ſedem in choro.*
15. *Poſſeſſionem beneficij per procuratorem accipiens, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit, comprehenditur ſub hoc decreto.*
16. *Pater non poteſt habere beneficium in vna Eccleſia, & filius in alia, quando ambæ ſunt ſorores.*
17. *Religioſi, filij Religioſorum poſſunt diſpenſari ad dignitates & officia, quas eorum patres obtinent, vel obtinuerunt.*
18. *Filius illegitimus non prohibetur obtinere Epiſcopatum nuper erectum ex parte diœceſis, in qua eius pater fuit Archiepiſcopus.*
19. *Filius illegitimus an poſſit recipi in clericum Eccleſia receptitia, vbi eius pater fuit receptus.*
20. *Hoc decreto prohibentur tantum in futurum obtinentes.*
21. *Canonicus illegitimus, cuius pater poſſeſſionem alterius Canonicatus in eadem Eccleſia apprehendit, licèt in dicta Eccleſia nunquam miniſtrauerit, comprehenditur hoc decreto.*
22. *Filius illegitimus non prohibetur quominus tanquam capellanus amouibilis deſeruire poſſit, ac obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater nunquam intitulatus fuit.*
23. *Filius illegitimus non prohibetur obtinere Eccleſiam filialem, dummodo non teneatur miniſtrare in Matrice.*
24. *Filius illegitimus poteſt patri ſuccedere in capellania fundata abſque Epiſcopi auctoritate.*
25. *Filius illegitimus non prohibetur habere Canonicatum, qui erat portio tempore quo pater illum obtinebat.*
26. *Filius illegitimus quomodo prohibeatur miniſtrare in Eccleſia, in qua pater eius beneficium habuit, vel habet.*
27. *Filius illegitimus laicus non poteſt canere tanquam muſicus ſimplex in Eccleſia in qua pater habuit, vel habet beneficium.*
28. *Miſſam celebrare poſſunt in eadem Eccleſia pater & filius, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.*
29. *Quamvis vnus ob quoddam legatum, alter ob deuotionem celebret.*
30. *Pater & filius poſſunt inſimul proceſſionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, & alter tanquam capellanus diuerſarum Eccleſiarum.*
31. *Filius illegitimus non prohibetur cum patre habitare.*
32. *Penſiones habere non poſſunt filij illegitimi ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt.*
33. *Penſionem ſuper beneficio paterno non prohibetur habere filius legitimus.*
34. *Penſio fraudulenter reſeruata.*
35. *Penſionem transferendi facultatem habens poteſt illam transferre in ſuum filium illegitimum.*
36. *Beneficium obtinuiſſe non dicitur qui fuit prouiſus & litteris non expeditis, ac poſſeſſione non habita ceſſit alteri.*
37. *Filius ſuum beneficium reſignare cogitur, ſi ille & pater tempore Concilij reperirentur in eadem Eccleſia beneficia obtinere.*
38. *Pater, qui eſt coadiutor filij in Canonicatu, tenetur cedere omne ius filio.*
39. *Diſpenſatio præſumpta in qua fundatur reg. de triennali, non habet locum contra hoc decretum.*
40. *Reſignationes reciprocæ prohibentur.*
41. *Poſt ipſum Concil. in fauorem filiorum faciendæ.*

VT [a] paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitáſque decet, *longiſſimè arceatur,* [β] *non liceat* [γ] *filiis Clericorum,* [δ] *qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio,* [ε] *in Eccleſiis, vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum* habent, aut habuerunt, quodcumque etiam diſſimile beneficium obtinere [b] nec in dictis Eccleſiis [ζ] *quoquo modo miniſtrare,* [η] *nec penſiones* ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, [θ] *vel aliàs obtinuerunt,* habere. Quòd ſi in præſenti, pater & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur, [ι] *cogatur filius ſuum beneficium reſignare,* aut cum alio permutare, extra Eccleſiam intra trium menſium ſpatium, [κ] *aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat,* & ſuper iis quæcumque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur. [λ] *Ad hæc, reciprocæ reſignationes,* ſi quæ poſthac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium conſequatur, in fraudem eius decreti, & canonicarum Sanctionum factæ omnino cenſeantur, nec collationes ſecutæ vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis clericorum filiis ſuffragentur.

a Concil. 9. Tolet. in c. 10. grauius animaduertit, cap. propoſuiſti 22. diſt.
b Ab Alexan. 3. pa[illegible] 19. cap. [illegible] & in Concil. 1. Lateranen. c. 14. cap. 2. & per totum, de fil. presbyter.

1. VIde Bernard. & Salzed. *in pract. Canon. cap.* 50. in nouiſſ. edit. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 5. Seraphin. *deciſ.* 1442. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi part.* 4. *reſol.* 370. *cum ſeqq.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de diſciplin. cleric.* §. 3. *num.* 31. *cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.* 11. *c.* 13. *num.* 67. *cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 19. *l. e. de filiis Presbyt.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 397. Honor. *ad Decret. tit. de filiis presbyt. n.* 16. Fr. Sigiſm.

Sigiſm. à Bononia de elect. dub. 75. Iul. Lauor. var. lucubrat. tit. 4. cap. 16. num. 48. cum ſeqq. Nouar. in ſingular. iuris Canonici concl. 50. meipſum de officio & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 65. Illuſtriſſ. D. meum Roderic. à Cunha ad c. 15. diſt. 56. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 47. n. 27. cum ſeq. Caſtro Palao in opere morali tom. 2. tract. 13. diſp. 4. puncto 2. Sanch. in opere conſil. moral. tom. 1. lib. 2. c. 1. dub. 15. à n. 5. Vaſq. in opuſc. mor. c. 3. §. 1. dub. 2. n. 4.

2. In quo autem diſpoſitio huius text. differat à iure communi, ex Nicol. Garc. refert Fr. Sigiſm. à Bononia d. dub. 75. poſt n. 7. verſ. octauò dubitari poteſt, & dixi Ego ipſe d. allegat. 65. in princ. & me non citato tranſcripſit Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curia Archiep. Neapol. deciſ. 327. part. 4.

3. α Longiſſimè arceatur.] Si per triginta annos alius in beneficio paterno mediatè ſucceſſerit, videri filium poſſe in eo ſuccedere, tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. n. 33.

4. β Non liceat.] Licere tamen beneficia, quæ pater ante huiuſmodi conſtitutionem dimiſit, obtinere, cenſuit Rot. deciſ. 81. apud Farin. in 1. collect. nouiſſ. aliàs part. 4. diuerſ. quam refero d. allegat. 65. n. 10. Vel ſi ante Concilij publicationem à vita migrauit, ſicut referunt deciſum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 43. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 10. Sanch. d. lib. 2. cap. 1. dub. 15. num. 8. vbi tenet poſſe filium obtinere beneficium in Eccleſia, in qua pater modò obierit ante huius decreti publicationem, vel intra tres menſes ab illius publicatione, & ſimiliter ſi pater ſuum beneficium antè dimiſerat, vel dimiſit intra illos tres menſes, quia hîc dum dicitur, non liceat, non loquitur de collationibus antea factis, ſed de futuris.

5. γ Filiis clericorum.] Habere locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, referunt reſolutum Armendar. dict. l. 1. de filiis Presbyter. num. 7. Nicol. Garc. d. c. 3. num. 15. Fr. Sigiſm. à Bononia de elect. dub. 73. num. 2.

6. Contra Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 13. art. 7. & Fr. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 1. art. 10. exiſtimantes hoc decretum non loqui de filiis naturalibus.

Nepotes legitimos Presbyterorum ex filio illegitimo reſpectu beneficij aut non comprehendi ſub diſpoſitione huius decreti, quia cùm hoc decretum pœnale ſit, eſt reſtringendum, reſoluunt Nauarr. conſil. 9. num. 9. & 10. de filiis Presbyter. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſſ. 3. princip. ex num. 23. Ceuall. commun. contra commun. q. 796. ex num. 9. Vgolin. de poteſt. Epiſcopi cap. 50. §. 7. num. 2. & §. 8. num. 2. Garc. Gironda de priuileg. explicat. num. 1049. Galet. in margar. caſuum conſcient. verb. beneficium 1. Sayro de cenſur. lib. 6. cap. 10. num. 46. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæſt. 17. Seraphin. d. deciſ. 1442. num. 11. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num 6. Nicol. Garc. dict. cap. 3. in addit. num. 21. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 1. Campan. d. c. 13. in num. 76. Bellet. d. §. 3. num. 33. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curia Archiepiſcop. Neapolitan. part. 4. deciſ. 283. & in praxi part. 4. reſolut. 374. Nauar. de elect. & variat. fori, q. 9. num. 60. in fine, ſect. 3. in vltim. impreſſione, & nuuiſſimè Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 8. diſt. 56. Caſtro Palao d. puncto 2. num. 3. Sanchez d. lib. 2. c. 1. dub. 18. Honor. ad Decretal. tit. de filiis Presbyter. num. 16. in fine, Sel. d. c. 92. num. 5. vbi refert deciſum ſub die 13. Auguſt. 1622. Idem in nepote illegitimo ex filio itidem illegitimo dicendum aſſerunt Spin. & Azor. citatis locis, Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 27. Armendar. d. loco, numer. 3. Quintanad. lib. 2. num. 95. D. meus ad dict. cap. 1. num. 9.

Contra Mieres de Maioratu part. 2. quæſt. 2. n. 25. Rebuff de pacificis poſſeſſ. n. 266. cum ſeq. aliàs 225. & Salzed. ad Bernard. d. cap. 50. littera A. Roias de ſucceſſ. ab inteſtato, cap. 20. ex num. 112. Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 34. num. 91. exiſtimantes prohibitionem huius decreti etiam ad nepotes quoſcunque extendi.

Patrem non prohiberi obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius habuit idem, vel quodcunque aliud, etiam diſſimile, tradunt Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. n. 29. Fr. Emman. in ſumm. tom. 1. c. 29. n. 4. in fine, Vega part. 1. ſumm. cap 36. caſu 18. Sayr. de cenſur. lib. 6. capit. 10. numer. 44. & ſeq. Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 34. num. 91. Honor. d. tit. de filiis presbyter. in fine, Quintanad. Eccleſiaſt. lib. 2. numer. 95. Nicol. Garc. d. part. 3. num. 28. Campan. d. capit. 13. numero 7. Seraphin. deciſ. 1442. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 4. Fr. Sigiſm. à Bononia d. dub. 75. numero 3. Sel. in ſelect. canon. cap. 92. num. 5. vbi in vna Maceraten. 18. Nouembris 1628. refert fuiſſe deciſum patrem non prohiberi obtinere immediatè beneficium filij ſui illegitimi. Sanch. d. lib. 2. cap. 1. dub. 19. ex eo, quia hoc non inuenitur expreſsè prohibitum, & cùm ſit pœnale, potiùs eſt reſtringendum: tum etiam quia non militat eadem ratio, nempe quòd detur ſucceſſio hæreditaria in beneficiis, cùm rarum ſit, vt filij theſaurizent parentibus, & eis beneficia reſignent. 7.

Fratres fratribus etiam immediatè ſuccedere poſſe, reſoluunt Panor. in cap. ex tranſmiſſa, num. 3. de filiis presbyt. Sayro d. cap. 10. num. 44. Azor. dict. part. 2. lib. 5. cap. 44. quæſt. 6. verſ. ratum eſſe videtur, Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad c. 13. n. 10. 8.

δ Qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio.] Filios ergo legitimos clericorum poſſe adipiſci beneficia quæcunque in eadem Eccleſia, in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, ex cap. ad hæc, de filiis Presbyter. colligunt citati per me dict. allegat. 65. n. 16. 9.

Sed huiuſmodi legitimos clericorum filios paterna beneficia immediatè obtinere non poſſe, ſed mediatè, per cap. ex tranſmiſſa, & cap. ad extirpandas, de filiis Presbyt. & attenta noua huius decreti diſpoſitione meritò ſuſtinent Salzed. d. cap. 50. num. 3. Seraphin. deciſ. 1443. num. 6. Sanctarel. var. reſolut. quæſt. 79. num. 1. & quæſt. 41. num. 15. Fr. Emman. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 13. artic. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. num. 33. Nicol. Garc. d. c. 3. n. 18. & in addit. num. 29. in fine, Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha ad d. c. 13. n. 3. 10.

Vnde filium quamvis legitimum egere diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum, refert deciſum Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 4. Sel. d. cap. 92. num. 6. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum ſub die 26. Auguſti 1631. non poſſe cum illo Epiſcopum diſpenſare, reſoluit Sanchez d. lib. 2. cap. 1. dub. 17. n. 3. 11.

ε In Eccleſiis vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum, &c.] Decretum hoc habere locum tantùm in filiis illegitimis, qui mortuo patre beneficia in eadem Eccleſia impetrare volunt, & in illis, qui vnà cum patre in præſenti reperiuntur obtinere in eadem Eccleſia, referunt deciſum Nicol. Garc. d. c. 3. num. 43. in 3. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyt. n. 12. 12.

Filium Presbyteri illegitimum non poſſe obti- 13.

nere

Digitized by Google

nere beneficium, quod olim pater ſuus abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando poſſedit, aſſerunt reſolutum Nicol. Garc. *d. cap. 3. n. 59.* & Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 23.* Caſtro Palao *d. puncto 2. num. 7.*

14. Filium illegitimum per text. in præſenti excludi ne poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater habuit ſolam ſedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Eccleſia obtinebat, dicit deciſum Nicol. Garc. *d. c. num. 66.* Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 27.*

15. Sub hoc decreto comprehendi illum, qui per Procuratorem accepit poſſeſſionem, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit, referunt deciſum Iul. Lauor. *variarum lucubrat. tit. 4. c. 16. n. 51.* Campan. *d. cap. 13. num. 67. verſ. Sed his, in fine*, Nicol. Garc. *d. c. 3. n. 56. declar. 44.* Armend. *d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 21.* vbi *num. 45.* ſubdit quòd in Eccleſiis ſororum aliarum Eccleſiarum (ſicut ſunt aliquæ in Hiſpania) in quarum altera reſidendo, præſupponitur reſidere in principali, non poteſt pater reſidere in vna, & filius in altera.

16. Pater non poteſt beneficium habere in vna Eccleſia, & filius in alia, quando ambæ ſunt ſorores, ita vt reſidens in vna, cenſeatur in vtraq; reſidere, quarum aliquæ repariuntur in Hiſpania, prout refert deciſum Garc. *in addit. ad d. part. 7. cap. 3. num. 75.*

17. An hoc Concilij decretum ita ſe axtendat ad illegitimos Regulares filios Religioſorum, vt nequeant promoueri ad dignitates in Religione, quas eorum patres obtinent, vel obtinuerunt? in qua quæſt. Fr. Emman. quem refert & ſequitur Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub. 75. num. 5.* reſoluit memoratos Religioſos filios Religioſorum poſſe diſpenſari ad dignitates & officia in Religione vbi eorum patres ſunt, non autem in monaſterio vbi prælationes adminiſtrarunt.

18. Filius illegitimus hoc decreto non prohibetur obtinere Epiſcopatum nuper erectum ex parte diœceſis, in qua eius pater fuit Archiepiſcopus, quia Concil in præſenti ſtrictè eſt intelligendum in caſu odioſo, & loquitur in Eccleſia in qua pater miniſtrauit, quod hic ſecus eſt, cùm non ſit eadem Eccleſia, ita Aldan. *in compend. canonic. reſol. lib. 5. tit. 18. numer. 1.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die 12. Februarij* 1598. Caſtro Palao *d. diſp. 4. puncto 2. num. 15.*

19. Filio illegitimo obſtat hoc decretum quominus in clericum Eccleſiæ receptitiæ, in qua recepti abſque alia prouiſione Diuinis inſeruire, & Miſſæ communis participes eſſe conſueuerunt, admitti queat, propterea quòd eius pater duodecim ab hinc annis defunctus in ipſa Eccleſia receptitia in clericum admiſſus & ipſe fuit, Diuiniſque inibi inſeruiuit, atque emolumenta conſueta percepit, quia receptitius dicitur beneficiatus, ex Aldan. *d. tit. 18. num. 6.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 2. Decembris* 1605.

20. Hoc decreto non prohibentur filij presbyteri retinere beneficium legitimè obtentum in eadem Eccleſia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem Concilij è vita migrauit, quia hoc decreto prohibentur tantùm in futurum obtinentes, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. part. 7. c. 3. n. 43. & 46.*

21. Canonicus illegitimus, cuius pater poſſeſſionem alterius Canonicatus in eadem Eccleſia apprehendit, licèt in dicta Eccleſia non miniſtrauerit, nec fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipſius Canonicatus, comprehenſus eſt ſub hoc decreto; ille verò, cuius pater ſola Romani Pontif. ſignatura ſibi obtinuit conferri Canonicatum eiuſdem Eccleſiæ, ſed neque litteras Apoſtol. expediuit, nec vnquam habuit poſſeſſionem, non comprehenditur, prout refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 7. c. 3. n. 56.*

22. Filium illegitimum non prohiberi quominus tanquam capellanus amouibilis deſeruire poſſit, atque obtinere beneficium in Eccleſia in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licèt pro Capellano amouibili inſeruierit in eadem Eccleſia, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 27.* Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 32.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 397. num. 24. cum ſeqq.* Campan. *d. cap. 13. num. 67. verſ. & quia*, Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. dec. 204. part. 4. & in praxi part. 4. reſol. 373.* Fr. Sigiſm. à Bononia *d. dub. 78. num. 6.* Ego ipſe *d. allegat. 65. num. 5.* Lauor. *d. c. 16. num. 52.*

23. Nec prohiberi obtinere Eccleſiam filialem, dummodo non teneatur miniſtrare in Matrice, quam obtinet pater, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 62. in 3. declar.* Armend. *d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 26.* Illegitimus enim, cuius pater fuit Rector Eccleſiæ Matricis, poteſt Eccleſiam filialem obtinere dependentem, ſeu aliàs illi vnitam, in qua eadem Matrix habet etiam quædam iura Parochialia, modò vnio ſit facta acceſſoriè, & per viam ſubiectionis Eccleſiæ Matrici, & pater in ea non miniſtrauerit; non poterit tamen vnitam æquè principaliter obtinere (ita vt intitulatus in vna, cenſeatur in vtraque intitulatus,) aut ſi in vtraque pater miniſtrauit, vt per Nicol. Garc. *dict. cap. 3. n. 62.* Campan. *d. cap. 13. num. 67. verſ. cùm verò*, Armend. *d. l. 1. de filiis Presbyt. n. 24.*

24. Nec prohiberi ſuccedere in capellania, quæ fundari ſolet, maximè in Hiſpania abſque alia Epiſcopi, vel alterius ſuperioris auctoritate, vt illis ſuccedant clerici de parentela, tradunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. num. 33. cum ſeqq.* Caſtro Palao *d. diſp. 4. puncto 2. num. 15. in fine*, Ego ipſe *d. alleg. 65. num. 13.*

25. Nec prohiberi habere Canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat, reſoluit Achil. de Graſſis *d. dec. 1. de filiis Presbyt.* quem refero Ego ipſe *d. allegat. 65. num. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. proœm. ſub n. 33.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. q. 48. n. 210.*

26. [*Quoquo modo miniſtrare*, &c.] Filium illegitimum in Eccleſiam, in qua pater eius beneficium aliquod habuit, vel habet, prohiberi non ſolùm ſacrum ſolemniter facere, aut Euangelium, vel Epiſtolam ſolemniter cantare, ſed etiam Miſſam, tanquam externum, & peregrinum priuatim celebrare, & ſacriſtiam in eadem Eccleſia agere, reſoluunt Nauar. *conſil. 1. quæſt. 17. de conſtitut.* Sayro *in floribus deciſ. ſub eod. tit. dec. 21.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. coll. 1367. verſ. in amplia*, Bellet. *diſquiſ. clerical. part. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 3. n. 31.* Stephan. Gratian. *d. c. 397. num. 26. cum ſeqq.* vbi *n. 28.* ſubdit nec etiam antiphonam in ea canere poſſe ratione oneris Beneficio alterius Eccleſiæ annexi, refero Ego ipſe *d. alleg. 65. num. 20.* & addo Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit. 4. cap. 16. num. 50.* Et quòd filius illegitimus prohibeatur etiam deuotionis gratia Miſſas celebrare in Eccleſia, in qua eius pater beneficium obtinet, vel obtinuit, tenet Ald. *in compendio Canon. reſ. lib. 5. tit. 18. num. 3.* vbi refert ita deciſum *ſub die 22. Ianuar.* 1602. & fuiſſe pro hac parte Cardinales *S. Marcelli de Camerino*,

Sanctorum

Sanctorum quatuor Cor. Blanchettus, Mantica, Vicecomes, & Oſuus, & ex altera parte Cardinales *de Monſelparo, Iuſtinianus à Monte, Parauicinus, & Platus.*

27. Filium illegitimum laicum non poſſe canere tanquam muſicum ſimplicem in Eccleſia in qua pater habuit, vel habet beneficium, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.cap.3. n.68.* Campan. *d.cap.13. num.67.verſ.& qui,* Armend. *d.l.1. de filiis Presbyt. num.*28. Aloyſ.Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neap. part.4.deciſ.*283.*num.1.* Ego ipſe *d. alleg.*65. *n.*13. Hinc infert Honor. *ad Decret. tit. de filiis presbyt. verſ. vnde inferri, n.*16. tenere quòd filius illegitimus clerici, & pater non poſſunt eſſe monachi, & Regulares Canonici in eodem monaſterio, ſiue Eccleſia.

28. Decretum hoc non prohibere quin pater & filius poſſint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, ſed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero cauſa legati, quod relictum ſit Miſſam celebrantibus, atteſtantur reſolutum Nicol. Garc. *d.cap.3. n.*73.Armend.*d.l.1.de filiis Presbyter.num.*33. Campan.*de cap.13.num.67.in fine*, Sigiſmund. à Bononia *d.dub.75.num.7.in princip.*Lauor. *dict.capite 16. num.* 54.

29. Vnde non eſſe moleſtiam exhibendam illegitimo Presbytero celebranti Miſſam ob quoddam legatum in eadem Eccleſia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cùm neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Concilio, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.c.3.n.73.*Armend. *d.l.1. de filiis Presbyt.num.*34.Campan.*loco proximè citato,* Caſtro Palao *d.puncto 2. n.17.*

30. Patrem & filium poſſe inſimul proceſſionaliter incedere, vnum tanquam beneficiatum, & alterum tanquam capellanum diuerſarum Eccleſiarum, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.c.3. num.*68. *in 3.declar.* Armend. *d.l.1. de filiis Presbyt.num.*30. obſeruantes quòd ſi proceſſionaliter accederent ad Eccleſiam, in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo miniſtrare: refero Ego ipſe *d.alleg.*65. *n.*22.

31. Filium illegitimum non prohiberi in hoc text. cum patre habitare, dicunt reſolutum Nicol.Garc. *d.c.3.num.*74.Armend. *d.l.1. de filiis Presbyt. n.15.* Fr.Sigiſmund.à Bononia *d. dub.65. n.7. verſ. ſeptimò*, Ego ipſe *d. allegat.*65. *num.*14. Lauor. *d. c.16. num.* 15.

32. *a Nec penſiones,* &c.] Filios illegitimos habere non poſſe penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, tradunt Seraph. *d.dec.*1441.*n.*15.Stephan.Gratian. *d.cap.* 197. *ex num.*24. Campan. *d.c.13. num.*70. Aloyſ.Ricc.*in deciſ. Curiæ Archiep. Neap.dec.*186. *num.3. part.4.* Caſtro Palao *d. puncto 1. n.*10. Ego ipſe *d.alleg.*65.*num.*26. Rot. *deciſ.*649. *num.4 p.1. recent.* & fuit dictum *in Meliten. penſionis* 14. *Maij* 1614.*coram bonæ memor. Buratto*, inter eius impreſſas *deciſ.*53. *num.*3. vbi Ferentil. *in annot. lit. B.* intellige de reſeruatis poſt Concilium, non ante Concilium. Rota *dec.12.num.2.*apud Farin.*p.1. in poſthum.*

33. Filium legitimum non prohiberi habere penſionem ſuper beneficio paterno, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.c.5. num.*35. Armend. *d.l.1. de filiis Presbyt.num.*9.vbi *n.*47. ſubdit diſpenſandum eſſe cum filio obtinente penſionem in Eccleſia, in qua pater habuit Canonicatum, quem reſignauit, Sel. *in ſelect.Canon.c.92. num.5.* vbi ita refert deciſum *ſub die 11. Ianuarij* 1603.

Diſpoſitionem huius text. ac illius prohibitionem intrare ſi Antonius legitimus obtineat Canonicatum, illudque reſignet in fauorem Nicolai, reſeruata penſione ſuper Parochiali, quam Matthæus pater Nicolai obtinebat de conſenſu patris, cùm ipſe pater in fraudem conſenſiſſe penſioni cenſeatur, referunt deciſum Nicol. Garc. *dicto c.3. n.87.*Armend.*d.l.1.de filiis Presbyt. n.*41. Ego ipſe *d.alleg.65.n.27.* 34.

Clericum habentem facultatem transferendi penſionem, poſſe illam transferre in ſuum filium illegitimum, reſoluunt Gig. *de penſionib. quæſt.*86. *num.5.*Flamin.Pariſ. *de reſign.benefic.lib.6. quæſt.4. num.11.& 22.*Gonzal. *ad reg.8. Cancel.gloſſ.5. §.5. q.7.*Nicol.Garc.*d.cap.3.num.*34. Steph.Gratian.*d. n.22.& 23.* Azor. *inſtit. moral. part. 2.lib.6.quæſt.4. cap.397.num.1.& 7.* Aloyſ.Ricc. *in collect. dec.n.4. collect.1367.in fine,& d.Neapolit.deciſ.186. num.1. & 7.* Ego ipſe *d. alleg.*65. *num.*27. Aldan. *d.lib.5. tit.18.num.13.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum *in Zamoren.9. Nouembr.1619. & in alia ſub die 13. Septembr.1629.* 35.

b Vel aliàs obtinuerunt.] Non dici obtinuiſſe beneficium ad hoc vt comprehendatur ſub hoc decreto ille qui fuit prouiſus, & litteris non expeditis, ac poſſeſſione non habita ceſſit alteri, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.c.3.num.56.in 2.& 3. declar.* Armend. *d.l.1.de filiis Presbyt.num.*22. Campan.*d. c.13.n.67.verſ.ſi verò.* 36.

c Cogatur filius ſuum beneficium reſignare.] Vide Flamin.Pariſ. *d.reſignat. benefic.lib.3.quæſt.18.n.38.* vbi dicit reſolutum mortuo patre non teneri filium illud beneficium dimittere. 37.

Filium illegitimum, qui vigore huius decreti reſignare tenebatur, non eſſe excuſatum à reſignatione, quamvis ſuper eo alter haberet regreſſum, & etiamſi fuerit locus regreſſui, & quòd regreſſum habens nollet conſentire, oblata tamen priùs reſignatione cum honeſta penſione, & non acceptata, admitti reſignationem, & regreſſum ſuſpendi vſque ad ceſſum, & deceſſum reſignatarij, referunt deciſum Nicol.Garc.*d.c.4.n.87.in 1. & 2. declarat.* Armend.*d.l.1.de filiis Presbyt.n.37.& 38.*

Patrem, qui eſt coadiutor filij in Canonicatu, teneri cedere omne ius filio, poſſe tamen ſibi aliquem ſeruare fructum, aut penſionem, dicit reſolutum Armend. *d.l.1. de filiis Presbyt. n.*41. Garc. *d.p.7.cap.3.num.*80.vbi *num.*86. addit fuiſſe pariter deciſum, non eſſe concedendum vt filius poſſet retinere Canonicatum, quia agitur de ſuccedendo de nouo, & ſic de acquirendo beneficium, in quo patet contra hoc decretum. 38.

d Aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, &c] Præſumptam diſpenſationem, in qua fundatur reg.de triennali, non habere locum contra decretum huius ea ita vt poſſidentes beneficium contra eius diſpoſitionem, ex tali præſumpta diſpenſatione ſuam poſſeſſionem tueri valeant, referunt deciſum Nicol. Garc.*d.c.3.num.*88. Armend. *d.l.1.de filiis Presbyt. num.*42. 39.

e Ad hæc reciproca reſignationes, &c.] Vide Nau. *conſ.5. in antiq.* aliàs *conſ.10. in nouis, de renunciat.* Sayro *in floribus deciſ.ſub hoc tit.dec.6.*Fr.Emman.*in ſum.p.1.c.56.n.9.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.14.quæſt 9.*& quo pacto probentur, vide Aloyſ. Ricc.*in collect.deciſ.part.5.collect.*1705. Caſtro Palao *d.puncto 2.n.18.* 40.

Decretum hoc diſponere tantùm circa reciprocas reſignationes poſt ipſum Conc. in fauorem filiorum faciendas, ait reſolutum Armend.*d.l.1.de filiis Presbyteror.n.8.* 41.

Beneficia Curata in ſimplicia conuerti non poſſunt, etiam cum aſſignatione Vicarij perpetui, & quæ in Curata redacta fuerint, poſt mortem Vicarij, vel Rectoris redeant ad priſtinam naturam.

Capvt XVI.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Beneficium Curatum quod dicatur.*
3. *Parochiales Eccleſiæ in ſimplicia beneficia conuerti non poſſunt.*
4. *Beneficia ſimplicia non poteſt Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus, ſi illis vnita eſſent.*
5. *Beneficia ſimplicia in Curata ab Ordinario conuerti non poſſunt.*
6. *Parochialem Eccleſiam in Collegiatam erigere non poteſt Epiſcopus.*

STatuit ſancta Synodus, vt Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, *α quæ curam animarum* ex primæua eorum inſtitutione, aut aliter *β quomodocumque retinent*, illa deinceps *γ in ſimplex beneficium*, etiam *δ aſſignata Vicario perpetuo congrua portione*, non conuertantur: non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ. In iis verò, in quibus contra eorum inſtitutionem, ſeu fundationem, cura animarum in Vicarium perpetuum tranſlata eſt, etiamſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore reperiantur, ſi congrua portio fructuum Vicario, quocumque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præſentis Concilij, arbitrio Ordinarij,[a] iuxta formam decreti ſub fel. rec. Paulo III. aſſignetur. Quod ſi id commodè fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primum per ceſſum vel deceſſum Vicarij, ſeu Rectoris, aut quomodolibet aliorum eorum vacauerit beneficium, curam animarum recipiat, ac Vicarij nomen ceſſet, & in antiquum ſtatuatur.

a Supràſeſſ. 7. de refor. c. 7.

1. VIde Nicol. Garc. *de benef. part. 12. c. 2. num. 87.* Mari. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. vlt. caſu 69.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. dec. 492. in 2. edit.* aliàs *reſol. 383. n. 6. & 7. in 2. edit.* latè Monet. *de comm. vlt. volunt. c. 11. n. 64. cum ſeqq.* meipſum *de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 68. n. 9.*

2. *α Quæ curam animarum*, &c.] quod dicatur beneficium Curatum, & quæ parochialis Eccleſia, dixi latè *de officio & poteſt. Parochi c. 1. ex n. 35.* Et ad hunc effectum ne in ſimplex conuerti poſſit per Epiſcopum, Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccl. deciſ. 1. edit.* aliàs *reſol. 618. in 2. edit.*

3. *β Quomodocumque retinent.*] Beneficia ſecularia eccleſiaſtica, quæ curam animarum habet, quomodocunque non poſſunt conuerti in ſimplex beneficium, vt per Zer. *in praxi Epiſc. p. 1. verb. vnio, §. 3.*

γ In ſimplex beneficium, &c.] Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium conuerti non poſſunt, etiam in aliqua parte fructuum ipſarum Parochialium, refert deciſum Nicol. Garc. *d. p. 12. cap. 9. num. 87.* & Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 383. num. 6. & 7.*

4. Beneficia ſimplicia, ſiue Oratoria, non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus, ſi illis vnita eſſent, etiamſi illis ſeparatis Parochiales non egeant. Nicol. Garc. & Aloyſ. Ricc. *locis proximè citatis.*

Nec etiam vice verſa beneficia ſimplicia Curata ab Ordinario conuerti poſſunt, ſicut atteſtatur reſolutum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccl. deciſ. 492. in 1. edit.* aliàs *reſ. 383. n. 6. & 7. in 2. edit.* 5.
Nicol. Garc. *d. p. 12. c. 3. n. 3.* vbi intelligit, ceſſante cauſa & neceſſitate, nam ea interueniente, Eccleſiam ſimplicem in Curam & Parochialem erigere poſſe Epiſcopum, tenent Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect. in Curatam & parochialem*, Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 5. c. 29. quaeſ. 25. & lib. 6. c. 30. q. 3. & 4.*

Epiſcopus non poteſt erigere Eccleſiam parochialem in Collegiatam, vt per Aldan. *in compend. Canon. reſolut. lib. 3. tit. 5. num. 2.* vbi refert ſic fuiſſe deciſum à S. Congregat. Rit. *in Caputaquenſ. 22. Iuly 1628.* 6.

δ Aſſignata Vicario perpetuo congrua portione.] Vide poſita *ad c. 5. & 7. ſeſſ. 7. de reform.* & nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 9. q. 19.*

Epiſcopi dignitatem ſuam conſeruent, nec Principibus, vel Baronibus ſecularibus aſſiſtant, aut inſeruiant.

Capvt XVII.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Epiſcopus in omnibus ſuæ diœceſis Eccleſiis quantumvis exemptis, eſt honorandus.*
3. *Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari.*
4. *Epiſcoporum principatus omnia ciuilia Regna, & poteſtates antecellit.*
5. *Epiſcopatus dicitur culmen omnium dignitatum.*
6. *Principes Catholici ſemper Epiſcopos magni habuerunt.*

NOn poteſt ſancta Synodus non grauiter dolere, audiens Epiſcopos aliquos, ſui ſtatus[a] oblitos, Pontificiã dignitatem non leuiter dehoneſtare: qui cum Regum miniſtris, Regulis, & Baronibus in Eccleſia & extra indecenti quadam demiſſione ſe gerunt, & veluti inferiores miniſtri altaris, nimis indignè non ſolùm loco cedunt, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt. Quare hæc, & ſimilia deteſtata ſancta Synodus,

a Vide Concil. Agath. c. 23. nec Epiſcop. poſteriorem ſinit priori præponi: & 1. Braccar. 24. c. quarto, de off. ordin. & ſupr. ſeſſ. 24. de reg. c. 4.

ſacros

ſacros Canones omnes, Conciliaque generalia,ᵇ atque alias Apoſtolicas ſanctiones ad dignitatis Epiſcopalis decorem, & grauitatem pertinentes renouando præcipit, vt ab huiuſmodi in poſterum Epiſcopi ſe obtineant: mandans eiſdem, vt tam in Eccleſia, quàm foris ſuum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique ſe Patres, & Paſtores eſſe meminerint: reliquis verò, tam Principibus, quàm cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur.

ᵇ Suprà c. 6. cap. Valentinianus, 63. d. c. Epiſcopus in Eccleſiis, 95. diſt. c. quis dubitet, cap. duo ſunt, cũ ſeq. 96. diſt. & c. ſolitę, de maior. & obed.

1. Vide Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 3. in princ. num.* 1. meipſum *in ſimili tractat. part. 2. allegat. 1. à princ.* Nouiſſimè Alzedo *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 12. de præeminentia, ac prælatione Epiſcoporum.*

2. Epiſcopus in omnibus ſuæ diœceſis Eccleſiis, quamcumvis exemptis, & priuilegiatis, eſt honorandus, eique in choro, Capitulo, & proceſſionibus ac aliis actibus publicis primus locus, & prima ſedes, quam ipſe elegerit, danda eſt, nec poteſt prohiberi, quominus in dictis Eccleſiis, etiam exemptis, Pontificialia exerceat, immò poteſt Epiſcopus contradictores pœnis & cēſuris Eccleſiaſticis compellere, vt per Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 4. tit. 3. num.* 10. vbi refert ſic fuiſſe deciſum à S. Congr. Rit. *in Tullen. 6. Decembris* 1613.

3. Honor, & ſublimitas Epiſcopalis, inquit S. Ambroſ. *de dignitate Sacerdotum*, *cap.* 2. nullis poterit comparationibus adæquari: ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares.

4. Quantum cœlum terra pretioſius eſt, quantumque anima corpori, ſpiritus carni, diuina humanis præſtant, tantum Epiſcoporum principatus omnia ciuilia Regna, & poteſtates antecellit, ex Nazianz. *in orat. 17. ad ciues Nazanzenos*, & Chryſoſt. *lib. 3. de Sacerd.* Vnde S. Ambroſ. *vbi ſuprà c. 3.* profitetur nihil in ſeculo ſublimius Epiſcopis repeteri poſſe, & nihil eſſe Epiſcopo excellentius.

5. Epiſcopatus igitur dicitur culmen omnium dignitatum, *cap. venerabilis, de præbend.* ibi, *ad culmina dignitatum*, vbi omnes explicant, id eſt, ad Epiſcopatum, vt per gloſ. *verb. dignitatum, in c. 2. ead. tit. lib. 6.* cum ſimilibus, exornant Chaſſan. *in catalo. gloria mundi, part. 4. conſid.* 25. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 2. num.* 12. & plures citati ab Alzedo *d. cap. 12. num.* 1. conſonat *c. 1. ſeſſ. 24. de reform.* vbi Epiſcopus dicitur ſuper omnes gradus conſtitutus, & ſuprà *hac eadem ſeſſ. c. 6. verſ. Epiſcopi præterea*, vbi dicitur Epiſcopis primam deberi ſedem, & præcipuam omnium rerum agendarum auctoritatem, exornat Sbroz. *de officio vicar. in præf. à princ.* & præcipuè *à n. 9.* immo & Angelis præcellere; quatenus Eccleſiam regere ſcientia diuinitus communicata datum eſt, multis probat Thom. Boſſ. *de ſignis Eccleſiæ tom. 2. lib. 16. c. 9.*

Quare ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio Principes Catholici verbis, & factis ſemper oſtenderunt quantum Epiſcopis tribuendum eſſet, in omnibus ſe illis inferiores profitentes. Et primum Conſtantinus ille magnus ingreſſus locum in quo Epiſcopi conuenerant ad Concilium Nicænum celebrandum, in medio conuentus erectus conſtitit, ac cum parua quædam ſella ex auro fabricata illi eſſet loco poſita, non prius conſedit, quàm Epiſcopi ad id annuiſſent, vt eſt apud Euſeb. *lib. 1. de vita eiuſdem Conſtantini, c.* 10. Nec ſolum Epiſcopos vt Patres, immò verò vt Dei Prophetas omnino honorificè venerabantur, vt idem Euſeb. *in eadem hiſtoria*, memoria prodidit *lib. 3. c. 22.* Item Valentinus Imp. virtutibus, & rebus geſtis vbique clarus ipſos Epiſcopos in ſumma veneratione habuiſſe legitur *lib. 7 tripartitæ hiſtoriæ, c. 8.* 6.

Sacri Canones exactè obſeruandi ſunt, nec niſi vrgenti cauſa diſpenſandum eſt.

Cap. XVIII.

1. *Diſpenſatio eſt legis relaxatio.*
2. *Cauſa rationabilis debet ad diſpenſandum concurrere cum legitima auctoritate.*
3. *Cauſa legitima, & illius cognitio requiritur in diſpenſatione, quæ ab inferiore dimanat.*
4. *Diſpenſatio quæcumque inferioris in lege ſuperioris abſque cauſa legitima facta eſt irrita.*

SIcuti publicè expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt pleniùs euenientibus caſibus, & neceſſitatibus, pro communi vtilitate ſatisfiat: ſic frequentius legem ſoluere, exemploque potius, quàm certo perſonarum, rerúmque delectu, petentibus indulgere, nil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas aditum aperire. Quapropter ſciant vniuerſi, ſacratiſſimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indiſtinctè obſeruandos. ᵃ *Quòd ſi vrgens iuſtaque ratio*, & maior quandoque vtilitas poſtulauerint, cum aliquibus diſpenſandum eſſe: ᵇ *ß cauſa cognita*, ac ſumma maturitate, atque gratis, à quibuſcumque ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum: aliterque facta diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur.

ᵃ Cap. Si Romanorũ, 19. diſt. cap. ſi quis omnem 1. q. 7. c. 2. de conſtit.
ᵇ Cap. 1. de voto.

1. COllige ex text. diſpenſationem eſſe legis relaxationem cum cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatem habet diſpenſandi, vt probatur ex illis verbis ibi, *legem ſoluere*, &c. & ibi, *id cauſa cognita*, &c. ita gloſ pen. *in cap. requiritis, & niſi rigor, 1. q. 7.* Nauar. *in cap. quem pœnit. num. 7. de pœnitent. diſp. 1. & in man. præl. 9. num.* 13. Couar. *de ſponſalib. part. 2. c. 6. §. 9. n. 1.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de diſpenſat. num.* 1. Alphonſ. Aluarez Goerrero *in ſpecula iuris Pontif. c. 17. de diſpenſat. Epiſcopi, in princ.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 31. num.* 1. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 46. art. 1.* Monet. *de diſtrib. quotid. part. 2. q. 14. n. 2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 260. in 1. edit.* aliàs *reſol.* 127. *num. 2. in 2. edit.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſput. 1. num.* 2. Sayr. *in claui Regia lib. 6. cap.* 13. *à princip.*

Barboſ. in Collect. Concil. Trid.

Digitized by Google

Card.Tuſch. *lit.D.concluſ.*457. Soar.*de legib. lib.*6. *c.*10.*num.*7. Cardoſ. *in praxi iudicum, verb. diſpenſatio, num.*1. Fr.Lud.Miranda *in man. Prælator tom.*2. *q.*30.*art.*1. Poitel. *in dubiis regular. verb. diſpenſare,* Hieron.Roderic. *in compend. Regular. reſol.*51. *n.*1. Vgolin.*de officio Epiſcopi c.*7.*n.*1.Ego ipſe *in ſimilè tr.p.*2.*alleg.*33.*n.*3.

2. *a Quòd ſi vrgens, iuſtaque ratio,* &c.] Ergo ad diſpenſandum debet cum legitima auctoritate concurrere rationabilis cauſa iuxta viri boni arbitrium, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*13.*cap.*19.*num.*194.*cum ſeqq.*Fr.Ioan.à Cruce *de ſtatu Religion.lib.*1.*c.*1 *dub.*1.

3. *b Cauſa cognita.*] Legitimam cauſam, & illius cognitionem requiri in diſpenſatione quæ ab inferiore dimanat, tenent Gutier.*Canon.lib.*1.*cap.*19. *num.*5.Menoch.*conſ.*16.*num.*15.Sanch. *de matrim. lib.*3. *diſput.*8.*num.*3. *& lib.*8. *diſput.*17. *num.*10. Fernandez *in examine Theologiæ moralis part.*1.*c.*6. §.10.*num.*1.Ego ipſe *d.allegat.*33. *num.*4. quia per illam vulneratur ius publicum, vt ex Puteo tradit Aloyſ.Ricc.*in praxi aurea reſol.*410. *num.*3. nam ſi fiat ſine cauſa, dicitur potius diſſipatio, quàm diſpenſatio, ſicut ex S.Bernardo colligunt Curt. ſen. *conſ.*19.*incip. Aggredior, n.*6.& Socin.iun.*conſil.*120. *num.*18.*vol.*2. & ceſſante cauſa ceſſat diſpenſatio, gloſſ. *verb. ceſſante, in cap. poſt tranſlationem, de renunciat.*& alij citati ab Aloyſ. Ricc. *d.reſolut.*410. *num.*8.

Vnde diſpenſatio quæcunque inferioris in lege ſuperioris abſque cauſa legitima facta eſt irrita, vt 4.
reſoluunt Couar. *de ſponſal. part.*2.*cap.*6.§.9. *n.*1. Gutier. *d.c.*9.*num.*5. Nauarr.*d.prel.*9.*num.*15. Sanchez *d.lib.*8. *diſp.*17. *num.*4. Ludouic. Miranda *d. q.*30. *art.*4. *concl.*4. Ego ipſe *d.allegat.* 34. *num.*1. Non ſic dicendum de diſpenſatione Epiſcopi, vel alterius inferioris in propriis conſtitutionibus facta, vt per Bottæ. *in tract.de Synodo Epiſcopi, part.*2, *art.*4.*n.*8.Gambar.*de auctorit. Legati.lib.*10.*n.*442. *& ſeqq.* Nauarr. *in man.c.*23. *num.*74. *in fine,* Sayr. *de cenſur.lib.*6.*cap.*11.*n.*11. quos refert & ſequitur Sanchez *d diſput.*17. *num.*27. Soar. *de legib. lib.*6. *c.*15.*num.*8. Salas *eod.tract. diſp.*20.*ſeq.*4.*num.*43. Baſil.Pontius *in tract. de matrim. lib.*8. *c.*5. *num.*3. meipſum *d.allegat.*34.*num.*2. *cum ſeqq.* vbi multipliciter declaro, & à *num.*8.quæro an diſpenſatio Archiepiſcopi in decretis Synodi Prouincialis facta ſine cauſa legitima valeat, de quo etiam Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part.*4. *deciſ.*111.

Duellorum vſus tollendus eſt, & pugnantes ac permittentes puniendi ſunt, vt ibi.

Capvt XIX.

1. *Doctores de duello agentes.*
2. *Pius V.ſtatuit circa duella.*
3. *Gregorius XIII.circa idem.*
4. *Clemens VIII.circa idem.*
5. *Ludouicus XIII.Francorum Rex circa idem.*
6. *Duellum commiſſum in priuato, & non tuto, ſine patronis, &c. an dicatur comprehenſum ſub hoc decreto.*
7. *Conflictus particulares an liciti ſint.*
8. *Duellum obiter aſpicientes an comprehendantur ſub hoc decreto.*
9. *Duellantium pœnas an incurrant qui ſeſe obuiam habentes diffidunt ſe in tali loco, & ibi ſtatim pugnant.*
10. *Duelli pœnas an incurrat, qui dicit alteri, Veni ad talem locum, te ibi expecto.*
11. *Duellum an committat, qui ad euitandam loci irreuerentiam inimico, quem videt in Eccleſia, dicit, Exi foras.*
12. *Duello non ſequuto diſcedens an incidat in excommunicationem, & alias pœnas contra duellantes comminatas.*
13. *Duellum an committatur ſi illud offerenti alius ſtatim pugnando aggrediatur.*
14. *Duelli pœnas an quis effugiat calore iracundiæ.*
15. *Duellum an ſit per ſe licitum.*
16. *Duellum licitum in hoc caſu.*
17. *Duellum licitum etiam in hoc caſu.*
18. *Duellum non dicitur inter infideles punibile pœna huius decreti.*
19. *Ipſo iure.*
20. *Sepulturâ priuantur morientes in duello.*

a Cap.1. de torneament.

b De ea, & Nicolaus I. decretorum ſuorum diſt.

c Cap.2. de cleric. pugn. in duell. de torneament. peccatorum, & toto tit.de homicid.

Deteſtabilis[a] duellorum vſus, fabricante Diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad[b] monomachiam in terris ſuis *α inter Chriſtianos conceſſerunt*, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo, vel apud quē duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur: & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur. Qui verò pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam *β incurrant*: & vt homicidæ,[c] iuxta ſacros canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò *γ careant eccleſiaſtica ſepultura.* Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure, quàm facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam ſuaſerint, necnon ſpectatores excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocumque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.

1. Vide Ioan.de Lignano, Iacob.de Caſtello, aliàs de Villa ſancta, Iulium Ferret.& Antonium Maſſam Galeſ. *in ſuis particularibus tractatibus de duello tom.*12.*tractatuum Doctorum, à fol.*195. item Henric. Bocer. Lucam Floron.& Anton. Peregrinum *in ſimilibus tract.*Ordin.Reg. Luſit. *lib.*5 *tit.*4. Caiet.Armil.Syluest.& alios Summiſtas *verb.duellum,* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudic.lib.*1. *c.*1.§.3.*verſ.*13. Bernard.& Salzed. *in pract. c.*100. aliàs 103. *in nouiſſ.edit.* Aldan. *lib. de ſingulari certamine,*

tamine, & in conſ. de materia duelli, in fine dicti lib. Maiol. *de irregul. lib. 5. c. 18.* Nauar. *conſ. 1. & 2. de purgat. vulgari,* Perez per text. *ibi in l. 3. gloſſ. 2. per totam. tit. 13. lib. 8. Ord.* Mench. *illuſtr. c. 49. num. 11. cum ſequent.* Petr. à Nauar. *de reſtitut. tom. 1. lib. 2. c. 3. num. 280. cum ſeq.* Mic. Salon. *2. 2. quæſt. 64. art. 3. contr. 3.* Viuar. *in candel. aureo, tit. de ſuſpenſ. n. 68. cum ſeqq.* Burg. de Pace *in l. 1. Tauri, ex n. 413. vſque ad num. 421.* Ioſeph. Ludou. *Lucenſi dec. 11.* Steph. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. duellum,* Viui. *com. 2. commun. opin. in fine tract. de feudis, tit. 2. num. 85.* Henriquez *in ſum. lib. 13. c. 39. §. 3.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 4. cap. 23. num. 23.* Bañes *2. 2. quæſt. 64. artic. 7. dub. 3.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 61. artic. 1. verſ. decimò,* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 4.* Zerol. *in praxi Epiſcop. verb. duellum,* Galet. *in margar. caſuum conſcient. eod. verb.* Bobadil. *in ſua politica lib. 2. c. 14. n. 41.* Petr. Cabal. *in tract. de omni genere homicidij n. 76. cum ſeqq. & conſ. 9. lib. 1.* Sayr. *in claui Regia lib. 7. c. 13. à num. 11. & de cenſur. lib. 3. c. 31. à num. 29.* Paul. Comitol. *reſponſ. mor. lib. 6. quæſt. 13. cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. part. 3. lib. 2. c. 5.* Martin. Delr. *diſquiſit. magic. lib. 4. c. 4. ſect. 2.* Molin. *de iuſt. tom. 4. tract. 3. diſp. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 21. cap. 7. num. 75. cum ſeqq.* Vgol. *de officio Epiſcopi c. 8. §. 2.* Sanch. *in præcepta Decalogi. to. 1. lib. 2. cap. 39. num. 19. cum multis ſeqq.* Mulſeſ. *in ſumma Theolog. moralis, tract. 7. cap. 18. n. 17. cum ſeqq.* Filliuc. *tom. 1. tract. 15. num. 103. cum ſeqq. & tom. 2. tract. 29. c. 8.* Bonac. *de cenſuris diſp. 2. quæſt. 6. puncto 2.* & nouiſſimè *de cenſuris extra Bullam diſp. 2. q. 3. puncto 48.* Caſtro Palao *in opere morali tract. 6. de charit. diſp. 5. puncto 7.* Tull. *in Decalog. lib. 5. c. 2. dub. 13.*

2\. Pius V. *in ſua conſt.* incip. *Ea quæ à Prædeceſſoribus, ſub dat. Idibus Nouemb.* 1560. innouat, & approbat de mera deliberatione, & ex certa ſcientia ſingulas Iulij II. Leonis X. & Clementis VII. conſtitutiones, & litteras contra duellantes, & ſingulos, quos litteræ ipſæ concernunt, & concernent, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuæ infamiæ, diffidationis, criminis læſæ maieſtatis, ſeditionis, rebellionis confiſcationis, & priuationis ſtatuum, & dominiorum, ac feudorum, & vicariatuum, ac aliorum bonorum ſuorum, ac depoſitionis illorum, nec non inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ac interdicti, & aliis cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus, aliiſque in huiuſmodi litteris contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrant, & inteſtabiles fiant, & vltra pœnas prædictas carceribus mancipari, & detineri, & pœnis prædictis irremiſſibiliter puniri debeant, perpetuò obſeruari, & per executiores in dictis litteris deputatos aduersùs eoſdem contra facientes ad totalem executionem dictarũ pœnarum procedi debere decernit, illáſque tam ad pugiles taliter pugnantes, quàm eos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum, ſeu campum ad pugnandum dantes, ſeu concedentes, ac in illis aſtantes, & intereſſentes, ac certantes comitantes, & comitiuam præſtantes, necnon conſulentes, ad adhærentes, & fautores, necnon chartas certaminis, ſeu duelli ſubſcribentes, vel affigentes, aut publicantes extendit cum priuatione beneficiorum, ſi eccleſiaſtici ſint, obtentorum, & inhabilitate ad alia in poſterum obtinenda, &c.

3\. Gregorius XIII. *in ſua conſtit.* incip. *Ad tollendum, ſub dat. 24. Decembris* 1582. ampliat decretum Concilij in præſenti ad omnes illos, qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiamſi nulli patrini ſocii ve ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæ ve prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis clauſulæ præceſſerint, cenſuris, & pœnis omnibus in hoc decreto propoſitis, teneri perinde ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent; volens etiam locorum dominos, ſi certamen ex condicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint, omnéſque illud fieri mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſeſe præbentes eiſdem cenſuris, & pœnis ſubiacere, etiamſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint ſi per ipſos non ſteterit, quominus illa committatur. Non obſtantibus, &c.

Clemens VIII. *in ſua conſtit.* incip. *Illius vices, ſub dat. 2. Septembris* 1592. confirmat, declarat, & extendit ſupradictas conſtitutiones Apoſtol. & decretum Concilij in præſenti, ac inſuper decernit & declarat eaſdem conſtitutiones, ac decretum huiuſmodi locum habere vbique gentium, & terrarum inter quaſcunque perſonas etiam armatas, & in caſtris, ſeu propugnaculis militantes, etiam vbi Catholicæ fidei hoſtium furor impune graſſatur, vel ſit, dominiis per eos occupatis, ſeu detentis. Idem quoque iuris cenſendum eſſe decreuit ſi publico, & forſan iuſto bello indicto miles aliquis contra alterum in aduerſariorum exercitu militantem, ſiue aliàs in hoſtium caſtris, præſidiis, aut terris degentem, priuatas ſimultates atque inimicitias publicæ, cauſæ intermiſcendo etiam Ducum permiſſum ex condictu ad ſingulare certamen deſcendat, aut illum prouocet; necnon iiſdem pœnis, decreto, & conſtitutionibus teneri eos, inter quos pactiones irritæ ſint de dirimendo certamine cùm primùm alteruter vulneratus fuerit, ſeu ſanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit, vel ſi conuenerint vt non ſinguli cum ſingulis, ſed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent: & non ſolùm locorum Dominos, ſed etiam Magiſtratus, Præſides, locumtenentes, aut etiam militum duces, & capitaneos in caſtris, vel extra ea, in alieno, vel hoſtili ſolo, vel cum militibus exercitus aduerſariorum monomachiam in quocunque caſu per præſentem, vel alias conſtitutiones huiuſmodi prohibitas permittentes, vel quantum in ipſis eſt non prohibentes, aut poſt admiſſum crimen veniam & impunitatem concedentes. Præterea pari ratione prohibet omnia, & ſingula eius generis ſcripta, manifeſta, ſeu fides vulgò appellata, quæ etiamſi ſine expreſſa prouocatione ad certamen quaſi præparatoria quædam ad chartulas, ſeu libellos prouocatorios, & ad duella, illorúmque veluti radices, aut ſemina vtplurimùm laceſſendi aliquem ad pugnam, & ſuſcitandæ ſimultatis, atque inimicitiæ materiam, & occaſionem præbent, &c. Trullench. *in decalog. lib. 5. c. 2. dub. 13. num. 12.* 4.

Nouiſſimè pius & iuſtus Ludouicus XIII. Francorum Rex, abolitis, & caſſatis quibuſcunque prædeceſſorum conſtitutionibus, & irritatis omnibus conſuetudinibus bellandi ſingulari certamine, addidit præterea pœnam contumacibus, & inobedientibus confiſcationis bonorũ, & dignitatis nobilitatis, quoad gens ſibi ſubdita facilis ad pugnam eximeretur hac turpi, & inhumana laniena. 5.

6. Sed primò quæritur vtrùm Concil. in præſenti procedat quando duellum fuerit commiſſum in loco priuato,& non tuto,ſine patrinis,ſociiſve ad id vocatis, ac ſine prouocatoriis litteris, & cartellis, ac etiam pugna non perfecta? Negant ex eo, quia hoc non eſt propriè duellum. Peregr. *de duello q.15.n.3.& ſeq. q.20. n.3.* Bonacin. *de cenſur. extra Bullam in Cœna Domini diſput.2.quæſt.3. puncto 48. n.15.* vbi poſt Luc. Floron. *cap.5.§.1. verſ. tertium eſt*, obſeruat dictam conſtitut. Clementis VIII. intelligendam eſſe iuxta communem loquendi vſum, & ſenſum aliatum conſt. quas illa confirmat, & quòd in aliis conſtit. ſermo eſt de pugna, quæ fit ſtatuto loco,& tempore.

7. Secundò quæritur, vtrùm liciti ſint conflictus illi particulares,qui inter hoſtes ſolent fieri tempore belli,inter vnum ſcilicet,& vnum, decem & decem? Reſp. maximè ſi publica auctoritate ſuſcipiantur ob commune bonum, ſecus ſi cauſa oſtentationis virium, & ob vanam gloriam,vel abſque iuſta cauſa. Vide Petr. à Nauarra *de reſtit.lib.2.c.3. num.295.& ſeq.* Valer.Reginald. *d.lib.21. num.79.* Floron. *de duello,c.3.* Pereg. *in ſimili tract. quæſt.2. ad fin.* Sanch. *d.lib.2. cap.39. n.11.* Sayr. *d. cap.13. n.16.* Bonacin. *de cenſuris in communi, diſp.2. q.6. puncto 2. num.3. & de cenſuris extra Bullam diſp.2. quæſt.3.puncto 48. n.4.*

8. Tertiò quæritur, an ſub hoc decreto,& conſtitutionibus ſupradictis comprehendantur illac tranſeuntes,& obiter aſpicientes duellum? Negant Valer.Reginald. *d.lib.21.n.77.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.8.§.2.n.5.*

9. Quartò quæritur, an incidant in pœnas pugnantium in duello,qui ſeſe obuiam habentes diffidunt ſe in tali loco,quò ſtatim tendunt,& ibi pugnant? Affirmant, cùm adſit aſſignatio loci, & temporis præſentis, niſi excuſentur ignorantia, Sanch. *d. lib.2.c.29.num.28.* Filliuc. *tract.29. cap.8. num.112.* Bonacin. *d.puncto 2. num.6. & d.puncto 48.num.7.* Contra Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib.1. cap.7. n.22.* exiſtimantem huc caſu iſtos non videri incidere in pœnas pugnantium in duello.

10. Quintò quæritur, an incurrat pœnas duelli, qui dicit alteri, Veni ad talem locum, te ibi expecto: aut ſic loquitur, Eas ad capiendum enſem, hic te expecto,vel in tali loco? Affirmant,quia pugna initur ex præuia conuentione, ſtatuto tempore & loco. Peregr. *de duello q.15. n.3.* Bonac. *d. punct.48. num.7.* vbi idem dicit de illo,qui alteri dicit, Inuito te ad duellum nunc in hoc loco, modò non fiat ex compoſito, & ex calore iracundiæ; idem quoque affirmat de eo,qui alium ad pugnam prouocat,cùm prima vice ſibi occurrerit in Vrbe.

11. Sextò quæritur, an committat duellum, qui ad euitandam loci irreuerentiam, aut ſuum periculum, inimico,quem videt in Eccleſia eſſe,aut in loco ſibi periculoſo,vbi habet comitatum, vel famulos,dicit,Exi inde? Negant,quia non deſtinatur propriè locus, ſed ſolùm intenditur euitatio irreuerentiæ, Sanchez *d.c.39.num.28.* Peregr. *de duello quæſt.18.* Floron. *eod.tract. c.1.* Filliuc. *tom.1. tr.15. num.121.*

12. Septimò quæritur, vtrùm Titius, qui præmiſſa cum Caio prouocatione ad duellum ſeſe contulit tempore præfixo ad locum conſtitutum, ſed diſceſſit duello non ſequuto, incidat in excommunicationem, aliaſque pœnas contra duellantes comminatas? Affirmant Vgolin. *d.§.2. n.2. verſ.quartò,* Floron. *de duello c.3. §.1. num.14. fol.47. & cap.5. §.1.num.3.fol.63.& cap.6.§.1. num.2. fol.84.* Peregrin. *eod.tract.quæſt.4. n.5. & 7.in fine, & quæſt.41. per tot.& præcipuè n.2. & 4.* Sed contrarium ſuſtinent,eorúmque fundamentis reſpondent Iacob. de Graff. *de caſibus reſeruat. lib.1. cap.7. n.10. & 26.* Paul.Comitol. *reſponſ.moral. lib.6. quæſt.13. num.5. verſ.quartum,& quæſt.18. n.7. & 8.* Sanch. *d.c.39. n.29* Bonacin. *d.puncto 2. n.16.*

12. Octauò quæritur, vtrùm committatur duellum quando Titius offert duellum Caio, illúmque eodem tempore,quo duellum offert, gladio aggreditur,& Caius cogitur ibi ſtatim pugnare? Negant Peregr. *de duello quæſt.23.* Filliuc. *d. tract.15.n.110. & d.tract.29. c.8.n. 107.& 110.* Bonacin. *d. puncto 48.n.8.& 9.* vbi reddunt rationem, quia ex parte Titij dicitur potiùs aggreſſio, & ex parte Caij dicitur defenſio,quam non ſponte, ſed coactè ſuſcipit, nec adeſt aſſignatio loci, & temporis.

13. Nonò quæritur, an quis in foro conſcientiæ pœnam excommunicationis contra pugnantes in duello impoſitam effugiat,ſi alterum diffiderit,non animo pugnandi, ſed tantummodo cauſa honoris defendendi? Affirmant contra Peregrinum *quæſt.14.* Lucas Floron. *cap.6. §.8.* Filliuc. *d.tract.15. cap.5. quæſ.5.n.107.* quia hæc non eſt diffidatio ex condicto cum periculo occiſionis, aut vulneris, vel mutilationis, duellum enim ſub cenſuris prohibetur ob periculum grauia læſionis; immo Filliuc. *loco proximè citato, n. 113.* probabile cenſet in foro conſcientiæ non affici excommunicatione, etiamſi ad locum conuentum accedant abſque animo verè pugnandi, ſed tantummodo inferendi aliquos ictus cum morali ſecuritate,quòd nullum vlli parti damnum ſequuturum ſit, ſed potiùs pax inde concilianda; hæc enim non eſt pugna cum periculo læſionis, vt ſupponitur, quanquam in foro externo præſumatur duellum; forus enim externus iudicium fert ex actione externa, & internas animi cogitationes non intuetur.

14. Decimò quæritur,an calore iracundiæ excuſentur à pœnis duelli qui incontinenti accederent ad aliquem locum,ibique dimicarent? Affirmant Ioſeph. Ludou. *Lucenſi dec.11.* Cened. *ad Decretal. collect.117.n.4.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccl. deciſ.634.in 1.edit.*aliàs *reſol.573.in 2. edit.*

15. Vndecimù quæritur, vtrùm duellum ſit per ſe illicitum? Affirmant regulariter Valer.Reginald. *d.lib.21.n.80.* Bernard Græu. *ad practicam Cameræ Imper.lib.1. concl.10. conſid.1.* niſi in duobus caſibus, quos adducunt Lucas Flor. *c.5. §.3.* Peregr. *quæſt.16.* Azor. *inſtitut. moral. part.3. lib. 2. cap.5. quæſ.3.* Sanch. *d.c.36. num. 16.* Filliuc. *d.tract. 15. cap.5.quæſ.5. num.109.* Becan. *in tract. de fide.c.26. quæſ.3.* Bonac. *de cenſuris extra Bullam Cœna diſp.2. quæſ.3. puncto 48. n.18.*

16. Primus eſt ad ſedandos duos exercitus contrarios, veluti ſi exiſtente bello iuſto inter duos Principes vnus illorum vellet bellum in duellum reſoluere, prouocando alterum ad ſingulare certamen, prout Beliarius *in ſuis commentar.rerum Gallicarum anni* 1528. feciſſe refert Franciſc.I. Regem Galliæ,miſſo libello duelli Carolo V.Imp. & Guicciardin. *hiſtoria Italiæ lib.13.* idem refert de Franciſco Maria Duce Vrbini,vbi apoſtilla alios refert; Lyran. *cap.17. lib.1. Regum,* Caiet. *2.2. q.91. art.8. in reſp. ad 2. verſ. quinta cauſa.* Sayr. *in claui Reg. lib.7.c.13.num.16.* Sanch. *d.cap.39.num.14.* Filliuc. *tract.29. cap.8. num.142.* Bonacin. *de cenſuris extra Bullam Cœna diſp. 2. quæſt. 3. puncto 48. n.18. verſ.primus.*

17. Secundus caſus eſt quando aliquis compellitur ſub vitæ periculo acceptare duellũ; quilibet enim poteſt conſulere vitæ propriæ, etiam cum morte inuaſoris.

uaſoris. Ad defenſionem etiam rerum propriarum videtur eſſe licitum acceptare duellum, quando aliquis eas inuadit, nec aliud adeſt remedium ad eas defendendas præter acceptationem duelli, tunc enim non dicitur propriè duellum, ſed inſta defenſio rerum propriarum. Ita poſt moltos Bonacin. *d. puncto* 48. *n.* 18. *verſ. ſecundus*. Trullench. *in Decalogum lib.* 5. *c.* 2. *dub.* 13. *num.* 7. vbi intelligit dummodo nullum aliud remedium ſit ruendi vitam, vel membri abſciſſionem, & limitat in bonorum defenſione. Leſſ. *de inſtit. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8. *n.* 47.

18. *a Inter Chriſtianos conceſſerunt.*] Ergo ſecus ſi inter fideles, vt per Martin. Delri. *d. quaſt.* 4. *num.* 16. Sanchez *d. c.* 39. *num.* 29. vbi ſecus dicit ſi Chriſtiano pugnaturo cum infideli in ſuo Regno locum concederet.

19. *b Incurrant.*] Vide Valer. Reginald. *d. lib.* 22. *num.* 76. *poſt princip.* vbi aduertit non obſtare quòd hoc decretum vtatur verbis imperatiui modi, quæ videri poſſunt ſignificare non ſententiam latam, ſed ferendam per iudicem, quia ea non diriguntur ad iudicem vt cenſeantur requirere illius actionem, ſed ad reum, quem per imperium efficax ligauit. Ita Trull. *d. lib.* 5. *c.* 2. *dubit.* 13. *n.* 21.

20. *γ Careant Eccleſiaſtica ſepultura.*] Morientes in duello ſolemni, ſcilicet cum aſſignatione patrini, loci, & temporis, ſepultura priuari, aſſerunt Martin. Carril. *en la explication de la Bulla de los defuntos, p.* 2. *c.* 4. *num.* 55. Valer. Reginald. *d. lib.* 22. *num.* 76. *verſ. accedit*, Galet. *in Margarita caſuum conſcient. verb. ſipultura vltim.* Vgolio. *de officio Epiſcopi c.* 17. *n.* 4. *verſ.* 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 410. vbi etiam reſoluit quòd non ſufficit oſtendere ante obitum ſigna pœnitentiæ. Suar. *de cenſur. diſp.* 23. *ſect. vltim. num.* 11. Lorca 2. 2. *quaſt.* 41. *art.* 2. *num.* 6. Bobadil. *in ſua politica lib.* 3. *c.* 14. *num.* 41. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 22. Verùm Gregorius XIII. & Clemens VIII. *in ſuis conſtitutionibus*, de quibus ſupra, id ad priuata duella extenderunt, vt referunt Sanch. Valer. Reginald. & Lorca *citatis locis*. Suar. *de Fide tract. de bello, diſp.* 13. *ſect. vltim. n.* 2. Ioan. Sanci. *in ſelect. diſput.* 36. *num.* 5. vbi aduertit in aliquibus prouinciis fortè illas conſtitutiones dum decernunt morientes in duello priuato contraria conſuetudine quoad hunc effectum negandi ſepulturā eſſe abrogatas. Et id locum habere etiamſi ob vulnus in duello acceptum non ſtatim, ſed alio die moriatur, aſſerunt Sancius *in ſelect. diſput.* 36. *num.* 9. Diana *reſol. moral. part.* 2. *tract.* 2. *miſcel. reſolut.* 54. Bonac. *de cenſuris extra Bullam, diſp.* 2. *quaſt.* 3. *puncto* 48. *num.* 22. vbi addit Parochum non debere illos ſepelire, nec Eccleſiaſticam ſepulturam denegare, ſi non ſit notorium delictum, ſed rem ad Epiſcopum, ſeu ad ipſius Vicarium deferre debere, de quo etiam Sanci. *d. diſp.* 36. *n.* 12. & 13.

Eccleſiaſtica libertas, & immunitas obſeruanda eſt, & contra violatores ſtatuta eſt pœna, vt ibi.

Capvt XX.

1. *Exemptio à iudicio ſæculari, & ab oneribus, & tributis impoſitis per Principes laicos lege etiam diuina clericis competit.*
2. *Debitores fraudulenti ad Eccleſiam cum bonis confugientes, non debent ibi multo tempore tolerari.*
3. *Milites hoſpitari facere non poteſt Magiſtratus ſæcularis in domibus Eccleſiaſticarum perſonarum.*
4. *Delinquentes dum diſputatur an immunitate Eccleſiaſtica gaudere debeant, per Eccleſiaſticos miniſtros ſub cuſtodia retineri debent.*
5. *Clerici, qui poſt delicta patrata ad Eccleſiam confugiunt, gaudere debent Eccleſiaſtica immunitate.*
6. *Capella priuatorum palatiorum Eccleſiaſtica immunitate non gaudent.*
7. *Immunitate Eccleſiaſtica gaudent pro debito ciuili ad Eccleſiam confugientes.*
8. *Immunitate Eccleſiaſtica gaudent, qui cum armis prohibitis in Eccleſia ſe recipiunt.*
9. *Debitores in creditorum præiudicium res & bona ad Eccleſiam tranſportare non debent.*
10. *Coloni, aut affictuarij, vel partitarij bonorum Eccleſiaſticorum exemptione collectarum pro portione colonica gaudent.*
11. *Coloni partiarij Epiſcoporum durante colonia gaudent fori priuilegio.*
12. *Ordinarius priuare non poteſt immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus, ſi inſeruiant Eccleſiis.*
13. *Cauſa damnorum datorum per clericos & eorum animalia quando ſpectet ad Curiam Epiſcopalem.*
14. *Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam eſt Sedi Apoſtol. reſeruata.*
15. *Rex Hiſpaniarum eſt protector Concilij Trid.*

CVpiens ſancta Synodus Eccleſiarum diſciplinam in Chriſtiano populo nō ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuò ſartam tectam à quibuſcumque impedimentis conſeruari, præter ea, quæ de Eccleſiaſticis perſonis conſtituit, ſeculares quoque Principes officij ſui admonendos eſſe cenſuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit, ius ſuum Eccleſiæ reſtitui non tantùm eſſe conceſſuros, ſed etiam [a] ſubditos ſuos omnes ab debitam erga Clerum, Parochos, & ſuperiores Ordines reuerentiam reuocaturos, nec permiſſuros, vt officiales, aut inferiores magiſtratus, Eccleſiæ & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violent, ſed vnà cum ipſis Principibus debitam ſacris ſummorum [b] Pontificum, & Conciliorū conſtitutionibus obſeruantiam præſtent. Decernit itaque, & præcipit, [c] ſacros canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias Apoſtolicas ſanctiones, in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & cōtra eius

a Cap. Concil. 5. hinc, 17. diſt. cap. quis dubitet, c. duo ſunt, & c. fin. 96. diſtin.
b Pij ſecundi epiſt. a.
c Cap. peruenit, 86. diſt. cap. ſi quis ſuadente 17. q. 4. toto tit. de immun. Eccleſ. cap. quamquam, de cenſ. in 6. c. felicis, de pœn. eo. lib.

Conc. Tricinen. verſi. ſtatuimus, & verſ. ſancimus. Conc. Aquiſgr. c. 9. Concil. Lateran. ſub Leone 10. ſeſſ. 9. & 10.

violatnres editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat exactè ab omnibus obſeruari debere. λ *Proptereaque admonet Imperatorem*, Reges, Reſpub. Principes, & omnes, & ſingulos cuiuſcumque ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ordinati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiúſque patrocinio tecta, venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliiſve dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus, maximéque miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur, ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant, quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatem, religionem, Eccleſiarumque protectionem exiſtant, [d] imitantes anteriores optimos, religioſiſſimoſque Principes, qui res Eccleſiæ ſua in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeóque ea in re quiſque officium ſuum ſeduló præſtet, quo cultus diuinus deuotè exerceri, & Prælati, cæterique Clerici in reſidentiis, & officiis ſuis quieti, & ſine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant.

d Cap. Valentinianus 63. diſt. cap. Eccleſiæ, in fine 97. diſt. c. Conſtantinus, & c. vlt. 90. diſt.

1. Q*Vos Deus ſancta Fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit.*] Quòd principes temporales Chriſtiani protectores ſint & defenſores Eccleſiæ, teneantque Eccleſiæ inſtituta, ritus, & leges, ac ſacerdotalia iura ſeruare & tueri, aſſerunt Ænæ. Robert. *rer. iudic. lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 548. Valdeſ. *in tract. de dignitate Rerum, Regnorumque Hiſpaniæ cap.* 10. *à num.* 4. Seraphin. de Freitas *in tract. de iuſto Imper. Luſit. Aſiatico cap.* 6. *num.* 46. *& num.* 53. *verſ. idem quoque ſumma cum ratione.* Card. Bellarmin. *de Principe Chriſtiano c.* 11. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun. lib.* 2. *in proœm. num.* 17. *&* 18. *& lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 73. *& c.* 17. *num.* 32. *&* 33. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 5. *n.* 15. *&* 26.

β *Dei Ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutum.*] Colligunt communiter Doctores exemptionem à iudicio ſæculari, & ab oneribus, & tributis impoſitis per Principes laicos, non ſolùm lege humana, ſed etiam diuina clericis competere. Ita Ioan. Montaig. *de collat. parlam. part.* 2. *n.* 1. Burſar. *conſil.* 42. *num.* 1 *lib.* 1. *& conſ.* 186. *num.* 8 *lib.* 2. Plot. *in addit. ad vltim. conſil. Laudenſ. num.* 8. Euerard. *conſil.* 30. *num.* 23. *ad finem.* Bottel. *conſil.* 74. *num.* 1. Bozz. *de iur. ſtat. Eccleſ. libert. lib.* 4 *cap.* 8. Cardin. Bellarmin. *in controuerſ. Catholic. tom.* 2. *lib.* 1. *de Clericis, c.* 28. *in* 4. *&* 5. *propoſit.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 6. *cum ſeqq.* Glorir. *reſponſ.* 13 *num.* 4. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 6. Mart. *de iuriſdict. part.* 2. *capit.* 6. Carol de Graſſis *de effectibus clericat. effectu* 1. *num.* 2. Duard. *in Bullam Cœnæ canon.* 15. *quæſt.* 18. *num.* 6. *cum ſeqq.* Filliuc. *in q. moral. tract.* 16. *cap.* 11. *quæſ.* 10. *n.* 316. Surd. *conſil.* 301. *n.* 16. Grilenzon. *conſil.* 53. *num.* 16. Ludouic. Correa *in repet. cap. inter alia, de immunitate Eccleſ. part.* 2. *num.* 40. Soar. *ad Regem Angliæ, de immunitate Eccleſ. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 12. *& cap.* 8. *n.* 16. Bonacin. *de contractibus, diſput.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 2. *n.* 8. *& de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 1. *puncto* 2. *n.* 5. Ambroſin. *de immunitate, cap.* 16. *num.* 4. Ambroſ. Cardoro *in allegat. iuris ſuper tributo vineis impoſito an.* 22. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 8. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 1. *diſputat.* 15. *quæſt.* 19. *& ſeq.* Squillante *de priuil. cleric. cap.* 8. *num.* 1. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 63. *num.* 2. Et latè probauimus *in tract. de iure Eccleſiaſtica, lib.* 2. *c.* 39. *de priuilegiis cleric.* §. 3. *in principio.*

2. Debitores fraudulenti ad Eccleſiam cum bonis fugientes, non debent ibi multo tempore tolerari, ſed ab Eccleſia ſunt euellendi, ita Aldan. *in compend. canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 15. vbi refert ſic deciſiſſe S. Congregat. Epiſc. *in Baren.* 12. *Martij* 1600.

3. Milites hoſpitari facere non poteſt Magiſtratus ſecularis in domibus Eccleſiaſticarum perſonarum, quamquam laicis locatis, cùm per indirectum in fauorem bonorum Eccleſiaſticorum redundet, Bonfadin. *in pract. Eccleſiaſt. c.* 20. *num.* 3. vbi ait ſic deciſum in ſacra Congregat. Epiſcop. *in Nouarien.* 9. *Iunij* 1617.

4. Delinquentes, qui ab Eccleſiis, aliiſque locis immunibus extrahuntur, dum articulus, an immunitate Eccleſiaſtica gaudere debeant, diſcutitur, per Eccleſiaſticos miniſtros ſub cuſtodia, iuxta Bullam Gregorij XIV. retineri debent, ita Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 16. vbi teſtatur ſic reſolutum à ſacra Congregat. Epiſcopor. *in Neapolitana* 30. *Septembris* 1616.

5. Immunitate Eccleſiaſtica gaudere debent clerici, qui poſt delicta patrata ad Eccleſias confugiunt extra caſus in Bulla Gregorij XIV. comprehenſos, cùm in hoc caſu Abbatis opinio communiter ſit reprobata, ita Aldan. *d. loco*, vbi ait ita deciſum à S. Congreg. *in Tropien.* 24. *Ianuarij* 1617.

6. Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent capellæ priuatorum palatiorum, ita Bonfadin. *d. cap.* 10. *num.* 4. aſſerens ſic deciſum à S. Congreg. Epiſcop. *in Marſicen.* 17. *Nouembris* 1617.

7. Immunitate Eccleſiaſtica gaudet pro debito ciuili ad Eccleſiam confugiens, ex Bonfadin. *dict. cap.* 20. *n.* 5. qui ita refert reſolutum à ſacra Congr. Epiſcopor *in Cortinen.* 11. *Iulij* 1617. *& in Beneuentana* 10. *Maij* 1619. *& in Senogallien.* 22. *Nouembris eiuſdem anni.*

8. Immunitate Eccleſiaſtica gaudent, qui cum armis prohibitis in Eccleſia ſe recipiunt, ita Aldan. *d. titulo* 8. *num.* 16. vbi atteſtatur ſic reſolutum *in Salernitana* 30. *Septembris* 1616. Nam armorum prohibitorum geſtatio, quamuis in Eccleſiis delictum ſit, de comprehenſis tamen in Bulla ſanctæ memoriæ Gregorij XIV. non eſt, ſecundùm Aldan. *dicto loco*, vbi citat dictam deciſionem Salernitanam.

9. Doctores res, & bona in creditorum præiudicium ad Eccleſias tranſportare non debent, ſed iudici ſeculari conſignanda ſunt, vt illas, & illa, cui de iure, adiudicet, ita Bonfadin. *d. cap.* 20. *num.* 10. vbi atteſtatur ſic reſolutum à S. Congreg. Epiſcop. *ſub die* 1. *Decembris* 1617.

10. Coloni, aut affictuarij, vel partiarij bonorum Eccleſiaſticorum, exemptione collectarum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum pro portione colonica gaudent, ita Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 17. vbi

vbi dicit ita decidiſſe ſacram Congregat. Epiſcop. *in Oppiden.* 18. *Septembris* 1618.

11. Coloni partiarij Epiſcoporum durante colonia gaudent fori priuilegio, ita Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſput.* 60. *ſub n.* 4. vbi refert deciſum à S. Congregat. controuerſiis iuriſdictionalibus præpoſita *ſub die* 6. *Decembris* 1627.

12. Immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus priuare non poteſt Ordinarius clericos inſeruientes Eccleſiis, ſed iidem clerici, niſi, vt ſuprà, inſeruiant, ac habitum, & Tonſuram clericalem deferant, aut beneficium Eccleſiaſticum obtineant, priuilegio fori non gaudent, ex Bonfadin. *d. c.* 20. *num.* 17. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum à S. Congregat. Epiſcop. *ſub die* 24. *Ianuarij* 1631.

13. Cauſa damnorum datorum per clericos, & Eccleſiaſticos, ſeu per eorum animalia, necnon per familiares, miniſtros, & colonos Epiſcoporum, & menſæ Epiſcopalis, etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcunque, tam Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm etiam laicorum, ſpectat ad Curiam Epiſcopalem priuatiuè. Si verò laici, eorúmve miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Curia Epiſcopalis procedere poteſt tanquam in cauſis mixti fori. At quando coloni, & miniſtri Eccleſiarum, clericorum, & Eccleſiaſticorum cum animalibus propriis bona laicorum dãnificant, cognitio tam quoad bona, quàm quoad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectat ad iudicem laicum priuatiuè; ſed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum, quoad perſonas ſpectat ad laicorum, quo verò ad animalia ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam, ita Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 25. vbi teſtatur ſic decidiſſe ſacram Congregat. *controuerſiis iuriſdictionalibus præpoſitam in vna Terracin.*

Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam, iuxta conſtit. ſanctæ mem. Gregorij XIV. quæ incip. *Cùm aliàs nonnulli*, eſt Sedi Apoſtol. reſeruata, vt per Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 22. vbi refert deciſum *de anno* 1617. 14.

y Proptereaque admonet Imperatorem, &c.] Regem Hiſpaniarum, cæteróſque Catholicæ Reip. ſupremos Principes eſſe protectores decretorum Concil. Trid. latè tradunt Salgado *de protect. Regia p.* 1. *cap.* 1. *prel.* 2. *num.* 73. Suar. de Paz *in praxi tom.* 2. *prel. vltim. num.* 10. Azeued. *l.* 2. *verſ. ſeptimò conſequenter, & tit.* 6. *lib.* 1. *Recopil.* Ceuall. *com. tom.* 4. *quæſt.* 897. 220. Narbona *l.* 50. *gloſſ.* 2. *à princ. & num.* 14. *tit.* 4. *& l.* 81. *gloſſ. vnic. num.* 3. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* Henriq. *de Pontificis Claue lib.* 2. *cap.* 15. *poſt princ.* §. 2. *in gloſſ littera D. & cap.* 20. *gloſſ. fin.* Carraſc. *in interpret. aliquarum legum Regni, c.* 9. §. 4. *num.* 18. 15.

In omnibus decretis ſalua ſemper eſt Sedis Apoſtol. auctoritas.

Capvt XXI.

1. *Clauſula generalis*, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtol. *ſufficit pro derogatione decretorum Concilij Trident.*
2. *Derogatio nec generalis, nec ſpecialis Concilij Trid. requiritur, ſi ſupplicatio manu Papæ ſignata fuerit.*
3. *Priuilegia omnia Regularium ſunt reuocata in his quæ Concil. Tridem. aduerſantur.*

POſtremò ſancta Synodus omnia, & ſingula, ſub quibuſcunque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub fel. rec. Paulo tertio, ac Iulio tertio, quàm ſub Beatiſſimo Pio quarto Pontificibus Maximis, in hoc [a] ſacro Concilio ſtatuta ſunt, declarat, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper auctoritas Sedis Apoſtolicæ & ſit, & eſſe intelligatur.

[a] ſupra ſeſſ. 7. de reformat. in proœ.

1. EX hoc text. vulgò colligitur pro derogatione decretorum huius S. Concil. Trident. ſufficere clauſulam generalem, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 6. *num.* 120. Marr. *de clauſul. part.* 4. *clauſ.* 14. *n.* 3. Bonacin. *de cenſur. diſput.* 2. *quæſt.* 5. *puncto* 2. *num.* 4. *verſ. ratio deſumitur.* Mareſcot. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 41. Monet. *de commutat. vltim. volum. cap.* 12. *num.* 250. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 940. *&* 963. Honor. *ad Decretal. tit. de conſtit. num.* 11. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.* 17. *dub.* 4. *n.* 8. ſecundùm Roman. impreſſ. Fr. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub.* 5. Nicol. Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. vbi refert ſic reſpondiſſe ſacram Congregat. Ferentil. *in annot. ad deciſ.* 463. *Buratti*, Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 5. *c.* 14. *num.* 6. *& lib.* 8. *c.* 4. *num.* 6. vbi teſtatur ſic fuiſſe in Rota deciſum *in vna S. Angeli penſionis*, 16. *Decembris* 1594. *coram Card. Pamphilio ſen. & in Bononien. Prioratus* 9. *Iun.* 1606. *coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo*, & apud Farin. *deciſ.* 179. *n.* 6. *& dec.* 687. *num.* 24. *part.* 2. *recent.* Caualer. *dec.* 601. *num.* 3. vbi dicit cenſeri derogatum diſpoſitioni Concilij Tridentin. quando contra illud Papa diſponit, & conſtat derogare voluiſſe.

Derogatio nec ſpecialis, nec generalis requiritur in Concil. Trident. ſi ſupplicatio manu Papæ ſignata fuerit, ita refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *numer.* 34. *& part.* 5. *capit.* 8. *num.* 87. 2.

Priuilegia omnia Regularium, etiam ea, quæ Mare magnum appellantur, ſunt reuocata in his, quæ Concilio Trid. aduerſantur, per Bullam Pij V. 13. *Kal. Martij* 1565. vt dicit reſolutum Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 2. *num.* 258. 3.

De Indulgentiis.

1. *Doctores de Indulgentiis tractatus integros in lucem edentes.*
2. *Doctores de Indulgentiis agentes.*
3. *Indulgentia pro Eccleſia S. Mariæ de Monſerrato.*
4. *Bullam Cruciatæ ante, vel poſt ſuſcipere non eſt neceſſarium in volentibus conſequi Indulgentias Iubilæi, quæ à Summis Pont. pro tempore concedi conſueuerunt.*

Cum

by Google

a Matth. 16. Ioan. 20. cap. antiquitus, & & cap. quodcumque ligaueris, 24. q. 1. cap. vt conſtitueretur, 50. diſtin. 2. cap. adhuc, de pœnit. diſt. 1. toto titul. de pœnitent., & rem. extr. in 6. & in cle. c. Ancyrani, per multa capita. Neocæſ. c. 5. Nicæni c. 1. & 11. Carthag. 4. c. 75. Agath. c. 60.
b Cap. cum ex eod. de pœnit. & remiſſ.
c Suprà ſeſſ. 21. de reformat. 1. c. 9.

CVm, a poteſtas conferendi indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit atque huiuſmodi poteſtate, diuinitus ſibi tradita, antiquiſſimis etiam temporibus illa vſa fuerit, ſacroſancta Synodus indulgentiarum vſū Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum auctoritate probatum, & in Eccleſia retinendum eſſe docet, & præcipit, eóſque anathemate damnat, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant, in his tamen concedendis moderationem,[b] iuxta veterem, & probatam in Eccleſia conſuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Abuſus vero, qui in his irrepſerunt, & quorum occaſione inſigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos, & correctos cupiens, præſenti decreto generaliter ſtatuit c prauos quæſtus omnes pro his conſequendis vnde plurima in Chriſtiano populo abuſuum cauſa fluxit, omnino abolendos eſſe. Cæteros verò qui ex ſuperſtitione, ignorantia, irreuerentia, aut aliunde quomodocumque prouenerunt, cùm ob multiplices locorum, & prouinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant ſpecialiter prohiberi, mandat omnibus Epiſcopis, vt diligenter quiſque huiuſmodi abuſus Eccleſiæ ſuæ colligat, eóſque in prima Synodo prouinciali referat, vt aliorum quoque Epiſcoporum ſententia cogniti, ſtatim ad ſummum Romanum Pontificem deferantur, cuius auctoritate & prudentia, quod vniuerſali Eccleſiæ expediet, ſtatuatur, vt ita ſanctarum indulgentiarum munus piè, ſanctè, & incorruptè omnibus fidelibus diſpenſetur.

1\. DE Indulgentiis integros tractatus ediderunt Antonius Roſell. Ludouicus Bologninus, & Felinus Sandæ. *to. 14. tractatuum Doctorum*, Thom. de Vio, Caietanus, Martin. Nauarrus, Gregorius de Valentia, Antonius Cordubenſis, Gaſpar Scoppius, Iſidorus Valſeranus, Ioannes Baptiſta Paulianus, Cardin. Robert. Bellarminus, Iacobus Nauclantius, Iulius Laoorius, Valentius, Laurentius, Thomas Zerola, Boëtius Epon, Lucas Pinellus, Franciſcus Rodriguez, Hieronym. Gratian. Rutilius Benzonius, Antonius Sanctarellus, & Bartholom. à S. Fauſto.

2\. Tractant etiam Theologi cum Magiſtro *in diſt. 20. 21. & 45.* S. Thom. *in addit. 3. p. quæſt. 25.* Caiet. *tom. 1. opuſc. tract. 15. 16. & 17.* Cordub. *toto lib. 5. de Indulgem.* Cardin. Bellarmin. *lib. 1. & 2. de Indulgent.* Didac. Nugnus *in 2. 2. quæſt. 20.* Henriq. *in ſumm. lib. 7. de Indulgent.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 85.* Valent. *tom. 4. diſput. 7. quæſt. 20.* Soar. *tom. 4. de Pœnitent. prope fin.* Iodoc. Coce. *in theſauro nouo Theologico, verb. Indulgentia*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. à num. 94. cum multis ſeqq.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 12.* Balduin. Iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmin. part. 1. lib. 6. de Indulgent.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 7.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 6. quæſt. 1. puncto 1.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis part. 3. cap. 7.* Petr. Coton. *lib. 4. controuerſ.* Molfeſ. *in ſumm. Theologia moralis tract. 7. c. 26 de Indulgent.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tract. 8. cap. 7. cum ſeqq.* Ioan. de Lugo *de Sacrament. tract. de Pœnitentia, diſput. 27. de ſatisfactione, quæ per Indulgentias applicari ſolet.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. cap. 13. cum ſequentibus.*

Indulgentiæ pro manibus adiutricibus Eccleſiæ S. Mariæ de Monteſerrato concedi poſſunt ex gratia ad ſupplicationem Oratoris Regis Hiſpaniarum, ita Aldan. *in compendio Canonic. reſol. lib. 5. tit. 7. num. 8.* vbi refert deciſum à S. Congreg. Rit. *in cauſa Montis Serrati 13. Iulij 1630.* 3.

Indulgentias Iubilæi, quæ à Summis Pontificibus pro tempore concedi conſueuerunt, vt quis conſequi valeat in Regnis Hiſpaniarum, non eſt neceſſarium Bullam Cruciatæ ante, vel pòſt ſuſcipere, ita nouiſſimè Sellius *in ſelectis Can. c. 4. n. 26.* vbi refert ſic decidiſſe S. Congreg. negotiis Indulgentiarum præfectam *ſub die 8. Februar. 1631.* 4.

De electu ciborum, ieiuniis, & diebus feſtis.

1. *Regulares qualiter feſtos dies, & ritus ſeruare teneantur.*
2. *Feſtorum ad obſeruantiam per Epiſcopum cum approbatione populi indictorum poteſt ipſe cenſuris Regulares compellere.*
3. *Feſtis diebus licet dare operam rebus ad vitam neceſſariis.*
4. *Iudex laicus non poteſt procedere contra laborantes in diebus feſtis de licentia Ordinarij.*
5. *Feſta Kalendarij Romani non poſſunt eleuare Epiſcopi & Regulares ad nobiliorem ritum.*
6. *Feſtos dies & ieiunia in ſuis Eccleſiis annuntiare non prohibentur Regulares.*
7. *Feſtum nouum non poteſt cogi populus ſeruare.*
8. *Feſta Sanctorum certa die adſcripta in Kalendario non poſſunt transferri.*

a Cap. non decerta. diſt. Vig. in Epiſt. ad Eutherium in fine. Felix. 2. in Epiſt. 9.
b Cap. qui ſuis 94. diſt. c. quia frater 7. qu. 1. Luc. 10.

INſuper hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimum Domini noſtri, atque Saluatoris aduentum Paſtores omnes obteſtatur, vt tanquam boni milites illa omnia, quæ ſancta a Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum mater, & magiſtra ſtatuit, necnon ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis œcumenicis ſtatuta ſunt, quibuſcumque fidelibus ſedulò commendent, omníque diligentia vtantur, vt illis omnibus, & iis præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandā carnem conducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia; vel etiam quæ faciunt ad pietatem augendam, vt dierum feſtorum deuota, & religioſa celebratio, *a admonentes populos crebrò*,[b] obedire Præpoſitis ſuis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

Feſtos

1. FEſtos dies quamvis Regulares ſeruare teneantur, quos in ſua diœceſi Epiſcopus ſeruandos præceperit, ritus tamen eorum quoad Miſſas celebrandas, & cætera diuina Officia tam publicè, quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſoluenda, illis feſtis permanere debent, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquo modo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poteſt: quòd ſi de facto præceperint, Regulares neutiquam ipſis Epiſcop. obedire tenentur. Verùm quoad Conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debent ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus clerus ſæcularis vtitur illis diebus feſtis, ita deciſum referunt Quarant. *in ſumm. Bullarij. verb. priuilegia Regularium,* Piaſec. *In praxi Epiſcop. part.* 2. *c.* 3. *n.* 47. *verſ. dies feſtos.* Laurent. de Peyrinis *in conſt. ſui Ordinis Minimor. tom.* 1. *conſt.* 28. *Leonis X. n.* 2. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 105. *n.* 23. *&* 35.

2. Feſtorum ad obſeruantiam per Epiſcopum cum approbatione populi indictorum, poteſt ipſe cenſuris Regulares compellere, vt per Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 12. vbi refert deciſum *in Hoſtunen.* 31. *Iulij* 1627.

3. Feſtis diebus licet dare operam rebus ad vitam neceſſariis, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum & meſſium, ac recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrgeat, & ſuadeat pietas ad Ordinarij cuiuſque iudicium, & cenſuram, vt referunt deciſum Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. dies feſti,* Piaſ. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 3. *n.* 23.

4. Eccleſiaſticus ſi dat licentiam alicui laborandi, vel vendendi diebus feſtis, laicus iudex in vim Bullæ Pij V. non poteſt procedere contra laborantem, ſeu vendentem, ita Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 25. vbi refert deciſum *ſub die* 26. *Iunij* 1621.

Feſta Kalendarij Romani non poſſunt eleuare Epiſcopi & Regulares ad nobiliorem ritũm, puta à ſemiduplici ad duplicem, ſine licentia Sedis Apoſtol. ſic Aldan *d. loco n.* 27. vbi teſtatur reſolutum à S. Congreg. Rit. *die* 28. *Octobris* 1628. 5.

Feſtos dies; & ieiunia in ſuis Eccleſiis annuntiare non prohibentur Regulares, vt per Laurent. de Peyrinis *in conſt. ſui Ordinis Minimor. tom.* 2. *conſt.* 7. *Pij V. num.* 13. *verſ. ad primum,* vbi refert ita deciſum *ſub die* 2. *Iunij* 1620. 6.

Feſtum nouum non poteſt cogi populus ſeruare quàm indicta ab Eccleſia, & ſi nouum inſtitui petitur, ſupplicet populus, ita Aldan. *vbi ſuprà n.* 30. qui ait reſolutum à S. Congregat. Rit. *in Paten.* 26. *Aprilis* 1603. 7.

Feſta Sanctorum certa die adſcripta in Kalendario, vel Martyrologio non poſſunt transferri, vt per Aldan *d. loco,* vbi dicit ſic fuiſſe deciſum à S. Rituum Congr. *ſub die* 28. *Octobris* 1628. 8.

a Admonentes populos crebrò, &c.] Denuntiare populo Parochus debet vigilias in quibus ea hebdomada ex præcepto Eccleſiæ, vel ex loci conſuetudine, ſeu ex Ordinarij lege ieiunandum eſt. Ita Vgolin. *de officio Epiſcopi c.* 16. §. 3. *n.* 3. Ego ipſe *de Parocho p.* 1. *c.* 16. *n.* 2.

Tenetur quoque denuntiare populo feſtos dies, in quibus operibus ſeruilibus eſt vacandum, vt per Petr. Greg. *lib.* 1. *iuris Canon. tit.* 19. *c.* 5. Camp. *in diuerſorio iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 92. Vgolin. *d. cap.* 16. §. 3. *n.* 4. Bert. Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit.* 4. *c.* 34. *n.* 5. *verſ. non minus item,* quos refero *d. c.* 16. *n.* 4.

De Indice librorum, & Catechiſmo, Breuiario, & Miſſali.

1. *Breuiarium Romanum ac formam illud recitandi inſtituit Pius V.*
2. *Breuiarium habentes ante* 100. *annos an ſatisfaciant recitando iuxta formam Breuiarij noui Pij V.*
3. *Breuiarij, & Miſſalis Romani vſus ſemel introductus non poteſt mutari redeundo ad antiquum.*
4. *Breuiarium S. Benedicti reformatum approbatur.*
5. *Breuiarium Benedictinum debet adhiberi ab omnibus Monachis, & Monialibus ſub regula S. Benedicti militantibus.*
6. *Breuiarium Benedictinum de mandato Pauli V. pro omnibus Religioſis, qui militant ſub regula S. Benedicti.*
7. *Miſſali alio non hoc reformato celebrantes, qui aliàs tenentur ex Bull. à Pij V. incurrunt peccatum mort. ſi ſcienter, & abſque iuſta cauſa id fecerint.*

SAcroſancta [a] Synodus in ſecunda Seſſione, ſub Sanctiſſimo Domino noſtro Pio IV. celebrata, delectis quibuſdam Patribus commiſit, vt de variis cenſuris, ac libris, vel ſuſpectis, vel pernicioſis, quid facto opus eſſet, conſiderarent, atque ad ipſam ſanctam Synodum referrent; audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impoſitam eſſe, nec tamen ob librorum varietatem, & multitudinem distinctè, & commodè poſſit à ſancta Synodo diiudicari, præcepit, vt quidquid ab illis præſtitum eſſet, Sanctiſſimo Romano Pontifici exhibeatur, vt eius iudicio, atque auctoritate terminetur, & euulgetur. Idemque de [b] Catechiſmo à Patribus, quibus illud mandatum fuerat, & de Miſſali, & Brouiario fieri mandat.

[a] Sup. ſeſſ. 18.

[b] Vide ſeſſ. 24. cap. 7.

SAncta hæc Synodus probè cognoſcens quanti interſit ſaluti totius Eccleſiæ Chriſtianæ hæreticorum libros, ſi non in totum aboleri, vt minus ab vſu hominum ſemoueri, & particulari nota ab aliis diſtingui, & ſegregari, voluit inſuper vt ex certorum quorundam Patrum, aliorumque doctiſſimorum virorum per diuerſas Nationes ad id ſpecialiter deputatorum iudicio, ij omnes qui vel hæretici, vel de hæretica prauitate ſuſpecti eſſent, vel quoquo modo pietati, aut bonis moribus officerent, in particularem Indicem, ſeu catalogum conſcriberentur; quem Indidem deinde Pius Papa IV. ex huius Synodi decreto vnà cum regulis quibuſdam pro illius meliore directione eidem propoſitis, auctoritate Apoſtol. approbauit, publicari, & ab omnibus ſuſcipi ac obſeruari mandauit, cum inhibitione ne quiſquam, ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus, contra earum regolarum præſcriptum, aut ipſius Indicis prohibitionem vllos libros habere, aut legere audeat, ſub diuerſis pœnis in eadem Bulla latiùs expreſſis, cuius tenorem poſtmodum iterum Sixtus V. & Gregorius XIII.

ſummi

Digitized by Google

ſummi Pontif. ſpecialiter adauxerint, & renouarunt; refert Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. libri prohibiti.*

1. Breuiarium Romanum, ac formam illud recitandi inſtituit Pius V. *conſtit.* 64. incip. *Quod à nobis*, 7. *Id. Iulij* 1568. & denuò reuiſit, & emendauit Clemens VIII. *conſtitut.* 86. incip. *Cùm in Eccleſia*, 10. *Maij* 1602.

2. Breuiarium habentes ante 100. annos inſtitutum, non ſatisfaciunt recitando etiam extra chorum iuxta formam Breuiarij noui Pij V. quod in ſua Eccleſia non fuit receptum de conſenſu Epiſcopi, & Capituli, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 1. *num.* 155.

3. Breuiarij, & Miſſalis Romani vſus ſemel introductus in Eccleſia, quæ habet particulare Breuiarium, & Miſſale, confirmandus eſt, nec licet redire ad vſum antiqui Breuiarij & Miſſalis, ita Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 18. vbi refert ita fuiſſe deciſum à S. Congregat. Rit. *in Tullen. ſeu nullius* 15. *Martij* 1608.

4. Breuiarium ſancti Benedicti reformatum ad vſum Breuiarij Romani, exceptis iis, quæ ad regulam ſancti Benedicti pertinent, approbatur, & conceditur Monachis dicti Ordinis in Regno Portugaliæ. Sel. *in ſelect. Canon. c.* 50. *n.* 8. vbi ait ſic fuiſſe deciſum à S. Congregat. Rit. *in Portugalen.* 21. *Februarij* 1604. & quòd idem Breuiarium recitare debent Moniales eiuſdem Ordinis in d. Regno, quæ Ordinario ſubſunt, ex ead. S. Congreg. Rit. *in alia Portugalen.* 30. *Martij* 1604.

5. Breuiarium Benedictinum debet adhiberi ab omnibus Monachis, & Monialibus ſub regula ſancti Benedicti militantibus, ex eod. *d. cap.* 50. *n.* 25. vbi teſtatur ita reſolutum ab ead. S. Congr. *in Tarraconen.* 24. *Ianuarij* 1615. *& in Suſſen.* 13. *Iulij* 1619.

6. Breuiario Benedictino de mandato Pauli V. pro omnibus Religioſis qui militant ſub regula S. Benedicti, vti debent omnes Monachi, & Moniales, qui & quæ militant ſub regula ſancti Benedicti. Sel. *vbi ſuprà*, qui dicit ſic fuiſſe deciſum ab ead. S. Congreg. *ſub die* 24. *Ianuarij* 1616.

7. Miſſali alio, non hoc reformato celebrantes, qui aliàs tenentur ex Bulla Pij V. poſita in Miſſali Romano, incurrunt peccatum mortale ſi ſcienter, & abſque iuſta cauſa id fecerint, vt refert deciſum Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 1. *n.* 156.

FINIS LAVS DEO.

INDEX V.

Rerum notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

Prior numerus paginam, poſterior eiuſdem paginæ ſectionem demonſtrat: at vbi vnus ſolus eſt numerus, is intelligitur eſſe marginalis proximè prænotatæ paginæ.

A

ABBAS Commendatarius SS. Vincentij & Anaſtaſij non tenetur reſidere. pag. 32.5

Abbatibus titularibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum vſu mitræ, non licet illam deferre extra proprias eorum Eccleſias abſque ſpeciali Sedis Apoſt. indultu. 38.22

Abbatibus Caſſinen. & Oliuetanis quomodo permittatur vſus Baldachini. 24

Abbates ex priuilegio Sedis Apoſt. de conſenſu Ordinarij Confirmationis Sacramentum conferre poſſunt. 45

Abbates, & alij Prælati Epiſcopo inferiores poſſunt vngere 53.18

Abbas exercens iuriſdictionem in aliquo territorio ex conſuetudine immemoriali confirmata à Sede Apoſtolic. 59. 25

Abbates, & alij etiam omnem iuriſdictionem habentes ordinariam, non poſſunt inſtituere in beneficiis ſimplicibus præſentatum à patrono abſque præuio examine Epiſcopi. 64. 55

Abbates degradationi aſſiſtentes ſunt iudices aſſeſſores. 85.8

Abbas Ordinis Oliuetani poteſt eligi in Conſeruatorem, ſi Epiſcopus in Synodo eum deputauerit iudicem ſynodalem. 115.5

Abbates, ſeu Prælati inferiores non poſſunt vngere, niſi hoc habeant ex priuilegio, ſeu legitima præſcriptione. 144.5

Abbates, & alij inferiores iuriſdictionem habentes poſſunt viſitare. 150.5

Abbates habentes quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem. 179. 16

Abbates, Præpoſiti, & Abbatiſſæ Regularem vitam ducentes non tenentur Epiſcopo reddere rationem. 183.18

Abbates, & quicunque exempti in quocunque loco conferre non poſſunt primam tonſuram, vel Ordines minores, niſi ſuis ſubditis Regularibus. *ſeſſ.23. cap.10. de reform.* 216

Nec ipſi, vel Capitula, vel Collegia, litteras dimiſſorias concedunt ſæcularibus Clericis, vt ab aliis ordinentur. ibid.

Abbatibus quantumcumque exemptis etiam nullius diœceſis non licet Ordines cuiquam conferre minores, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit. 217.2

Abbates non poſſunt Tonſuram, & minores Ordines conferre aliis Regularibus, qui dimiſſorias ſuorum Superiorum habuerint. 5

Abbas vt poſſit ad Ordines minores promouere quæ habere debeat. 6

Abbas poteſt de iure conferre Ordines minores ſuis ſubditis, licèt non ſit benedictus. 7

Abbas alicuius Abbatiæ exemptæ non poteſt Ordines in ea conferre, licèt ſit Epiſcopus, ſecus ſi Abbatia eſt nullius. 8

Dimiſſorias litteras ad Ordines ſuſcipiendos concedere non potuit Abbas clericis ſæcularibus ſuis ſubditis. 10

Abbates, & alij quantumuis exempti, qui faciunt dimiſſorias aliis, quam ſuis ſubditis Regularibus, ſuſpenſionem totalem per annum incurrunt. 218.20

Abbas in iis caſibus, in quibus Tonſuram, & minores Ordines conferre valet, diſpenſare poteſt in interſtitiis. 220.11

Abbates ſæculares exempti, qui in ſuos ſubditos habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, comprehenduntur ſub nomine Epiſcopi. 230.58

Abbates habentes populum & territorium proprium, ac iuriſdictionem Epiſcopalem, vocari debent ad Concilium Prouinciale, ſicut Epiſcopi Comprouinciales. 25[illegible].8

Abbas non poteſt Synodum celebrare niſi habeat prouinciam. 9.

